SERMONES DE ADVENTV

DOCTISSIMI VIRI
Sacræ Theologiæ profeſſoris, & Euangelicæ doctrinæ concionatoris celeberrimi,

IOANNIS RAVLINI
ORDINIS CLVNIACENSIS.

Singulis Verbi Dei declamatoribus apprimè vtiles ac neceſſarii.

Nunc demum ſumma ac diligenti cura R. P. Aegidij Grauatij Rocchenſis Eremitani Doctoris Theologi mendis omnibus expurgati, ac varijs Scholijs exornati.

Cum Indice locupletiſſimo omnium rerum notabilium.



Venetiis, Apud Altobellum Salicatium. 1584.
Ad Fortitudinis Inſigne.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS.^MO D. D. MICHAELI A TVRRE, S. R. E. Cardinali ampliſſimo, Epiſcopo Cenetenſi,

Frater Aegidius Grauatius Eremitanus.
S. P. D.

IVRE ſiquidem optimo Cardinalis Ampliſſime uniuerſæ Chriſtianæ Reip. hac tua recenti ad Cardinalatus faſtigium cooptatione maxima datur gratulandi occaſio: Tantus enim eſt uirtutum tuarum ſplendor; Tanta eſt amplitudo, tantam tibi apud omnes exiſtimationem concitaſti, ut laus tua non obſcuro, nec vario ſermone, ſed clariſſima, & vna omnium voce prædicetur. Idcircò tam benemeri-

ta eſt profectò in te dignitas hæc, quàm maxima. Et licet eam nunquàm ambitioſè quæſiueris, utriuſque tamen virtutis tuæ ſplendore, ſemper promereri ſtuduiſti. Ii nanque viri tanta cohoneſtandi ſunt dignitate, qui charitatis ardore, prudentiæ nitore, honeſtatis exemplo, iuſtitiæ claritate relucent; ſicut ipſemet, qui hactenus gregem tibi creditum maxima rexiſti ſapientia, doctrina inſtruiſti, exemplo monuiſti, diſciplina corripuiſti; ita quòd tandem meritò fructus vberes rècepiſti, vt te etiam tota Chriſtiana Reſpub. vteretur, & ex te fructus vberrimos capere poſſet, cui maiori puto fore uſui dignitatem tuam, quam tibi ipſi, cùm etiam plus tu huic dignitati, quàm tibi dignitas ornamenti attulerit. Qua de re rectè nomine Michael; prænomine, Cardinalis; Cognomine a Turre nocaris: quoniam fortitudo, fundamentum, Eccleſiæque propugnaculum, ſemper es futurus. Non iniuria igitur quamplurimi hæc animaduertentes, pro hac ſuſcepta dignitate mirandum in modum gratulantur: & ipſe pariter, ſicut mihi vehementer gaudeo, ita tibi (ſicut debeo) plurimum gratulor. Verùm ne hæc mea gratulatio vacua ad tuam perueniat Amplitudinem, cùm ſuperioribus diebus ſermones de Saluatoris noſtri Aduentu

grauiſſimi

grauiſſimi viri Joannis Raulini (qui olim ferè in ſeſquimilleſimo Anno Lugduni impreſſi fuere) corrigendos ſumpſerim, eoſque mendis omnibus expurgauerim, correxerim, ac ſummis elucubrationibus quamplurimis ſcholiis exornauerim, atque nunc denuò induſtria, & impenſa prudentiſſimi viri Altobelli Salicatii Typographi imprimendos curauerim, Tuæ Amplitudini dicandos cenſui: vt cùm tuo ſplendore, tùm Auctoris fama, & mea hac noua elucubratione, uniuerſæ Reip. literariæ gratiſſimi forent. Quare abs te humiliter peto, vt ea benignitate (qua & parua, & magna accipere ſoles) hoc mei grati animi ſignum accipias, meque ſeruum minimum in ære aliorum quos amas aſcribas. Nam pro tua hac in me humanitate impenſa; Deum rogabo, vt tibi longum det diem, ſucceſſibusque tuis omnibus faueat, quò toti Chriſtianæ religioni, ac præcipuè Auguſtinianæ familiæ, (quàm Amplitudini Tuæ omni charitate commendo) ſub vmbra alarum tuarum diuturnam, ſecuramq; liceat agere vitam. Vale plurimum fœlix, plurimum fortunatus, quod faxit Deus Opt. Max. Nonis. Martii. Anno à nato Chriſto LXXXIV. ſupra ſeſquimilleſimum, Venetiis.

OPTIMIS LECTORIBVS CHALCOGRAPHVS. S. P. D.

NVnquam non equidem, Candidi lectores, viris ſapientia præditis, ac præcipuè ijs qui in Vinea Domini dies, noctesq; inuigilant, maximosq; ad fidelium captum labores aſſumunt, morem gerere cupiditate flagraui; vt ab his omnibus eſt agendum, qui Chriſtianæ Reipublicæ legibus volunt obtemperare. Quamobrem cùm Sermones de Chriſti Aduentu Ioannis Raulini, uiri ſummis laudibus undequaque referti, ſummoperè à quamplurimis olim peroptari animaduerterem; precibus nonnullorum illectus, qui me tandem ad eorum arbitriũ adduxerunt; ne diutius laterent, & paucis inſeruirent, quin potius ſingulis verbi Dei Concionatoribus præſto eſſent; eos accuratiſſima vigilantia Typis dedi, & (vt correctiores ad publicos denuò prodirent aſpectus) elaboraui. En illos; quos læto amabo ſuſcipite animo; & hoc meum ſtudium boni conſulite; ſperantes me in dies maiora, & vtiliora præſtaturum. Nam ſi (vt ſpero) vobis periucundos eſſe cognouero, breui à me etiam eiuſdem Auctoris Doctrinale Mortis, nec non Itinerarium Paradiſi (qui egregij Tractatus exiſtunt, & iamdiu à Doctorum frequentia peroptati fuere) accuratiſſimè, vt imprimantur curabo. Valete, & Typographo ac Bibliopolæ ueſtro, qui vetera purgat, & noua profert, bene eſſe cupite.

RERVM

RERVM OMNIVM NOTABILIVM IN HOC VOLVMINE CONTENTARVM

Iuxta Alphabeti ſeriem accuratiſſimus INDEX.

A

ABſcondere debemus bona noſtra multi pliciter. 156
Abſtinentiæ neceſſitas. 20
Actiuæ & contemplatiuæ uitæ differentia. 308
Actiui & contem platiui cui comparentur. 309
Adæ terra maledicta germinauit ſpinas. 2
Adæ offenſa quomodo tam grauis fuit, ut tã acerbè puniretur. 108
Adæ culpa quomodo fuit utilis. 109
Aduentu Chriſti omnia renouata ſunt. 6
Aduentus Chriſti fuit multum deſideratus. 24
Aduentum Chriſti in carnem cur repræſentat eccleſia. 33
Aduentus Chriſti duplex. 50
Aduentus primi & ſecundi differentia. 55
Aduentus quadruplex domini. 195
Adulatores ſunt fugiendi. 164
Affinitas facit corrumpere iudicium. 136
Agricola dicitur Chriſtus multiplici ratione. 1
Ambulare debemus cum Deo *ſex modis.* 34
Ambulare honeſtè quid ſit. 34
Amicos odiſſe, eſt maioris demeriti quàm inimicos. 297
Amor mundi radix eſt omniũ malorũ. 163
Amor fuit cauſa incarnationis Chriſti. 230
Amoris uis in Chriſto quantum ualuit. 231
Anagogica expoſitio ſolis & lunæ. 50
Andreas quomodo uocatus eſt ad Chriſti familiaritatem. 40
Andreas bene uſus eſt Chriſti familiaritate. 41
Andreæ prædicationis fructus. 46
Andreas quomodo multipliciter ſecutus eſt Dominum. 48
Andreas quinq; officia habuit à Chriſto. 49
Angelicæ uirtutes quomodo mouebũtur. 70
Anima quomodo miſerabiliter incarceratur in ſuo corpore. 123
Animam precioſam cur iungat Deus corpori corrupto. 133
Anima & corpus humiliata ſunt per peccatum. 265
Annorum continuationem fecit Dominus propter multa. 345
Annus triplex. 346
Antichriſti apparitio. 55
Apparuerunt tria in baptiſmo Chriſti. 370
Aquæ uirtutes a Deo datæ. 375
Aquæ nouem proprietates baptiſmo competentes. 375
Aquæ baptiſmi ſunt effectiuæ, & nutritiuæ

ſpiritualiter. 376
Arma lucis cur indui iubeat Apoſtolus. 18
Arma lucis, & tenebrarum quæ ſint. 18
Arma diuerſa, diuerſimodè muniunt. 19
Arma uirtutum duplicia. 21
Arma lucis quibus ī lue nos debemus q̄ſint. 34
Arundini peccator comparatur. 163
Auaritia an ſit prodigalitate laudabilior. 85
Aures duas cur Dominus ſuper linguam po ſuerit, & duas aures & unam linguam dederit. 154
Aures ſuas multi obturant. 285

B.

Baptiſma Chriſti, & Ioannis quomodo differebant. 185
Baptiſmus triplex. 194
Baptiſmus figuratur in fluuium Nilum. 375
Baptiſmus ſanat infirmitates mentis quandoque etiam corporis. 375
Baptiſmus quare datus ſit Chriſtianis, & circuncisio Iudæis. 378
Baptiſmi miniſter eſt ſacerdos. 378
Baptiſmus fieri debet in nomine Trinitatis. 381
Baptiſmus eſt ſacramentum irreiterabile, & prima tabula poſt naufragium. 382
Baptiſmus eſt prima tabula, & pœnitentia ſecunda. 382
Baptiſmus quare non excludit mortem cum ſit effectus culpæ originalis. 382
Baptiſmi effectus ſeptem. 383
Baptizari noluit Chriſtus à Ioanne propter tria. 369
Baptizandus quare ungitur in tribus locis. 384
Baptizandi modus tēpore Apoſtolorū. 379
Bella ante extremum iudicium futura. 58
Bellum Chriſti primum fuit ex Innocentibus. 326
Benedictiones ſex ipſius Domini. 344
Beneficia multa nobis collata ſunt per natiuitatem Chriſti. 222
Boni de malis quæ fecerunt non triſtabuntur in iudicio. 152
Boni non erubeſcent de malis eorum in iudicio reuelatis. 152

C

Carnem aſſumens Chriſtus non eſt mutatus. 7
Carnis concupiſcētia in omni pura creatura inuenitur Maria excepta. 103
Cathedram peſtilentiæ tria hominum generaſedent. 53
Cathedra peſtilentiæ ſuper quatuor pedes collocatur. 53
Cæcitas maior nunc eſt Chriſtianorum, quā Iudæorum. 194
Cedro comparatur Maria. 130
Cœlum & terra quomodo tranſibunt. 74
Charitas Stephani fortis erat ut mors. 293
Charitatis magnæ exemplum. 295
Chordæ duæ humani iudicij. 139
Chriſtiani omnes ſunt unius corporis membra. 37
Chriſtiana uita quomodo procedat. 347
Chriſtus ex duplici radice nobili proceſſit. 2
Chriſtus omnia in ſapientia fecit. 6
Chriſtiani nomen quid ſonet. 372
Chriſtianorum uita eſſe debet amara. 373
Chriſtus de quolibet ſtatu hominis aliquid aſſumpſit. 7
Chriſtus an in ſuo aduentu fecerit iudicium & iuſtitiam. 9
Chriſtus dicitur differenter Dominus ab alijs dominis. 10
Chriſto uenienti occurrere debemus. 13
Chriſtus unde uenerit. 13
Chriſtus tria poſſidet regna. 14
Chriſtus Rex quando uenit. 15
Chriſtus rationabiliter in ultima uenit ætate. 16
Chriſtus quomodo ad nos uenit. 17
Chriſto quomodo obuiandum ſit. 18
Chriſtus cur tantum tardauit uenire ad ſaluandum populum ſuum. 29
Chriſtus in ſuo primo aduētu quomodo exercuit primum opus iuſtitiæ. 61
Chriſtus in primo aduentu fuit dulcis in ſecundo erit rectus. 68
Chriſtus uenit ut medicus. 71
Chriſtus uenit cum poteſtate magna. 72
Chriſtus quomodo butyrum & mel comedit. 146
Chriſtus uenit ut miſericordiam patefaceret ſuam. 148
Chriſtum adire debemus tempore aduentus magis quàm alio. 180
Chriſtum aduenientem propter multa ſuſcipere debemus. 185

Chriſtus

Chriſtus quomodo ſit hoſpitandus. 186
Chriſto naſceti quo occurrere debemus. 188
Chriſtus fuit medius. 194
Chriſtus quinque nomina ſortitus eſt in na tiuitate. 215
Chriſtus dicitur Deus fortis. 216
Chriſtus eſt pater futuri ſeculi. 216
Chriſtus dicitur princeps paci . 217
Chriſtus quare noluit fieri homo. 218
Chriſtus cur potius naturam humanam quã Angelicam aſſumpſit. 225
Chriſtus quomodo fuit uir in conceptione & natiuitate. 226
Chriſtus ad quatuor datus eſt nobis. 239
Chriſtum decuit incarnari & naſci. 240
Chriſtus non naſcitur ſpiritualiter apud diuites nec ab eis recipitur. 251
Chriſti natiuitas an attulerit gaudium omni populo. 254
Chriſtus omnia opera bona operatur in nobis. 261
Chriſtus nodum fecit in corrigia in natiuitate,ut noſtri memoraretur. 265
Chriſtus fuit ex limo factus. 266
Chriſtus tria diſpenſauit ante mortem. 303
Chriſtus eſt ueluti ferrum. 322
Chriſtus quare circuncifus eſt, cum non habuerit peccatum. 329
Chriſtus ad quid circunciditur. 350
Chriſtus apparuit in epiphaniæ die contra tria opera Diaboli. 352
Chriſtus cur non eſt inuentus in curia Herodis. 362
Chriſto quæ offerre debemus. 367
Chriſtus an fuerit filius ſpiritualis Ioannis. 372
Circuncifionis feſtum omnes celebrare debent. 334
Circuncifio multiplex. 334
Circuncifio cur a Domino inſtituta ſit in populo Iſrael. 335
Circuncifio cur in mẽbro genitali fiebat. 335
Circuncifio quomodo à Baptiſmo differt. 335
Circuncifionis carnalis & ſpiritualis differentia. 336
Circũciſio noſtra quomodo eſſe debeat. 336
Circuncifio ſpiritualis quando initium habuit. 337
Circuncifio quare die prima anni celebratur. 338
Circuncifio multiplex. 348
Circuncidenda ſunt quatuor ſpiritualiter. 341
Circuncifio quare fiebat octauo die. 342
Circuncifio perfecta quomodo & quando fiat. 342
Citatio prima iudicij uniuerſalis. 62
Clamor multiplex huius ſeculi. 148
Clericus non poteſt eſſe bonus niſi ſtudeat in libro ſuo. 76
Clerici debent offerre Deo Thus. 359
Cognitio ſui eſt ualde neceſſaria. 182
Columbæ ſeptem proprietates. 373
Commemoratio cur fiat quotidie à nobis de Maria. 128
Conceptio Chriſti, & Mariæ quomodo differant. 103
Conceptionis uirginis ſanctitas rationibus ſuadetur. 104
Conceptio tribus capitur modis. 117
Conceptio Mariæ inſtituta eſt tanquam quintus terminus ad debitum honorem illi perſoluendum. 129
Conceptionis,& natiuitatis Chriſti myſterium eſt inſcrutabile. 225
Concupiſcentiæ motus ſunt noſtri atrociſſimi hoſtes. 115
Concupiſcentiæ ignis quomodo ſcinditur in duas partes. 199
Confeſſionis diplois. 16
Coniunctio copulatiua Diuinitatis cum humanitate fuit facta in natiuitate. 213
Coniunctiones factæ in Chriſti natiuitate. 215
Conſciẽtiæ domus quomodo ſit honeſta. 188
Conſideranda ſunt tria in ſolemnitate beati Thomæ, & aliorum ſanctorum. 168
Conſilio omnia ſunt agenda. 153
Conſiliorum multiplex differentia. 154
Conſilio bono propter multa credere debemus. 154
Conſilia carnis, mundi,& Diaboli ſunt fugienda. 156
Conſiliarius magnus dictus eſt Chriſtus. 216.
Cõteplatio ꝑpetua nõ eſt in hoc mũdo. 254
Contemplatiua actiuæ uitæ interdum cedere debet. 370
Corona triplex inuenitur in ſacra ſcriptura. 277

Cor noſtrum quo eſt ſtatera doloſa. 122
Crux Chriſti quomodo a cruce Petri, & Andreæ differebat. 49
Crux quomodo in cælo apparebit. 60
Crux erit ſignum citationis peremptoriæ. 71
Cuſtodiri diuerſimodè aliquid dicitur. 314

D

DAmna ſubſecuta per morſum pomi. 97
Dæmonis potentia quanta ſit. 224
Deus cur creauit quos damnandos fore præſciuit. 134
Deus ſe manifeſtauit abſcondendo. 147
Deus & mundus differenter ſublimãt. 156
Deus præcogitauit modos pacis cum homine faciendæ. 217
Deus non recipit in paradiſum niſi per fidem regeneratos. 387
Diabolus nunc abſcondit decipulam ſub delectatione. 149
Diabolus dicitur triceps. 384
Diabolus duplicem timet ignem. 387
Dies hominis ſunt dubij generis 12
Dies iudicij deſiderabilis eſt iuſtis. 72
Dies ligni qui ſint. 344
Dies ter legitur prolongata. 344
Dies triplex. 347
Dies bonorum approbat Dominus. 349
Differentia inter partum Mariæ, & aliarum mulierum. 249
Differentia multiplex inter lumen corporale & ſpirituale. 262
Digiti quinque in manu quid ſignificēt. 170
Digitorum nomina. 171
Digitum inſerre in loco clauiorum Chriſti, quid ſit. 169
Dignitas cõferēda eſt ijs qui plus merēt. 315
Diſcalciant nunc multi Chriſtum in membris ſuis. 181
Diſcipuli duo a Ioãne miſſi qd ſignificēt. 160
Diſcretionis neceſſitas. 172
Diſcretio requiritur in pœnitentia. 172
Diuites hic habent ſuum tempus. 283
Docti ſoli debent ſacram ſcripturam exponere. 147
Documentum nobis traditum a diuo Stephano. 278
Dominus propter tria expectandus eſt. 83
Dominus in primo aduentu ſeptem reuelauit abſcondita. 145
Dominus cur reuelabit merita bonorum in iudicio. 150
Dominus an feſellit Abanem dando ei Thomam pro latomo corporali. 177
Dominus cur in Aegyptum potius quàm alibi effugit. 322
Dominus cur effugere noluit. 327
Domum triplicem Deus ædificauit. 99
Dormire non debemus in peccatis. 24
Dubitatio & perfecta ſolutio. 116
Duæ manus Diaboli. 18
Dubium, & ſolutio. 240
Dubium curioſum. 347
Duo tantum erant de neceſſitate circunciſionis. 342

E

ECcleſia cur tantopere hortetur nos obuiare Chriſto. 30
Eccleſia quomodo eſt luna. 58
Eccleſia filios triplices luget. 326
Eccleſiæ perſecutiones duodecim. 352
Eccleſia Chriſtianorum quando cæpit parere plurimos filios. 366
Eclipſis generalis quo ab alijs differat. 67
Egredi debemus a mundo, ut occurramus Chriſto. 205
Electi an multi fuerint in fine mundi. 63
Egredi a mundo monet nos loci importunitas. 206
Eligendi modi tres. 41
Eloquia Dei quibus abſcondantur. 82
Emanuel non diſcrepat a nomine Ieſu. 351
Epiphania domini cum gaudio eſt celebranda propter tria. 352
Epiphania cur uocetur tali nomine. 357
Erubeſcere debent qui contra ſacram Mariæ conceptionem inſaniunt. 104
Erubeſcebat Stephanus ſic duci ad mortem. 292.
Euangeliſtæ & Prophetæ cur tam loquantur de aduentu Chriſti. 12
Euangeliſtarum figura quid ſignificet. 303
Euangelia quatuor quid ſignificent. 313
Euangeliſtarum quatuor figuræ. 313
Exaltatio in temporalibus eſt periculoſa. 297
Exemplar noſtrũ factus eſt Chriſtus. 240
Exemplum de Chriſti mutabilitate. 7
Exemplum admirandum. 175
Exemplum memorandum. 399
Exemplum admirandum. 386
Exorciſmis poteſtas diaboli cohibetur. 387

Facilè

F

Facilè eſt obtinere quòd cupimus in na tiuitate Chriſti. 236
F acta præcedentiū recolere eſt utiliſſimū. 22
Fames multiplex in fine ſeculi. 54
Feſta ſanctorum ueteris teſtamenti cur ab eccleſia non admittantur. 321
Feſtinare cur debeamus ad bene operandum. 36
Fidei ſcutum eſt aſſumendum. 26
Fideliſſimus eſt Deus in omnibus ſuis creaturis. 175
Fides uera facit contemnere omnia præter Deum. 175
Fides ꝑpter quatuor multū Deo placet. 174
Fides ſola nūc non ſufficit pro paruulis 338
Fides alterius quō in alterum operatur. 381
Filiatio triplex per baptiſmū acquiritur. 371
Filius Dei quomodo uenit in mundum. 16
Filius Dei quomodo in uterū deſcendit Virginis. 255
Fraternitates duas uocauit à principio Dominus. 43
Fugā Domini cur Mattheus deſcripſit. 323

G

Gaudere an ſemper debeamus in Domino. 204
Gaudij uerbum cur repetat Apoſtolus. 202
Gaudium bonū & malū quō differant. 186
Gaudiū huius ſeculi uitandū ꝑp multa. 186
Gaudium mundi non eſt plenum. 203
Gaudium ſemper ſequitur luctus. 323
Gentiles quare ſic dicebantur. 378
Gloria Dei eſt Chriſtus. 246
Gratiæ plenitudo Chriſti, Mariæ, & Stephani. 270
Gula ſæpe litigat cum burſa. 94

H

Hebræorum Pueri orti indeſerto an ſal uarentur. 335
Hæreditas cœli quomodo accipiatur. 83
Hæreditas cœli multum differt ab hæreditate terrena. 264
Hæreſiæ quando incœperant. 328
Herodis perſecutionem propter multa fugit Dominus. 322
Herodis malitia circa Chriſtum. 325
Herodis mors. 327
Herodes quare turbatus fuit. 355
Herodes cur clam uocauit magos. 356
Homines quare tam loquantur contra officiarios iuſtitiæ. 11
Homines poſt aduentum Chriſti non debent timere hoſtem. 17
Hominū quatuor ſtatus ſunt in eccleſia. 40
Hominum quatuor genera uidentium ſigna futura. 68
Homo quid ſit. 87
Homo maximū habuit dominiū i paradiſo. 97
Homo in ſtatu innocentiæ fuiſſet immortalis. 98
Hominis miſeria poſt lapſum. 107
Hominis natura quō nitatur in uetitū. 110
Homini competit labor & dolor propter originale peccatum. 114
Homo quomodo poteſt percipere quod bono loquatur affectu. 137
Homo tripliciter erat degradatus propter culpam. 146
Hominem fecit Deus, & cum conſilio reparauit. 153
Homo an poſſit dirigere uiam Domini. 200
Hominem conſtellationibus ſubdi reprobatur. 354
Homo ſex modis comparatur iumentis. 112
Homo eſt arbor reuerſa. 378
Honores quomodo infatuant hominem. 111
Honores ſunt fugiendi. 156
Hora duplex. 33
Hortulanus uerus fuit Chriſtus. 173
Hortulus Chriſti fuit Virgo. 2
Humanitas Chriſti dicitur humilitas noſtra. 266
Humanitas Chriſti fuit de limo facta. 266
Humilitas magna Ioannis Baptiſtæ. 193
Humilitas Ioānis Baptiſtæ in quatuor apparet. 197
Humilitas Chriſti maxima in natiuitate. 233
Humilitatis præſtantia. 234
Humiles commoda multa conſequuntur a Chriſto 238
Humilitas & paupertas fuerunt ſpirituales Chriſti obſtetrices, uirginitas, & pietas nutrices. 256
Humilitas eſt uia redeundi ad Deum. 268
Humilitas Ioannis fecit eum exaltari ad cæleſtia myſteria intelligenda. 311
Humilitatis exemplum fuit Chriſtus. 370

I

IEſu nomini omnia obediunt. 288
Ieſu nominis dulcedo & ſuauitas. 289
Ieſu nomen eſt maximæ utilitatis. 291
Ieſu nomine multi olim uocati ſunt. 291
Ieſu nomen ritè fuit impoſitum incircunciſione. 350
Ignatij exemplum de nomine Ieſu. 290
Illudere dēmus carni, mūdo, & Diabolo. 350
Imperatores cur pomum in imaginem gerant. 97
Imperatori propter multa Dominus ſubijci uoluit. 248
Incarnationē Chriſti cur dicant Prophetæ ex ſemine Dauid magis q̄ aliorū puenire. 3
Incarnatio Chriſti cur tantis miſerijs ſit facta. 3
Incarnari cur tamdiu diſtulit Chriſtus. 15
Inculcatio contra eos qui ſacram Virginis cōceptionem inſaniunt. 103
Infernus multiplex. 265
Infirmitates ſex procedentes ex originali peccato. 122
Inimici noſtri qui ſint. 37
Inimicitiarum parietes tres ante Chriſti natiuitatem. 314
Inimicum eſſe diligendum quo ad naturam quomodo intelligitur. 293
Inimici mortem an liceat optare. 294
Inimicum diligere eſt maioris charitatis quàm amicum. 295
Innocentia triplex ſeruanda. 324
Innocentes priuantur bonis a mundo non à Deo. 319
Innocentium feſtum an ſit celebrandū. 320
Innocentum feſtum quare comitatur feſtū natiuitatis. 324
Innocentes opponuntur ab aſtutis & malis. 326
Innocentibus bene fuit per mortem. 327
Innocentes omnes trucidati ab Herode ſaluati ſunt. 328
Inſipientia multiplex eorum qui in bello ſpirituali ſuccumbunt. 21
Interogare quiſq; dēt ſe ipſum tu q̄s es. 192
Inuitamur pp tria ad nuptias Mariæ. 207
Ioannis Baptiſtæ laudes. 158
Ioannes Baptiſta cur fuit in uinculis poſitus. 158
Ioannes Baptiſta fuit dignus ut eſſet præcurſor Chriſti. 162
Ioannes Baptiſta fuit Angelus. 165
Ioannes Baptiſta fuit legatus Chriſti. 191
Ioannes Baptiſta cur ſe uocē appellauit. 194
Ioannes Baptiſta cur baptizabat. 194
Ioannes Baptiſta cur tacuit ea circa quæ laus appeti ſolet. 196
Ioannes Baptiſta propter multa dixit ſe eſſe uocem Domini. 196
Ioannes Baptiſta redarguebat maiores ſine timore. 199
Ioannis Baptiſta an cognoſcebant dominum. 370
Ioannes Baptiſta cur tremebat baptizando Chriſtum. 371
Ioannis Apoſtoli Euangelium cur ſic incipiat. 259
Ioannis feſtum cur celebratur poſt natalem Domini. 297
Ioannem propter multa diligebat Dominus. 299
Ioannis charitas magna. 299
Ioannis tranſitus cur ſecunda die poſt Chriſti natiuitatem celebratur. 301
Ioannes fuit ſecretarius Chriſti. 301
Ioannes fuit cuſtos Virginis, & Chriſti theſaurarius. 302
Ioannes fuit Apoſtolus, euangeliſta, & propheta. 304
Ioannis euangeliſtæ finis. 305
Ioannes Apoſtolus eſt in cælo corpore & anima. 306
Ioānes clarè uidit myſteriū Trinitatis. 307
Ioannes Aquilæ comparatur. 308
Ioannis doctrina eſt refectio omnium fidelium. 311
Ioannis excellentia. 313
Ioannes quando mortuus eſt. 315
Ioannes diu dimiſſus eſt manere in hoc mūdo propter multa. 318
Ioannes quare pingitur iuuenis cum fuerit mortuus ſenex. 319
Iob quomodo fuit typus martyrum. 283
Ioſeph erat perfectæ ætatis cum nupſit. 210
Ioſeph cur timuit accipere Mariam coniugem ſuam. 211
Ioſeph ſeptem honores & prærogatiuas habuit. 213
Ioeſph fuit primus Chriſtianus. 213
Ioſeph & Maria an tenebantur obedire edicto

edicto Cæſaris. 247
Ioſeph nomen quid ſignificet. 321
Iudæi quõ conuertentur in fine ſeculi. 73
Iudæi ſolum literalem legis obſeruantiam habent. 78
Iudæi neſcibant Chriſtum propter multa. 194
Iudæi cur magis de Ioanne quàm de Chriſto exiſtimabant. 182
Iudæi interogati ab Herode de Chriſti natiuitate in reſponſione multipliciter defecerunt. 355
Iudæi aſſectabantur fidei Chriſtianæ. 357
Iudæorum ignauia, & Herodis malitia. 364
Iudex cui unuſquiſque eſſe debet. 36
Iudicare de proximo an ſemp ſit licitũ. 135
Iudicat malè homo in quadruplici de cauſa. 139
Iudicare de interioribus cordis proximi utrũ quis poſſit. 140
Iudicare de occultis eſt difficile & damnoſum. 142
Iudicare non debent ſubditi de ſuis inferioribus. 144
Iudicij particularis & uniuerſalis citatorij. 62
Iudicium humanum ſequitur affectiones humanas. 96
Iudiciorum humanorum multiplex diſtinctio. 135
Iudiciũ humanũ tribus de cauſis fallit. 136
Iudicium de proximo quõ ſit licitum. 140
Iudicium poteſt fieri etiam per Phyſonomiam faciei. 141
Iudicium hominis de homine ſæpe eſt fallax & mendax. 144
Iudici oportebit nos reſpondere in iudicio futuro. 142
Iudicium Dei duplex. 91
Iuſtitia eſt nutrix regnorum. 8
Iuſtitiam & iudicium quõ differant. 8
Iuſtitia & miſericordia tripliciter accipitur in Deo. 9
Iuſtitia an ante Chriſti aduentum uigebat in terra. 10
Iuſtitia quomodo ſit cingulum lumborũ. 11
Iuſtitiæ effectus eſt pax. 11
Iuſtitiæ perditio magnum periculum eſt in regno. 99
Iuſtitiæ rigorem conuertit Deus in miſericordiam in Chriſti natiuitate. 235
Iuſtitia muneribus corrumpitur. 326
Iuſtorum neceſſitatibus prouidet Deus. 329
Iuuenes an eligi debeant in epiſcopos. 90

L.

Labor & dolor quomodo differenter ſuerunt in Chriſto Mariæ, & nobis. 114
Lapidati ſeptem leguntur in ſacra ſcriptura. 279
Lapides Stephani quõ fuerunt pretioſi. 279
Latronis boni mira res perpendenda. 323
Lauacrum multiplex. 374
Laudari ab hominibus non eſt magnum, ſed à Deo. 159
Laudatio perfecta erit in patria. 351
Laus triplex nomini domini. 351
Ligantur homines & bruta differenter. 144
Locus ſanctus ſolũ non cuſtodit hominẽ. 110
Loqui quomodo poſſumus de pulchritudine Mariæ. 128
Loricam iuſtitiæ debemus nos indui. 19

M

Macharij admiranda uiſio. 95
Magiſtri ueri qui ſint. 54
Magorum fides. 353
Magi homagium Chriſto fecerunt tribus modis. 358
Magorum munera quid ſignificent. 359
Magi cur aboriente uenerant. 361
Magi uenerunt ſine inuitatione, & de multiplici uenire. 362
Mala quæ incurrunt recedentes a Deo poſt baptiſmum. 388
Mali nunc etiam bonos perſecuntur. 276
Malos diu uiuere & iuſtos parum cur permittat Deus. 348
Malitia triplex. 284
Mane iuuentutis quõ debeat exerceri. 89
Manſuetudo ualde utilis eſt homini Chriſtiano. 48
Manus duæ ipſius Dei. 68
Manus dextera, & ſiniſtra quid ſignificent. 170
Mare quadruplex. 45
Maria Virgo maximè a Deo ornata fuit. 93
Maria utrum fuerit concepta in originali peccato. 100
Mariæ ſacra cõceptio figuris declaratur. 103
Maria fuit uirga per quam infuſa eſt theriaca pro genere humano contra ſerpẽtẽ. 105

Maria dicitur orbis terræ. 113
Maria an fuerit concepta in originali peccato. 114
Maria quomodo indiguit redemptore. 115
Maria multas habuit tentationes ab extrinſeco. 116
Maria an habuerit fomitem. 117
Mariā non fuiſſe conceptam in peccato originali rationibus probatur. 118
Mariæ quinque ſolemnitates. 119
Maria fuit ſummè pulchra in corpore. 129
Maria habuit cuſtodiam angelicam. 131
Maria cur ſine peccato originali ſit concepta. 131
Maria fuit ab æterno electa ut eſſet mater Dei. 131
Mariam cur uoluit dominus matrimonio iungi. 210
Mariæ uirginitas fuit perpetua. 212
Maria peperit ſine corruptione. 221
Maria peperit Chriſtum ſine dolore, pudore & corruptione. 228
Maria an fuerit uera mater Chriſti. 249
Maria quid conferebat in corde ſuo. 257
Mariæ & eccleſiæ comparatio. 312
Maria dicitur caminus. 322
Maria duplici de cauſa impoſuit nomen filio. 351
Maria quid fecit de muneribus magorū. 310
Matrimonium fieri debet inter pares cultu. 179
Matrimonia infidelium non ſunt rata. 179
Matrimonium uerum an fuit inter Mariam & Ioſeph. 209
Matrimonij bona. 209
Matrimonium quoddam fecit Chriſtus cum natura humana. 231
Matrimonium, & ſacerdotium in ueteri lege, non erant ſacramenta. 358
Mendax quomodo ſit omnis homo. 74
Mentis peruerſæ indicium eſt de alia re malè iudicare. 141
Mentis euagatio in oratione unde proueniat. 94
Metaphora de ſole naturali & ſpirituali pulcherrima. 59
Memores eſſe debemus Chriſti ſicut ipſe fuit noſtri. 269
Mereri non contingit, aut benè agere ex ſolo libero arbitrio. 261
Milites Chriſti ſunt homines per baptiſmum. 380
Miraculum à ſepulchro Andreæ propalatum. 50
Miracula quæ nunc fiunt ſunt argumenta ſophiſtica contra fidem. 54
Miracula Chriſti quomodo effigiat mundus nunc. 160
Miracula quomodo fiant à malis. 291
Miraculum de Iudæo pluries baptizato. 382
Mirrha quomodo offertur. 359
Miſericordia magna uſus eſt Chriſtus ſemper. 17
Miſericordia quæ apparuit in natiuitate Chriſti. 233
Miſeria Chriſti infantis. 238
Miſſæ tres cur dicantur in die natalis Domini. 217
Modeſtia ſemper obſeruanda. 187
Mollicies triplex. 164
Mortis conſideratio frequens eſt utiliſſima. 35
Mors corporalis quare non auferatur per baptiſmum. 121
Mortis dies melior eſt die natiuitatis. 283
Mortis porta arcta eſt. 292
Mors cur dicatur fortis. 293
Mors quomodo eſt fortior amore. 318
Motus primos reprimere poſſumus, & non omnino extinguere. 123
Multitudo duplex. 255
Mundi contemptus exemplum. 268
Mundi ſtatus fugiendum. 269
Mundus cur dicatur mare. 44
Mundus meretrici comparatur. 45
Mundus & Chriſtus dant differenter copulatiuas, & diſiunctiuas. 214
Mutabilitas non eſt in Deo. 380

N

NAſci decuit Chriſtū ex Virgine. 250
Natiuitates triplices apud Romanos erant celebres. 252
Natiuitas Chriſti fuit nobis fructuoſiſſima. 252
Natiuitas Chriſti nouem miraculis eſt manifeſtata. 252
Natiuitas filij Dei quadruplex. 353
Natiuitas duplex. 376
Natiuitas ſpiritualis per baptiſmum facta. 386

Negligentia primi hominis duo mala nobis acceſſerant. 6
Nicolaus cuſtodiuit theſaurum uirginitatis. 84
Nicolaus quomodo potuit habere donum abſtinentiæ in ſua iuuentute. 84
Nicolai charitas erga proximum. 89
Nicolaus qua de cauſa fuit ad epiſcopatum uocatus. 90
Nicolaus cur non fuit Martyr cum fuerit tẽpore perſecutionis tyrannorum. 92
Nicolaus quomodo inter ſanctos magni eſt meriti. 92
Nobilitas uera unde ortum habeat. 380
Nouum teſtamentum eſt ueteri difficilius. 259
Nuntij uarij ante aduentum Chriſti. 29
Nuntio quadruplici nos inuitat Deus. 36
Nuptijs Mariæ quali tunica interfuit Chriſtus. 208
Nuptijs Mariæ Angeli interfuerunt. 208
Nutricis cura circa infantem. 243
Nutrices multæ eſſe poſſunt ad nutriendum Chriſtum. 246

O

Obſtetrices nullæ fuerunt in natiuitate Chriſti. 242
Obſtetrices Virginis in partu duæ. 256
Ocium eſt multorum malorum cauſa. 22
Ocipſi non ſunt homines. 88
Oculi primorum parentum pluribus modis aperti ſunt. 132
Oculi corporis & mentis differentia. 138
Oleo ungitur baptizandus eo quod per baptiſmum conſecratur in Prophetam & Regem. 379
Oleum tria facit. 289
Omnia in nobis a Deo proueniunt. 23
Opera noſtra ad Chriſtum ſunt ordinanda. 269
Opera noſtra bona ſunt celanda. 336
Opinio diui Hieronymi inualida de Ioanne Euangeliſta. 299
Orationis Stephani mirabilis effectus. 278
Orandum eſt pro peccatoribus, & perſecutoribus. 285
Oratio cur interdum non exaudiatur. 287
Orimur omnes ex concupiſcentia. 124
Originalis iuſtitia quid ſit. 94
Originale peccatum duo mala conſecuta ſunt. 103
Originale peccatum aliquod eſſe ex ſcripturis trahi poteſt. 106
Originale peccatum quid ſit. 106
Originale peccatum quomodo in poſteros traducatur. 107
Originale peccatum in muliere & ſerpente uindicatum eſt. 110
Originalis peccati lex an fuerit inutilis. 113
Originale peccatum quid ſit. 119
Originalis peccati duplex pœna. 119
Originale peccatum quomodo a parentibus traducatur in poſteros. 125
Originale peccatum multis nominibus nominatur. 126
Originale peccatum cur non eſt uindicatum in tactu, guſtu, & uiſu ſicut in membris genitalibus. 126

P

Pacis pulchritudo in quo conſiſtat. 11
Palma cur dicatur ſignũ uictoriæ. 282
Parentum fides in lege naturæ erat certum remedium contra originale peccatum. 327
Paſſio Chriſti mentem hominibus fortificat. 374
Paſtores cur reuertebantur Deum glorificantes. 257
Patientia duo bona facit. 38
Patiens uerè an fuit Thomas qui imprecatus eſt mortem ſe percutienti maxillam. 178
Patres antiqui quomodo incarnationẽ Chriſti uiderunt. 219
Patrini officium erga baptizatos. 372
Paulus quoties nomen Ieſu nominauit. 289
Pauli Apoſtoli puritas, & ſapientia. 307
Paupertas non eſt ſpernenda. 232
Paupertas Chriſti multiplex in natiuitate, & de ipſius laudibus. 232
Paupertas Chriſti oritur ex quatuor. 233
Paupertas fuit hæreditas Chriſti ex parte Matris. 263
Paupertatis & humilitatis notulas impreſſit ſibi Chriſtus. 267
Paupertatem amplecti debemus cum Chriſto. 268
Pax triplex eſt habenda. 190
Pax cum Deo ſolicitè eſt quærenda. 206
Pax duplex. 218
Pax quomodo ſit à nobis quærenda. 234

Pax uera non eſt impijs, ſed pijs. 235
Peccatum primi hominis tria damna nobis contulit. 13
Peccatum pp quinque cōparatur ſomno. 24
Peccatum tollit ſenſum ſpiritualem. 25
Peccat multipliciter qui differt cōuerti. 28
Peccata cur dicantur opera tenebrarum. 32
Peccatorem multa inducunt, ut reuertatur ad dominum. 145
Peccata faciunt diuiſionem inter nos, & Deum. 146
Peccata abſcondita reuelabuntur in iudicio. 151
Peccata ſunt tegenda in confeſſione pluribus rationibus. 157
Peccata clamantium uindictam. 191
Peccati grauitas magna. 200
Peccatum nihil eſt, & dies malorum nacui. 349
Peccator in peccato perſeuerans brutorum proprietates exercet. 376
Pectus ſuper quod recubuit Ioannes quid ſignificet. 309
Pœnæ peccati originalis cur a Maria non fuerint ablatæ. 119
Pœnæ originalis peccati cur remaneant poſt baptiſmum. 120
Pœnæ temporales remanent in nobis uiuentibus ad exercitium. 128
Pœna æterna tota tollitur in baptiſmo non autem pœnæ temporales. 385
Peperit Maria Chriſtum ſine corruptione. 250
Perſeuerantia ſola coronatur. 259
Petere debemus a Deo omnia in nomine Ieſu. 287
Pes duplex quo gradimur ſpiritualiter. 48
Phyſionomia Chriſti & Mariæ. 130
Pietatem & poteſtatē habuit Chriſtus. 269
Pigro ſuccurritur a Domino. 84
Piſcatio mirabilis fuit illa Apoſtolorū. 42
Piſcatores non ſenatores elegit dominus. 42
Piſcatio reti comparatur. 46
Plenitudinem naſis per quatuor cognoſcimus. 271
Poſitionum quatuor differentiæ. 39
Prædicatores tandem ad infideles ſe conferent. 55
Prædicator quibus de cauſis non audet dicere ueritatem. 79
Prædicatores ſunt emunctoria ſcripturæ ſacræ. 148
Prædicator debet prædicare ſicut Ioannes Baptiſta. 198
Prædicanda an ſint populis creditu difficilia. 260
Prædicatores duo p̄cipuè habere debēt. 269
Prædicatio quomodo eſſe debeat. 311
Prælatus tendere debet ad lucrum animarum. 47
Prælatus bonus Deo theſaurizare debet. 91
Prælati cur modo non timentur ſicut olim Ioannes Baptiſta. 181
Prælatus debet mediare inter Deum & populum. 195
Prælati uigilare debēt ſuper gregē ſuū. 254
Prælati omnes debent præcedere alios in doctrina & bonitate. 345
Præparatio ad aduentum domini. 134
Prærogatiuas multas habuit Maria in natiuitate Chriſti. 219
Preſſura quadruplex tempore iudicij. 69
Principes quomodo de cathedra ſapientiæ faciant Cathedram peſtilentiæ. 53
Principes malos permittit Deus propter peccata populi. 144
Principibus & prælatis ſubijci debemus exemplo Chriſti. 228
Promiſſa baptiſmi uiolantes multum culpantur. 387
Promiſſio in baptiſmo facta ſcripta eſt in nobis. 388
Propè & longe quomodo intelligantur de Chriſto. 14
Proximi ſunt diligendi propter multa. 317
Puer paruulus cur Deus factus eſt. 236
Puerorum occiſio quadruplex, & quid ſignificet. 333
Pueri omnes non circuncisi ante Chriſti aduentum morientes peribant. 342
Pueri tres ſunt nobis neceſſarij. 323
Pueri cur interogantur de fide in baptiſmo. 380
Pugna continua inter bonos & malos. 279
Puniuntur in filios qui indebitè matrimonio iunguntur. 209

Q

Quanto quis melior eſt tanto magis ſe humiliat. 268
Quæ opera bona ſunt dimittenda

da & quæ non. 166
Quærere debemus Chriſtum & quô. 327
Quærendus eſt Chriſtus, ſed non in curia Herodis. 365
Quærimoniæ ſex naturæ humanæ in natiuitate Chriſti ſopitæ. 219
Qui plus imitatur Chriſtum ſe humiliando plus proficit. 240
Quo pacto Chriſtus per operationem ſpiritus ſancti ſit conceptus. 241

R

Radices duas uenit Chriſtus euellere morbi humanæ naturæ. 256
Receſſus Chriſti a nobis, eſt magnum periculum. 332
Recipimus omnia a Deo, & parum aut nihil ei reddimus. 91
Recordari intelligitur dupliciter Deus. 264
Redemptionis opus excellit opera Dei alia ad extra. 162
Redemptio duplex. 339
Regis eſt tyranni differentia. 4
Reges ex paſtoribus & agricolis proceſſerunt. 1
Reges quomodo quærebant regem paruulũ & magnum. 366
Reges & Principes quid potiſſimum habere debeant 367
Regna eſſe nimis magna non eſt bonum. 7
Regula triplex ex uita Stephani. 273
Religioſus debet offerre Deo aurum, Thus, & myrrham. 367
Remedium triplex attulit dominus contra triplex damnum peccati Adæ. 146
Repletio differens corporalium & ſpiritualium. 271
Reptilia maris quæ ſint. 44
Requiruntur multa ad nutriendum puerũ Ieſum. 243
Rerum temporalium fallacia. 271
Retia à quibus piſcantur animæ. 46
Retis Apoſtolorum gubernatio. 47
Retium genera duo ſunt. 45
Reuelabuntur in iudicio tam bona quam mala. 151
Reuerti non debemus ad peccata. 300
Rex Chriſtus quando regnauit. 4
Rex uerus quomodo debet regnare. 4
Rex noſter Chriſtus cur ſuis tot mittat mala. 5
Rex Chriſtus quibus uijs uenit ad nos. 16
Rex noſter ad quid uenit in mundum. 17
Rex noſter differt a cæteris regibus. 361
Rex Chriſtus unam præcipuam habet conditionẽ differentẽ à cæteris Regibus. 364
Rumores boni afferuntur nobis per aduentum Chriſti. 181

S

Sacra ſcriptura quomodo ſit difficilis. 76
Sacræ ſcripturæ liber diuerſimodè uocatur. 76
Sacra ſcriptura eſt lucerna. 77
Sacræ ſcripturæ quadruplex ſenſus. 77
Sacra ſcriptura ſapientiam docet. 79
Sacra ſcriptura conſolatur tribulatos. 80
Sacra ſcriptura docet laudare Deum. 82
Sacramenta legis naturæ quæ erant. 338
Sal cur detur in baptiſmo. 380
Saltus uarios fecit Chriſtus. 230
Sapientiam deſiderans uacare debet caſtitati. 307
Sapientia duplex ſub nomine auri. 368
Sathanæ poteſtas maxima erit in fine mundi. 64
Scandalum quid ſit, & an Chriſtus ſcandalizauerit. 161
Scandalum actiuum uitare debemus. 165
Scandalizari ſolent quatuor genera hominum. 167
Scibilium difficultas a nobis procedit. 94
Scientia duplex. 37
Scholarium quadruplex genus. 155
Scientiæ diuinæ & humanæ differentia. 80
Scrutari an conueniat mirabilia ſacræ ſcripturæ. 75
Senectus conuenientiſſima eſt doctrinæ ſuſcipiendæ, & docendæ. 16
Senectus duplex mundi. 63
Senſualitas quomodo dominatur rationi. 96
Sequela multiplex hominum. 44
Seruire Deo maxima eſt delectatio. 26
Signorum præcedentium uniuerſale iudicium diuerſitas. 51
Signa octo extremi iudicij remota. 52
Signa iudicium extremum præcedentia. 56
Signa multa propter quinque iudicium præcedent. 57
Signa erunt in ſole, non ſol inſignis. 59
Signa præcedere iudicium congruũ fuit. 64
Signorum iudicij allegoria. 66

Signa indicij in natura elementari, & rationali. 69
Signa familiaritatis Chriſti, cũ Ioanne. 301
Silentium triplex. 14
Societas bona eſt multum utilis. 312
Solemnitates quatuor ſunt in die circunciſionis. 344
Sol & luna quomodo obſcurabuntur. 58
Soles tres apparuerunt in principio regni Auguſti Cæſaris. 223
Sol iuſtitiæ publicè eſt reuelatus. 247
Sol iuſtitiæ cauſat dies diuerſos. 347
Solutiones auctoritatum de conceptione Mariæ. 101
Somnus quadruplex myſticè loquendo. 3
Spes longæ uitæ quam ſtulta ſit. 2?
Spes non eſt abſque gaudio. 204
Spes quomodo eſt galea, et olla Moab. 20
Spes auxilij diuini, & præmium incitabat Stephanum ad certamen. 274
Spiritum Deo commendare debemus in morte. 277
Spiritus ſanctus cur apparuit in ſpecie columbæ. 373
Spiritualiter circuncidi quomodo debeamus. 337
Status peccatorum eſt ualde periculoſus. 28
Status triplex uirginalis, iudicialis, & coniugalis. 308
Stellæ quomodo cadent de cælo. 60
Stellas de cælo cadere quomodo intelligatur. 67
Stellæ magorum quando & quomdo apparuit. 353
Stella quadruplex. 369
Stephanus habuit munditiam & ſoliditatem. 170
Stephanus fuit miles nobilis ꝓpter tria. 275
Stephanus fuit fortis contra tres inſultus. 275
Stephanum uidiſſe cælos apertos quid ſignificet. 276
Stephanum quatuor conſolabantur. 276
Stephani lapides fuerunt precioſi propter tria. 277
Stephanus duplicibus lapidibus eſt lapidatus. 280
Stephanus habuit conditiones boni capitanei. 280
Stephano an licebat increpare ſuos perſecutores. 281
Stephanus erat immobilis in fide Chriſti. 282
Stephani mors quare plus celebratur q nam natiuitas. 283
Stephano quare Deus cælum oſtendit. 284
Stephani martyrium erat quoddam torcular. 285
Stephanus cur potius lapidari paſſus eſt. 286
Stephano quare lapides non nocuerunt. 287
Stephani pugna ex duobus reddebatur difficilis. 292
Stephanus maximè delebat de peccato perſecutorum. 295
Stultitia laborant qui exemplo aliorum malè facere diſcunt. 23
Subiectio Chriſti in natiuitate quanta fuit. 227
Subiectio triplex eſt. 227
Superbia in tribus conſiſtit. 234
Superbiæ noſtræ remedium. 238
Superſtitiones quorundam improbãtur. 329
Superſtitioſæ opiniones unde proueniãt. 330
Surgere à peccato duo nos impediunt. 25
Surgere debemus à peccato propter quatuor. 27

T

TEmpeſtas triplex futura. 52
Temporalia ſunt bona bonis, & mala malis. 158
Temporalium ſolicitudo tripliciter eſt illicita. 189
Temporalium rerum fallacia. 271
Tempus duplex in qualibet curia. 135
Tempus duplex in nobis. 382
Tenebrarum opera quomodo ſint abijcienda. 32
Tentationi diaboli eſt reſiſtendum. 21
Tẽtationi in principio reſiſtere debemus. 22
Teſtes falſi multum ſunt culpandi. 280
Terræ motus natura. 52
Thomam dubitare de reſurrectione cur Dominus permiſit. 173
Thomas quomodo per fidem uicit qui tamen occiſus eſt. 175
Thomas Apoſtolus tribus modis fuit incredulus. 179

Thomas poſt reſurrectionem optimè ſeruauit Chriſti fidem. 176
Thomas quomodo fuit uerè obediens licèt in uito animo iret ad Indos. 176
Thomas an peccauerit dando pecuniā Gondofori pauperibus. 177
Thomas an rectè fecerit ſeparando uxores à maritis infidelibus. 179
Timoris cauſæ plures in Ioſeph. 211
Tyrannorum proprietas. 4
Tribulationes cur Deus *nobis mittat.* 5
Tribulationes pro nobis pugnant. 23
Tuba nouiſſima quid ſit. 61
Tuba nouiſſima ad quid deſeruiet. 72
Tubæ quatuor in antiqua lege. 72

V.

Vaſis cerei naturalis effectus. 132
Venit Chriſtus *in propria ad reformandam religionem diſſipatam.* 288
Venite poſt me cur Chriſtus *dixit, & quibus.* 39
Venti uarij percutiunt hominem in hac uita. 201
Verbum Dei *eſt gladium ſpiritus.* 21
Verbum quare dicatur filius Dei. 260
Verbum eſt principium uiſibilium, & inuiſibilium. 260
Veritatis uiam habuit Chriſtus. 17
Veritatem ne dicant exiſtentes in curijs, plerunque ſunt in uinculis. 158
Veritas eſt puer, quem Ioſeph, id eſt quilibet iuſtus iubetur accipere. 328
Veritas tandem uincit, licèt opprimi poſſit. 369
Veſtimenta uetera ſunt exuenda, & noua induenda. 32
Veſtem triplicem exuere debemus. 37
Veſtimenta quadruplicia ſunt induenda. 37
Veſtibus iucunditatis cur indui ſpiritualiter debeamus, & quæ ſint. 203
Via facilior non ſemper eſt eligenda. 7
Via Diaboli eſt peſſima. 200
Via Domini *eſt optima.* 202
Via paradiſi facillima. 169
Vigiliæ euangelicæ quæ ſint. 88
Vincula multiplicia ſunt, quibus ligatur quilibet homo. 159
Vindictam de inimico appetere non debemus. 296
Virtutis omnis perfectio à fide oritur. 174
Viri ſancti lætantur in domino. 187
Virginis incorruptio exēplo declaratur. 230
Virtutum omnium exemplar eſt Chriſtus. 239
Viſitatio paſtorum in præſepio quid ſignificet. 255
Viſus inter omnes ſenſus eſt excellentior. 127.
Vita bona melior eſt in homine, quàm ſcientia. 111
Vnicorni proprietas. 379
Vnio diuinæ naturæ cum humana quomodo ſit facta. 3
Vocati ad eccleſiaſticam dignitatem quas conditiones habere debeant. 41
Vocati ad dignitatem cito debent obedire uerbo Dei. 42
Vocat nos Deus *à mundo dupliciter.* 332
Vocauit Chriſtus *ad regnum ſuum Ioannem ore proprio.* 305
Vox domini cur fuit appellatus Ioannes Baptiſta pluries in pſalmo. 197
Vſus malus patrum erga filios. 86
Vxorum pluralitatem multis modis habere contingit. 231

FINIS.

REVERENDI PATRIS, AC SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS EXCELLENTISSIMI, IOANNIS RAVLIN Ordinis Cluniacenſis,

Sermones de Aduentu.

Dominica prima Aduentus. Sermo primus.

A Rex. Quomodo reges ex paſtoribus, et agricolis proceſſeres.

REGNABIT rex & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. Hier. 23. Sed quęritur quomodo regnabit rex cũ Hiere. 14. cap. quęrat, Hieremias, Quare futurus es quaſi colonus in terra? Non enim reges ſunt coloni, aut cultores agrorum. Dicitur primò, ꝙ aureo tempore antequam inciperent tyrannides, reges vt plurimum erant agricolæ, & paſtores. Adam enim, & Noe, qui fuerũt vniuerſales reges totius terræ fuerunt agricolæ. Similiter Abraam qui fuit rex Damaſci: vt dicit Ioſephus liber 1. antiquitatum. Similiter & Dauid, qui fuit magnus rex, fuit paſtor ouium. Ideo non eſt mirum ſi Chriſtus fuerit ſimul agricola & rex. Patrem enim ſequitur ſua proles, vt Chriſti exemplo. & ſi reges moderni non ſint agricolæ, non tamen dedignẽtur agricolas: Sicut enim agricolæ ex Adam & Noe agricolis & regibus: ita & reges ex agricolis. vnde Hier. 52. Nabuzardan princeps coquorum & militiæ, Nabuchodonoſor, principes & diuites de Hieruſalẽ vinctos tranſtulit in Babylonẽ: & pauperes & agricolas dimiſit. Sic diabolus principes, & maiores in confuſionem peccati & tyrannidis & conſequenter inferni deducit; vbi pauperes bene agentes in terra promiſſionis admittũtur. Diaboli enim pars incraſſata eſt, & cibus illius electus. Abac 1. ſed pars Dei pauperrima, & modica: ſicut qui colligit racemos poſt vindemiatores, Eccleſiaſtici 23. Quia poſt vindemiatores demones pauci, & minuti racemi remanent. Dicitur ſecundò quòd Chriſtus futurus erat quaſi rex, ſed etiã quaſi colonus in terra, Primò quia pater ſuus agricola eſt. Io. 15. qui & plãtauit paradiſum voluptatis a principio Gen. 2 Filij autem communiter ſunt artificij paterni ſucceſſores. Secundò quia ad inſtar agricolę veſtitus eſt. Agricola enim quandoque tempore pluuioſo & hyemali ſuper pulcram tunicam ſacco induitur: ſeu tunica linea ſiue canobea, & dominus ſacco humanitatis præcioſa abſcondit ueſtimenta diuinitatis. Venit enim tempore tempeſtuoſo, & abundante malitia. Pſal. 34. Ego autem cum mihi moleſti eſſent propter ſua peccata, induebar cilicio humanitatis: ſub qua multa dura, & aſpera ſuſtinui. Agricolæ enim (ſicut dicit Ariſto. 6.

B Agricola. Multiplici ratione dicitur Chriſtus agricola.

ſto.6. Politi.) ſæpe ſubijciuntur tyrannidi, & bene tyrannos patiuntur; ſic Iudæorum tyrannidem, quaſi agricola paſſus eſt.

Tertiò, quia ſuper humerum ſuum inſtar agricolæ aratrum ſuum portauit: cuius manubrium eſt lignũ crucis: ferrũ vero claui, quib. foſſa eſt terra corporis ſui.

Quartò, quia opera agricolę exercuit.

Primò quidẽ ſpinas, & urticas a radicibus euellendo cum magnó labore: Ipſe enim uſque ad ſanguinem manuum & capitis, immo totius corporis laborauit, vt euelleret ſpinas peccatorum noſtrorum. Hjere. 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna. Ecce quomodo erat rex. Et ſequitur. Vt euellas, & deſtruas, & diſſipes, & ędifices; & plantes. Adę enim terra maledicta germinauit ſpinas & tribulos. Sed hæc benedicta quam aſſumpſit, germinauit omnium plãtaria uirtutum. Iuxta illud Pſalmus 84. Benedixiſti domine terram tuam, & ut euelleres peccatorum radices, auertiſti captiuitatem Iacob. Nulla enim maior animi captiuitas quam peccati in conſcientia radicati.

Adæ terra maledicta.

Secũdũ agricolæ opus eſt terram fęcũdare fimo: Sic Chriſtus iniurijs, & opprobrijs ſuis & ſanguine ſuo terram eccleſiæ impinguauit.

Tertium opus eſt ſemen in terram proijcere, & arentem terram rigare: Sic ille ſemina verbi Dei in parabolis, & doctrinis multis ſeminauit, & tandem ſuo ſanguine rigauit eccleſiam. Et licet agricola multas terras habeat in quibus multa iacit ſemina tamen prope habitationem ſuam vt plurimum habet hortulum, in quo ſingulares plantationes inſerit. Iſte fuit hortus ille beatiſſimæ Virginis: in quẽ deſiderabat humana natura, vt deſcenderet dicens illud Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum ſuum quẽ repleuit abundanter omnibus bonis plantis uirtutum fructus copioſè deferentiũ. Vt ergo de fructu huiuſmodi guſtare valeamus, ingrediamur paululum hunc hortum, vt de fructu eius ſaturemur: nõ nos exaltantes ſicut ſolet fieri in collectione fructuum quæ in ramis arborum colligũtur, ſcilicet nos humiliãdo dicentes Aue.

Hortulus Chriſti fuit Virgo.

IVxta thema propoſitum dicendum eſt de moribus venturi regis; vt popolus in eius aduẽtu lætetur, & occurat ſaluatori ſuo. Primò ergo dicemus ſeptem huius regis conditiones, quæ tanguntur Hiere. 23. vbi de aduentu Chriſti propheta loquitur.

Prima ergo conditio huius regis eſt ꝙ eſt nobilis & nobiliter natus, & de ſancta radice quæ tangitur ibi, Suſcitabo Dauid germen iuſtũ. Alij.n. reges quantuncunq; dicantur nobiles, omnes naſcuntur ruſtici apud Deum maxima ruſticitate, quouſq; regenerati per baptiſmum nobilitentur in ſanguine Chriſti: Iſte uerò a Deo patre genitus eſt germen iuſtum ab æterno. Et cæteri cum adhuc eorum germen matri hæret vel poſtquam emiſſum eſt immundi ſunt. Iſte autem dum matri hærebat, mũdiſſimus erat. Ex duplici autẽ radice proceſſit germen iſtud, ex temporali videlicet, & æterna. Ex temporali quidem, quia a ſanctis Patriarchis, prophetis, & regibus originem duxit; iuxta illud pſal. 104. Semẽ Abrahã ſerui eius, & filij Iacob electi eius. Fructus autem ſequitur conditionem arboris: licet hoc non ſit vniuerſaliter verũ, quia aliquando malus aer ſuper fructus incidit: & tunc vel putreſcunt, vel in terra ſunt vermiculoſi & infecti. Quidam enim ex bonis parentibus procreati propter malam ſocietatem quaſi propter malum aerem degenerant a parentibus: Et hoc maxime contingit quando fructus ſeparatur ab arbore, quia tunc non habet arboris influentiam. Sic quando ſe emancipant filij a parentibus ſuis, & ſequuntur conſilia ſua vel capita vel voluptates, cito putreſcit eorum fama, & fętet naribus bonorum. Aliquando vero non ſequitur conditionem arboris germen propter elongationem influentiæ ſolis: quæ non directè reſpicit fructus arboris: & inde fructus acerbi ſunt, nec ad maturitatẽ perueniunt. Oculi autem domini qui inflammare ſolent affectum, non multum reſpiciunt impios fętus, quia pſal. 33. Oculi domini ſuper iuſtos, & vultus domini ſuper facientes mala; vt perdat de terra memoriam eorum. Vultus enim dicitur enim eſſe ſuper

C Chriſtus. Quomodo Chriſtus ex duplici radice nobili proceſſit.

ꝑ malos ſicut dicit Hier. Quos reſpici' torto naſo, rugata fronte, & toruis oculis nõ benignis. Nemo.n.corrigit quẽ Deus deſpexit. De ſemine aũt quod promiſit Deus ſuſcitare dicitur in pſal. 111. Potẽs in terra erit ſemẽ eius, generatio rectorum benedicetur. Illud.n.cecidit in terram bonam.ſ. virginis; & ortum fecit fructum cẽtuplũ.

Nã artificiũ boni agricolæ exercens ſicut & pater eius: bonũ ſemen ſeminauit in agro eccleſiæ, vt apoſt. & ſanctos doct. Sed modo (prohdolor) raro & multũ clarè ſeminãtur in eccleſia pſonæ bonę & vtiles. Heu domine: nõne iamdudũ bonũ ſemen ſeminaſti in agro: vnde ergo hẽt zizania? Et reſpondet dominus. Inimicus homo fecit hoc. Loco.n.perſonarum vtilium ſeminãtur ſpinæ & ſentes, & talis inde fructus creſcit, quale ſemen ſeminatur. Si frumentũ, frumẽtũ, ſi gaza, gaza, ſi urticæ, vrticæ.

D Incarnatio. Quare propheta dicit Chriſtũ ex ſemine Dauid magis quã aliorum procedere.

Et ſi quæratur cur citius profeta dixit Chriſtum ex Dauid procedere quàm ex alijs regibus propinquioribus? Reſpondetur ꝙ propter mãſuetudinẽ ipſius Dauid qui in ſuo memẽto dicebat, Memento domine Dauid, & omnis mãſuetudinis eius. Mãſuetudinis dixit, nõ crudelitatis, quia iuxta pſal. 36. Manſueti hęreditabunt terrã, ideſt derelinquẽt hæredes in terra, nõ tyranni. Ait enim Polycraticus de Imperatoribus & tyrannis Romanorũ qui pſecuti ſunt eccleſiam Dei: ꝙ nullus eis de ſua ſtirpe ſucceſſit: ſed fere omnes ſine ꝓle extincti ſunt. Sed propter manſuetudinẽ Dauid iurauit dominus Dauid veritatẽ & nõ fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponã ſup ſedẽ tuã. Ideo nobiles multũ dicunt filios ſuos edocere mãſuetudinẽ a iuuentute, vt diſcant poſtmodũ ſuis ſubditis miſereri & compati, ſi velint poſt ſe hęredes derelinquere: quia teſtimonio ſaluatoris Math. 5. Mites poſſidebunt terram. Et propter hoc Iob multiplicem habuit prolem. Iob. vl.

Vnio diuinæ naturæ cũ humana quomodo facta ſit.

Secundò proceſſit hoc germen ex ęterna radice: Vidẽs.n. Deus pater q eſt agricola, ꝙ nulla inueniebatur humana natura in horto paradiſi; accepit ſtylũ humanę naturæ & inſeruit in trunco diuinitatis ſuæ, & ſic factũ eſt ut eſſet vna perſona Deus & homo: & factus eſt homo particeps diuinitatis: Et tũc cũ humana natura iamdudum eſſet botrus uel ſtylus multũ amarus: facta eſt dulcis ꝑ aſſociationẽ cum diuintate, Ro. 12. Tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in oliuam bonã, ideſt, cũ eſſes ſyluestris planta portans fructum acerbum inſertus es in bonam diuinitatis plantam portans fructũ optimum.

E Incarnatio. Quare dominus humanam naturam aſſumpſit cum tãtis miſerijs.

Sed circa hoc quęritur quare dominus carnẽ ſic aſſumpſit ſibi: cum reges & principes dedignentur minores? Cur igitur humanã naturã multis ſubiectum miſerijs aſſunpſit? Reſpõdetur ꝙ propter duo hoc fecit. Primò ad perficiendum maiorem & minorẽ mundum. Maiorem quidẽ vt finis coniungeretur principio. Ipſe.n. eſt Deus & homo: nũc eſt primus & nouiſſimus. Primus, quia creator omnium, Nouiſſimus, quia homo qui inter creaturas vltimo creatus eſt. Vt igitur finis coniũgeretur principio Deus factus eſt homo. Inde dicitur alpha & o, principiũ & finis. Vt.n.dicit Ariſt. 2. cęli & mundi, figura ſpherica inter omnes eſt pfectior. Primus itẽ in creatione, nouiſſimus ĩ recreatione & reparatione. Eſa. 53. Reputauimus eũ nouiſſimũ virorũ. Secũdo carnẽ aſſũpſit ad completionẽ minoris mũdi, qui eſt homo ſecũdũ Ariſt. 8. Phyſi. & hoc tripliciter. Primo vt pficeretur eius naturalis appetitus. Naturaliter.n.inclinatur homo ad alta & ſublimia petẽda. Hinc primus homo appetijt quodãmodo Dei ęqualitatẽ, iuxta quod pollicebatur ſerpẽs. Eritis ſicut Dij ſciẽtes bonũ & malũ. Nũc autẽ ceſſet appetitus talis: qa natura hominis exaltata eſt, nõ quidẽ vſq; ad cælos tantũ ſed ẽt vſq; ad dominũ cęlorũ, vſq; ad hoc vt ſit nubilis diuinę naturę vt eſſemus de progenie Dei. Iuxta quod dicit Aratus poeta. Ipſius etenim genus ſumus. Act. 17. Inde Aug. 13. de ſancta Tri. In rebus per tẽpus ortis nulla maior gratia quàm quod Deus homo fieret; & homo Deus. Secundo ut per gratiam perficeretur quia per hanc coniunctionem coiũctum eſt caput eccleſiæ membris eius: ex quo influit membris vitam gratię. pſal. 132. Sicut vnguentum in capite Chriſto, quod deſcen-

dit in barbam barbam Aaron, ideſt in fortes eccleſiæ qui fecerunt a principio barbam tyrannis & diabolo & miniſtris eius: deinde deſcẽdit in oram veſtimenti eius, ideſt in ſimplicibus quæ ſunt humiles de eccleſia. Tertiò vt perficeretur per gloriã, ſicut dicit Aug. ſuper illud Io. 10. Egredietur, & ingredietur & paſcua inueniet. hoc totũ erat bonũ hoĩs, vt ſiue ingrederetur, ſiue egrederetur: paſcua in factore ſuo iueniret. Paſcua foris in carne ſaluatoris, paſcua intus in diuinitate creatoris. Secunda cauſa quare carnẽ aſſumpſit fuit ad redẽptionẽ generis humani Mat. 18. Venit filius hominis ſaluũ facere quod perierat. Inde Pau. 1. Tim. 1. Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum i. maior. Sic dicãt omnes. Ipſe enim eſt ille qui ad ouem perditam dignanter deſcendit, ut quærat & inueniat. Luc. 15. Et quia cõpletio vniuerſi facta eſt in natura noſtra, & redemptio ſimiliter pro nobis: ideo totũ qđ factũ eſt in nobis, & pro nobis factũ eſt. Vñ hę duæ rationes tanguntur Gal. 4. Ecce dũ uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum in terris, quando. ſ. facta eſt plenitudo temporalium rerũ in perfectione mundi. ecce primã rationẽ, & ſequitur vt eos qui ſub lege erant redimeret, ecce ſecundã. Et idem Eph. 1. Propoſuit in plenitudine diſpoſitionis tẽporum inſtaurare omnia in Chriſto; & quę in cęlis, & q̃ in terris. Similiter hoc idẽ habet Eſa. 10. Conſummationem. i. completionem vniuerſi, & abbreuiationem, ideſt humiliationem, qua exinaniuit ſe formam ſerui accipiens: dominus Deus exercituũ faciet in medio vniuerſę terræ. ideſt. Hieruſalẽ. vel ĩ utero uirginis tanq̃ in medio oĩs terrę.

F Rex. Quomodo Christus regnauit vt rex.

Secunda cõditio huius regis eſt ꝙ re & nomine verè regno Dei dominatur: nõ ſicut reges qui dicuntur nomine, ſed nihil habent in re dicuntur reges, ſed nihil habent in regno vnde ſequitur, Et regnabit rex Primò quidem cum letitia populi ſui. Pſal. 96. Domin' regnauit exultet terra. Secundò ad cõfuſionem & diſplicentiã ſuorũ inimicorũ. pſal. 94. Dominus regnauit iraſcantur populi. Tertiò ad honorẽ, famã, & robur ſui regni. pſal. 92. Dñs regnauit decorem indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem, & precinxit ſe. Quartò ad directionẽ utilitatem & emendationẽ ſui regni. pſal. 95. Dicite in gẽtibus, quia dñs regnauit. Etenim correxit orbẽ terræ. Nõ eſt ergo mirabile ſi in aduẽtu eius, & antequam veniat clamatur Nouel. cum tanta bona operetur in populo ſuo. Dñt tñ logici ꝙ differt multũ dicere, Regnabit rex, & rex regnabit, ſicut differt dicere. Iſte monachus natus eſt: & iſte natus eſt monachus. Iſte veſtitus eſt natus; & iſte natus eſt veſtitus; quia poteſt quis rex regnare, ſed non regnabit rex, ſed tyrannus. Dupliciter tamen poteſt intelligi quòd quis regnet rex: Vno modo, quia mentis ſuę cõpos, animi ſui rex eſt. vnde Anticlaudanus, Tunc omnia iure tenebis, cum poteris rex eſſe tui. Dicebant philoſophi propterea, Alexandrum magnum non eſſe hoc modo regem, qui cum omnibus dominaretur ſui ipſius non erat dominus.

Rex quomodo regnare debeat.

Secundo dicitur regnare rex, quando populum in modũ regis, non tyranni regit. Vtroq; modo regnabit dominus rex. Primo ſui. Qui pecatũ nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Secũdò modo regnabit rex, quia ad vtilitatẽ popoli ſui. Secundum enim Philoſ. 5. Politic. tyrannus omnia ad vtilitatem ſuã diſponit, hic autẽ cũ diues eſſet propter nos factus eſt pauper, 2. Cor. 8. Secũdo tyrannus delectabilibus intẽdit, hic vero per totã vitã laboribus inſudauit. Vere enim languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Eſa. 53. Tertio, vt dicit Ariſto, tyrannus non uult ſubdictos habere qui ſciant, valeant, & habeant. Vult enim eruditos, potentes, & magna poſſidentes a ſuo principatu (ne in eum inſurgant) abijcere. vnde Ariſt. 3. Polit. Tyrannorum eſt relegare excellentes viros extra ciuitatem, aut patriam. Sic fecerunt Athenienſis qui habitabant inſulas Thamos, Chios, & Leſbie, contra pacta eorum eos humiliantes. Et rex Perſarum poſtquam ſubiecit Medos, & Babylonios, ſapientes eorum qui quandoque rempublicam rexerant, diſperſit, mittendo eos

G Rex. Differentia regis et tyranni.

Tyrannorum proprietas.

in di-

In diuerſis regionibus, ne in eum machinarentur. Hæc Ariſto. Et idem in lib.5. Poli. recitat conſilium Periandri tyranni : ad quem cum miſiſſet poſt captam urbem quandam,quidam nomine Thraſybolus(non ille,de quo Iuſtinus recitat in quinto. libr. Hiſtoriarum ſuarum : quia ille non erat tyrannus,ſed tyrannos Athenienſ. occidit) quid acturus eſſet nihil legato eius reſpondit:ſed deſcendens in agrum ſpicas aliis maiores præſcindebat minoribus derelictis:inſinuans ei omnes præcellentes occidendos uel abiiciendos: ceteros vero ſcilicet minores reſeruandos. Qui legatus cum requiſitus eſſet de reſponſione Periandri, reſpondit ſe nihil ei dixiſſe,ſed ſolum remiſiſſe. Percontanti uero Thraſybolo quid ageret. Reſpondit eum præſcidiſſe ſpicas maiores,quo audito intellexit ſigno quid agendum eſſet. Rex uero noſter vult ſubditos ſuos eſſe ſapientes. Vult enim ipſe facere & docere.vult etiam eſſe potentes ad bene operandum,& ad habendum. Ait enim. Ego veni vt vitam habeant , & abundantius habeant.Ioan.10.

H Rex. Quomodo rex noſter ſuis tot immittit mala.

Sed quæritur,ſi Deus regnet ad noſtrã vtilitatem non ad ſuam:quomodo ſeruis ſuis tot mala immittit? Omnes enim qui piè volunt uiuere in Chriſto perſecutionem patiuntur,vnde & Gedeon, Iudicũ. 6. Si dominus nobiſcum cur apprehenderunt nos hæc mala? Præterea ꝙ mali regnent,vt dicitur Eccleſiaſtes.10.Hoc malum quaſi per errorẽ videtur a facie principis egrediens.Quomodo ergo facit malos regnare,cum ſcriptura dicat tales errare? Reſpondeo ꝙ cur immittat ſeruis ſuis mala non eſt noſtrum iudicare . Iudicia enim Dei abyſſus multa. Et Prouer.25. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria. Eccl. 1. Profundum abyſſi quis inueſtigauit?

Tribulationes cur mittat Deus.

Poſſumus tamen nonnullas rationes coniecturare ad hoc. Prima erit quòd iſtas tribulationes immittit ad correctionem noſtram . Iuſtum enim eſt patrem miſericordem delinquentem filium ad correctionem flagellare.Non enim regnaret Deus vt rex: ſi non corrigeret inobedientes mandatis ſuis.Deut.28. Si nolueris audire uocem domini Dei tui, vt cuſtodias omnia mandata eius: percutiet te Deus vlcere Aegypti: & partem corporis per quam ſtercora egerũtur: ſcabie quoque & prurigine a qua curari nequeas.ſicut nunc apparet in flagellatione qua nos flagellat quadam ſcabie ſimili morbo elephantino.& in hoc ſe oſtendit dominus noſtri amatorem. Non enim pater corripit filium alienum,ſed proprium. Ioann. 11.Domine ecce quem amas infirmatur.

Secundo immittit eas ad cautelam noſtram,vt doceat nos fugere a ventura ira. Hier.6.Coram me infirmitas & plaga erudire Hieruſalem.Arcum enim iam tetendit,& parauit in eo vaſa mortis, ſcilicet infirmitates qui ſunt futurorum malorũ præſagia,niſi corrigamus nos ipſos. Grego.Nulla nocebit aduerſitas,ſi nulla dominetur iniquitas.

Tertio hoc facit ad noſtram vtilitatẽ,ut ſcilicet per infirmitatem minorem ſanet deteriorem. Prouer.10. Liuor vulneris abſterget mala.Vulneret enim vnam partem & ignobiliorem, ut ſanet nobiliorẽ. Mittit infirmitatem corporis ut ſanet infirmitatem mentis.pſal.106.Adiuuit pauperem de inopia. Ad hoc eſt exemplum de milite,qui clerico portanti aquam benedictam dum ſanus erat:nihil dabat.Cũ vero infirmaretur dedit illi clerico denarium orans vt pro eo rogaret Deum: Cui clericus,In quo ſtatu uos inuenitis magis amare Deũ,& de Deo eſſe ſecurum? Reſpondit miles ꝙ in ægritudine,Ad quem clericus. Et ego rogo Deum ꝙ ſemper uos teneat in illo ſtatu. Dicitur ſecundo ſecundum Alex.de Hal. quòd non dicit Eccleſiaſtes , quòd malum principem regnare ſit error: ſed quaſi error egrediens. Videtur enim error dum utilitas ordinationis eius ignoratur , ſed non eſt error, quia Iob. 34. Propter peccata populi regnare facit hypocritam. Iuſtum enim eſt,vt talis ſit rector ciuitatis: quales & habitantes in ea.Eccleſiaſtici.10.

Sermo. ij. pomeridianus per thema præcedens.

A Aduentus. Quomodo in Aduentu Chriſti o͞ia renouata ſunt.

SI in aduentu noui regis omnia in regno renouantur, officiarij videlicet & officia: non eſt mirabile, ſi in aduentu Chriſti regis renouata ſunt omnia. Iuxta illud Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Sicut hirundo cum apparet temporis vernalis nouitatem infallibiliter ſuo aduentu declarat, ſic filius Dei nouę gratię tempus annuntiat: in quo mutauit officiarios ſuos, ſacerdotes ſecundum ordinem Aaron in ſacerdotes ſecundum ordinem Melchiſedech. In cuius ſignum nūc renouatur eccleſię officium. Et quia dum regnat rex malus, expectatur bonus: & partim viuitur in ſpe futuri boni regis noui, partim in diſplicentia propter expectationem: ideo in officio huius temporis partim ſupprimuntur cantica lętitię, Gloria in excelſis, & Te Deum, partim retinētur, vt Alleluia. Sic ſancti ante Chriſti aduentum partim erant in gaudio propter certam ſpem liberationis per hūc futurum regem: & quodammodo in triſtitia propter tedium longè expectationis. Hinc Dauid dicebat. Dormitauit anima mea præ tedio. In ſignum cuius (vt dicit Rich. in 4. diſt. 13. q. 4. ar. 4.) introitus ſacerdotis ad altare ſignificant aduentum Chriſti, & introitus miſſæ quę canitur deſiderium ſanctorum patrum de aduentu eius. Ideo dicit, quod in miſſa ſolenni nō debet ſacerdos introire ad altare quouſque ſit inceptus miſſę introitus: quia ante fuit Chriſtus deſideratus quàm veniret. Et quia in aduentu iſto renouatum eſt tempus: & quia poſt tempus iuſtitiæ terribilis ſecutum eſt tempus gratiæ, & miſericordiæ, ideo nonies dicitur Kyrie eleiſon, per quod imploratur diuina miſericordia. Cū .n. per negligentiam primi hominis duo mala nobis acceſſerant ex diuina iuſtitia iuſtè inflicta; vnum ex parte corporis ſcilicet mors; ſecūdum ex parte animæ ſcilicet deſcēſus ad inferos, quia omnibus clauſa erat ianua cęli, iuxta illud pſal. 88. Quis eſt homo qui viuit & non videbit mortem? ecce primum, Eruet animam ſuam de manu inferi, ecce ſecundū. Hoc tamen adueniente tempore nōdum dominus ſubuenit primæ ruinæ: ſcilicet corporis, quia nouiſſima inimica deſtruetur mors, quam in reſurrectione ſua non cępit deſtruere, primam tamen per miſericordiam ſuam in hoc aduentu deſtruxit, iuxta illud pſal. 48. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cū acceperit me .i. humanitatem meam, qua ſe veſtiuit in domibus virginis, quaſi in veſtiario, iuxta illud pſal. 47. Deus in domibus eius cognoſcetur ſcilicet, in domibus ventris, & mentis cum ſuſcipiet eam. ſ. humanitatem. Ibimus ergo ad iſtam domū Dei imploraturi gratiā dicens, Aue.

Negligē tia primi hominis duo mala nobis acceſſerant.

B Sapientia. Chriſtus omnia in ſapiētia fecit.

Poſt conditiones primam, & ſecūdam regis noſtri matutino ſermone declaratas, ſubſequitur tertia quòd erit rex ſapiētiſſimus. Vnde ſequitur. Et ſapiens erit. Sapientia quidem ingenita quam non habebit ex aliquo conſiliante. Eſa. 4. Quis adiuuit ſpiritum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Sapiens item ſapiētia vniuerſali: quia in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię abſcōditi. Col. 2. Qua ita mundū dirigit, vt per eā impleatur, & habitetur terra. pſal. 103 Omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra. Non ſic principes quę ſi nō ſint ſapiētes, dicūt tamē inniti ſapientū conſilio, ſed quia non ſunt prudentes omnia in præcipitiū ruūt. Si equus primus in quadriga eſſet cęcus quadriga, cito rueret. Mat. 15. Si cęcus cęco ducatū preſtet: ambo in foueam cadunt. Hoc patuit in Lamech cęco: qui loco beſtiæ hominem occidit. Gen. 4. Et in Sanſone, qui dum cęcus eſſet, & teneret columnas, ſe & alios interemit. Iudicum 16. De quibus verum eſt quod dicitur 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quę Dei ſunt. Vtinam ita ſtudioſi eſſent in lege diuina, & ſermonibus audiendis: ſicut ſunt in ſcacis & aleis. Ideo nunc videntur multę terræ deſertæ, & multæ abbatiæ & eccleſiæ olim bene dotatæ. & hoc quia non reguntur ſapientia. Eccl. 16. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribus impijs deſeretur.

Sed

C *Incarnatio. Quomodo carnē aſſumēs Chriſtus non eſt mutatus.*

Sed quæritur quomodo dicitur rex iſte ſapientiſſimus, cum non iudicaretur rex ſapiens, qui de regio ſtatu deſcēderet in ſtatum ſerui & in puluerē: cū ſtatus regis ſapiētis debeat eſſe nobiliſſimus,& altus? Secundo quia rex ſapiens terram alijs nō diuidit, & diſtribuit: nec diminuit ſed potius auget. Iſte uenit vt diſtribuat regnū ſuum, Mat. 26. Poſſidete regnum quod vobis paratum eſt. Tertio quia uir ſapiens ubi facilius mediū inueniret per quod poſſet optatum finē attingere non difficilius quæreret. Potuiſſet aūt ſolo verbo redemptionē humani generis facere: quomodo ergo difficilius mediū quęſiuit ad hoc faciendum: ſcilicet incarnari,& tanta mala pati? Videtur ꝙ non ſapienter egerit.

Ad quod dicitur primo ꝙ non ideo rex iſte mutatus eſt quia carnem aſſumpſit. Sicut.n. ſol dum cōiūgitur lunę licet vidéatur obſcurari & eclipſari tamen in rei veritate non mutatur, ſed ſolum impeditur ne eius lumen ad nos veniat, aut ne videatur. Sic quando Dei filius mortali naturæ coniūctus eſt & mortalis factus tamen in rei veritate nō eſt mutatus, ſed ſéper mā-ſit quod erat. Mal. vl. Ego dominus,& nō muton. Ideo ſi ab eo q̄ramus. Amice quomodo huc intraſti? reſpōdebit ſine ſuę maieſtatis diminutione. Sicut imago intrat ſpeculum,& efficitur viſibilis, non tamen in ſe mutatur vel minuitur, ſic filius Dei ī carnē & mūdum intrauit factus viſibilis per carnis aſſumptionē. nec propter hoc celſitudo ſuę diuinitatis diminuta eſt, nec in aliquo cōmutata. Matth. 21. Intrauit rex vt videret diſcumbentes: propter cuius introitum non dimiſit eſſe rex: quia intrauit rex. Neque enim rex Niniue cum ſurrexit de ſolio,& ſacco indutus eſt, deſijt eſſe rex. Sic nec Chriſtus qui nullo dimiſſo ſolio ſacco humanitatis veſtitus eſt. Rex enim ſapiens de ſingulis ſuorum ſubditorum malis aliquid experitur, vt ſciat compati: ſingulorum conditiones inſpicit, vt corrigere & remedium adhibere ſciat. Ideo Chriſtus rex ſapiens de quolibet ſtatu aliquid aſſumpſit; de ſtatu naturę integræ peccati immunitatem, de ſtatu naturæ lapſæ corporis mortalitatem;

Exēplū de dei īmutabilitate.

de ſtatu naturæ reparatæ gratiæ plenitudinem: & de ſtatu naturæ glorificatę frui tionem. Et quia regis ad inſultum totus componitur orbis, ne ſuus populus ad ſuperbiam declinaret, exinaniuit ſe & paruus factus eſt. Quia enim mundus extra menſuram erat in honoribus, diuitijs,& delicijs excedens, qui ſine menſura erat ſe poſuit ad paruam menſuram corporis, vt nos ad mēſuram reduceret; contra ambitioſos qui pedes habent leporinos. Optimè enim aſcendit lepus ad montem; ſed ad vallem difficulter deſcendit; quia pedes eius anteriores ſunt poſterioribus breuiores. Sic ambitioſi ſemper volunt ad dignitates aſcendere tanquam ad mōtes, rarò verò vel nunquam ad humilitatis valles, id eſt ad opera laborioſa, meritoria, & onerosa, quia licet habeant pedes affectionū ante & retro, ſcil. bona paradiſi, ad quæ nos oportet tendere, & ad bona mundi quibus nos oportet viuere; pedes tamē poſteriores ſcilicet ad temporalia longiores ſunt, quàm ad ſpiritualia, quia plus diligūt ſeculi huius uanitatem, quàm deſcendere ſicut Chriſtus per humilitatem. Dicant etiam prelati moderni condeſcendere ſuis ouibus per humilitatem ad cognoſcendum vultum conſcientię earum: nec exiſtimēt illud humile, ſed grāde opus quod dominus eorū princeps paſtorum a principio ſuę natiuitatis adimpleuit.

Chriſtus de quolibet ſtatu hois aliquid aſſumpſit.

Dicitur ſecundo, ꝙ rex ſapiens non ſemper adaugendo regnū ſuū ſapienter agit: quia quanto regno maiora ſunt, tanto periculoſiora & minus permanentia. De hoc exemplificat Ariſt. in 6. Pol. de Theopōpo, qui ab vxore redargutus ꝙ regnum ſuſceptum a progenitoribus ſuis grande abbreuiaſſet, reſpōdit ſic feciſſe, quia regnū minus erat. ſ. ſtabilius. Grandis.n. cāpana citius quàm parua frangitur. Iſte tamē rex ſic ſapiēter regnum ſuum omnibus cōmunicat ꝙ non inde diminuitur.

D *Rex. Quomodo regna eſſe nimis bona non eſt bonum.*

Dicitur tertiò ꝙ nō eligenda eſt via facilior, ſed commodior. Potuiſſet vtiq; dñs ſi voluiſſet filios Iſrael introducere in terrā promiſſionis nō faciēdo prodigia in terra Aegypti, terribilia in mari rubro, mira-

E *Via. Quomodo nō ſēper eligēda.*

 bilia in

uia facilior, ſed commodior.

bilia in terra Cham; ſed non fuiſſet demõſtrata eius ſapientia, potentia, & bonitas, quare filii Iſrael facile obliti eſſẽt Dei. Sic dominus redẽptionem noſtram ſolo verbo potuiſſet operari; in quo potentiam, ſapientiã, & bonitatẽ non demõſtraſſet: nec cor humanum ad ſui notitiã & amorẽ attraxiſſet; ſed ſapiẽtia ſua attingit a fine vſque ad finẽ fortiter. i. deſt. a principio incarnationis vſq; ad finẽ paſſionis, vel a fine & terminio vitiorũ vſq; ad intẽtũ finẽ virtutẽ. Et ſic diſpoſuit omnia ſuauiter ut ẽt guſtaret homo facile quàm ſuauis eſt dominus: & ꝙ miſericordię eius ſuper oĩa opera eius. Tãta. n. in hoc opere apperuit eius ſapientia, vt etiã Angeli deſiderarent vt oſtẽderet viã illã prudentię de incarnationis modo & de modo quo percutere ſuꝑbũ debebat: quam tũc intelligebãt: vt ait Apoſt. Eph. 3. Quę ſit diſpẽſãtio ſacramẽti abſcõditi a ſeculis in Deo: vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cœleſtibus: quod poſtea experimento cognouerũt.

F Iuſtitia. Quomodo iuſtitia dicitur nutrix regnorũ.

Quarta huius regis conditio eſt, ꝙ erit ſũmus iuſtitiarius, & iuſtitiæ operator; vnde ſubditur, Et faciet iudiciũ & iuſtitiam in terra. Sed dices. Cum paruulus ſit rex noſter: quomodo faciet iudicium & iuſtitiam: hoc enim non eſt officium puerorum; Dicitur ꝙ paruulus nutrice indiget quæ alat eum, & quę diſcat ambulare: ſic quia paruus eſt dominus, prouidet ſibi pater de nutrice optima ſcilicet iuſtitia, quę dirigat greſſus eius. iuxta illud pſal. 84. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos. Eſt enim iuſtitia nutrix regni, de qua ſapiens. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Eius autẽ ablatio eſt regnorum perditio. Licet enim Deus ſit iuſtus iudex ad iudicãdum, fortis ad exequendum, patiens ad diſſimulandum; non tamen diu patitur eos qui per iniuſtitiam pauperes moleſtãt. Si enim princeps nobilis ſub ſe balliuũ quendam haberet qui per iniuſtitias terram ſuam deſtrueret; eum auferet quàm citius; quãto magis Chriſtus? Nullum enim violentum (vt vult Ariſto.) perpetuo durat. Propterea ait dominus Mat. 21. Auferetur a uobis regnum & dabitur genti faciẽti fructus eius. Sicut ſi auferetur ſol a terra, auferentur omnia bona, ſic ablatio iuſtitiæ de qua Malach. 4. Orietur uobis timẽtibus Deum ſol iuſtitiæ. Secundo dicitur iuſtitia regni protectrix. Sedet enim rex uel iudex inhoneſte in throno ſine tapetibus iuſtitię, pſal. 88. Iuſtitia & iudicium preparatio ſedis tuæ. Si autẽ non fecerit iuſtitiam, ſibi timeat rex. vnde Cyprianus de 12. abuſionibus ſeculi. Sciat rex quòd ſicut primus in throno conſtitutus eſt: ſic & in pœnis (ſi iuſtitiam non fecerit) primatum habiturus eſt. Omnes enim peccatores quos ſub ſe in præſenti habet: ſupra ſe modo plagali in pęna futura habebit. Sed ſi iuſtitiam fecerit eua det iuſtitia eum protegente aduerſariorum manus, in quo confidebat Dauid dicens. Feci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.

G Iudiciũ. Iuſtitia. Quæ differẽtia ẽ inter iudicium & iuſtitiam.

Sed quærere poſſet quis differentiam inter iudicium & iuſtitiam, cum frequentiſſimè in ſcriptura ſacra illa duo ſimul inueniantur coniuncta? Dicitur quòd talis eſt differentia, quia iudicium importat diſcuſſionem & ſentẽtiã: iuſtitia deſignat executionem. Quidam enim ſunt qui nullum facere volunt iudicium impediti aut rancore, odio, uel amicitia, qui pro amicis; quia ſibi propinqui ſunt iudicant, pro his quos odio habent malè ſentiant, ſicut diſtantes a nobis quàmuis ſint magni, nihilum tamen iudicamus. Res uero propinqua oculo non ſinit aliud videre quàm quod prope eſt. Aut etiam non iudicant corrupti pecunia. Virga piſcatoris quàmuis recta: ſi tamen paruum piſcem accipiat, modicum inclinatur. ſi uerò magnum ita inclinatur uirga a rectitudine quòd aliquando frangitur. Sic uirga iuſtitiæ (quę in pſal. 44. dicitur, Virga directionis; uirga regni tui.) pro modico munere ad partem offerentem inclinatur: pro magno frangitur. Antiquitus apud Romanos depinxit quidam pictor iuſtitiam in forma mulieris, nullos oculos et manus habentis. Dum autẽ ſeruus magiſtri pictoris accederet ad pingendum manus & oculos illius imaginis: ſuperueniens magiſter cõtradixit dicẽs. Si

oculos.

oculos & manũs haberet iuſtitia: ipſam fore peſſimam latroniſſam. Si enim ſagittarius trahens ad ſignum, vt ipſum directè tangat, vnum claudit oculũ, & aliũ ſemiclaudit, ſic qui rectitudinem ſigni iuſtitię vult attingere; oculos claudat ad pecuniam. Et vtinam omnes iudices cæci eſſẽt oculis illis: vt non viderent pecuniã. Sunt autem & alij qui & ſi faciant iudiciũm; non tamen iuſtitiã. i. iuſtitiæ executionẽ; quia vel non faciunt, vel eã malè exequũtur: vel eam nõ audet facere. Sicut vulpes in curia ſimiarum commiſſa ad exequendum contra leonem: dixit quòd parata eſſet exequi dummodo ab vnguibus & gryphis leonis eſſet ſecura. Sicut enim literæ regię ſine ſigillo & cauda, in qua ſigillum apponitur non proſunt: ſic nec iudicium ſine iuſticia.

H Aduentus. Vtrum Chriſtus in ſuo aduentu fecerit iudiciũ & iuſtitiam.

Sed quæritur, vtrum Chriſtus fecerit de facto iudicium & iuſtitiam in terra in ſuo aduentu? Et videtur ꝙ non: quia glo. ſuper illo, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine dicit, Miſericordiam in primo aduentu: & iuſtitiam in ſecundo: non ergo in primo. Secundò quãdo quęrebatur ab eo ꝙ diuideret hæreditatẽ, reſpõdit Luc. 12. Quis me conſtituit iudicẽ inter vos? Tertiò dicit Io. 8. Ego non iudico quemquam. Quartò abſoluit mulierẽ meretricem. Io. 7. quando debebat eã condemnare. Oppoſitum dicit rex. Faciet iudicium & iuſtitiam in terra.

Dicitur primò ſecundum Bona. diſt. 46. 4. ſent. ꝙ in omni opere Dei eſt miſericordia, & iuſtitia, iuxta illud pſal. 24. Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas. Super quo Caſſiod. i. in omni opere Dei miſericordia & iuſtitia. pſal. 199. Iuſtus domino in omnib. vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Et paulò ante dicit. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

I Iuſtitia. Quomodo ĩ Deo iuſtitia et miſericordia tripliciter accipi poſſunt.

Dicitur ſecundo ꝙ miſericordia & iuſtitia in Deo tripliciter accipi poſſunt. Vno modo pro condeſcentia diuinæ bonitatis, vt dicatur Deus iuſtè agere, quando facit quod ad eũ ſpectat, iuxta illud pſal. 484. Honor regis iudicium diligit. i. honor regis Dei diliget ꝙ res fiant ſicut decet. Et ſic in omni opere quod creauit Deus, quia creaturam facit, miſericorditer facit; & quia facit eam ſicut decet, iuſtè facit. Secundò capitur iuſtitia pro liberalitate in retributione premiorum; & miſericordia pro pietate in effuſione donorum. Et ſic in omni retributione eſt iuſtitia, inquantum Deus ſolummodo dat bona aliquo modo merentibus ea, vel propter aliquos qui alias meruerunt: & etiã miſericordia, quia plus quàm meruerunt. Tertiò modo iuſtitia capitur pro ſeueritate pęnarũ: & miſericordia pro ſubleuatione malorũ. Et ſic etiam in omnibus eſt iuſtitia puniẽdo, & miſericordia in minus puniendo.

In primo aduẽtu quid fecerit Chriſtus.

Dicitur tertiò ꝙ in primo aduentu fecit ſummũ opus iuſtitię vt dicit Rich. 3. ſentent. quicquid homo Deo debuit, reddidit, & plus quàm homo reddere potuit. Idem enim incarnatus & paſſus; quod egit pro nobis reddidit. Pſal. 137. Dominus retribuet pro me. Sed quia hoc nõ erat ſine miſericordia, ideo ſubdit. Domine miſericordia tua in ſeculum. Homo ẽt erat debitor ſeruitutis; quia contẽptor fuerat libertatis quando ſe ſubiecit aduerſario ſuo ſibi conſentiendo. Sed pro nobis dominus omnimodã obedientiã reddidit, nullam alias debens. Matth. 3. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, ſe ſcilicet humiliando ſeruo. Gal. 4. Ecce dum venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum in terris natum de virgine: Ecce miſericordiam magnam? Sed quod ſubditur, factum ſub lege: opus maximæ iuſtitiæ oſtendit, vt legem quam fecit ipſe tulerit. Ideo ſecundum eundem doctorem, Dicitur quarto quod in primo aduentu magis apparuerunt opera miſericordiæ quàm iuſtitiæ: ſed econtrario erit in ſecundo. Sicut enim in primo ſoluit debitum pro homine quod ſoluere non poterat purus homo; ſic in ſecundo exiget ab homine peccatore quod ſoluere non poterit in ęternum. Ideo dicitur dies illa, dies irę non miſericordiæ. Pſal. 2. Tunc loquetur ad eos in ira ſua &c.

K Iudiciũ Dei. De duplici iudicio Dei.

Dicitur quinto quod duplex eſt iudiciũ Dei: vnum diſcretionis quo diſcernit credentes a non credentibus. Ioan. 9. Ego in iudicium veni: vt qui non vident videant.

deant: & qui uident cæci fiant. De quo Pſal. 42. 4. Iudica me deus & diſcerne cauſam meam de gente &c. Et ſic in primo aduentu ſępe iudicauit dominus vt patęt in illis quos ſeparauit & eiecit de templo: & de peccatrice quem ſuo iudicio iuſtificauit: & de publicano quem phariſeo prępoſuit. Aliud eſt iudicium condemnationis; & iſtud habuit in primo aduentu tantũmodo in ore pronũtiando & prænũtiãdo. Apoc. 1. De ore eius exibat gladius ex vtraq; parte acutus, ſcilicet damnationis, ſicut Io. 4. pronũtiabat in peccatis veſtris moriemini: ſed nõ tunc executus eſt: quia illud extremo reſeruauit iudicio.

L
Iuſtitia. Vtrum ante aduentum Chriſti uigebat iuſtitia in terra.

Sed cõſequenter quis quærere poſſet. Fiebat ne ante tempus aduentus Chriſti iuſtitia in terra; cum hoc pro magno mirabili ponatur eſſe faciendum in aduẽtu Chriſti. An ne dimiſerit dominus per tot tempora mundum ſine iuſtitia: Reſpondetur quod duplex põt intelligi iuſtitia vna hominis ad hominem; & illa undeque vigebat in terris; vt pote tempore bonorum regum. Alia intelligebatur in ordine ad dæmonem iniuſtè detinentem hominem, qui tamen homo iuſtè detinebatur: & iſta non fuit ante aduentum Chriſti. Sicut enim vſurarius quando debitor non eſt de ſoluendo, accipit filios, & filias, & redigit in ſeruitutem, iuxta illud mulieris clamantis ad Heliſeum. Ecce venit creditor, vt tollat duos filios meos. Mutuauerat autẽ peccator Adam & non habebat vnde ſoluere; ideo diabolus totã, eius poſteritatẽ occupauit & ita factũ eſt, quouſque verus Heliſeus dominus Ieſus venit in hunc mundum, qui fecit oleum miſericordiæ abundare & de meritis ſuis partim ſatisfecit pro nobis: & partem dedit ad vitam noſtram: ſicut dictum eſt mulieri. Redde creditori tuo: tu autem & filii tui viuite de reliquo. Sed dices: iam præſcripta erat detentio illa a diabolo. Dicitur quod non. Tum primo, quia per Moyſen procuratorem Dei proclamauerat ſe Deus de toto illo ad interrumpendam pręſcriptionem, dicens Pharaoni qui diabolum repreſentabat. Exodo. 4. Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. Item habuit ſynderesim, i. deſt. cõſcientiã quę ſemper reclamabat: quę erat de parte Dei, de qua Ioh. 1. Ego effugi ſolus. vt nunciarem tibi. Homine enim peccante illa ſola reclamat, & nunciat peccatori quod malè agit. Tum ſecundo, quia non poterat præſcribere qui dolo cœperat poſſidere. Fraude enim per ſua mendacia hominem deceperat. Tum tertio, quia plus petendo debebat cadere a iure. Petiit autem non ſolum hominem qui peccauerat, ſed totam eius poſteritatem. Inde clamabat genus humanum Pſal. 34. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutoriũ mihi. Cõclude, aduerſus eos qui perſequũtur me; i deſt. accipe cõcluſionẽ contra eos: & dic animæ meæ: ſalus tua ego ſum. Multi enim dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius. i. qui ſunt dę parte malorum ſcilicet dæmones. Propterea dic animæ meæ: ſalus tua ego ſum.

M
Chriſtus dicitur differenter dominus ab aliis dominis.

Quinta huius regis conditio eſt, quod regnabit amabilis populo. Vnde ſubditur; & hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Erit enim ille rex dominus, erit iuſtus, & erit noſter. Dominus quo ad diuinitatem, iuſtus, quo ad animam, & noſter quo ad corpus. Eſt enim dominus non ſicut domini terreni, qui in una parte dominãtur, quia iſte ubique, Pſal. 102. In omni loco dominationis eius. Secundo huic domino ſunt omnia ſubiecta. Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Non autem dominis terrenis qui ſæpe a vermibus, & pulicibus impugnantur. Tertio terrenus dominus de ſubditis nõ poteſt facere ad nutum, ſed ſæpius reſiſtunt, & multa mala contra eum cogitant, & ſæpe rebellãt. De iſto dicit Pſal. 113. Omnia quæcunque voluit fecit in cęlo & in terra. Et Heb. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Quarto alii domini terras ſuas deſertas non ad nutum habitare faciunt. De iſto etiam dicitur. Pſal. 28. Dominus diluuium inhabitare facit. Quinto alii regnant ad tẽpus, de iſto ſubditur, Et ſedebit dominus rex in æternũ. Sexto aliis regibus ſeruiũt

ſubditi

ſubditi ad utilitatem eorum: huic autem ad utilitatem noſtram ſeruimus. Aug. 8. ſuper Gen. Deus ſolus dominus eſt; quia illi non ad ſuam, ſed noſtram utilitatem ſeruimus, cum ſibi ſimus inutiles. Secundo dicitur iuſtus; quia iuſtitia cingitur. Eſa. 11. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius; quia ſicut cingulum ex æquo diuidit hominem in duas partes; ſic iuſtitia ad æqualitatem duas partes reducit. Sed frequenter dum in cingulo pendet aliquid, inclinatur ad unam partem. Sic de iuſtitia cum muneribus ad unam partem trahitur. In cingulo enim quandoque pendent claues: quia multi fauore iuſtitiæ inueniunt claues eccleſiæ, & bona beneficia. Secundò pendet burſa, vel gibaſſaria: quæ ſi ſit vacua, tunc eſt burſa puellaris, in qua nihil inuenitur niſi forte acus, vel filum. Sic in quibus pendet illa burſa uacua puellæ ſunt & incorrupti; ſed raro tales inueniuntur. Tertio ibi pendet gladius; quia tales ferunt gladium in uindictam malorum. Tertiò dicitur noſter, Primò ad ſeruiẽdũ. Mat. 15. Filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare: vnde & lauit pedes, imo lauit nos in ſanguine ſuo. Secundo ad nutriendum & comedendum, unde ait Ioan. 6. Ego ſum panis. Pſal. 30. Deus meus enutries me. Tertio ad refugiendum & ſaluandum. pſal. 67. Deus noſter Deus ſaluos faciendi & iterum. pſal. 45. Deus refugium noſtrũ & uirtus. Quarto ad uendendum, pẽdendum, & dependendũ; ſicut fecit Iudas, Quinto ad acquittandum. Quia enim ſoluere non poteramus: propterea nobis dedit eum pater, Ber. Totum quod dare poſſum, hoc miſerum eſt corpus; tamen ſi dedero ſatis eſt, ſi quo minus addo corpus eius. Meum enim eſt, & de meo. De te domine ſupplicas quod in me minus habeo. Paruulus enim datus eſt nobis. Fuit quoque aſinus noſter ad portandum onera noſtra. 1. Petri. 2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.

N. Iuſtitia Quomodo iuſtitia dicitur eſſe cingulũ lumborum.

Quinta huius regis conditio, quòd ipſe erit rex pacificus. Vnde ſubditur, in diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitauit confidenter. Ex iuſtitia enim pax procedit. Iac. 3. Fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur, quia præmium æternũ (quod eſt fructus iuſtitiæ) ex pace conſcientiæ procedit, immo & etiam fructus iuſtitiæ temporalis: Sicut enim per motum firmamenti omnes orbes, & planè te pacificè mouentur, trahuntur, & reguntur; ita quòd unus alterum non turbat nec impedit; ſic per actum rigoris iuſtitiæ ſuperioris, inferiores in pace diriguntur. Eſa. 32. Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium; tali modo quòd populus non murmuret, & ſecuritatis in ſempiternũ, & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis iuſtitiæ, & in requie opulenta. Pulchritudo enim pacis in triplici requie conſiſtit: ſcilicet in requie gaudioſa, quia ſedebit uir ſubter quercum ſuam, & ſuper vineam ſuam: ut comedat & bibat: & non erit qui exterreat. Secundo in requie ſecura, quia ſequitur. Et conſtabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces nihil timentes. Tertio in requie opulenta, quando in opulentia diuitiarum requieſcent agricolæ, & artifices. Quod nondum uidi in hoc regno completum, ſed ſemper inopia circundedit eos. Sed quæritur cur ita murmurat populus contra homines iuſtitiæ, & contra ſuos ſuperiores? De eis multum videtur populus obloqui. Dicitur quòd hoc ideo eſt. Primo quia ipſi ſunt facies reipublicæ; ideo videntur cito eorum maculæ tanquàm magnæ: licet aliquando ſint paruæ vbi macula manuum, & aliorum membrorum quæ cooperiuntur non ita reputantur. Periculum tamen eſt percutere faciem hominis pluſquam aliud membrum, hoc etiã contingere poteſt; quia cõiter populus affectione ſuo ducitur, & de his per affectionem iudicat quæ non nouit. Sic ergo Chriſtus eſt rex iuſtitiæ & rex pacis: propter quod cõparatur Melchiſedech qui interpretatur rex iuſtitiæ; qui erat rex Salem, id eſt pacis. Et ſi uerũ dicatur: quomodo poteſt eſſe Chriſtus rex iuſtitiæ? cum nunc habeat manus ligatas a matre. Iuſtitia autem quæ manus habet

O Iuſtitia. Effectus iuſtitiæ eſt pax.

Pacis pulchritudo in quo conſiſtat.

P Iuſtitia. Quare ita homines obloquũtur contra officiarios iuſtitiæ.

bet ligatas,parum aut nihil prodeſt. Dicitur quòd manus habet ligatas a matre: ne ita durè puniat peccata hominum,ſicut antiquitus vt patet ex ſcripturis: ſed non habet ita ligatas quin contineat omnia in manu ſua,ſicut prius. pſal.94. In manu tua domine omnes fines terrę. In quo oſtēdit alligandas eſſe manus tyrannorum; qui non ſapientia & conſilio regunt,ſed violentia & fortitudine,qui dicunt illud. Sapien.2. Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ. Iuſtitia autem cum prudentia habent dirigere fortitudinem. Indæ Eſa. 11. Spiritus conſilii pręcedit ſpiritum fortitudinis quaſi director eius. Vnde & dicitur priuſquam iniret bellum cō ſulebat dominū. Septima huius regis cōditio eſt,quòd regnabit rex victorioſiſſimus & glorioſiſſimus; hinc & ſubditur. Propterea hæc dicit dominus; quia ecce dies veniūt & nō dicēt amplius, Viuit dominus qui eduxit nos de terra Aegipti, ſed viuit dominus q̄ duxit,& adduxit ſemē domus Iſrael de terra aquilonis & de cūctis terris, ad quas eiecerā eos & habitabunt in terra ſua. Dies enim noſtri recedunt,& dies domini veniunt & permanent: Dies ſiquidem noſtri apud grammaticum ſunt dubii generis; & plus eſt de feminino quàm de maſculino; plus in eis eſt de aduerſitate quàm de proſperitate: Vnde cum ſalutatur homo non dicitur bonus dies,ſed bona dies ī fęminino. Dies autem domini permanent,pſal. 28. Anni tui nō deficiēt: vbi de diebus hominis dr̄ pſal.143. Dies eius ſicut vmbra prętereūt. Vmbra autem nec exiſtentiā nec permanentiam habet. Ideo Hieremias propheta nō deſiderabat dies humanos, Hiere.17. Diem hominis non deſideraui tu ſcis: ſi d dies domini,de quibus hic loquitur: in quibus Deus tam grāde faciet beneficium quòd non erunt in memoria priora; ſcilicet eductio de Aegypto, tranſitus maris rubri,ingreſſus terræ promiſſionis, & ſic de aliis; ſed erunt noua in memoria, ſcilicet beneficium incarnationis, paſſionis, reſurrectionis, & ſic de aliis per quę habitare nos faciet in terra noſtra paradiſi. Amen.

Q Dies. Quomodo dies hominis ſunt dubii generis.

Eadem dominica prima Aduentus.

Sermo III. per themā, Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Matth.21.

A Aduentus. Quare prophetæ & euangeliſtæ tot et tanta loquuntur de hoc aduentu.

QVæri poſſet quare ita ſolicitè propheta, & ſimiliter omnes euāgeliſtæ propheriam iſtam de Chriſti aduentu iubēt populo prędicari. Dicite(inquit)filiæ Sion, immo cum iubilatione. Exulta (inquit) filia Sion, cum tamen aduentus regum fiant frequenter in graue onus populi.

Reſponſio quod hoc multis de cauſis actum eſt. prima quia uolgo dicitur, cum valde tedet qui expectat. Expectabatur ſiquidem dominus & non veniebat, quærebatur cum lacrymis & gemitibus vt veniret; mittebantur per prophetas literę, de aduentu ſuo. Aggęi.11. Adhuc modicum, et uenit deſideratus cunctis gētibus. Sed quando quis frequenter miſit alicui literas ſolet dicere. Melius vellem quod veniret. Vnde & Abac. 2. dicebat litera prophetæ. Si moram fecerit expecta eum; quia veniens veniet & non tardabit. Sed tedio affecta humana natura clamabat,manda, remanda,manda,remāda,expecta,reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi,modicū ibi. Ac ſi diceret. Mandat & remandat, quòd expectemus modicum & veniet,& tamen non venit. Ideo inſtanter petebat, veniat ſuper me miſericordia tua domine,& ſalutare tuū ſecundum eloquium tuum,ideſt ſecundū promiſſum in eloquiis tuis. Propter quod expectanti filiæ Sion recitant euangeliſtę illud eſſe completum dicendo. Dicite filiæ Sion,&c. Quouſque enim veniat mater lachrymatur puer expectans. Dominus autem uere mater eſt qui nos genuit in cruce aperto latere in doloribus multis; qui per Eſaiam mandauerat. Eſa.49. Et ſi mater obliuiſcatur infantis vteri ſui;ego tamen non obliuiſcar tui. Ideo dicite filiæ Sion,quod non plus lachrymetur. Ecce rex &c. Secunda ratio, ut memoriter tantum beneficium retineamus; ut di-

ut diligamus & appreciemur. Res enim quę non diligitur aut appreciatur, non ſe pe recolitur. Si facta Caroli & Roulandi ſępe memorantur, quæ tamen non ſunt multæ vtilitatis, quãto magis geſta Chriſti, qui infinitam nobis vtilitatẽ contulerũt. Ideo pſal.42. Ne tantorum ingratus eſſet beneficiorum ait. Memor ero ab initio (ſcilicet redẽptionis) mirabilium tuorum. Tertia ratio, vt cito occurramus obuiam ei. Ideo hodie canit eccleſia. Ecce rex venit, occurramus obuiã ſaluatori noſtro. Quando enim rex venit ad aliquam ciuitatẽ, occurritur ei cum magna reuerẽtia; quanto magis regi regum & legato Dei patris? Sed ſicut dicitur Eſa.61. Apporiatus eſt dominus, ideſt ſecundũ gloſ. contriſtatus: quia non eſt qui occurrat ei per deuotionem & abſtinentiam ſe præparando. Propter quod tres vel quatuor iſtę ſeptimanæ, quæ præcedunt diem natalis ordinantur: vt te ire obuiam præpares ſaluatori tuo ingredienti in mundum. Quarta ratio, vt in eius aduentu gaudeamus, & lętemur. Pſal.76. Memor fui die & delectatus ſum. Et Cant.1. Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorũ, ideſt dulcedinis a te defluentis in nos. Forſan quis dicere poſſet: rex iſte venit; ſed neſcimus quid facturus ſit, et quid cogitat de nobis. Forſitam nos cogitat perdere, & delere, ſicut a principis. Geneſi.6. dicebat. Delebo hominem quem creaui a facie terræ. Sed reſpondebit ſtatim quod ſcribitur Hier.29. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Cum enim eſſemus multum pauperes, & obligati, & debito afflicti, venit ipſe & nos acquittet. Propter quod gratias agendo debemus ei dicere. Benedictus qui venit in nomine domini. Sicut enim in aduentu patris puer ridet, & lætatur quaſi de principio ſuo; & omnia animantia adueniente ſole ridere dicuntur & gaudere; tranſumptiue loquendo quaſi ſuo principio applaudentia: ſic nos principio totius creaturę domino Ieſu: qui hoſpitatus eſt in hoſpitio beatę virginis: ad quam ibimus dicentes. Aue.

Chriſto venienti occurrere debemus.

Primus homo ex culpa ſua incurrit tria damna, quia, primo perdidit gloriã incorruptionis, quando de ligno vitæ comedit. Audierat enim quacumque hora comederis; morte morieris. Secundò perdidit dignitatem, quando degradatus eſt ab honore ſuo: quando ſcilicet ab illa ſublimitate ſimilitudinis Dei decidit in ſimilitudinem iumenti. Pſal.48. Homo cũ in honore eſſet non intellexit &c. Tertiò omnium bonorũm abundantiam perdidit, quando eiectus de paradiſo audiuit illam ſententiam; Maledicta terra in opere tuo. Sed miſerator dominus noluit in ira continere miſericordias ſuas: ſed tam pius inuentus eſt ad miſerendum, quàm prõptus ad vindicandũ: quia apud dominũ miſericordia, & copioſa apud eũ redẽptio. Non eſſet autẽ copioſa, niſi ad plenũ hominem reſtauraret. Ideo in hac benedicta incarnatione. Primo propter incorruptionem quodãmodo recuperandũ ordinauit, ꝙ virgo ſine ſui corruptione cõciperet, & pareret. Ait enim. Ecce virgo concipiet. Propter ſecundũ ordinauit ꝙ proles eius diceretur Emanuel, quod interpretatur nobiſcũ Deus, vt eſſet imago ipſius Dei patris nobiſcũ: et vt fęmina circũdaret uirum ſcientia & virtutibus plenum. Propter tertium, ꝙ videret Deum facie ad faciem: vt iam plenè ad meliorem paradiſum reſtitueretur. Non ergo mirum ſi hodie pro huius rei exultatione dicit euangeliſta cum propheta. Dicite filiæ Syon, &c.

B Originale. Ex peccato primi hominis incurrimus tria danna.

Circa thema propoſitũ quęruntur plura. Primò vnde venit rex iſte manſuetus. Secũdò quãdo venit, Tertiò quare tantũ diſtulit. Quartò quibus vijs ad nos venit. Quintò ad quid venit. Sexto quomodo obuiam procedendum eſt ei.

Primò ergo quæritur vnde venit rex iſte. Reſpondet pſal. 18. quòd a ſummo cęlo egreſſio eius. Sapien.9. attingit a fine vſque ad finem fortiter, ideſt a ſummo cælo vſque ad infernum: ad quem conſummata redemptione noſtra poſtquam omnia media ſuauiter diſpoſuit, deſcendit. In quo edocemur; vt ſicut humiliauit ſe deſcendendo, ſic & nos

C Aduentus. Vnde venit Chriſtus.

ſibi

ſibi & ſuperioribus noſtris. Secundo venit dominus a ſede regali in ſterquilinium huius mundi, propter ſalutem noſtram; Hinc clamabat mundus. Sap. 9. Da nobis domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. Propter quod iuxta pſal. inclinauit cælos & deſcēdit. Sed quomodo inclinauit cælos? Nonne cęli ſe inclinando tetigerunt terram? Reſpondetur quòd ſicut Galli dicerentur humiliati ſi rex eorum in terra aliena humiliaretur: ſic & cęli inclinati, quando rex cælorum inclinatus eſt. In quo mirabiliter debemus humiliari: quando talis & tantus rex trium regnorum monarcha pro nobis humiliatus eſt. Tria enim poſſidet regna. Phil. 2. Vt in nomine Ieſu omnę genu flectatur: cæleſtium, terreſtrium, & infernorū. Regnū. ſ. cęleſtę in quo poſuit triūphantes, regnū terrenum in quo poſuit militantes & decertantes, regnum infernorum in quo poſuit ſuccumbentes. In primo regno pax eſt perpetua. In ſecundo confuſa ſunt omnia; bellum & pax ſimul habentur. In tertio regno bellum perpetuum. In primo omnes ſunt nobiles, in ſecundo mixti nobiles cum ruſticis, in tertio ſoli habitant ruſtici. Modo vero virga flexibilis (quæ eſt humilitas) verſa eſt in ſerpētem ſuperbiæ et pompæ. Nec enim modo cōſideramus ſi in feſto natalis erimus nobiles vel ruſtici in moribus, ſed tantummodo fit nunc quæſtio, quibus vel qualibus veſtimentis corporeis induemur. Tertiò venit dominus de longinquo. Ad quod hodie reſpondet eccleſia. Ecce nomen domini venit de longinquo. Inde hodie dicit primum reſpōſorium matutinorum: Aſpiciens a longe video Dei potentiam venientem, & nebulam totam terram tegentem, id eſt humanitatē Chriſti, quę regit ab ira Dei patris totam terram ſuorum electorum. Sed dices, Quomodo videbat a longe, cum tamen illud quod videret eſſet de prope. Ait enim apoſtolus. Dominus prope eſt. Si enim nebula iſta totam terram tegebat, etiam & illum qui videbat. Quomodo ergo a longe videbat? Et tamen quomodo hoc poſſit ſtare: difficile eſt intelligere: quia quantum a longe te video, tantum a longe conſtitutus diſtas a me. Vtique ita eſt in corporalibus, ſed non in ſpiritualibus diſtantiis. Quantum enim te diligo, tantum ibi per animum appropinquo, non tamen conſequens eſt, vt tu tantum mihi appropinques, quia fortè non me tantum diligis ſicut ego te diligo: vnde factus ſum propinquior tibi quàm tu mihi. Et ſic videtur intelligere propheta cum dixit, aſpiciens a longe &c. Loquitur enim in perſona Adę, quia Deo longe receſſerat: ſed non quantum ipſe a Deo tātum Deus ab ipſo: licet ita peccatori forſitam videatur. Contingit. n. ei ſicut nauigāti in pelagus, cui ipſa terra & arbores uidentur recedere, & procul ab eo moueri, cum tamen terra ſit ſtabilis. Sic Chriſtus ſtabiliter peccatorē expectat nec mouetur, ipſe tamen ab eo recedit; nec aliter Chr̄us, niſi q̄a peccator ab eo recedit, ſicut mare nauigās, recedit a terra, terra vero nō inde mouetur.

Chriſtus tria poſſidet regna.

D Prope. Quomodo quis eſt prope aliū, et ille a-l'us lōge ē ab eo.

Secūdo quęritur quando venit rex iſte? Reſpondet primo ſapiens. Sap. 14. Dum medium ſilentiū tenerent omnia omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit. Primum ſilentium fuit a principio ſeculi vſque ad Chriſtum quando omnes fere erant muti neſcientes laudare Deum. idolis & cunctis vitiis ſeruiētes: de quibus pſal. 81. Neſcierunt neque intellexerūt in tenebris ambulant. Secundum ſilentium fuit tempore Chriſti, quādo populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam, & tunc pauci licet iuxta traditiones Hæbreorum laudarent dominum; tamen ſurdi erant nolentes audire mandata domini, ſed contēpſerunt Chriſtum domini. Tertium erit tempore antichriſti, quando ferè ceſſabit laus & prædicatio; & tunc pauci electi. Sed in medio ſilentio quaſi dominus venit, vt mundo iam pene ſeneſcenti & ruenti ſubueniret. Tunc enim grata eſt viſitatio tempore neceſſitatis, & medicus in deſperatione ęgritudinis. Sicut enim hirundo in hyæme non videtur: quia tunc in remotis & trāſmarinis regionib. creditur habitare: ſed in vere ſolet apparere, & æſtatem propinquam tempori ſque nouitatem ſuo aduentu in-

E Silētiū. De tripli ci ſilētio.

tu infallibiliter declararet,ſic Dei filius in remotis paradiſi regionibus habitans non exhibebat hic præſentiam corporalem: finaliter tamen mundo voluit viſibilis apparere. Baruch.3.Poſt hoc in terris uiſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt, & ſuo benedicto aduentu nouum gratiæ tempus & uirtutum æſtatem voluit gratuite manifeſtare. Secundo ad hãc quæſtionem reſpondet apoſtolus Gal.4. Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum in terris,in tẽpore ſcilicet plenitudinis quaſi in autumno maturitatis, & in veſpere mũdi:Ver enim fuit tempore patriarcharum quando promiſit Deus Abraę,quòd in ſemine eius benedicerentur omnes gentes. Tunc enim in benedictionibus quaſi in botro apparebat filius Dei. Aeſtas fuit ſub lege & prophetis appropinquante iam Chriſti incarnatione. Autũnus uero tempore incarnationis quando collegimus fructum noſtræ ſalutis.Hyems vero erit tempore antichriſti,cum cadent folia prædicationis, & non erunt in vinea eccleſiæ tunc ferè ſpoliata. Olim Deus erat ſpina pungens vltionis & pęnarum aculeo genus humanum. de quo Eſa.27. Quis dabit me ſpinam & veprem.Nunc autẽ conuerſus eſt in florem odoriferum mitigans & portãs dolores noſtros. Quam conuerſionẽ olim quęrebat qui dicebat. Conuertere domine aliquantulum,vt ſcilicet Deus in hominem conuerteretur. Quo facto exultauit genus humanum pro tanto beneficio dicẽs,Deus tu conuerſus viuificabis nos, per gratiam quam effuſurus es abunde; & ſic plebs tua lætabitur in te.

Tertio quæritur quare tandiu dominus diſtulit incarnari. Videtur enim vt argueb at & inuehebat Porphirius: quòd crudeliter egit Deus cum homine tamdiu dimittere ſubditum ſuum in carceris miſeria ſub ſui aduerſarij poteſtate:cum poſſet eum dum vellet eripere.Nec enim fidelis medicus expectat diu infirmum languere:ſed quàm citiſſime poteſt impedit ne morbus cæucus fiat. Reſpondetur cũ Richar.de media villa in 3. ſenten.diſt.2. in quadam expoſitione textus, quòd miſericorditer fecit Deus cum homine non crudeliter ſic expectãdo.Medicum enim & medicinam non quęrit nec ſuſcipit oblatam, qui non ſentit,ſed ignorat infirmitatem ſuam;quemadmodum phreneticus qui ſe ſanum credit. Vides autem quantum expediebat homini Chriſtum medicum ſuſcipere,& eius cõſilijs acquieſcere ad ſalutem ex eo quod vides quantum nocuit Iudęis non ſuſcepiſſe.Io.15. Si non ueniſſem & eis locutus non fuiſſem peccatum non haberent &c. Sic ergo ante aduentu Chriſti expediebat infirmum cognoſcere morbum ſuum, ſcilicet infirmitatem peccati. Tempore autem legis naturalis dimiſſa eſt natura ſibi quæ cæpit errare poſt idola. Deinde obtinuit legem quam nec valebat implere, immo omnes deficiebant; quia ſine gratiæ adiutorio illam non poterant implere. Propter quod illud pſal.118.acclamabat. Tempus faciendi domine ſcilicet redemptionem, quia diſſipauerunt legẽ tuam,& tunc in incarnatione. Ioan. 1. Gratia per Ieſum Chriſtũ facta eſt, quãdo ſuam infirmitatem,& medici neceſſitatem cognouerũt.Clamabant enim morbum experti illud Hie.10.Quare percuſſiſti nos, ita ut nulla ſit ſanitas? Expectamus pacem, & non eſt bonum tempus curationis,et ecce turbatio.Cognouimus domine impietates noſtras,& iniquitates patrum noſtrorum.Et tũc dicet dominus illud Ezech.9.Cognoſcetis quod nõ fruſtra fecerimus omnia quęcunque feci,ſcilet differendo medicinã.Secundo dicitur ſecundum eundem doctorẽ ꝙ rationabiliter tamdiu expectauit dominus;quia ſecundum Auguſtinũ temporalis pulchritudo rebus decedentibus ſuccedentibuſque peragitur.Et ita ſicut ad decorem in uno homine eſt ſucceſſio ętatũ,ſic in humano genere.Nec enim decet ſine cæteris ætatibus ſtatim infantem fieri perfectum uirum. Hierony.Nemo repente fit ſummus.Sic nec decuit humanum genus ad ſuum perfectiſſimum ſtatum deuenire niſi per ſtatus medios.Tunc autem fuit ſtatus perfectiſſimus,cum uenit Chriſtus quo perfectionem & legem docuit euangelicam: igitur rationabiliter expectauit uſque quo mundus eſſet in ætate qua illud

F Aduentus. Quando venit rex iſte.

G Incarnatio. Quare tãdiu diſtulit incarnari.

H Seneſtus. Seneſtus eſt conuenientiſſima doſtrinæ ſuſcipiendæ & docendæ.

lud capere poſſet. Et ſi dicatur quòd in quarta ætate ſcilicet in iuuentute poſt infantiam, pueritiam, & adoleſcentiam, homo eſt in ſtatu optimo ad diſcendum: Reſpondetur ꝙ ſexta & vltima ætas in vno homnie cum ſit infirmiſſima ſecundũ corpus, debet eſſe perfectiſſima ſecundum ſpiritum, ſcilicet ſapientia & uirtute. Cum igitur Chriſtus venerit perficere genus humanũ non corporaliter in primo aduẽtu, ſed ſpiritualiter; reſtat quod conueniẽter uenerit, in vltima ætate, cũ eſſet infirmior corpore. 2. Corint. 4. Licet is qui foris eſt homo noſter corrumpatur: is tamẽ qui intus eſt renouatur de die in diem. 2. Corint. 11. Virtus in infirmitate perficitur. Secundò ad hoc dicitur quòd ſicut medium ætatis humanæ eſt initium ſeneſtutis, in cuius principio homo eſt aptior ad iudicandum de difficilibus, Iob. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tẽpore prudentia. & Eccleſ. 16. Quare ſpecioſa veteranis ſapientia: & glorioſus intellectus & conſilium. Corona ſenium multa peritia. Sicut autem meridies eſt clariſſimum diei: ſic medium ætatis hominis, quod eſt initium ſenectutis. Eſa. 58. Orietur in tenebris lux tua & tenebræ tuę: quando ſcilicet caligant oculi corporis, erũt quaſi meridies ipſius animę. Iob. 21. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad ueſperam, & cum te conſumptum putaueris: orieris ut Lucifer. Ideo tunc congruebat vt illius ſacramenti abſconditi a ſeculis fieret reuelatio. 1. Corinthior. 15. Nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Ideo naturalium & mathematicorum ſcientia & cognitio prçceſſit & floruit, tamquàm quoddam animale & facile. vt deinde quod ſpirituale eſt & diuinum cognoſceretur, vt impleretur illud Eſa. 31. Egredietur uirga de radice Ieſſæ, & ſequitur. Et repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquę maris operientis. Sed nunc timeo ne ad decrepitam ætatem nunc venerit mundus: & quòd ad infantiam reuertatur. Dicit enim apoſtolus Gal. 4. Cum eſſemus paruuli, eramus ſub alimentis mundi ſeruientes, dicendo elementa grammaticalia. Nunc vero prelati noſtri diſcũt grammaticam & logicam; qui ut alios erudirent: deberent eſſe inſtructi in diuinis. Sed & in terrenis (quæ non ſunt niſi elementa mundi) ſeruiunt in litigiis & plebiſcitis: ita ut ſit uerum illud Iob. 32. Non ſunt longe ui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium.

Chriſtus rationabiliter ĩ vltima uenit ætate.

I Aduentus. Quibus vijs venit ad nos rex iſte.

Quarto quæritur quibus uijs & quomodo uenit ad nos. Poſſet enim ab eo quęrere anima deuota. Amice Ieſu quomodo huc intraſti? Et reſpondebit quod ſine ſuæ maieſtatis diminutione. Sicut enim imago intrat ſpeculum & efficitur uiſibilis: nec tamen in ſe minuitur uel mutatur: ſic filius Dei intrauit in carnem & mundum uiſibilis factus per aſſumptionem carnis abſque quòd ſuæ diuinitatis celſitudo diminuta ſit. Vnde Matth. 22. Intrauit rex ut uidere ſimul diſcumbentes. Rex ibi dicitur, quia in ingreſſu ſuo regiam maieſtatem non amiſit. Pſal. 45. Deus in medio eius non commouebitur. ideſt non mutabitur, niſi forte motu pietatis, non alterationis. Secundo dicet ꝙ venit in mundum ſine ſui ſeparatione a patre. Lux ſic emanat a ſole, quòd ab eo ſeparari non poteſt; quantuncumque de ſcẽdat ad terras: quia tunc ſol obſcurare tur. Sic ad nos ita deſcendit Chriſtus lux mundi quòd nunquam a fonte luminis ſeparatus eſt. Dicitur ſecũdo quòd duabus uiis ad nos deſcendit, quæ tanguntur in pſal. 24. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Prima quidem uia fuit miſericordia, quæ ad hoc eum pellebat trahente nos deorſum miſeria noſtra. Clamabat enim miſer mundus pſal. 143. Emitte manum tuam de alto, & eripe me &c. Et tunc dominus de cælo in terram aſpexit: ut audiret gemitus compeditorum &c. pſal. 101. Ideo uidẽs miſeriam noſtram ſtatim ſententiam de aduentu ſuo protulit dicens. pſal. 11. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum: nũc exurgam dicit dominus. Cum enim vidit tẽpus adeſſet miſericordiæ, & patrem miſericordiarum ex toto ſacrificia & iugulationes beſtiarum pro peccatis reſpuere, et vndique ſe ad miſericordiam conuertere; tunc filius ad patrem. Holocauſtũ & pro peccato non poſtulaſti tunc dixi. Ecce venio

Filius Dei quomodo uenis in mũdum, & quibus vijs uſus eſt.

nio pſal.39.Et quia dum aliquod grande prodigium contingere ſolet multum inde loquuntur homines:inde pro tali & tanto beneficio multas ei debemus gratiarum actiones.Nullum enim maius opus factum eſt,quàm miſericordia hoc tempore facta,& ita magna ꝙ reus culpa etiam cognita,& confeſſa ſaluatur:quod non eſt in curia ſecularium.Semper enim quamdiu fuit in mundo hanc viam miſericordię tenuit erudiendo,ſanando, conſolando,lacrimando,& tandem pro nobis moriendo. Secunda via quam tenuit eſt via veritatis ſatis ſtricta. Primò veritatem quam promiſit perficiendo, quod petebat ſapiens Eccleſiaſtici.36. Da pacem domine ſuſtinentibus te,vt prophetæ tui fideles inueniantur; contra illos qui multa promittunt,& nihil inde faciunt. Dicere enim Dei,eſt ipſum facere Pſal.148. dixit:& facta ſunt. Dicere autem hominis non eſt ipſum facere. Secundo viã veritatis tenuit eam in mundo docendo, & per eam ambulando, & adhuc per eã ad nos venire paratus ſi via eſſet,ſed uia non eſt; quia Oſeæ.4.non eſt veritas neq; miſericordia in terra: immo in vijs noſtris ſunt foueæ peccatorũ,iuxta illud Prouerb.24. Fouea profunda meretrix. Inueniũtur ibi muri conſuetudinum malarum dẽſiſſimi. Inueniuntur & lutum luxuriæ tenebroſa auaritiæ,& montana ſuperbiæ.Peccata enim noſtra diuertunt eum ne veniat ad nos.Quod apparet,quia omnes mundi miſeriæ, nec abiſſus amaritudinum potuerunt auertere,quin per ſpinas,crucem,clauos,& fauces mortis veniret ad nos. Sed peccata noſtra diuiſerunt inter nos, & Deum.

Miſericordia magna vſus eſt Chriſtus ſemper.

Veritatis uiam habuit Criſtus.

K *Aduentus. Ad quid venit rex iſte.*

Quinto quæritur ad quid uenit rex iſte? Reſpondetur primò quòd ad quærendum ouem centeſimam quam perdiderat.Pſal.118.Errani ſicut ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum domine. Secundum philoſophum primo cæli, & mundi, paruus error in principio magnus eſt in fine, Aberrauerat autem Adam circa horã ſextam in qua peccauit,& tunc populus gentium ambulare cœpit in tenebris: ita vt ferè per totum mundum Dei obliuio eſſet,& totus mundus poſt ſuas concupiſcẽtias,& idola turpiter erraret. Propter quod deſcendit dominus, & accendit lucernam humanitatis ſuæ:& nos quaſi perditos quæſiuit, & inuenit. Secundo uenit ad irrigandam noſtram animam ſterilem, quæ clamat in pſalm.142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Ipſe autem deſcendit ſicut pluuia in vellus:& ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. pſalm.71. Sicut pluuia in uellus, ideſt, occultè, vt ſuam diabolo abſconderet potentiam, & infirmis oculis ſuam temperaret claritatem, in humanitate quaſi in laterna poſitus. pſal.131. Paraui lucernam Chriſto meo, & vt quaſi latenter animas furaretur diabolo, & latenter ipſum deciperet. Vel ſicut pluuia in vellus virgineum, quod madidum erat interius; nihil exterius exiſtente madido, quia interius plena ſpiritusſancti rore,exterius carens humore virilis concupiſcentiæ. Primò quidem fuit parua pluuia in virginis vtero, deinde ſuper terram ſtillauit ſtillicidijs apoſtolorum:quia per totum orbem doctrinam euangelicam ſtillauerunt: vnde rigata eſt terra. Sicut enim lux eſt vehiculum omnium virtutum, & influentiarum,per quæ generantur in terra omnia quæ ſunt ad nutrimentum vitæ neceſſaria,ſic filius Dei ueniens in mundum,omnes uirtutes,& dona quibus habetur animæ uitam ſecum detulit. Tertiò uenit ad debellandum hoſtem generis humani. Quærebat enim excita potentiam tuam,& ueni,ut ſaluos facias nos. Quando quis in conflictu ſuperari incipit, libenter uidet ſuperueniẽs adiutorium quod poteſt, & uult ſaluare ipſum. Sic homo in certamine ſpirituali ante aduentum iſtum quaſi ſuperabatur, ideo Eſa. 12. dicebat. Ecce Deus ſaluator meus, fiduicialiter agam, & non timebo. Chriſoſto. Non debet timere hoſtem fortem:qui ſecum habet principẽ & dominum fortiorem. Lepus enim, & ceruus ideo animalia timida; quia nimis habet groſſum cor, & grande ſecundum ſiii corporis conformitatem:quia calor, & ſanguis non poſſunt perfectè uiuificare tã

Chriſtus quo ad nos venit.

Homo poſt aduentum Chriſti non dẽt timere hoſtem.

grande cor, ſicut paruus ignis non comburit tam citò magnam domũ, ſicut paruam. Sic timidi ſunt in bello ſpirituali: qui cor habent ita magnum, ꝙ cum Deo volunt habere mundum, ſed parua, & humilia corda Deũ recipientia non timent. Pſal.22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quarto venit ad redimendũ. Ait enim Matth.20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Inde clamabat genus humanũ. Eſ.16. Emitte agnum domine dominatorem terre, quia ſatis habuimus leonem, & lupum nos deuorantē. Duplicem enim manum habuit diabolus, qua rapiebat genus humanum. Vnam impellentē; & aliã trahentem. Primã impellentem ad malum, ſecundam trahentem in limbum; de qua Thr.1. Cum caderet populus in manu hoſtili: & non eſſet auxiliator. Prima manus debilitata eſt: ſecunda penitus abſciſſa per aduentum eius.

Duæ manus diaboli.

L Aduentus. Quõ obuiãdum eſt Chriſto.

Sextò quęritur, quõ obuiandũ eſt Chriſto venienti? Rñdetur ſecũdum Euangelij ſeriē, ꝙ quatuor modis. Primi cũ eleemoſynis, & operibus charitatis; vt patuit in illis, qui Chriſto obuiauerunt proſternendo veſtimenta ſua in via. Libenter.n. & gratanter accipit dñs hæc veſtimenta, ſiue dona pauperibus oblata. De Alexandro Magno legitur, ꝙ Perſarũ veſtimenta ſibi aſſumpſit, vt cor eorũ lucraretur. Sic & dominus veſtimentum noſtrę humanitatis, vt noſtrum cor alliceret ad maiora facienda. Secundi ierunt obuiam Chriſto cum ramis oliuarum.i. cum corde virēti, & mundo. Quidam.n. ferunt lignum putridum omni ſpurcitia plenum: vt lubrici. Iohel.2. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Quidam lignum aridum, quorum conſcientia omni deuotionis humore vacua eſt. Pſal. 21. Aruit tanquam teſta virtus mea. Quidam lignum viride portant inſtar oliuæ, quorum conſcientia inſtar apothecæ omnium virtutum eſt amena. Tertij ierunt cum ramis palmarũ, ideſt cum triumphali peccatorum victoria, qui in ſacramento cõfeſſionis ictibus linguæ vicerunt malignum. Contra multos, qui hoc ſacro tempore, noćte principaliter natalis dominici vacabunt blaſphemijs, & ludis prohibitis, cantando matutinas diaboli, de quibus diabolus triũphat. Quarti ierunt, qui canebant: Oſanna filio Dauid. Hi ſunt qui cum laude diuina corde, ore, & opere, dominum profitentur. Neque enim ſufficit corde, & ore laudare, niſi etiam opere collaudetur. Mat.7. Non omnis, qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei. Non enim ſufficit bis dicere domine, ſed tertio, ſcilicet corde, ore, & opere.

Sermo IIII. vnde ſupra per thema.

Induamur arma lucis. Ro.13. Sicut dicit Salomon. Eccl.3. Tempus belli, & tempus pacis. Nunc eſt tempus belli, quia Iob 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Alia tranſlatio habet. Tentatio eſt vita hominis, &c. Hinc proſa ait: Vix hora, vel dimidia fit in cœlo ſilentium. Quia vix eſt conſcientia, aliqua per horam, vel per dimidiam ſine bello. Videns propterea natura humana bellum iſtud continuũ clamabat ad dominum. Pſ.34. Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi; arma, ſcilicet diuinitatis, & ſcutum humanitatis, quod pro nobis ſe oppoſuit ictibus paſſionis. Sed quia in exercitu oportet nos ſequi ducē noſtrum, ideo nos admonet capitaneus belli Paulus, vt cõſimiliter ad ducem noſtrum induamur arma lucis. Abijciamus igitur opera tenebrarum, quæ ducunt ad tenebras, & induamur arma lucis, quæ ducunt ad lucem. Arma tenebrarum ſunt peccata: quia ducunt ad tenebras, & a principe tenebrarum donantur. Et quia per ipſa principi tenebrarum militatur, & ſunt ipſamet tenebræ obfuſcantes, & interimentes lumen gratiæ. Sed arma lucis ſunt virtutes, & gratiæ illuminantes animam, & a principe lucis infunduntur, & per ipſas principi lucis militatur. Dicitur quòd equus Alexandri Magni, talis erat condi-

A Arma. Quõ Apoſtolus nos iubet Idui arma lucis.

Arma lucis, & tenebrarum quæ ſint.

conditionis, quòd quando non erat armatus armis imperialibus quemcunq; famulum permittebat ſuper ſe aſcendere; armatus vero non. Sic ſi quis virtutibus armatus, & ornatus fuerit, non permittit ſibi vitia dominari: ſi vero non; indifferenter ei dominantur. Vt ergo non dominetur nobis vitium, ſed dominus: & ſub ipſo militemus, induamur arma lucis, quæ ſunt arma noſtri principis. Nobilitatus valde reputaretur, qui in bello indueret arma regis. Multum igitur nobilior, qui regis æterni arma induit. Arma lucis, id eſt eius qui lux eſt; cuius Maria porta fuit. Iuxta illud, quod canit eccleſia. Et porta lucis fulgida. Ad quam lucem confugientes: vt de luce eius habeamus, dicamus Aue.

B Arma. Diuerſa diuerſimode muniri debent.

SEcundum diuerſa negotia oportet munitionem eſſe diuerſam. Aliter.n.munienda eſt domus in qua celebrãdum eſt; ſ. libro, & calice: & aliter obſeſſa ab hoſtibus: quia muro, & armis. Domus obſeſſa homo eſt. Iob 19. Obſederunt in gyro tabernaculum meũ. Anima perfecta, & contemplatiua indiget libro vitæ ad contẽplãdum, & calice deuotionis quo inebrietur ad delectandum. Sed anima incipiẽs, & imperfecta, indiget muro, & protectione prelatorum, & angelorum, & munitione, & armis virtutum ad ſe defendendũ. Ideo Paulus pugil Chriſti: hoc vidẽs oẽm incipientem, & imperfectum ad arma cõuolare ſuadet his verbis, Induamur arma lucis. Primo itaq; armabimus militem noſtrum; ſecundò ne ſuccumbat in prælio quomodo ſe habere debeat inſtruemus.

C De diploide cõfeſſionis.

Primò igitur tamquam armorum fundamento veſtiendus eſt armiger noſter, ſeu miles diploide: quod gallico ſermone dicitur pourpoint. Hæc diplois dicitur eſſe confeſſio propter multa. Primò, quia ille habitus iuxta formam corporis efficitur operiens corpus, quo ad viliores partes eius. Sic habitus iſte confeſſionis iuxta formam conſcientię componendus eſt, cooperiens omne corpus peccati, & totum veterem hominem. Pſalm. 108. Operiantur, ſicut diploide confuſione ſua. Solebat autem antiquitus diplois iſta eſſe longa: ita vt renes operiret; nunc verò vix renes tangit, quia peccata iſta luxuriæ vix coram confeſſore explicantur. Secundò, quia ille habitus vilis eſt; Sic confeſſio ex vilibus petijs peccatorum conſtituitur, & multam confuſionem adducens. Sed confuſio illa adducit gloriam, iuxta illud Eccleſiaſt. 4. Eſt confuſio adducens gloriam. Nam (vt ait Pſalm. 103.) confeſſionem, & decorem induiſti. Prius quidem confeſſionem, deinde decorem animę. Eſt enim diplois confeſſionis ſimilis diploidi trutannorum, ſeu coquinorum ex vilibus petijs conſutæ, intra quam ſæpe latet aurum. Tertio, quia ſicut per diploidem adhærent arma corpori, ſic ſine confeſſione non inhærent arma virtutum animæ. Cantic. 4. Mille clypei pendent ex ea, ſcilicet confeſſione, omnis armatura fortium. Ideo veſtienda eſt hæc diplois, vt anima poſt tantam utilitatem decorem appareat in conſpectu Dei in hac ſacra natiuitate. Si quis rex deſponſaret filiam alicuius pauperis, nonne dedecus ei faceret ruſticus ille ſi in nuptijs eius niger ſicut carbonarius, uel fœtidus vt magiſter ſtercorum coram eo appareret? Deus autem naturam humanã, quæ ſoror noſtra eſt accepit in hac ſacra natiuitate. Magnam igitur Deo iniuriam faceret qui in tanta ſolennitate, peccati ſordibus intinctus coram eo apparet.

D Iuſtitia. De thorace, ſeu lorica iuſtitiæ.

Secundo debet indui noſter miles lorica, ſeu thorace iuſtitię. Epheſ. 6. Induti loricam iuſtitiæ. Eſai. 59. Indutus iuſtitia vt lorica. Sapien. 5. Induet pro thorace iuſtitiam. Hac thorace viriliter recipiuntur ſagittæ perſecutionum, quæ ſunt quandoque ſagittę volantes in die: quia in manifeſto percutiunt. Hac thorace repelluntur iniqua mandata principum, quæ quidem ſunt mors, ſi penetrẽt iſtam thoracem. Aliquando hęc thorax recipit ictus gladij detractionis. iuxta illud. 2 Corinth. 6. Per arma iuſtitiæ virtutis Dei a dextris, & a ſiniſtris; per nobilitatem, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam. Quandoque tamen thorax iſta, ſeu lorica debilis eſt;

& cito perforabilis ſcutis quæ opponuntur argenteis, & aureis. Hæc enim thorax de maculis ſeu obolis componitur, ideo facilè penetrabilis. Sed lorica iuſtitiæ fortis eſt & virtus communis omnibus, vt dicitur. 5. Ethi. qua armari debét omnes. Sed quomodo communis. An quia miniſtratur communi populo? Non, quia iam diu eſt, ꝙ a communi quęritur, & nõ inuenitur. Oſeę. 4. Non eſt veritas Dei in terra, maledictum homicidium, & adulterium innundauerunt ſuper terram. A communi (ut dicit grammaticus) deſcendunt quatuor participia: quæ partem capiunt ab utroque diuite, ſcilicet, & paupere. Quatuor participia ſunt principes cum ſuis officiarijs. Prælati cum ſuis miniſtris. Aduocati cum procuratoribus. Milites, & armigeri. Vbi ſic capitur. Non cuique quod ſuum eſt redditur. Tempore præterito cooperiebat lorica iuſtitię tibias, & pedes, ideſt inferiores ne prædarentur, modo non cooperiit niſi membra ſuperiora, & principalia, ſcilicet ſuperiores. Iſti ſatis obtinent pro ſe in iuſtitia, cęteri uero non. Hac lorica iuſtitiæ non induebatur Pharao, cuius induratum eſt cor ad perſequendum populum domini; ſed magis lorica obſtinationis, & propriè opinionis, quæ maximè cõtrariatur iuſtitiæ. Hęc eſt de qua Apoca. 14. Habebant loricas ſicut loricas ferreas. Hanc voluit induere Dauid, ſcilicet loricam Saulis qui obſtinatus erat in malum, ſed non ualuit cum ea incedere; quia non habebat conſuetudinem. Non enim erat ſicut multi, qui ſic ſuis firmantur opinionibus, ut nihil rationis uideant, ſed ſola affectione ducantur.

E Fides. De ſcuto fidei triãgulari. Tertiò oportet ipſum aſſumere ſibi ſcutum fidei triangulare. Epheſ. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. In fide enim trinitatis reſiſtitur omnibus tentationibus pſalm. 60. Scuto circundabit te veritas eius. Hæc ſunt principis luminis defenſiones quę deſcendunt a patre luminum, quæ a malitia diaboli, & ab ira Dei præſeruant; qui ſe a tali ſcuto tutantur. Ait enim Paulus lib. 9. ꝙ aquila dicitur armiger Iouis quaſi arma eius gerens, quia nunquã fulminatur: quod eſt inter aues ſingulare: Sic, & illi a fulmine damnationis, & furoris Dei ſunt erepti qui Dei ſunt armigeri, ideſt, qui arma eius gerunt.

F Spes. De galea & quomodo ſpei & quomodo ſpes eſt olla Moab. Quartò oportet induere galeam ſpei. 1. Theſſa. 5. Galeam, ſpem ſalutis induti. Si enim nõ aſſit ſpes, ſtatim frangitur cor ſpiculo deſperationis, quam a Deo petere debemus, quia pſalm. 59. Moab olla ſpei meę, ideſt ex patre Deo procedit cor plenum ſpe. Moab enim interpretatur ex patre, a quo etiam tribulatio ad nos emiſſa procedit. Ignis ſiquidem tribulationis ferueſcere facit ollam naturæ noſtrę & capacitatem noſtram. Et niſi eſſet ſpes de ſalute, ſtatim ad illum cor frangeretur. Vt patet de vaſe terreo ad ignem poſito, ſi ſit aqua uacuum ſtatim frangitur. Hac galea armati erant martyres. vnde Auicenna. 2. de naturalibus dicit quòd uacca fortiora habet cornua quàm taurus, & hoc in recompenſationem naturæ ipſius uaccæ propter eius debilitatem in ordine ad taurum. Sic angelus malus ſecundum naturam fortior eſt nobis; ſed nos habemus fortior arma quàm habeat: ſpem ſcilicet, quam non habet. Oportet igitur intellectum (qui eſt caput animæ) uallari galea iſta. Alioquin omnino impotens erit ratio ad prælitũ contra diabolum. Nõ enim ſequitur canis prędam cum deſperat. Nec in prælio miles cum de victoria diffidit. Quomodo autem adhæreat capiti noſtro galea iſta ſpei? Dicitur ꝙ per bona opera fixa erit ipſi capiti & permanebit ſpes, aliter non; quia ſcriptum eſt. pſalm. 60. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſic ſperate in domino.

G Abſtinẽtia. De gorgerico abſtinẽtia. Quintò oportet circa collum habere gorgericum quod gallico ſermones dicitur gorgery, circũdãs guttur. Iſtud ẽ parcimonia uitæ, ſiue abſtinentia. Canis collo circundatus clauis non ſtrangulatur a lupo. Loca aſpera vix inuaduntur. Sepes ſpinarum arcet ab orto beſtias. Et abſtinentia uitia carnalia ab homine. Nec

prædones

prædones libenter intrant locū vbi ſciunt dominum auſterum, & magnum iuſtitię executorem. pſal. 34. Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio &c. 1. Pet. 4. Chriſto in carne paſſo, & vos eadē cogitatione armamini: ſcilicet aceto, & pęnis eius, imitando eum. Nihil. n. magis effeminat quā voluptas. Sic per Cyrū Perſarum regem (vt refert Herodotus) ordinatum eſt vt Aſiani vacarent voluptatibus & ludis, vt gens illa effeminaretur, & cōtra eum non rebellaret. Sic Romani perſuadere voluerunt Athenienſibus, ut ſequerentur opinionem Epicuri, qui docebat fęlicitatem humanam in voluptatibus conſiſtere, vt ſic facilè poſſent ab eis ſuperari.

H *Verbum Dei. De gladio verbi Dei.* Sextò oportet eum accingi gladio verbi Dei. Ephe. 6. Gladium ſpiritus aſſumite, quod eſt verbum Dei. Heb. 4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti. Gladius enim materialis cum percutit, non niſi vnum vno ictu percutit. Sermo vero Dei, & aures, & corda omnium audientium percutit. Item iſte gladius interius, materialis vero exterius percutit. Ille vulnerat ſcilicet materialis, iſte ſanat & medetur tribulationibus omnibus. pſalm. 118. Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me, & ſequitur medicina. Mādata tua quę ſunt uerba tua, meditatio mea eſt. Tunc enim confugiendum eſt ad illa, & ceſſabit, aut ſaltem leuius feretur tentatio. Sic dominus Ieſus contra hoſtē tentantem ad gladium uerbi Dei recurrit, quo fugauit diabolum.

I *Arma. De duplicibus armis.* Secundò videndum eſt quomodo miles noſter ne ſuccumbat in prælio inſtruendus ſit. Igitur ſecundum Guil. duplicia ſunt arma virtutum. Quædam protectionis, vt humilitas, & patientia. Alia impugnationis, vt diſciplina, doctrina, pietas, quæ eleemoſynis velut lapidibus diabolū obruit. Sed multi habentes iſta arma multiplici inſipientia in bello ſpirituali ſuccumbunt, quos premonet Apoſtolus. 1. Corin. 10. Si quis exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat.

K *Arma. De mul-* Prima igitur inſipientia eſt eorum qui ante pugnam ſe armare nolunt, ſed tunc primo arma protectionis recipiunt; cum recepto vulnere dolorem ſenſerint, & tūc fiunt eis arma oneri, quæ ante congreſſum accepta eſſent eis defenſioni; verbi gratia. Cum quis gladio venenatæ linguæ per detractionem vulneratus fuit; tunc non habeat arma humilitatis, & patientiæ, ſed magis ea abijcit. Poſtmodum verò quando videt ſe nihil profeciſſe, ſed magis ſe læſiſſe, vult illa arma accipere. Talis equo amiſſo tunc primo de ſtabulo claudendo deliberat. Sic matrimonio iuncti ſępe inuicem contrixantur, & ſeipſos lædunt, vbi patientia opus eſſet. Neque enim igne contra ignem, ſed aqua contra ignem pugnatur. Nec bello aduerſus bellum, ſed pace pugnandum eſt. Neque ira aduerſus iram, neq; odio aduerſus odium, ſed potius altero contrariorum aduerſus alterum; vt vincamus in bono malum. Roman. 12. Eccleſiaſtici 2. Filij accedens ad ſeruitutem Dei pręparā animam tuam ad tentationem, vt ei reſiſtatur. Præparatio iſta eſt cogitatio de modo reſiſtendi tentationi, quod faciendum eſt priuſquam impugnet tentatio. Semper enim incedere debent armati, qui verſantur inter hoſtes. Et propterea quia ſemper ſumus inter hoſtes noſtros, & ſemper clamatur ad arma, ideo ſemper incedamus armati clypeo patientiæ, & taciturnitatis. Voluptatibus opponamus abſtinentiam, vanitati deiectionem. Clamat enim tuba belli, ſcilicet Paulus. Eph. 6. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. Pugiles enim domini multa ſuſtinent, & pauca loquuntur. Alioquin pugnant vt mulieres, quæ multū poſſunt loqui, pauca ſufferre. Pugna enim mulierum contentio eſt, quę potentes ſunt lingua, infirmæ manibus, vt dicit Chryſoſtomus. Sic qui multa docet & pauca operatur, pugnā mulieris exercet. Cōtra quæ duo dominus in pugna paſſionis multa fecit, & pauca locutus eſt.

tiplici inſipientia eorum q in bello ſpirituali ſuccūbunt.

Tētationi diaboli reſiſtēdum eſt.

Secunda inſipientia eſt eorum, qui ſumunt arma nimis ponderoſa; ita vt eorum ponderoſitate quandoque deijciantur: vt qui ieiuniorum, pſalmodiarum, & vigiliarum laboribus plus ſolito ſe

grauant;

grauant:intantum vt poſt amiſſionem viſium, eis oneroſa, & prope tedioſa reddātur. Quod ſignificatum eſt in Dauid, qui arma Saulis proiecit, quia nimis ponderoſa erant, nec eorum conſuetudinem habebat. Sic Hieronymus ſe fatetur propter nimia ieiunia minus aptum inueniſſe ad laborandum in vinea domini, quemadmodum fit in multis religionibus. Tertia inſipientia eſt eorum, quæ in ipſo conflictu arma ſua proijciunt, quando eis fortius armari deberent. Sicut contingit in illis, contra quos inſurgit elatio, ſtatim humilitatem proijcientibus. Cum inſurgit aduerſitas, ſtatim patientiā abijciunt. Cum tentatio carnis, ſtatim vigorē mentis amittunt: quod eſt arma in bello projjcere. Arma etiam ſunt exempla ſanctorum. Greg. Facta præcedentium recolamus: & non erunt grauia quæ toleramus. Sic Iulianus apoſtata (vt dicitur in hiſtoria tripartita) cum philoſophiam profeſſus eſſet, vt ſ. nunquam iniurijs moueretur: in ingreſſu Antiochię: cum quędam mulieres ſuo cantu deluſiſſent eum improperantes ei ſimulacra, alapizando eas ſuas vindicauit iniurias; & ſic philoſophiam mentitus eſt. Magna ſtultitia eſt in repugnando laborare contra hoſtem, cum eum poſſis inermis, & abſque ictu ſuperare, ſcilicet ſi ſolum non vindices, ſed ſuſtineas. Quarta inſipientia eſt eorum qui nolunt reſiſtere hoſtibus vbi facilius reſiſtere poſſent. Semper enim ad portas caſtri reſiſtendum eſt, aut in loco alto, & ſtricto, vbi pauci poſſunt ſe defendere contra multos. Stultè pugnat qui inimicos ſuos aggrediendo anguſia loca tranſire permittit, & tunc primo uult ſe defendere, quando totum caſtrum, vel totam terram hoſtilis exercitus occupauit. Sic ad portas ſenſuum hoſtibus ſpiritualibus ad reſiſtendum, vt eas diligenter cuſtodiamus. In loco enim arcto occupationum eis occurrendum eſt, vt hoſti uia non pateat: Otioſitas enim eſt planicies, & in otium quaſi in planiciem ſine difficultate irruit diabolus. Sic irruit in Dauid cum otioſus eſſet, ut adulterium cum Berſabęe committeret. Sic dicit Ouidius. Quæritur Aegiſtus quare ſit factus adulter. In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. Propterea Iudicum 4. Eliachim præcepit obſtrui aſcenſum montium, per quos via poterat eſſe in Hieruſalem. Hoc eſt uiam obſtruere, ſeipſum ſanctis occupationibus armare, ut uia diabolo ad cor obſtruatur. Res enim perfectè occupata, non eſt locus alterius, neque capax alterius. Hieronymus. Semper aliquid boni operis facito, vt diabolus te occupatum inueniat. In inſultibus caſtri, qui muſitant, & ſe non mouent conſueuerunt frequentius ſagittari. Qui uero cauere volunt tripant mirabiliter, & ſaliunt, & currunt, modo in dextrum, modo in ſiniſtrum, ne eos ſagitta emiſſa ad certum locum ibidem inueniat. Quinta inſipientia eſt eorum, qui nolunt hoſtem interficere dum paruulus eſt, immo dimittunt eum creſcere & infortiari. Sic qui a principio tentationi non reſiſtunt, ſed poſtquam uires per longam delectationem, ſeu conſenſum accepit, tunc primò pugnare volunt, & volunt tunc hoſtem interficere quando penè interfecti ſunt. Interfice ergo hoſtem tuum dum paruulus eſt, in principio tentationis reſiſtendo, & non permitte, q grandeſcat in corde tuo per moroſam delectationem, & conſenſum, quia poeta dicit: Principijs obſta, ſero medicina paratur; cū mala per longas inualuere moras. Pſal. 136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos, ideſt primos motus ad petram, ideſt exemplo Chriſti, vel per fidem Chriſti. Hieronymus. Lubricus eſt antiquus ſerpens, & niſi teneatur totus ſtatim elabitur. Cant. 3. Capite nobis vulpes parbulas, quæ demolliuntur vineas, id eſt animas eneruant. Debiliſſimus enim eſt hoſtis in cogitatione mala, tunc enim quaſi in ſolo ſemine paruulus eſt. i. in primis motibus affectionum. Inermis eſt quando nondum exhibuiſti membra tua arma iniquitatis peccato. Ro. 6. Nō ergo expectes donec inualeſcat, & efficiatur fortior te, ſed dū adhuc eſt in teneritudine ſeminis, vel paruulus, uel inermis, occide

Facta pcedentiū recolere vtiliſſimū eſt.

L Otium. Otiū eſt cū multorū malorum.

Tētationi in principio reſiſtendum.

de

M Tribulatio. Tribulationes p nobis pugnant.

de illum. Sexta inſipientia eſt eorum qui contra ſuos pugnant,& hoſtes ſuos non cognoſcentes eos amicos reputant. Cum enim perſecutiones pro nobis ſint tanquã præſidium,& ſuccurſus nobis à Deo miſſus, qui aduerſus illas repugnant tanquã aduerſus hoſtes. hoc faciunt quia contra ſe non pro ſe velut hoſtes veniſſe credũt, & ſic in ſuos tanquam in hoſtes armantur. Cum enim atrociſſimi omnium noſtrorum hoſtium ſint proprius ſenſus noſter, & propria voluntas noſtra, maximi adiutores, & propugnatores noſtri ſunt, qui eos impugnant. Legimus. 2. Reg. 8. ꝙ Thou rex Emath miſit ad regem Dauid Ioram filium ſuum vt gratias ageret ei: eo quòd expugnaſſet Adadezer: & percuſſiſſet eũ. Hoſtis quippe erat Thou Adadezer. Similiter, & 4. Regum 16. legimus, quòd Achaz rex Iuda miſit ad Theglaphalaſſar regem Aſſyriorum aurum & argentum, quod inuenire potuit in domo domini,& in theſauris regis, vt pugnaret pro eo contra regem Syriæ: & contra regem Iſrael. Non ſolum ergo gratias agere debemus propugnatoribus, & liberatoribus noſtris, ſed etiam pretio emendi eſſent. Nos vero gratis a Deo miſſos non ſolum male recipimus: ſed vt hoſtes repellimus,& proſequimur tanquam contradictores, quos velut ſuccurſum mittit nobis dominus ad debellandum,& captiuandum proprium ſenſum: & ad redigendum in obſequium Chriſti. Similiter & tribulationes, & miſerias, quas ad debellandum propriam voluntatem mittit pro nobis Deus, pari furore proſequimur. Scire enim debemus quòd quæcunque a Deo,& ex parte Dei ſunt, pro nobis ſunt,& non contra nos, quandiu pro Deo ſumus, & cum ipſo. Quia ergo omnia iſta ab ipſo ſunt, & ex parte eius. Eccleſ. 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas, & honeſtas a domino Deo ſunt. ideo benigne debemus ea recipere. Septima ſtultitia eſt eorum, qui de prope volunt pugnare cum hoſte, qui ex propinquitate vires aſſumit,& ex elongatione vires amittit, vt fornicatio, & cætera vitia ad carnis voluptatem pertinentia. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem, ne ſcilicet approximetis ei. Quantumcunq; enim quis fugit ab aduerſis, tanto minus ſentit aduerſa, vt ait Aug. Sic minus voluptatibus ſtimulatur, qui non eſt vbi eſt frequentia voluptatum. Vnde ferreas mẽtes libido domat, quæ in virginibus maiorem famem patitur, cum dulcius exiſtimant quod ignorant. Octaua inſipientia eorum eſt, qui ab illa parte, qua maior eis & periculoſior cõflictus imminet, ſe protegere oĩno negligunt, in alijs vero adeo ſe ſolicitè muniũt tanquam ſi aliud nullum periculum eſſet, verbi g. Cũ aliquem infeſtat luxuria, inter cętera illud eſt cui minime repugnare conatur. Nihil ei difficilius iniungi poteſt in confeſſione, vel pœnitentia, quàm ꝙ maximè luxurię repugnet. Auarus vero cum maxime per largitionem repugnare poſſet auaritię, & eam maximè repellere: largiri omnino non curat. De alijs verò vitijs, quibus nõ ſunt irretiti, alios vituperantes verba faciunt: & ibi ſe muniunt, cum tamen ibi nullum eis immineat periculum. Nona inſipiẽtia eorum eſt, qui clypeo iam perforato,& contrito ſe protegere quærunt. Quod faciũt qui malorum exemplis ſua peccata vel excuſare, vel defendere nituntur. Quis enim peccator, niſi qui lethali vulnere trãsfoſſus eſt,& contritus? Quanta ergo dementia eſt ſe velle protegi ab eorum clypeis, quos iam conſpicis iaculis confoſſos? Tales de aliena morte vincendi ſumunt fiduciam, cum inde potius eis timor adeſſe deberet, quia quanto maiores, & robuſtiores cernimus cecidiſſe, inde minus arma formidare, immo fidenter in ea irruere ſumma ſtultitia eſt. Qua ſtultitia laborant, qui maiorum ſuorum exemplis malis animantur ad vitia: Inquiunt enim, Magiſter uel prælatus ſimiliter facit, vel fecit, quid ergo mirum ſi facio? Decima eorum inſipientia eſt, qui cum hoſtis eos gladio transuerberare non poſſit, immo nec lædere, ſemetipſos hoſtili gladio transfodiunt. Neque enim hoc poteſt hoſtis, vt cor aut pellem attaminet, niſi cum conſenſu tuo illum ad te uulnerandum adiuues.

Omnia i nobis a Deo prouenire.

Stultitia laborant qui exéplo aliorum malefacere dicunt.

Niſi enim gladium tui ipſe in uiſcera tua aut morſa cogitatione, aut deliberatione, ant conſenſu, impegeris illeſus omnino remanebis. Cadit enim gladius per ſeipſum de manibus diaboli, niſi illũ manibus tuis eidem ſuſtentaueris. Gladium autem uoco ipſum cogitatum de corde tuo procedentẽ per ſuggeſtionem diaboli, qui non habet uires ulterius impingendi, hoc eſt profundius, ſed in ſuperficie tentationis ſiſtit, niſi tu diabolum adiuues ad penetrandum profundius vſque ad conſenſum. Cadit enim de manibus diaboli gladius iſte, ſi vires tuas ſubtraxeris. Subtrahe cortuum, & cadet cogitatus huiu ſmodi de corde tuo. Caueat igitur miles noſter ne inſipiens cadat ab armis lucis, & ſic pereat in tenebris, &c.

Sermo V. Vnde ſupra: per thema Epiſtolæ.

A Aduentus. Aduentus Chriſti fuit multum deſideratus.

Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Roman. 13. Libenter aduenit quis in locum hoſpitii, in quo credit aduentum ſuum multum deſiderari. Propter quod ſaluator noſter non uenit in primo aduentu, niſi poſtquam fuit multũ deſideratus; iuxta illud Aggęi. 2. Veniet deſideratus cunctis gẽtibus. Quod deſideriũ exprimunt, primò Eſaias 64. Vtinam diſrũperes cœlos & deſcenderes. deinde antiphonæ quæ cantantur in ultima ſeptimana huius aduentus, quæ incipiuntur per O. quæ ſunt clamores antiquorum patrum hunc aduentum expectantium. Deſideratus eſt. n. ſaluator a ſuperioribus ſcilicet angelis, vt oſtenderet illam uiam prudentiæ & ſapientiæ, quam non intelligebant ſuper redemptione generis humani. Inde dicitur Gen. 49. Deſiderium collium æternorum, ideſt angelorum; in quẽ angeli cernere deſiderant, qui dicuntur colles, ideſt humiles in ordine ad ſuperbos montes qui ceciderunt: ſed æterni dicuntur, quia immortales cum æterno regnant. A prioribus autem ſeculis deſideratus eſt, ſcilicet regibus & prophetis. Lucę. 10. Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis. Ab inferioribus etiam qui in limbo erant uincti in tenebris vt liberarentur. Et a poſterioribus, vt a periculoſo inferni deſcenſu in quem omnes deſcendebant eximerentur. Nos igitur ſaltem ex effectu oſtendamus deſiderium ut ueniat; & ſi non in carnem, ſaltem in mentem noſtram. Ideo pro obuiando ei, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Quando pueri ſciunt patrem, & matrem debere ire ad nuptias, ſolent ſurgere ualde mane, ne ſi dormirent, pater, & mater, dimitterent eos. Sic ſurgamus cito, nec dormiamus in peccatis; quia ſi dormierimus non intrabimus ad nuptias cum patre Deo, & matre eccleſia, quę celebrabuntur in die natalis pro coniunctione diuinitatis cum humanitate. Mat. 25. Dormitauerunt omnes & dormierunt, ſed quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Caueat ſibi qui non ſurget, ne fortè ſibi contingat, iuxta illud Threnorum. 1. Dedit me dominus in manu, de qua non potero ſurgere. Inde Ioſue 7. dicitur tibi. Surge cur iaces pronus in terram? ideſt in terrenis concupiſcentijs: Ideo Can. 4. dicitur animæ deuotę, Surge propera amica mea, & veni ad nuptias agni, quæ celebrabuntur in thalamo uirgineo, a quo procedet ſpõſus illo die ueſtitus ueſte nuptiali, iuxta illud Pſal. 18. Tamquam ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo. Ad quem thalamũ diuitijs plenum accedamus, ut inde aliquid reportemus, dicentes Aue.

Dormire nõ debemus in peccatis.

B Somnus peccatũ. Propter quinque peccatũ comparatur ſomno.

SOmno propriè comparatur peccatum propter quinque: Primò quia ſomnus eſt morti ſimilis; Dormẽs enim eſt quaſi mortuus; Si enim non deberet excitari uere diceretur mortuus. Peccatum autẽ dicitur eſſe mors peccatoris, immo ſi non eſſet ſpes de reſurgendo a peccato, melius eſſet, quòd mortuus eſſet, quia ſecundum Ambro. lib. de bono mortis. Bonum eſt peccatori cũ moritur; ne in deteriora uita prolõgetur. Immo vr̃ eſſe deterioris cõditionis quàm canis, cũ triplici morti ſit ſubiectus. ſ. morti culpæ tem-

temporali, & æternæ, canis autem ſolum naturali morti.

Secundò quia ſicut in dormiente obturantur omnes ſenſus, ſic in peccatore omnis ſẽſatio ſpiritualis obruitur; Primò nõ ſentit odorem coquinæ cæleſtis, ideſt nõ apprehendit quãti gaudij eſt illic deliteſcere. Similiter auris obediẽdo Dei mãdatis nõ audit. Guſtus cibũ verbi Dei non ſapit. Tactus eleemoſynam pauperi nõ porrigit. Nec uiſus lumẽ veræ fidei recipit, ſi eum reciperet, pro peccato ſuo niſi ſe cito corrigeret, in inferno damnandum ſe crederet.

Peccatũ tollit ſenſum ſpirituale.

Tertio, quia dormiens ſæpe credit ſe contrectare poma aurea uel lapides precioſos propter ſola phantaſmata quæ in eo ſunt, & putat ſe veris uti delicijs. Sic peccatores in hoc mundo credũt ſe ueras habere delicias, qui tamẽ ſolã eorum umbrã habẽt. Similes cani qui natãdo in aqua uidit ad lunæ lumen vmbrã carnis quam gerebat in orę multo maiorem in fundo aquæ, qui ſtatim anhelans ad eam glutiendam illam dimiſit quę in ore eius erat, & ſic fruſtratus diſceſſit. Diuitiæ enim uerè comparantur umbrę, quæ circa noctem maior eſt, quia diuitiæ circa finẽ uitæ communiter auidius quærũtur. Sed ſicut uẽtus & umbra circa noctẽ retineri nõ poſſunt, ſic nec diuitiæ circa mortem.

Quartò, quia dormientibus illa uidentur eſſe pericula quę in veritate non ſunt, & ea timent, quæ autem uerè ſunt pericula non timent. Mortem enim tranſitoriam peccatores timent, ſed nõ ęternã. Augu. Vera mors eſt quam peccatores non timent: ſeparatio ſcilicet a Deo qui eſt animę uita. Timent paupertatem mũdi, & non timent paupertatẽ inferni, vbi nõ erit locus mutuandi, uel mendicãdi, uel labore aliquid acquirẽdi; ubi etiã vna gutta aquæ non poterit inueniri, ubi pro defectu bonorũ mors deſiderabitur, morſillus ille ſcilicet quẽ & ipſi, & omnia animalia ſummè timent. Apocal. 9. Deſiderabũt mori, & mors fugiet ab eis. Propterea nũc nõ oportet in peccato dormire, ſed hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

Quintò, quia dormiens dum dormit errore ſuum nõ intelligit. Sic peccatores, vt uſurarij & fornicatores, mali mercatores, & ſic de alijs, dum dormiunt in peccato errorem ſuum non intelligunt, nec eis perſuaderi poteſt magnitudo erroris ſui. Pſal. 57. Priuſquam intelligerent ſpinę veſtræ ramnum ſicut uiuentes, ſic in ira abſorbet eos. Spinæ ſunt peccatores ignibus inferni deputandi. 2. Regum. 23. Pręuaricatores quaſi ſpinæ euellentur. Hæ non intelligunt ramnum, ideſt diabolum decipientem eos. In ramno enim colubri & ſerpentes latent, & ſic antequam intelligant deceptionem eius quaſi uiuentes, immo adhuc viuentes, ira Dei abſorbet eos ne ab errore exeant, ſed in eo moriuntur, & cum excitantur igne inferni, tunc errorem ſuum intelligunt, ſed tardè multum. pſal. 75. Dormierũt ſomnum ſuũ, & poſtea nihil inuenerunt uiri diuitiarũ in manibus ſuis. Propterea quãmdiu ſumus in hoc mundo uigilandũ eſt: quod admonet Apoſtolus dicens. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

In hoc ſermone iuxta thema propoſitum dicemus duo. Primò quę ſunt impedimenta, quibus impedimur ne a peccato ſurgamus: & occurramus Chriſto uenienti. Secundò quæ ſunt quę nos poterunt mouere, ut cito ſurgamus a peccato, & occurramus Chriſto.

C Surgere. Duo impediẽtia ne ſurgamus a peccato.

Circa primum notandum ꝙ Sophoniæ. 2. ſcribuntur duo quę nos impediunt ne ſurgamus a peccato ſcilicet nox cantãtis in feneſtra, & coruus in ſuperliminari domus. Primum ergo eſt nox cantantis in feneſtra, ideſt gaudium & lętitia huius ſeculi, quæ exit per feneſtras ſenſuum noſtrorum. Fornicator enim tactum habet apertum ad omnem tactũ ruſticum, ideo non uult audire loqui de ſua conuerſione, ſicut nec ſcabioſus equus vult pectinẽ ſentire, ſed magis recalcitrat. Auarus autem & uſurarius uiſum habet paratum ad monetam auri, & argenti, diuitias cæleſtes reputans inanes. Guloſus habet guſtum ad ſuaues cibos, nihil melius reputans. Superbus autem auditum habet apertum, ſi quid de ſeipſo nobile & ingenuũ dicatur, vt inde poſſit glo-

gloriari,hoc enim gaudium impedit con
uerſionem peccatoris ad Deum:Dicũt.n.
mũdani,Si homo ſemper cogitaret de cõ-
ſciẽtia ſua, vel Deo nunquã lætaretur,ſed
magis eſſet ſomniator,aut imaginũ come
ſtor,aut hypocrita. Sed falluntur,quia nõ
ẽ maior delectatio quàm Deo ſeruire,nec
maior triſtitia quàm male viuẽdo ſeruire
Delectatio maxima eſt ſeruire Deo.
mundo. Si enim tua reputatione ſit ma-
gna delectatio ſeruire mundo pleno miſe
rijs, nonne maior eſt delectatio ſeruire
Deo totius conſolationis,de quo pſal.83.
Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper mi
lia.Nonne ſumma delectatio eſt homini
non deſeri a ſuo creatore,& ſecure ex pe-
ctare finem ſuum? Qui enim curias prin-
cipum frequentant, mirabiliter timent
exui gratia regis. Quod ſi ita eſſe cogno-
ſcerent, non dormirent bono ſomno læ
tè viuerent.Tu igitur peccator gratia re-
gis æterni carens,a quo omne tuum eſſe,
& viuere dependet: quomodo potes ſecu
re dormire,& lætari corde, donec recon-
cilieris ei? Secundum eſt coruus in ſuper-
liminari domus, quod eſt procraſtinatio
conuerſionis procedens a ratione,quæ eſt
ĩ ſuperiori parte domus hominis.Clamat
enim coruus,cras,cras,cras: hoc eſt ſpes
longę vitę,per quam ratio decepta differt
ad dominum conuerti. Dicit enim ratio
ſic decepta; Tu adhuc iuuenis es, aſſume
tibi modicum de bono tempore, dum ſe-
nueris meditaberis de tua cõuerſione,No
li eſſe bigotus, & hypocrita. Stulta ſpes
iſta multos decepit. Quot enim perſonæ
ſic dixerunt in iuuentute: qui deteriores
fuerunt in ſenectute? quaſi Aethiops mu
tet pellem in ſenectute. Quot huiuſmodi
ruerunt morte ſubita? Quot huiuſmodi
petierunt inducias etiam vnius diei,& nõ
obtinerunt? Quis inſuper tibi dabit ſecu
D
ritatem uiuendi uſque in ſenectutem? Ita
Spes. Spes lõge vitæ quàm ſtulta ſit.
ſæpe,immo frequentius moritur prius vi
tulus quàm vacca. Sed quàm ſtulta ſit
ſpes iſta patet ex hoc quòd dominus ta-
libus ſubtrahit de tempore ſibi conceſſo
vt bene viuerent. Probatur primò aucto
ritate Pſal.54.Viri ſanguinum, & doloſi,
non dimidiabunt dies ſuos, vt homi-
cidæ, raptores, vſurarij, & falſi mer-
catores, mali aduocati, & iudices. Sed
quia ipſe pſalmiſta fuerat uir ſanguinum,
cum occidiſſet proditoriè Vriam,poſtquã
adulterauerat cũ vxore ſua,poſtquã pro-
tulit illam ſententiam,quæ de directo ei
contraria erat, ideo ſubdit. Ego uero in
te ſperabo dñe,non in lõga uita quã mihi
promittam,& ſic conuerſo ad Deum de-
letum eſt peccatũ.Secũdò quia Ezechias
ſemel unum peccatũ fecit,& propter hoc
ſibi immediatè mandatum eſt ꝙ morere-
tur.Ideo dicebat domino in cantico ſuo.
Eſa.38.Ego dixi in dimidio dierũ meorũ
& nõ in termino quem ſperabã uiuere,
vadã ad portas inferi.Sed quia nõ ſpera-
uit in lõga uita,ſed in multitudine miſe-
ricordiæ Dei, ideo commutata eſt ſenten
tia cõminatiua,& ei additi ſunt quinde-
cim anni.Hora enim erat illi tũc ſurgere.
Similiter de Niniuitis hoc patet. Tertiò,
quia cũ loqueretur dominus ad Noe ſuꝑ
diluuio inducẽdo ſuper terram.Gen.6.Et
propter mala quæ fiebant diſponebat per
dere aquis hominem dixit. Erunt dies
vitæ hominis centum viginti anni.Super
quo Strabus quidã expoſitor dicit, ꝙ 10.
annos ſubtraxit dominus de tẽpore eis
cõceſſo ad pænitẽdũ:videns eos nolle cõ
uerti.Si ergo tẽpus promiſſum nolẽtibus
pænitere ſubtractũ eſt:quid faciet his qui
bus talia nõ promiſit? Sed ratione ſic pri
mo probatur.Stultum eſt dicere tẽpus ali
cui a Deo datũ,& in dedecus eius expen
ſum, ꝙ ipſe ei debeat illud prolongare.
Exemplum ad hoc de aliquo qui a quodã
domino lucri gratia maximũ theſaurũ ac
cepiſſet, quẽ tamẽ prodige conſumeret;
nonne ſtultus reputaretur ſi ab eodẽ do-
mino maiorẽ recipere ſperaret? immo ma
gis eum raperet tortoribus tradens, & ſi
quid ei ex omnibus quę dederat remanſiſ
ſet, auferret ab eo, eique improperando
diceret.Quomodo alia de cætero tibi da
bo,qui a me acceptatã inutiliter conſum
pſiſti? Sic dominus talibus ſubtrahit tem
pus,ut patuit in diuite epulone,cui dictũ
eſt poſt ſomniũ de deſtruendo horrea ſua
& maiora faciẽdo.Stultę hac nocte ani-
mam tuam repetent a te. Lucę.12.Et ſi
dominus aliquando prolonget tẽpus,hoc
non

non eſt niſi ut faciat ſicut carnifices, qui quando volunt beſtiam grandi ictu ferire vt interficiant, tardant ferire a remotiori percutiendo. Secundò ſi dicas, ꝙ non eſt adhuc hora ſurgendi, ſed benè procraſtinandi, tunc oportet te habere tempus, & horas in tua poteſtate, & non potius in diuina, quod falſum eſt, quia ſcriptũ eſt Actuum. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momēta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, & non in tua: quia nec poteſtatē hēs prolongandi tibi vitam per unam horam.

E Surgere. Quatuor nos monētia ad cito ſurgēdũ a peccato, & obuiādum eſt Chriſto.

Pro ſecundo puncto huius ſermonis notandum eſt ꝙ ſunt quinq; quæ nos mouere debent ad cito ſurgendum a peccato, & obuiandum Chriſto. Primum eſt incertitudo mortis Luc. 12. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et iterum Mat. 19. Veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperatur. Sic dormiebat diues epulo de quo dictum eſt ſupra, qui mortuus eſt infirmitate lethargica, quia dormiendo. Vulgo dicitur: nimis profundè dormit, qui culcitram ſubter ſe ſibi furari permitti. Sic peccator dormiens in peccatis, cui diabolus non ſolum conſcientiæ culcitram, ſed etiam animam aufert. Sic Policraticus refert imperatorem Octauianum iuſſiſſe ſibi emi culcitram cuiuſdam militis, qui deceſſerat maximis obligatus debitis. Cui cum diceretur nihil omnino culcitrā valere, mādauit iterum ut emeretur. Qui interrogatus a ſuis, cur tam vilem culcitram vellet ſibi imperator? Reſpondit, ꝙ mirabatur quòd obligatus tantis debitis ſuper eam dormire poſſet, & ꝙ forſitan illa culcitra habebat aliquam uirtutem ad cauſandum ſomnum, ſi fortè, & ipſe tot ſolicitudinibus inquietatus poſſet ſuper illam dormire. Oportet. n. ſcire te cũ Chriſto ante diem feſtum paſce, ꝙ venit hora tua ut transeas ex hoc mundo, quia niſi vigiles ante diem feſtum, poſtea uigilabis in æternum faciens vigiliam poſt feſtum, licet uigilia præcedat feſtum. Apoc. 1. Significauit Deus quæ oportet fieri cito. ſ. conuerti ad Deum, & ibidem. Ecce venio cito. Qui autem cito conuertitur ſequuntur multa cōmoda. Primũ, quia iucūdius viuit. Qui autē dormiunt in peccato, continuo redūtur a vermibus cōſcientiæ ſuę: & ideo cum murmure uiuunt. Qui verò ſurgunt a peccato, licèt a principio durſi videatur, demum tamen inueniunt delectabiles, ſicut equo quando diſcitur ei ſuccuſſare, ad modum gradarij, poſtquàm tamen conſueuit ſit ſibi iucundum. Similiter graue eſt puero cum primum literas diſcit, ſed poſtmodum in legendo velociter iucundatur. Secundum bonum, quia talium citò conuerſorũ ad Deum gratius eſt ſeruitium, quia de flore iuuentutis, & non de fece ſenectutis Deo obſequuntur. Odioſus eſſet principi qui aduerſario eius optima vina daret, & domino feces vini ſeruaret. Senectutem autem domino cuſtodire eſt feces uitæ ſuæ ei ſeruare. Ideò cauendum eſt illis ne in morte de fecibus iræ Dei potentur. pſal. 74. Fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Sed magis fortitudinem iuuentutis cuſtodiant Deo, iuxta illud pſal. 58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Tertiũ bonum eſt, quia certior moritur de ſalute ſua. Dubitat enim Auguſtinus de illo qui conuerſionem in extremis incipit, ſi ſit ſecurus de ſalute ſua.

Secundum quod nos mouet cito ſurgere eſt periculum malæ conſuetudinis, quia quanto aliquid ab aliquo lōgius poſſidetur, difficilius ab eo aufertur, & caſtrũ diu poſſeſſum maiori violētia defenditur. Quando præſcriptio eſt propè terminum, difficilè aufertur hæreditas. Sic cum tempus præſcriptionis mortis aduenit: quando diabolus diu poſſedit hominē, difficile eſt ei reſiſtere, & ideo periculum eſt tandiu expectare. Primo propter difficultatē cōuerſionis, quia mala aſſueta, & quaſi cōuerſa in naturā vix virtute creata immutari poſſunt. Conſuetudo. n. eſt altera natura. Hier. 13. Si poteſt Aethiops mutare pellem & Pardus varietates ſuas; & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Si ergo illa duo ſint impoſſibilia naturę: videtur etiam ꝙ tertium. Et uerè ita eſt apud hominem, ſed non apud Deum. Vnde Mat. 9. diſcipuli non potuerunt eijcere demonium a quodam poſſeſſo ab iu-

ſantia, ſed Deo nō fuit difficile. Vnde Baſilius Magnus. Sicut quis maternam non poteſt dediſcere linguam, ſic nec peccati conſuetudinē longam, immo tanta eſt uis conſuetudinis, vt quod homo conſueuit facere uigilans, ſæpe uideatur facere dormiens, & quod facit uiuens, faciet moriēs. Vnde inuenti ſunt iudices, & aduocatis, qui ad confeſſionem faciendam in extremis inducti appellabant, & aſſerebant ſe grauari. Secundo propter onus graue ſuæ conſcientiæ. Primo quia uolens incipere ſuum proceſſum, neſcit ubi incipere propter peccatorum multitudinem, & continuo addens peccata peccatis addit onus oneri quod grauat animam uſque in infernum. Ideo mirabile eſt quòd homo quieſcere poteſt talibus aſſuetus.

Tertium quòd nos mouere debet eſt, quia talis ſic differens conuerti peccat in Deum, in Angelum, in ſeipſum, & in proximum. In Deum, quia illud defert ante eius oculos quod maximè ſibi diſplicet, ut adulterari coram ſponſo ſuo. Secundo quia miſericorditer Deus uocat eum, & tamen contemnit eum uocantem & nolētem ſibi dare regnum ęternum, qui meruit pœnam æternam. Tertio quia Deus eum expectat vt pius pater, & ſi liceat dici, uidetur affligi tarditate eius; ita quòd ſibi diſplicet. Tobię. 9. Scis quoniam dies computat pater meus, & ſi tardauero plus una die contriſtabitur anima eius. Turpe enim eſt ignobili, uel pauperi facere regem diu expectare. Dominus autem diu expectat peccatores ad pœnitentiam, ideo nil mirum ſi iraſcatur contra illos. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diē, Subito.n. ueniet ira illius. Rom. 2. An diuitias patientiæ & longanimitatis eius cōtemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & cor impęnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ, et reuelationis iuſti iudicij Dei. Ex eo enim ex quo debuerunt ſumere occaſionem Deo ſeruiendi, ſumunt occaſionem Deum impugnandi. Ex eo enim quod ſperat Deum miſericorditer ipſum expectare, proponit cum diutius offendere. Sed audiant Deū comminantem, niſi conuerſi fueritis gladium &c. Auis videns aliquem ſibi comminantem iacere lapidem, cito auolat. Dominus peccatoribus minatur miſerias multas, quia pſal. 31. Multa flagella peccatoris: & tamen propter hoc nihil faciunt, ſed differunt conuerti. Quāto enim arcus magis extenditur, tāto ſequitur grauior & profundior ictus licèt ſagitta diutius retineatur. Eſa. 42. Tacui ſemp ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar. Abſorbebo ſimul montes excelſos. Secundò affligit angelum cuſtodē ſui. Primò in expectatione gaudij ſui, quia Luc. 15. Gaudium magnum eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitētia agente. Secūdò, quia ſibi dedecus aſportat, quādo corā eo ſuas abominationes facit, quod corā homine immo coram famulo facere non auderet. Tertiò in ſeipſum peccat, quia ſe prædiligit in ſtatu latronis quàm in ſtatu libertatis, honeſtatis, & gratiæ. Qui enim manet in peccato, ad ſuſpendium æternum iam iudicatus eſt; ſi in eo ſtatu demandaretur ſententia executioni. Quarto in proximum, quia corrumpit eum malo exemplo ſuo, ut puta in filium tuum, quando te videt fornicantem, vel blaſphemantem, uel fraudes facientem. Secundò quia fraudat proximum auxilio ſibi dedito. Nos enim communicamus in bonis & participes ſumus bonorum alterius, iuxta illud ſymboli. Sanctorum communionem. Tertiò, quia ſæpe propter peccatum eius punitur proximus. Exemplum in peccato Achor. Ioſue. 7. Propter cuius peccatum corruerunt in mortem. 35. Vnde ibidem ſubditur. Non poteris ſtare Iſrael contra inimicos tuos; & rationem ſubdit, anathema in medio tui eſt, ideſt maledictus.

Peccat multipliciter qui differt cōuerti.

Quartum quod nos mouere debet eſt ſtatus periculoſus in quo iacet peccator; Hinc poſt peccatum Adæ quæſiuit ei dominus. Geneſi. 3. Adam ubi es? Nos enim vndique circundati ſumus hoſtibus; qui non quærunt niſi nos deuorare. 1. Pe. 5. Diabolus, tanquam leo, circuit quærens quem deuoret, & contra eos præter diui-

Status peccatorum periculoſus ualde.

diuinam prohibitiouem & defenſionem nulla reſtat tuitio, niſi vitreus partes corporis noſtri, contra quem occidendũ non eſt neceſſe machinas proijcere, ſed ſufficit ſtilla febris vel vermis ad cor. Ideo debemus eſſe ſicut ille de quo loquitur Auguſtinus ſuper pſalteriũ, qui propter furtum clauſus in carcere quotidie vel dum aperitur oſtium carceris exiſtimat ſibi aduenire nuntium de patibulo ſuo. De quo periculo ad plenum ſcribitur in pſalmo. 34. Fiat vię illorum tenebrę & lubricum, & Angelus domini perſequens eos; quia primò cadunt tales ſic aſſueti peccatis in cæcitatem mentis, non videntes periculũ ſuum. Secundò via illorum eſt lubricum; quia per modicam febrem vita labitur in mortem, & cõſequenter aduenit angelus domini malus qui eos perſequitur vſq; ad iudicium, & deinde vſque ad infernum.

Sermo VI. per thema immediatè præcedens.

A Aduentus. Quare dominus tantum tardauit venire & ſanare populum ſuũ.

Mirabile eſt quomodo Paulus nos admonet cito a peccati ſomno ſurgere; cum tamen medicus qui ſolus nouerat curare morbum illum, & languentem excitare, nondũ venerat, & etiam ſine quo excitari non poſſumus? Reſponſio. Dominus ita diſtulit languentem mundũ excitare; Primò vt ſe ſola gratia eius cognoſcat eſſe ſanatum, & non meritis ſuis. Nam dum creauit Deus hominem, dedit ei legẽ naturalẽ ſcriptã in corde ſuo. De quo Roma 2. Oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis, de quo pſal. 90. Multi dicũt quis oſtendit nobis bona, ideſt quãdo eſt peccatum, vel non illud quod agimus; & reſpõdet pſal. ſignatũ, hoc eſt impreſſum ex lege naturali ſup nos, ideſt in tõne noſtra quæ eſt ſuperior pars animæ, lumẽ uultus tui domine, ideſt quod a vultu tuo procedit, & cũ lumine, vt in eo uideamus naturaliter quid bonum et quid malũ. Dereliquit itaq; dominus hominẽ in lege naturali, quã præuaricatus homo incidit in multa incõueniẽtia, ita vt propter illa ſequeretur diluuiũ. Homo. n. tũc per ſuũ liberũ arbitriũ putabat ſaluari, vt dixerũt hæretici Pelagiani. Sed quia poſtea uiſũ eſt ꝙ nõ ſolo libero arbitrio poterat hoc fieri, petebat humana natura legem quæ oſtẽderet ampliori modo & magis declararet quid faciẽdum, & quid nõ. Dicebat enim homo: Non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat: Legẽ (inquit) pone mihi dñe viam iuſtificationũ tuarũ, & exquirã eã ſemper. pſal. 26. Et pp hoc data eſt homini lex ſcripta cũ ſacramentis ueteris legis. Et iterum uidebatur homini quod cũ libero arbitrio & lege ſcripta poterat ſaluari, quod falsũ eſt: quia lex non ſaluat, ſed peccatũ oſtendit. Rom. 3. Ex operibus legis non iuſtificabitur oĩs caro corã illo. Per legẽ enim omnis cognitio peccati: nũc autem ſine lege iuſtitia Dei. Et ſequitur. Iuſtitia autem Dei per fidẽ Ieſu Chriſti. Hęc enim ad ſalutẽ homini nõ ſufficiebat. Hierem. 46. Fruſtra multiplicaſti tibi medicamina; ſanitas nõ eſt tibi. Quod ſignatũ eſt in illa Emorroiſſa, quę in medicis omnia bona ſua expoſuerat, nec potuit curari, ſed dicebat. Si tetigero fimbriã veſtimenti eius ſalua ero. Mat. 9. Veſtimentũ eius eſt humanitas; Fimbria uero mors & paſſio eius, quę eſt extremũ veſtimenti. Ideo dominus diſtulit venire vſq; quo cognito, ꝙ nec lege naturali, nec ſcripta erat ſalus: ſed ſolum ex gratia. Secũdò uerò diſtulit, ut tã magnũ dominũ lõga ſeries præconũ præcederet. Quãdo. n. rex venit ad ſuã ciuitatẽ principalem: tunc præcedunt nuntij, pręcedunt tubæ, immo turbę precedũt & barones, & dilecti ſui. Sic domino veniẽte cõgruũ fuit vt lõga ſeries baronũ nũtiorũ, & tubarũ precederet. De primis præcedẽtibus fuit Iacob, qui dixit Gen. 49. Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Et ſequitur Salutare tuũ expectabo domine. Deinde Moyſes qui ait: Obſecro dñe mitte quẽ miſſurus es. Deinde Balaã q dicebat. Intuebor eũ, ſed nõ propè. Deinde Hieremias qui dicebat: Ecce dies veniunt &c. Clamabat & popolus cupiens a tyrannide inimici liberari, illud pſalm. 105. Viſita nos in ſalutari tuo. Nondum in propria uiſitauerat archidiaconus noſter ſuam propriam diœceſim, ſed per

Nuntij nary an te aduentũ Christi.

procu-

procuratores ſuos prophetas, qui cum dicebant ad breue venire. Sicut enim ſponſa per feneſtram aſſiduo reſpicit ſi ſponſus abſens veniat, vehementer eum deſiderans, & a quolibet pertranſeunte quærit an viderit eum. Sic ſancti patres olim hunc aduentum deſiderabant, ſed cedentibus illis ſuperuenit Salomon in canticis ſuis dicens. Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. Can. 2. Montes, ideſt angelos paradiſi non apprehendens eos, & colles, ideſt demones, ſed ſalijt multo maiori ſaltu apprehendens naturam noſtram fugientem per peccatum, & apprehendit eam in ſaltu quem fecit in vterum virginis: in quo nouem menſibus tenuit ipſa glorioſa trinitas conſiſtorium: a quo omnia dona gratiarum procedunt, quæ petamus dicentes Aue.

B Somnus De quadruplici ſomno myſtico.

QVadruplex eſt ſomnus loquendo myſticè. Primus eſt appetitus honoris, dignitatis, vel vanæ laudis: quomodo ſomniant multi, ſicut Nabuchodonoſor qui non ſomniabat niſi de ſtatuis & grādibus arboribus. Dan. 1. & 3. Sic tales non ſomniant niſi de præbendis, beneficijs Eccleſiaſticis, officiis & dignitatib. Hier. Quid honor mundanus, niſi ſpuma, fumus, & ſomnus? Spuma quia inflat, fumus quia excæcat, ſomnus non quia requiem dat, quia ambitioſi plus & plus volunt habere honoris & dignitatis Sed dicitur ſomnus, quia honores cito euaneſcūt. Iob 20. de ſuperbo dicitur. Velut ſomnium ad uolauit & non inuenietur, tranſijt ſicut viſio nocturna.

Secundus eſt cupiditatis & auaritiæ, quomodo ſomniant auari qui ſomniant ſicut Pharao. Gen. 41. qui ſomniabat de vaccis pinguibus, & ſpicis plenis, & de granarijs & ſolarijs adimplendis. Sed ſicut Pharao iſti ignorant interpretationem ſui ſomni, & quanta ſterilitas ſit ſecutura præſentem proſperitatem. Quod tamen ſciebat verus Ioſeph Ieſus Chriſtus, qui dicit Luc. 18. Facilius eſt chamelum trāſire per foramen acus, &c. Iob. 28. Diues cum dormierit nihil ſecum afferet, aperiet oculos & nihil inueniet; apprehēdet eum quaſi aqua inopia.

Tertius eſt ſomnus carnalis concupiſcentiæ eorum qui dormiunt, ſicut Sodomitæ ſuffocati in nocte natiuitatis Chriſti: vel ſicut Samſon in gremio Dalilæ. Iudicum. 16. Vel ſicut homines in prima ætate qui edentes & bibentes & ducentes ad nuptias, ſubito ab aquis diluuij ſuffocati ſunt. Luc. 17. Et tales ſomniant ſicut pincerna Pharaonis, qui de vuis & vitibus, & de propinando vinum ſomniabat, a quibus iam hora eſt nos a ſomno ſurgere & ire obuiam Chriſto.

Quartus ſomnus eſt corporis & negligentiæ, quando non curat homo de ſua ſalute. Et tales ſunt paralytici qui numquam ſurgunt ad aliquod bonum faciendum. Prouer. 19. Qui negligit vitam ſuā non curando ſcilicet quomodo viuat bene vel male, mortificabitur morte æterna, &c. Ideo per apoſtolum mater eccleſia ſolicitat nos ad curandum & ad ſurgēdum ad opus eiuſdem dicens. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

In præſenti ſermone dicemus qualiter ſit obuiandū Chriſto epiſtolam huius dominicæ exponēdo. Primo igitur dicemus cur eccleſia hoc tēpore nos admonet ad obuiandum Chriſto. Secundo qualiter nos debemus præparare ad occurendū ei.

C Aduentus. Cur hoc tempore pluſquā alias nos hortatur eccleſia obuiare Chriſto.

Ad primam quæſtionem aſſignat Paulus duas rationes. Cum enim dicit fratres ſciētes quoniam hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: vt eamus obuiam Chriſto. Subdit. Quia proprior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus. Quę quidem ratio poteſt tripliciter formari. Primo quia libenter pro negotijs noſtris ad curiam regis properamus, quando rex propè eſt, & non eſt indignatus. Et quia pro negotijs noſtris ad curiam regis æterni multa habemus agere, ſcilicet pro ſalute animæ & corporis. Ideo oportet cito ſurgere & ire obuiam ei. Et ſi dicatur q; longe eſt a peccatoribus ſalus, verum eſt ab illis qui non ſurgunt a peccatis. Sed ſi te conuertas ad Deum, ipſe tibi appropinquat, exemplo pii patris qui occurrit filio prodigo. Zach. 1. Conuertimini ad me. & ego conuertar ad uos. Secundo poteſt formari ratio. Ecce dies natalis proxima in qua

in qua celebrantur nuptiæ agni, quādo ſi lius Dei patris coniunctus eſt indiſſolubiliter naturæ noſtræ, in quibus angeli tam melliflue cantauerunt Gloria in excelſis. Ideo hodie mater noſtra quaſi tibi mittit nuncium, ſ.B.Paulū ad euigilādum te mane, ſicut ſolet fieri his qui ſunt inuitati in nuptijs carnalib.& mandat tibi, vt ſurgas cito a lecto peccati, vt venias ad nuptias agni. Prædicator enim minus eſt qui mane vocat ad iſtas nuptias, qui quando loquitur de præmijs paradiſi, cātat altam notam: quando de pœnis inferni, vel purgatorij ſummiſſam, quando de miſerijs huius ſeculi mediam. Si ad nuptias carnales vocatus te cito præparas, cur non ad ſpirituales agni? Dicunt vetulæ quòd tēpore aduentus gallus ter cantat: ſcilicet veſpere media nocte, & verſus mane. Ecce bruta animalia quodammodo te nunc excitant ut ſurgas, & nihil inde facis. Et ſi non uelis ſurgere a peccato propter honorem quem tibi facit Deus de uocando te ad nuptias filij ſui: ſaltem propter beneficium redemptionis & paſſionis quod hodie incipit commemorare euangelium ſis excitatus. Qui ſe non excitat ob tantum honorem & prædicationis clamorē, ſed nec ad punctionem lanceæ & clauorum Chriſti, credo talem non dormire, ſed mortuum eſſe. Tertiò ſic poteſt formari ratio. Multa opera meritoria vel debuimus feciſſe poſtquam credidimus i. deſt poſtquam fidem recepimus, vel ſaltē debemus facere cum morti appropinquamus, vbi dominus prope ante ad medendum poſtea ad iudicandum. Dies enim mortis dies eſt cretica, quæ eſt ad ſalutē vel dannationem. Ideo quia nunc prope eſt ſaluator noſter vt medicus ad ægrum: non dedignetur æger medicum, ſed cito ſurgens appropinquet ei, quia iuxta Pſal. 72. Qui elongant ſe a te peribunt. Ideo nunc maxime vigilare & excitari debemus. Secunda ratio, quia Rex non eſt ſicut antea indignatus, quia nox indignationis præceſſit, & dies clarus & iocundus appropinquauit. Ante incarnationem ſe oſtendebat dominus terribilem puniendo peccatores; ideo ſe uocabat dominum belli & exercituum: poſt vero incarnationē pius & manſuetus, vt dicit euangelium. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Ideo poſtquam Angeli in natiuitate eius cantauerunt pacem factam: uocatus eſt Deus pacis & dilectionis. Hinc Apoſtolus cognoſcens cōditiones huius principis dicebat, quòd hora eſt iam nos de ſomno ſurgere ad obuiandum ei, ſi velimus ſalutem noſtrā ab eo obtinere; quia nox indignationis præceſſit, & dies ſaluti appropinquauit. Communiter dicitur quòd tempore tempeſtatis & magnorum ventorum & pluuiarum bona & dulcis eſt dormitio. Sed adueniente die dum clareſcunt omnia, bonum eſt ad negotia ſua ambulare. Dicit enim Phil.lib.de problema. quòd conuerſi ad lucem vix dormiūt, in tenebris velocius ſomnus occupat. Sic peccator a luce increata ad tenebras peccatorum ſe conuertens bene dormit, ſed excitatur per auerſionem a tenebris creaturarum ad lucem increatam. Pſal. 62. Ad te de luce vigilo. Secundo poteſt formari iſta ſecunda ratio. Sancti præterito tempore vigilabant de nocte. Tunc enim nox erat in qua ferè omnes in peccatis dormiebant, & pauci viam ſalutis agnoſcebant, & ſic ambulabant in nocte obuiam Chriſto, qua nocte parum luminis habebant a luna, ideſt a lege Moyſaica quæ eſt luminare minus. Ex quo ſequitur a fortiori quòd nos qui ambulamus in die legis gratiæ in quo ortus eſt ſol iuſtitiæ, debemus potius ſugere. Si illi in nocte ſaltem nos in die ſurgamus. Pſal. 41. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Qui enim nocte veteris legis cantabant canticum expectationis, ita quòd ſolo verbo paſcebantur promiſſionum, currebant quantū poterant obuiam Chriſto, quanto magis nos qui in die quam expectabant conſecuti ſumus miſericordiam? Tertio poteſt formari hæc ſecunda ratio. Nox, ideſt præſens ſeculum vel conuerſatio huius, exilij, in qua facies noſtras, ideſt conſcientias nondum plene cognoſcimus, aut qui ſunt veri aut ficti amici, aut in qua nobis inſidiātur hoſtes noſtri, & in qua ſom

nijs & phantaſijs rerum tranſitoriarum multi illuduntur, quia iam talis nox pro maiori parte præceſſit,& dies alterius ſeculi appropinquauit; in qua reuelabuntur abſcondita tenebrarum: ideo antequam ad illum diem veniamus, hora eſt nos de ſomno ſurgere.

D Veſtimētum. Exuēda ſunt vetera veſtimēta, et induēda noua.

Pro ſecunda parte duo dicit apoſtolus eſſe facienda. Primò oportet exuere veſtes veteres & diruptas. Secundo induere nouas: ſed ſecundum reſeruabitur pro collatione pomeridiana. Primò oportet exuere veſtes veteres,ideſt veterē conuerſationem malam. Primo enim euellendæ ſunt vrticæ, deinde bona ſemina ſeminanda. Ideo dicit quòd abijciamus opera tenebrarum,ideſt peccata:quæ ſic vocantur triplici ratione. Primò quia non perperantur niſi ab his qui ſunt in tenebris, & cæcitate mentis. Si enim ſciret quis quid facit quando peccat, prius ſe permitteret occidi corporaliter. Se enim ligatum tradit diabolo. Prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Eſt enim peccatum chorda in collo peccatoris qua in infernum ſuſpendetur, quam chordam remouet ſacerdos a collo peccatoris,quando eum abſoluit. Sicut cum datur latroni litera gratiæ a rege,datur ſibi chorda, licèt remaneat emenda ſoluenda. Ex quo ſequitur quòd currere debet peccator ad confeſſionem; vt liberetur a vinculo colli, & dicat. Dirupiſti domine vincula mea. Secundo, quia tenebras quærunt. Io. 3. Qui male agit, odit lucem. Et hoc tribus modis. Aut propter debilitatem uiſus, vt noctua quę quia viſum habet debilem, ſuſtinere non poteſt lucem diei, ſed bene noctis. Sic peccator, quia viſum cordis habet debilem, lumen diuinæ ſapientiæ magnum quod oſtendit ei quomodo lucrari poſit regnum æternum ſuſtinere nō poteſt: ſed tantummodo lumen ſapientiæ paruum quod eum docet quomodo piſtaninas & obolos lucrari poſſit. Secundò quia aliquod ei ubeſcibile facit. Nihil autem erubeſcibile magis peccato: etiam nec nuditas cum non ſit erubeſcibilis niſi propter peccatum: vt patuit in primis parentibus. Tertiò quia exoſa eſt talis perſona: vt bubo auis noctis,quæ ab auibus diei odio perſequitur. Qua de cauſa etiā lupi,latrones, & ſerpentes ſe abſcondunt. Super omnia autem Deo exoſum eſt peccatum;ideo ſe abſcondit. Tertiò dicūtur opera tenebrarum, aut quia fiunt ſuggerente tenebrarum principe, aut quia ducunt ad tenebras æternas. Nec immeritò, quia peccator luci tenebras prælegit. Io. 3. Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Abijciamus itaque opera tenebrarum nec ea abſcondamus. Primo quia theſaurus eorum nihil valet, & ſemel reuelabitur. Secundò quia ſi non abijciantur fient inſeparabilia,& ita homini poſt mortem adhærebunt,ſicut diabolo. Si non poſſis per duos dies dormire veſtitus tunica tua; quomodo anima tua dormiet in ſempiternum operta uermibus peccatorum? Tertiò, quia nihil ad iudicium adduci poterit quod magis offendat iudicem,uel aduerſetur adducenti. Sapient. 4. Traducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. Sed quòd ei ſummè diſpliceant patet; quia maximè propter quatuor ſolent principes offenſam remittere. Primo parcunt alicui propter precioſitatem uel nobilitatem. Sed Deus nobiliorem principem militiæ ſuæ cum conſentientibus propter vnum peccatum perpetuo damnauit. Sapien. 6. Non uerebitur dominus magnitudinem cuiuſquàm; quoniam puſillum & magnū ipſe fecit. Et ſequitur. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Aut parcitur ei propter raritatem. Qua de cauſa noluit dominus parcere primis parentibus cum peccauerunt, licèt ſoli eſſent, ſed eos morti adiudicauit. Aliquando parcitur multitudini,quæ in culpa eſt, Deus verò totum mundum (exceptis octo perſonis) in diluuio extinxit. Aliquando uerò propter parentelam. Sed Deus proprio filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum morti. Romanos. 8.

Peccatum. Triplici ratione peccata dicūtur opera tenebrarum.

E Opera tenebrarū. Quomodo opera tenebrarū ſunt abijcienda.

Serm•

Sermo VII. & pomeridianus per thema immediatè præcedēs.

A Aduentus. Propter quatuor nunc repræſentat eccleſia aduentum Chriſti in carnem.

IN hoc ſacro tempore repræſentat eccleſia aduentum Dei in carnem. Primò vt per talem repræſentationem a ſomno pigritię excitemur. Ideo dicit Apoſtolus. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Quis enim non debeat excitari ad operãdum ſalutem propriam, cum audit Dei potentiam excitari ad operandum eam? Excita(inquit eccleſia) potentiam tuam & veni. Quis nōn debeat accipere ſaccũ pęnitentię: cum attendit regem ſuum ſacco indutum? Ione.3. Surrexit rex de ſolio ſuo,& abiecit veſtimentũ ſuum a ſe, & indutus eſt ſacco. Si filius Dei ſaccũ noſtræ carnis ſuſcepit in quo pœnitentiã pro nobis ageret, iuxta illud Aug. Filius Dei nō habebat in quo flagellaretur, ad hoc carne indutus eſt, vt ſine flagello non eſſet; quanto magis nunc temporis fideles excitari debent ad pœnitentiam agendam pro ſeipſis? Secundò vt de miſericordia ſaluatoris plurimum confidamus, attendentes ꝙ caro & frater noſter eſt. Bernar. Puto me iam ſpernere non poterit Chriſtus os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Cum per primum aduentum iam nobiſcum ſit Deus. Eſa. 7. Et vocabitur nomen eius Emanuel, id eſt nobiſcũ Deus. & per ſecundum aduentum ſcilicet in mentem ſit in nobis Deus. Io. 14. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et iterum ibidem. Cognoſcetis eũ, quia apud vos manebit, & in vobis erit, meritò ſperare poſſumus ꝙ in tertio aduentu pro nobis erit Deus. Roman. 8. Si Deus pro nobis quis contra nos? Sed ſi Deus contra nos, quis pro nobis? Ideo conſiderent quid facturi erunt in illo aduentu, quando Deus uindicabit contumelias ſuas in illis qui malè ſe præparauerũt in primo. Eſa. 10. Quid facietis in die viſitationis veſtræ, & calamitatis de longe venientis? Tertiò vt de tanto beneficio gaudētes, vana mũdi gaudia reſpuamus. Zach. 9. cum dicitur. Ecce rex tuus venit tibi, dicitur. Exulta, iubila filia Hieruſalem. Pauci tamen de hoc beneficio gaudent, quia a peccato non cauent, a quo qui non cauerет hoc tempore, multiplicem cauſam doloris habent: quia qui aliorum eſt ſaluator, erit eorum damnator. Alij dicere poſſunt. Saluatorem expectamus, iſti damnatorem expectamus. Si duo ſint in carcere vno, quorum alter probabiliter ſperet ſe eſſe liberandum cum dominus carceris venerit, reliquus vero credat ſe damnandum, & dicant vterque. Cras dominus veniet, ſicut vnus habet materiam gaudij, ita & alter doloris. In vitis patrum dicit abbas Amon cuidam fratri interroganti ſermonem. Vade(inquit) & fac talem in te cogitationem, qualem faciunt illi qui ſunt in carcere. Interrogant enim homines vbi eſt iudex, & quando veniet. In expectatione enim pœnarum ſuarum plorant. Sic debent facere peccatores, dum aduentum Dei audiunt. Quartò vt beneficiorum eius magnitudinem conſiderantes grati eſſe ſtudeamus; affectu eum ardenter amando, & effectu ei deuotè obediendo, & ex illo honore & beneficijs exhibitis dignitatem humanæ naturæ penſantes eam honeſtè teneamus. Bernardus in ſermone. Mira quærentis Dei dignatio, magna dignitas hominis ſic quęſiti, in qua ſi gloriari voluerit, non erit inſipiens: non quòd aliquid eſſe videatur tanquam a ſeipſo, ſed quòd tanti eum fecerit ipſe qui fecit. Omnes enim diuitiæ, omnis gloria mundi, vel quicquid in eo concupiſcitur minus eſt ad hanc gloriam. Sed multi ingrati pleni peccatis occurrēt Chriſto in futura eius natiuitate, & vbi alij facient feſtum cum lætitia cordis, cui intererit Deus ipſi facient cum amaritudine conſcientiæ cum quibus erit diabolus. Diſponamus igitur nos facere feſtum futurum cũ ſanctis, & iuſtis in lætitia cordis, & cum beata virgine, quam ſalutabimus dicentes, Aue.

Lætandum eſt ualde de aduentu ſaluatoris.

B Hora. De duplici hora ſ. æternitatis &

IN ſacra ſcriptura inuenitur hora quædam æternitatis, ipſa ſcilicet æternitas, de qua Io. 16. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de patre annunciabo vobis. Dies huius horę

opportunitatis benè operandi.

Chriſtus eſt,horæ duodecim apoſtoli.Io. 11.Nonne duodecim ſunt horę diei?Cuius prima hora fuit Petrus, vltima Paulus vltimò vocatus. Iudas fuit nox, & tenebræ huius diei.Similiter ſpiritus ſanctus dies eſt huius horæ,cuius ſeptẽ horę ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti.Io.4.Heri hora ſeptima reliquit eum febris. Quia per hæc ſeptem dona curatur febris peccati. Sed vt ad hanc horam æternitatis nos præparemus, neceſſe eſt aliam horam inuenire, quæ in ſcripturis dicitur opportunitas bene operandi. Hæc eſt, de qua Paulus in epiſtula. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

Poſtquam igitur iuſſit Apoſtolus abiicere veteres veſtes veteris hominis dicẽs, Abijciamus opera tenebrarum.iubet conſequenter induere nouas,&noui hominis, dicens. Induamur arma lucis. Speculatores caſtrorum cum cognouerint aduerſarios appropinquare, ſolent munire locum, & clamare ad arma. Sic Paulus ſpeculator in eccleſia Dei. Sic quilibet prælatus.Ezech.3. Speculatorem dedite domui Iſrael.Solent homines exiſtentes in terra hoſtili & limitropha ſemper eſſe armati,dato quòd a nemine impugnẽtur, & maximè quando timẽt de proditione. Cum igitur aduerſarius noſter ſit aſtutus & nobis inſidietur,iuxta illud pſal.10 Inſidiatur quaſi leo in ſpelunca ſua.Propter hoc ſemper debemus eſſe armati. Quia ſi quis quærat quæ ſunt arma lucis: reſpondere videtur Apoſtolus quòd ſunt arma honeſtæ conuerſationis, ſubdit enim. Sic vt in die honeſtè ambulemus. Aliter enim ſe habet homo quo ad veſtimenta in die ſolenni, aliter in die feriali, aliter in die,aliter in nocte. Erubeſceret enim perſona valoris portare in die veſtẽ antiquam & diffutam, quam tamen de nocte in domo portaret. Sic homo veſtem quam portat in nocte culpæ,quando Deus ei obſcuratur, nec illucet menti, debet deponere. Erubeſceret enim coram Deo & Angelis eam portare, & ſi nunc non erubeſcat, erubeſcet tamen in die iudicij. Vnde debemus ambulare honeſtè,dignè,cautè,ſimpliciter, ſolicitè, & feſtinanter. Primo igitur debemus honeſtè ambulare.Non enim honeſtè ambulatur in tenebris & de nocte: ſicut raptores, fures, & adulteri. Iob.24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Econtrario dicitur de iuſtis. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Lumen vultus Dei quod ſignatum eſt ſuper nos, eſt dictamen conſcientiæ. Qui hoc lumen ſequitur non poteſt errare. qui huic lumini vertit dorſum, noteſcit ei, & in tenebris ambulat: & neſcit quo vadat. Iſti ſunt de quibus Iob.24. Ipſi fuerunt rebelles lumini. In quo notanda eſt multorum ſtultitia, qui faciunt lumen portari poſt ſe, non ante ſe. Sic multi antequam operentur non reſpiciunt ad lumen conſcientiæ,vtrum hoc liceat,an non liceat. ſed poſt perfectionem operis; tunc reſpiciunt inuiti & coacti ad lumen conſcientiæ,tunc primò eos vrgente conſcientia.Multi tamen habent conſcientiam de Biaim,nunc ſtrictam, nunc largam ſicut volunt,quia candelam conſcientiæ accendunt igne propriæ cupiditatis,quando deberent eam accendere igne verbi Dei. Tunc enim non poſſet eſſe erroris occaſio. Ideo frequentandi ſunt ſermones, & aperienda eſt feneſtra cordis lumini verbi Dei,ut illuminetur conſcientia.quia pſal. 118.Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Qui ergo cum tali lumine ambulat,honeſtè ambulat. Honeſtè enim ambulare eſt bonum exemplum proximo oſtẽdere,cum eo laudabiliter viuẽdo.1.Theſſa.4.Rogamus autem vos fratres vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt. Quia neceſſaria eſt honeſtas interior vnicuique propter ſeipſum,exterior propter proximum;quia Eccl.17. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo.

Quomodo ſex modis debemus cum Deo ambulare.

C Arma, Quæ ſunt arma lucis quibus indui debemus.

D Ambulatio.

Ambulare honeſtè quid ſit.

Secundò debemus ambulare dignè, Eph.4.Obſecro vos vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis,id eſt ſecundũ ꝙ illud ad quod uocati eſtis exigit. Vocati autẽ eſtis ad nuptias ſummi regis.Mat. 22.Miſit ſeruos ſuos vt vocarent ad nuptias. Dignè ergo ambulat qui ornatus eſt ueſte nuptiali charitatis. Alioquin timendum eſt ne ei dicatur a domino.

Amice.

Amice quomodo huc intraſti? &c. Non enim licitum eſt indutum ſacco intrare aulã regiam. Heſter.4. Indutus ſacco eſt, qui amorem temporalium cordi ſuo tam quam veſtimentũ applicat & coaptat. Veſte autem nuptiali induitur, qui ad Deum & proximũ amorẽ conſeruat. Aliæ enim veſtes ſunt de pilis animaliũ, vel interiori bus vermiũ. Sed dominus de ſuis viſceribus huiuſcemodi materiã miniſtrauit, lateris ſui apertione amorem ſuũ oſtendens. Ac ſi diceret. Cor meũ paratus ſum pro amore veſtri de corpore meo auellere & vobis dare. Quod & fecit vt accenderemur ad eum reamandum. Bernardus. Clauus penetrans, clauus reſerans factus eſt mihi, vt videam voluntatem domini. Item aliæ veſtes ſæpe fiũt propter nuptias, ſed nuptiæ filij Dei cum natura humana factæ ſunt propter veſtem iſtã charitatis. Sciebat enim Deus quod omne animal naturaliter diligit ſibi ſimile, & ideo vt nos ad amorem ſuum alliceret, factus eſt nobis ſimilis. Item aliæ veſtes non operiunt turpitudinem, nec celãt niſi ab oculis hominum. Hæc autẽ omnem turpitudinem abſcondit etiam ab oculis Dei, quia vniuerſa delicta operit Charitas. 1. Pet.4. Inuidus enim qui non habuit veſtem hanc nudus apparebit cum ignominia ſua. Naum.3. Reuelabo pudẽda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatẽ tuam & ignominiam tuã. Hac veſte nuda tus Adam erubuit. Ideo Apoc. 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet.

Tertiò debemus caute, ſiue ſapienter ambulare: vt dicitur Ephe.5. Videte quomodo cautè ambuletis. Quæ cautela conſiſtit in tribus. Primo in malæ ſocietatis declinatione. Prouer.1. Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ſi dixerint veni nobiſcũ &c. ne ambules cum eis. Hæc eſt ſocietas diaboli, in qua ambulat qui ei in tentatione conſentit. Eccl.16. Caue tibi, & attende diligẽter auditui tuo, ne ſcilicet acquieſcas diabolo ſuggerenti, quia cum ſubuerſione tua ambulas. Ad nihil enim aliud tẽdit niſi ad hominis ſubuerſionẽ. Sicut. n. vir ſapiẽs tranſiẽs per ſyluam præpon. ſi bi illum de quo timet, cauens ſibi de proditione. Sic nos in ſylua huius mundi debemus iſta tẽporalia præmittere in eleemoſynis. Geneſ.32. Placabo eum muneribus quæ præcedunt. Frequẽter enim occidunt ſi ſequantur, ideſt ſi vſque ad mortẽ teneantur. Secundò cõſiſtit hæc cautela in mortis conſideratione. Qui habet trãſire ſuper foueã profundã per plancã ſtrictã diligenter attendit ad pedes ſuos. Planca iſta ſtricta eſt pœnitentia. Arcta enim eſt uia quæ ducit ad uitã. Mat.7. Per hanc plancam neceſsè eſt nos tranſire de iſta uita ad futuram. Qui de iſta planca ceciderit, in infernum mergitur. Ideo debet qui libet attendere ad pedes ſuos; hoc eſt ad mortẽ. Qui hoc facit non debet timere caſum in peccatum. Eccl.7. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius, cum tamen lotio pedum ſit valde neceſſaria. Et ſubdit rationem, quia non eſt recordata finis ſui. Puer enim cum primò lectionem ſuam repetit cum debet eam reddere, nunquam bene reddet eam. Sic faciunt multi qui nolunt diſcere bene mori, quouſque ſint in lecto mortis. de quibus Pſal.72. Non eſt reſpectus morti eorum &c. Aduertere deberent illud Deut.32. Vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderẽt. Tertio conſiſtit hæc cautela in modeſtiæ conſeruatione. Periculum enim eſt ſuper plancam ſtrictã nimis cito currere. Rom. 12. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Propter quod in lege iubetur ſal offerri in omni ſacrificio. Leuit.2. Opus enim virtutis ſine diſcretione eſt, ſicut quadriga ſine auriga. Prudentia enim non tam virtus quàm auriga virtutum.

Mortis conſideratio frequens vtiliſſima.

Quartò debemus ambulare ſimpliciter per humilitatem vel paupertatem, nõ ſicut ſuperbi qui ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Prouerb.19. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues torquens labia ſua in mẽtiendo, detrahendo, & adulando, quaſi os habeat retortum. Quod fit quando aliud habet in ore, aliud in corde. Prouer. 10. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confi-

denter, quia qui nihil portat, non timet latrones. Tales enim de facili permittunt tranſire pauperes. Vnde quidam philoſoſus ad diuitias ſuas. Submergam vos ne mergar a vobis. Qui ambulat ſimpliciter, ideſt qui Deum habet ductorem. Paruulis enim datur pedagogus, ſed cum creuerint dimittuntur ſoli. Sic ſuperbi derelinquuntur a Deo, vbi humilibus datur ductor Deus. Pſal. 130. Si non humiliter ſentiebam &c. Et ſequitur. Sicut ablactatus ſuper matrem ſuam &c.

Quintò debemus ambulare ſolicitè, per intentionis rectitudinem, vt. ſ. ſolicitè & diligenter attendat homo quòd quicquid facit, totum ad honorem Dei referat. Micheę. 6. Indicabo tibi o homo, quid ſit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium de teipſo. Vnicuique enim noſtrum dedit Deus auctoritatem iudicandi in terra propria ſibi commiſſa per literas patentes Apoſtoli 2. Corint. 11. Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique iudicaremur. Si enim proferat homo ſententiam ſuæ condemnationis in confeſſione, Deus proferet ſententiam abſolutionis in peccati remiſſione. Nō ergo expectemus ꝙ de nobis fiat iudicium ſicut de latronibus. Pſal. 118. Feci iudicium & iuſtitiam. Et ſequitur. Quare non tradas me calumniantibus me. Sed in auctoritate Micheæ ſubditur. Diligite miſericordiam. ſ. cum proximo. Multi. n. faciunt opera miſericordiæ, qui tamen non diligunt miſericordiam, quia cum triſtitia & murmure faciunt; cum tamen hilarem datorem diligat Deus. 2. Cor. 9. Qualem enim vultum oſtendis proximo, oſtendet tibi Deus, ſicut qui arridet ſpeculo, & ſpeculum ei. Dicit etiam diligere miſericordiam & non facere, vt nullus poſſit excuſari. Licet enim non omnes poſſint facere, omnes tamē poſſunt diligere. Et ſequitur. Et ſolicitum ambulare cum Deo tuo, vt ſcilicet ſolicitus ſis placere ei, non mundo. Valde. n. ſecurum eſt in omnibus habere rectam intentionem. Non. n. de facili cadit homo in peccatum, dum ſeruat rectitudinem intentionis. Si. n. porrigis Deo manum in operando. ſ. intentione placendi ei; Deus porriget tibi manum ne cadas; ſicut fecit Petro in mari, dum eſſet ſuper plācā penitētię, quę per mare ſignificatur.

Vnuſquiſque iudex ſui eſſe debet.

Sextò debemus feſtinanter ambulare per deſiderij feruorem propter quatuor. Primò propter temporis breuitatem. Epheſ. 5. Redimentes tempus, quoniā dies mali ſunt. Sicut. n. dicitur Apoc. 21. Dedit ei Deus tempus ad pœnitentiam; & tamē mundus occupat totum tēpus, vt nō prætereat uix aliqua tēporis particula, in qua non vacetur ſolicitudinibus ſeculi, proceſſibus, vanitatibus, diuitijs, & delicijs. Redimendum igitur eſt tempus nobis datum, inueniēdo opportunitatē ad ſeruiēdum Deo, quoniā dies mali ſunt, nō quidē malitia culpę; ſed pęnę: quia miſerijs, calamitatibus, & anguſtijs pleni ſunt, & quia malitiæ mundi totaliter occupātur. Secūdò propter nuntiorum iā ad nos miſſorū diuerſitatē. Quadruplici nuntio nos Deus inuitat. Primò per literas prædicationis. Secūdò nutu beneficiorū temporaliū. Tertiò viua voce internæ inſpirationis. Et quartò ꝑ nūtios tribulationū qui nec ad horā permittunt nos quieſcere, q̄a mala quæ nos hic pręmunt, ad Deū nos ire cōpellunt. Tertiò propter expectantiū dignitatem. Pſal. 141. Me expectant iuſti &c. Vnde dictū eſt ſanctis Apocal. 6. Suſtinete modicum, donec impleatur numerus fratrum ueſtrorum. Si rex expectaret aliquem in aliquo loco, quomodo feſtinaret ille ad occurrēdum ſibi? Multo magis quia omnes ſancti nos expectāt debemus feſtinare. More peregrini qui ſocios ſuos præcedentes uult attingere. Quartò propter deliciarū ad quas uocati ſumus uarietatem paratā, ſicut ſolēt feſtinare pauperes, & currere ad magnā diſtributionē. Clamat enim dominus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos. Mat. 11. Et iterum Mat. 22. Omnia parata ſunt, venite ad nuptias. Propter iſta quatuor feſtinemus ingredi in illam requiem. Heb. 4. Ideo dicitur Baruch. 4. Ambulate filij ambulate. Bis dicitur, ſicut ſolet dici viatoribus vt feſtinent. Sic ergo feſtinemus ingredi cum veſte nuptiali.

Cur feſtinare debemus in bene operando.

Nuntio quadruplici nos inuitat Deus.

Propter

B
Veſtimētum.
Triplicē veſtem debemus exuere.

Propter quod Apoſtolus triplicē tunicam interdicit. Prima eſt ebrietatis & gulæ, cum dicit. Non in comeſſationibus & ebrietatibus. Et iſta tunica eſt maculata tabe crapulę. Ebrietas.n.ita tegit animam vt ēt homo perdat ſenſum & intellectū. Sicut.n.ipſa cibi & potus ſuperfluitas indúcit tenebras corporales, ita & ſpirituales. Sūt.n.quidā velut iniqui cū taxillis ſua veſtimēta ludētes, & affliguntur poſtea egeſtate & miſeria in die frigoris. Sic inebriati uino carnalis concupiſcentiæ amittunt veſtē innocentiæ baptiſmalis, vel gratiæ: qui a nuptijs agni inhoneſti repellentur in tenebras exteriores.

Inimici noſtri.

Dormitantibus, & ebrioſis ſolent hoſtes ex improuiſo irruere. Nos autem ſumus vndique obſeſſi ab inimicis noſtris ſcilicet carne: quę dormit nobiſcū, mūdo qui eſt nobiſcū, & diabolo qui nos circūeūdo obſidet vt deuoret.

Secunda tunica quam interdicit Apoſtolus eſt lutoſa, & crotata luto luxuriæ. Ideo ſubdit apoſtolus. Non in fornicationibus & impudicitijs. Ancillæ quotidie impediuntur ad decrotandum tunicā lutoſam, & ab anima tua non vis lutum luxuriæ & puluerem immunditiæ tollere. In vigilia natalis in domo tua omnia erūt munda, & nihil erit in ea teipſo immundius. Periculum eſt ne tibi contingat ſicut cuidam diuiti, qui cum Diogeni philoſpho oſtendiſſet omnem domum ſuam ornatam auro, argento, & tapetibus præcioſis: neſciens Diogenes vbi ſpuere, ſpuit in faciem eius dicens. Nihil immundius in domo quàm diues ipſe.

Tertiam tunicam diſruptam, diſſutam, & infumatam (quę eſt tunica inuidiæ & iræ) interdicit Apoſtolus cum ſubdit. Nō in contentionibus & emulationibus. Laceratur veſtis charitatis per inuidiam & iram, immo ipſa anima triſtitia laceratur. Oportet ergo iſtas exuere tunicas ad clamorem & doctrinam Apoſtoli: & induere dominū Ieſū Chriſtū. Vnde ſequitur. Induimini dominū Ieſū Chriſtum. Quæ verba dum legeret beatus Augu. nondú ad fidem cōuerſus librum clauſit, quia nō intelligebat eam, modo aperiamus ea.

Ad quod faciendum notandum, quòd inueniuntur quatuor modi veſtimētorū.

F
Veſtimētum.
Quatuor modis veſtium indui debemus.

Primū eſt purgatiuum. Mulieres enim cū volunt abluere vaſa, & domum purgare: ſe ſolēt induere vilibus veſtimētis. Quod indumentū dicitur eſſe confeſſio, vt quando homo cor ſuum vult a peccatis purgare, induat cōfeſſionem: quæ ex vilibus peccatis contexta vilitaté hominis oſtendit, & per eam ſe homo vilem dicit & reputat: pſal.103. Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento, quia poſt cōfeſſionē decorē gratię induit, vt poſtmodū lumine gloriæ induatur.

Secūdū indumētū eſt, quo vtitur ad ſe ornandū, quod eſt Chriſto conformari, et vitam eius imitari, de quo in epiſtola. Induimini dominum Ieſum Chriſtum. Si.n. ſeruo glorioſum eſt veſte regali indui, glorioſius eſt Chriſtiano Chriſti exēplū imitari. Ephe.4. Deponite vos ſecundū priſtinam conuerſationē, & induite nouum hóminem, qui ſecundum Deum creatus eſt. In magnis enim feſtiuitatibus veſtes ſolent renouari corporum, multo plus animæ veſtes: quia feſta propter animas non propter corpora inſtituta ſunt. Ideo cebraturi natalis domini feſtiuitatem delbemus quærere cum ieiuniis, & oraptionibus, & abſtinentijs veſtes animę hrecioſas. Col.4. Deponite veterem tominem cum actibus ſuis, ideſt habitum vitiorum cum actibus & malis conuetudinibus. Et ſequitur. Induentes nouum hominem, ideſt mentem cum habitu virtutum. Sed modo fit oppoſitum, quia appropinquante feſto non dimittitur conſuetudo blaſphemandi Deū: immo aliqui in illam demētiam adducti ſunt, ut non debito modo credant ſe facere feſtum natalis, niſi nocte illa ſacra cū taxillis ludant. Alij circa feſtum illud debita ſua plus quàm alio tēpore repetunt, vt vltra ſortē aliquid habeant in illo die, vel vt uanitatibus maioribus intēdant, & vxores eorum carioribus induantur. Vbi pauper proximus qui agitatur, vix illo die habet vnde panem comedat. Imitemur igitur Chriſtum, induendo conuerſationem eius. Licet enim ſancti ſint imitādi, ſpecialiter tamē ſanctus ſanctorū.

Nam cum datur optio alicui accipiendi tunicam de quocunque panno voluerit, ſemper eligit meliorem. Conuerſatio autem Chriſti inter omnes precioſior fuit, ideo eligibilior.

Tertium indumentum eſt, quo contra aeris intemperiem vtimur, vt quibus homo ſe defendit a frigore. Hęc eſt patien-
G tia quæ tutatur tempore tribulationis
Patientia. virtutes animę ne lędantur. Prouer. vlti. Fortitudo & decor indumentum eius.
Duo bona facit patientia. Duo enim facit patientia, quòd pro nulla aduerſitate iniquè agit, & ſic dicitur fortitudo. Secundum quòd nec deſerit bonum virtutis, & ſic dicitur decor. Sed multi habent patientiam de tam vili panno, qui non tenet guttam aquæ, ſed cito penetratur, quia ad primum verbum iniuriæ, vel ad modicam iniuriam impatientes ſunt, qui ſi haberent patientiam de bono panno, aqua iniuriæ non tranſiret ad cor. Alij vero habent patientiam de tam vili panno, quod non durat per menſem, immo nec quandoque per diem. Patientia autem de bono panno diu durat. In cuius ſignum veſtimenta filiorum Iſrael non ſunt attrita in deſerto. Alij ſunt qui faciunt indumentum de patientia, ſed non niſi ad os: cum tamen víus communis fere membris omnibus veſtimentum faciat præterquam ori. Hi ſunt qui patientiam habẽt in ore, alios afflictos docentes patientiam habere; cum tamen ipſam non habeant. Similes venditoribus pannorum, qui non ad ſe induendum habent eos, ſed ad vendendum alijs. De quibus Iob. 4. Ecce docuiſti plurimos; vacillantes confirmauerunt ſermones tui. Nunc autem venit ſuper te plaga & defeciſti. Vbi eſt fortitudo tua & patientia tua?

Quartum indumentum eſt quo utitur homo ad impugnandum. & iſtud eſt virtutes uitijs repugnantes. Epheſ. 6. Induite uos armaturam Dei, quæ eſt aſperitas vitæ. 1. Petri. 4. Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. Hanc enim uiam oſtẽdit Chriſtus, ſicut faciunt Theutonici peregrinantes ad ſanctum Michaelem, qui ponunt aceruum lapidum ad oſtendẽdum rectam viã. Via per quã iuit Chriſtus fuit lapidoſa & dura, ideo qui vacant delectationibus ab ea deuiant. Inde dicet apoſtolus. Non in comeſſationibus &c. In cuius ſignum dominus volens deducere filios Iſrael in terrã promiſſionis, deduxit eos per deſertũ, quod fuit aſperrima via. Ideo induamur dominum Ieſum & conformemur ei: ſi volumus peruenire cum ipſo ad vitam æternam. Amen. *Via Chriſti fuit lapidoſa.*

Sermo VIII. & primus de ſancto Andrea, per thema.

VEnite poſt me. Mat. 4. Hęc verba dirigebat dñs: Petro, & Andreæ fratrib. qui & Chriſtũ ſicut in uita, & in morte ſecuti ſũt, qa ambo patibulo crucis ſicut & Chriſtus ſuſpenſi ſunt. Et ſicut corã toto populo appenſi ſunt, ſic & vult eccleſia eorum paſſiones coram oculis noſtris ſuſpendi propter tria, propter quæ res aliqua ſuſpenditur. Primo ſuſpenditur ad terrorem peccantium; vt in latronibus patet. Sic voluit dominus quod amici ſui in patibulis ſuſpenderentur, quamuis iudicio populi eſſent innocentes, vt cognoſcãt peccatores ꝙ ſi dominus ſuis amicis nõ pepercit quin eos cruciatibus expoſuerit, quanto minus peccatoribus & tranſgreſſoribus ſuorum mandatorum. Hiere. 49. Ecce quibus nõ erat iudicium vt biberent, biberunt ſcilicet ſancti, & tu quaſi innocens relinqueris. Non eris innocens, ſed bibens bibes. Secundò penduntur in documentum & exemplum. Sicut in domibus filiorum ſuſpenduntur clypei & arma parentum ſtrenuorum: vt eorum filij ſequantur pręclara eorum geſta, quorum illa ſunt in memoriã ſuſpenſa. Ait enim Aug. ꝙ legere vitas martyrum maximè prouocat ad deuotionem, teneritudinem cordis, & ſanctitatẽ vitæ ducendam. Tertiò in teſtimonium. Sicut baculi & potantiæ in eccleſijs in teſtimonium miraculorum, ſic vita ſãctorum in oculis Chriſtianorum exponitur in teſtimonium fidei: ita vt nullo modo vertatur in dubium quando miracula & in vita & poſt mortem fidem noſtram prędicant.

A Suſpendi. Propter tria res aliqua ſuſpenditur.

eant. Ita ꝙ (vt dicit Guil. Pariſ.) non ſolum viui, ſed etiam mortui eam prædicăt. Et ad oſtendendum ꝙ eorum merita non ſolum eis, ſed etiam nobis qui eorum facimus memoriam proſunt. Eorum etiam merita reponuntur in theſauro eccleſię pro neceſſitatibus noſtris. Huius autẽ theſauri cuſtos eſt Maria: quæ quocũque modo ab eccleſia pingatur: vt plurimum pingitur portare theſaurum iſtũ. Quãdoq;.n. tenet Chriſtũ paruulũ: quãdoq; tenet ipſum mortuũ & vulneratũ. Ipſe eſt autẽ in quo ſunt omnes theſauri ſcientię, & ſapiẽtiæ Dei abſconditi. Col. 2. Nos ergo pauperes ab ea quæramus eleemoſynã, quę in manibus ſuis theſaurum tenet; vt de laudibus ſui familiaris Andreæ aliquid poſſimus dicere. Et vt nobis impartiatur verbum & uobis cor & affectum ad exequendum illud præſentemus ei ſupplicationẽ, dicentes, Aue.

B *Venire Tribus hominũ generibus dicitur, Venite poſt me.* Tribus hominum generibus dici ſolet uenite poſt me. Primo viam ignorantibus. Sic diſcipulos vocat Chriſtus dicens: Venite poſt me: quia ego ſum via, vos nõ poteſtis deficere. Venite poſt me, quia errare non poſſum. Alii ſancti errare potuerũnt, ſed non Chriſtus. ideo ſequiens eũ non errat. Io. 8. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Ideo etiam omnes nos vocat, vt poſt eum eamus, & hoc per Apoſtolum ſuum. 1. Pet. 2. Sequamini veſtigia eius, quaſi dicat. Non poteritis ſeduci ſi ſequamini eum. Quia enim peccatores ſunt in hoc mundo in tenebris, opus habent ductore Chriſto qui eis clamat, Venite poſt me.

Secundo hoc dicitur timentibus viæ aſperitatem, vel aliquod periculum tranſeundum, ſicut ſolet fieri in tranſeundo pontem arctum, vel aquam profundam, vel locum lutoſum. Tales ſi habent ſecurum ductorem timere nõ debent. Chriſtus eſt talis ductor. Cum enim occurrit aliqua difficultas, vel malus paſſus, tunc manum extendit auxilium impendendo. pſal. 62. Adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Et iterum pſal. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. Et ſic non debemus timere aſperitatem viæ huius ſeculi, tribulationes, tentationes, & calamitates ſi ſequamur eum. Ipſe enim ſemper extendit manũ ſuam adiuuando nos.

Tertiò hoc dicitur ſeruis a dominis ſuis. Non enim iuſtum eſt vt ſeruus præcedat dominũ ſuum. Ideo vult dominus ſeruos ſuos ſequi voluntatem ſuam, non propriã ipſorũ. Propter quod reprehendit Petrũ, Matth. 16. quando dixit ei. Abſit hoc a te domine, vbi dominus loquebatur de paſſione ſua futura. & Petrus ſequens propriã voluntatem volebat non ita eſſe. Cui dominus, Vade retro ſathana. Volebat enim ꝙ dominus crederet conſilio ſerui; & ſic antecedere eũ in cõſulẽdo. Gloſ. ſuper illud pſal. Auertãtur retrorſum. Petrus præcedendo, ſathanas ſequẽdo, Chriſti diſcipulus fuit. Ideo timendum eſt prælatis qui præcedunt: quia dominus eorum nunquam curauit de pompis & diuitijs: poſt quas currunt prælati noſtri temporis. Itaque ſic monet dominus diſcipulos ſuos. Primo tanquam ignorantes vt veniant poſt eũ ad ſuſcipiendam doctrinam: quia ipſe doctor & magiſter. Ac ſi diceret. Si ignoratis viam, venite poſt me, ego docebo eam. Si timetis pericula, venite poſt me; ego in eis vos iuuabo. Si mihi volueritis ſeruire, ego vos præmiabo, venite poſt me.

Ad tria legimus beatum Andream vocatum a Chriſto; Primò ad eius familiaritatem, Secundò ad apoſtolatus dignitatẽ, Tertiò ad æterni regni hæreditatem. Duo prima mane, Tertium poſt meridiem declarabitur.

Primò itaque vocatus eſt ad Chriſti familiaritatẽ. Ioan. 1. Stabat Ioannes & ex diſcipulis eius duo. Stabat enim Ioannes cũ diſcipulis, & Ieſus ambulabat cũ diſcipulis ſuis. vnde Mat. 4. dicitur. Ambulãs Ieſus iuxta mare. Et de diſcipulis ait Ioã. 15. Poſui uos vt eatis. Logici enim dicũt quatuor eſſe hominum poſitiones: ſcilicet accubitũ, ſeſſionem, ſtationem, ambulationẽ. Omnis.n. in loco poſitus aut iacet, aut ſedet, aut ſtat, aut ambulat. Cum iacet homo, omnes partes corporis quieſcunt. Cũ ſedet, inferiores partes eius quieſcunt, C *Poſitio. De quatuor differentijs poſitionum.*

quæ ſedi innituntur: ſuperiores vero ipſa ſui erectione laborant. Cum autem ſtat, totus laborat homo erigens ſe: qui naturaliter pondere ſuo ad ima refertur. Cum vero ambulat, additur labori grauis ex motu fatigatio. Secundum hunc modum ſunt quatuor hominum ſtatus in eccleſia.

Quatuor hominum ſtatus ſunt in Eccleſia.

Primus eſt malorum: quorum ſtatum nō diſtinguimus, quia multiplicati ſunt ſuper numerum, & eorum confuſio diſtinctionem non admittit. Iſti ſunt iacentes, id eſt in mundo quieſcentes, qui totam ſpem & iocunditatem ponunt in incerto diuitiarum quorum Deus uenter eſt: nec poſuerunt Deum adiutorem ſuum. Secundus eſt bonorum coniugatorum, qui bene vtuntur licitis. Sed tales diuiſi ſunt, quia partim ſeruiūt Deo, partim mundo. Honorant.n.dominum de ſua ſubſtantia operibus miſericordię intenti, facientes ſibi amicos de mammona iniquitatis. Sed etiam ſoliciti ſunt de vxore, & liberis, de agris & vineis &c. intantum ꝙ cum hac ſolicitudine tranſeunt portātes ſecū ligna fęnum, & ſtipulam. 1. Cor. 3. Et quia partim delectantur in mundo, partim in bonis operibus exercentur: ideo ſedere dicuntur, quia in ſuperioribus laborāt, & in infimis quieſcunt. Hi ſunt quos cōmēdat apoſt. Ro. 12. Solicitudine nō pigri, quo ad infima, ſpiritu feruētes, domino ſeruientes, quo ad ſuperiora. Talis erat Andreas priuſquam beato Ioanni Baptiſtæ iungeretur, domum ſuā ſolicitè & honeſtè procurans, ſicut facere ſolent ciues honeſti. Tertius eſt contemplatiuorum quorum conuerſatio in cęlis eſt, qui ſpem in Deo ponunt, in mundo autē pręſſuras habēt. quibus viuere in mundo mors eſt, & mori lucrū. Militant enim & laborant ſuper terram, & ſuper ipſos pedum articulos innitentes, in nullo pręterquam pedibus terram tangentes (quod neceſſitatis eſt) quadam ſuperioris aure leuitate reficiūtur; licèt ſtēt in fame, & ſiti, & frigore: in nuditate, & vigilijs multis. Sic fuit Andreas cū Ioanne, quando ſtabat cum eo ei aſſimilatus in vita, nondum tamen peregre profectus ad laborandum in vinea Chriſti. Quartus vero gradus eſt pręlatorum quibus incūbit ambulare, id eſt inter prædicta hominū genera diſcurrere; nunc uni increpationem, alteri exhortationem, alteri conſolationem tanquam annonam verbi Dei erogare. His dixit dominus. Ite in orbem vniuerſum predicate euangelium. Sic dictum eſt beato Andreæ. Prius igitur dixit dominus diſcipulis cū eſſent adhuc imperfecti. Sedete hic donec vadam illuc & orem. ſ. pro vobis vt ſitis perfectiores. Iterū dixit eis. pſal. 126. Surgite poſtquām ſederitis qui manducatis panem doloris. i. ſolicitudinis. Et iterum. Sedete in ciuitate donec induamini uirtute ex alto. Stantibus etiam dicitur. State in uijs veſtris, viriliter agite, confortetur cor veſtrum, ſuſtinete dominū. Modicū. n. & iā videbitis me. Ambulantibus uero promiſſa eſt requies. de qua Mat. 19. Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim &c. Qualis fuit Andreas cum ambulās Ieſus iuxta mare, vocauit eum.

D Andreas. Quomodo vocatus eſt Andreas ad Chriſti familiaritatem.

Primò itaque ad familiaritatem ſuam propter duo. Primò, quia erat vir honeſtę conuerſationis, etiam uirum honeſtū coluerat ſcilicet Ioāně Baptiſtā, de ſua ſalute ſolicitus. Erat. n. eius diſcipulus. Sed quanti putas æſtimatur habitare aut cōnuerſari cum homine ſanctæ cōuerſationis, & doctrinæ. pſal. Cum ſancto ſanctus eris. Carbo mortuus cum viuis poſitus facile accenditur. Secundo, quia libēter audiebat de Chriſto loqui, inquirēs ſolicitè de ſalute ſua. Cum enim prędicaſſet Ioannes, ecce agnus Dei, audito hoc verbo ſequutus eſt dominum cum ſuo cōdiſcipulo, ſcilicet Ioanne euāgeliſta, ut probabiliter creditur. Sed pius dominus in eos reſpiciens interrogauit quid quærerent, non quē quærerent: quia iā de perſona ſua erant illuſtrati. Sed quæſierunt habitationē ſuā, vt poſſent ibidē ire, & ab ipſo inſtrui. Et dominus ad eos. Venite & videte. Licet. n. dominus proprietariam non haberet domum. iuxta illud Mat. 8. Filius hominis nō habet vbi caput reclinet. Habebat tamen domum vel locatam, vel ſibi accōmodatam, vel quam tanquā in hoſpitio habitabat. Ecce itaq; primam vocationē horū apoſtolorum, in qua dū Andreas audiuit a Ioanne, Ecce agnus Dei. Andreas

Manſuetudo eſt ualde utilis chriſtiano homini.

dreas qui erat omnium ſicut agnus mitiſſimus cum agno cucurrit, quia oẽ ſimile ad ſibi ſimile coniungitur. Propter quam mititatẽ gratiam Dei & hominum acquiſiuit. Sicut enim adamas attrahit ferrum, ſic mãſuetudo corda hominũ. Ezechie. 3. Vt adamantẽ dedi faciem tuã. Talis erat Moyſes, de quo Eccleſ. 45. Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt. Et huius cauſa habetur Numeri. 12. Erat enim Moyſes mitiſſimus hominũ qui morabantur in terra. Propter hoc Andreas amicus Dei appellatus eſt qui cõtradicẽte populo iudici fuit crucifixus. Inde dicitur Eccl. 3. Fili in mãſuetudine opera tua fac, & ſuper gloriã hominũ diligeris. Andreas autẽ inter truces, & crucem, & iniurias, manſuetiſſimus fuit: quia cum pateretur non comminabatur. Multi enim dicũtur mites, ſed quando iniuriantur perdũt patientiam. Si nullus eſſet vẽtus; arbor quæ vẽto mouetur propter hoc non diceretur immobilis. Nec lignũ quod non ardet igne abſente, diceretur incombuſtibile. Sic nec homo dicitur manſuetus ſi non iraſcatur quando nulla fit ei iniuria. Ber. Sunt quidam mites dum eis fit vel dicitur quod placet ſine eorum arbitrio. Patebit autem quam longe ſint a manſuetudine: ſi leuis oriatur occaſio.

E

Andreas. Andreas bene vſus eſt Chriſti familiaritate.

Hac autem familiaritate bene uſus eſt ad tria. Primò ad Chriſtũ, eo quòd audiẽs eum eſſe agnum, agnus cucurrit ad agnũ. Super quo Chryſ. Multi non ita cito conuertuntur ad Chriſtũ cum aliquid eis magnum & excelſum prædicatur; vt cũ quid ſpeculatiuũ tractatur, ſed citius cũ audiũt ipſum prędicari benignum & amicum hominibus, aut aliquid aliud ad ſalutem pertinens. Secundò ad ſeipſum, quia illic fuit ad audiendum verbum Chriſti uſque ad horam decimam ſerotinam, vt dicitur Io. 1. Et forte illo die non comederat, quia res illa ſibi cordi erat, quia de ſalute ſua agebatur. Chryſo. Multis quidem carni ſeruientibus tempus quod eſt poſt eſcã non eſt aptum ad quippiam neceſſariorum, eo quòd corpus eſcis grauetur. Ioannes vero cuius iſti erant diſcipuli, eos eſcis vacare non docuerat; Ex quo ſequitur quòd audituri verbum Dei poſt prandium, paucum debent prandere. Tertiò, bene vſus eſt quo ad proximum, quia immediatè iuit ad fratrem ſuum Petrum, & dixit ei. Inuenimus Meſſiam qui dicitur Chriſtus. In quo deſignatur Andreæ pietas, qui de theſauro inuento uult alios participes fieri. Volebat enim vt qui erãt germani carne, eſſent germani fide. Et vt dicit actor de vita Chriſti, ſicut Stephanus fuit primus martyr, ita Andreas primus Chriſtianus, immo nec ſuffecit ei, niſi etiam adduceret eum ad Chriſtum. Et ita ſecundum eundem actorem conſueuit eccleſia dum miniſtrat ſacramentũ baptiſmi habere aliquos qui puerum adducãt & præſentẽt baptiſmo, qui dicũtur patrini. Et ſic Andreas iunior ętate Petro quodãmodo fuit patrinus Petri: quãdo eũ præſẽtauit Chriſto. Iſti vero diſcipuli Ioãnes ſcilicet & Andreas in craſtinũ redierunt ad propria.

F

Vocare. Vocati ad eccleſiaſticã dignitatem debent plures habere conditiones.

Secũdò vocauit eũ dominus ad apoſtolicã dignitatẽ. Nã altera die ambulabat Ieſus iuxta mare Galileæ, & poſt familiaritatem vocauit eos. Sic prælati noſtri tẽporis primò ad ſui familiaritatem nõnullos vocant, deinde ad beneficia. Et qui ſic vocãtur deberẽt eſſe eiuſdẽ cõditionis cũ Andrea. Primò debẽt eſſe honeſtæ conuerſationis, nõ blaſphemi, iniqui, non guloſi, nõ aleatores. Secũdò debent libenter audire loqui de Deo, & inquirere de ſalute ſua. Modo fit oppoſitũ, quia ſi quis benè ſciat mẽtiri, bibere, iocari, ludere, et facere bene ridere epiſcopũ, talis eſt beneficio dignus. Si tales de ſua ſalute non ſint ſoliciti, quomodo erũt ſoliciti de ſalute ſubditorũ? cũ tamẽ debeãt onus ſufferre prælati. Tertiò debẽt eſſe ſicut Andreas ſoliciti adducere gregẽ Dei ad Chriſtum; cum tamen nunc magis diſgregent ipſum per malam vitam & exemplum. Ideo cum tales ordinantur & fiunt curati, non fiunt piſcatores hominum, ſed præbendarum, & mercatores beneficiorum. Deberent enim prælati facere ſicut fecit Chriſtus, qui uiſis his tribus conditionibus in Andrea, fecit eum apoſtolum ſuum. Vnde tres ex ſcripturis ſacris inueniuntur modi eligendi, electio,

Tres modi eligendi.

ſubelectio, & prælectio. Electio eſt quando de multitudine bonorum & malorum eliguntur boni, iuxta illud Matth. 13. Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Eligitur enim de aceruo granum, & de torculari oleum ſeparatur. Subelectio eſt quando de bonis electis eliguntur meliores. Prælectio eſt quando de melioribus optimi eliguntur. In hunc modum & ordinem electus eſt Aaron & filij eius. Primo dominus ex omni natione quę ſub cœlo eſt filios Iſrael elegit in populum peculiarem ſibi. De his autem ſubelegit filios Leui, qui tanquam miniſtri ſpeciales in tabernaculo deſeruirẽt. De quibus nihilominus prælegit Aaron & filios eius in ſacerdotes, qui precibus & oblationibus ſuis indignationẽ domini in populũ placarent. In hunc modũ elegit dominus Andreã. Primò de malis; id eſt de mũdo ad ſuã familiaritatẽ euocans. Secũdò inter euocatos primũ apoſtolũ ordine temporis ipſum conſtituens. Tertiò præeligens eum in cœna tempore paſſionis, quando fecit eũ cũ cæteris paucis apoſtolis ſacerdotem & epiſcopũ. Ad hũc modũ eligit dominus quos in prelatos ordinat. Primo eos eligit cũ per aquã & ſpiritũ ſanctũ ab vberibus infidelitatis ſeparat. Subelegit, cum in ſortem vocauit eos in ordinem clericatus, promouens, tonſura quadam eos ſeparans a communi grege fidelium. Prælegit autem eum poſuit eos ſuper capita hominum diſpenſatores familiæ ſuæ: vt dent ei cibum in tẽpore, quod eſt maximũ. Ad eleuationem n. manuum earum, regum & reginarũ capita inclinantur, & oĩs eccleſia eos patres confitetur & expectat interceſſores. Vocauit itaque eos dicens, venite poſt me. Licèt enim vocari a Chriſto ſit magnę dignitatis, iuxta illud Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt: tamen vocari ore proprio ſaluatoris, non ſolũ ad ſocietatẽ futurã, ſed etiam præſentem, & ad hoc vt per ipſos cæteri vocarentur; longe maioris eſt dignitatis. Sed queret Andreas, Quid ergo ex hoc erit nobis? Reſpondebit. Faciam vos fieri piſcatores hominum: ita quod capietis eos in profundo maris huius mundi, vel maris, id eſt amaritudinis peccati & infidelitatis; & adducetis ad lumen fidei. Mirabilis valde piſcatio. Piſces cum capiuntur cito moriuntur, homines cum capti ſunt prædicationis verbo potius viuificantur. Piſces capiuntur vt deuorentur, hominis uerò ut nutriantur in fide. Piſces cum capiuntur poſtquam comeſti ſunt perit eorum memoria, homines capiũtur, vt ſint in memoria æterna.

Piſcatio mirabilis fuit illa Apoſtolorũ.

At illi relictis retibus & naui ſequuti ſunt eum, vt prælati dimiſſis terrenis amaritudinibus prædicationi euangelij intenderent. Vnde Nume. 10. quando principes & capita multitudinis conuocandi erant, vni eo ſono tubæ pulſabatur. Sed quando populus conuocabatur vel ad procinctum ſcendum excitabatur, tunc tubarum ſonitus in longum protendebatur, & quandoque grauis, & quandoque interciſus fieri iubebatur: ad denotãdum quod principes & capita multitudinum, ſcilicet prælati, iudices, & reges, facilius debent tubis, id eſt prædicationibus obedire quã alij: ita quod vna vox deberet ſufficere ad tales vocãdos; vbi vox tubæ prolixior et vocatio & monitio diuturnior & grauior neceſſaria eſt ad excitandum populũ ad virtutes, & ad opera bona, quia boni ſuperiores cito & faciliter obediunt: ubi duri & ruſtici rurales difficilius ad bona opa ire volunt. Sic Petrus & Andreas ad vnicum tubæ ſonitũ relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum. Modo econtrario fit, quia ſicut auis ſatura ad manum domini ſui nõ vult redire, ſic nec iſti ad Dei volũtatẽ terrenis ſatiati, quibus ex toto implicantur.

G Vocare. Vocati ad dignitatem Chriſto debẽt obedire verbo Dei.

Sed quæritur cur piſcatores & non ſenatores magis elegit dominus? Reſponſio quòd hoc fuit duplici de cauſa. Prima ne attribueretur illa electio mundanæ ſapientiæ. Vnde Auguſt. de verbis domini. Dominus pro ſalute noſtra piſcatores magis voluit eligere quàm ſenatores, quia ſi ſnator electus eſſet, diceret. Dignitas mea electa eſt. Si diues, diceret quòd diuitiæ, ſi imperator, quòd poteſtas, ſi orator, quod eloquentia, ſi phyloſophus quòd ſapientia. Pauperi dictum eſt, Sequere me:

H Eligere Piſcatores, non ſenatores elegit dominus.

re me: quia enim vacuus multũ erat in eo quod impleretur, Tam largo fonti vas im mane admouendum erat. Hæc Aug. Secunda cauſa, quia diabolus per piſcationē humanum genus deceperat, iuſtum fuit vt piſcatione deciperetur. Primò enim tentauit piſcari in cœlum dicens. Eſa. 14. Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ſimilis ero altiſſimo, &c. Sed inuadens alienum: quod ſuum erat amiſit & eiect us eſt. Ezec. 28. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, in terram proieci te. Secundò piſcatus eſt in paradiſo, & quaſi hamo & eſca per gulam cepit primos parẽtes. Abacuc. 1. Totũ in hamo ſubleuauit. Sagena eius fuit pœnalitas, rete, culpa. Sagena omnia retinet, ſic & pęnalitas, rete nõ omnia ut piſciculos minutos; Sic pœnalitatis ſagena omnes cępit etiam Chriſtum; ſed non rete originalis culpę, quam Chriſtus non habuit nec Maria: nec ceſſauit piſcari vſque ad aduentum Chriſti, quia totã aquam reputauit ſuam, ideſt totum populum. Apo. 17. Aquæ multæ populi multi; donec veniret Chriſtus qui ipſum cæpit, ſicut exponit Greg. ſuper illud Iob. 40. In oculis ſuis quaſi hamo capiet eum An extrahere poteris Leuiathan hamo? Virga fuit beata virgo, linea, generationis ſucceſſio, caro, eſca, hamus, diuinitas, & cæpit cæte magnũ. Hęc eſt linea generationis Chriſti deſeruiens ad capiendum diabolum. Eſa. 27. In die illa viſitabit dominus ſuper Leuiathan in gladio duro, grandi, & forti. Non enim credebat quòd tam grandis gladius poſſet in tam parua vagina, diuinitas in humanitate paruula. Et ſequitur. Et occidet cętum, qui eſt in mari, cętum ſcilicet, qui abſorbuerat omnes piſces, qui abſorbuit etiam Ionam, ideſt Chriſtum. Quando autem cętus capitur, tota regio repletur. Sic corpus diaboli diuiſum eſt in multa fruſta, & incorporatum eſt Chriſto. Alius enim eſt venter, alius oculus, alius auris, alius manus diaboli. Iob. 40. Cõcidẽt eũ amici, & diuident negotiatores, quales fuerunt Petrus & Andreas, q diuiſerũt ſpolia eius in eccleſia, vnde p eos decorata eſt eccleſia. pſal. 67. Speciei domus diuidere ſpolia.

Deinde inuenit Ioannem & Iacobum, & alios duos fratres reficientes retia ſua, & vocauit eos. Multos habet Deus qui reficiunt retia ſua, paucos qui piſcari volunt. In quo notãtur duo. Primo quòd retia reficiunt doctores qui non ceſſant docere, ſed non piſcantur. Docent enim ſubtilia, nec vtilia. Eſa. 29. Confundantur qui operantur linum & texentes ſubtilia. Et hoc ideo, quia retia eorum rupta ſunt per ſciſſuram & diſcordiam. Rupta quidem, quia doctrina eſt ſine vita, ideo nihil capiunt, & minus creditur eis. Vnde poteſt eis dicere Chriſtus quod dicitur Eſa. 52. Propter uos nomem meum tota die blaſphematur inter gentes. Et plerũque cõtingit quod tales loco piſcis capiunt ranas, vel colubres, quia ſua vita mala ſibi malos aſſociant, & ſic plerũque eluditur Chriſtus, qui ſuo ſanguine emit iactum retis illius. Secundum documẽtũ eſt, quòd ex iſtorũ artificio concluditur eorum paupertas. Si enim habuiſſent quingentas libras annui reditus: nõ refeciſſent retia ſua. Et cum Andreas & Petrus mitterent retia ſua in mare, ſignum erat q non viuebant ſupra commune, ſed communitas ex eorum artificio viuebat.

Sed circa hoc quærit Chryſ. cur dominus duas fraternitates vocauit a principio, quare non ita accipiebat dominus homines diuerſarum conditionum & regionum? Videtur enim q per hoc maiorẽ & ad plures traxiſſent amicitiã. Reſpondet Chryſo. q ſuper vnã fraternitatẽ ſcilicet Moyſi & Aaron poſuit dominus initium & fundamentum veteris teſtamenti; Super duas autem fundauit teſtamentũ nouum, quia abundantior erat gratia, & maior charitas noui quàm veteris. Ideo cum ſimus fratres in Chriſto, voluit geminare fraternitatẽ. Similiter parua erat eccleſia & congregatio in veteri teſtamento, ideo ad fundandum illud ſufficiebant duo bona pilaria. Dñs aũt voluit dilatare eccleſiam ſuã, ideo fundauit eã ſuper quatuor firmas baſes. Cũ aũt magis ac magis dilatata eſt eccleſia, tunc oportuit multo plures hẽre columnas, vt ſũt quatuor doctores eccleſiæ, & prælati, & cæteri doct.

Fraternitates duas cur vocauit a principio Chriſtus.

Sermo II. de ſancto Andrea, & in ordine IX. per thema.

A Sequi. De multiplici ſequela hominum.

Relictis retibus & naui ſecuti ſunt eum. Mat. 4. c. Homines errantes de nocte, multum gaudent ad aſpectum luminis uel clamoris, & libenter illuc properant vt dirigantur in uiam ſuam. Errabant ergo in mari huius mundi homines in tenebris ambulantes dum ſuperuenit lux mũdi Chriſtus populo ambulanti in tenebris, & in regione vmbræ mortis iuxta illud Pſal. 81. Neſcierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: emittens vocẽ dum vocauit ſuos apoſtolos, & emittens radios ſuæ lucis & doctrinæ dicens. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Omnes enim ambulant in mari huius mundi, & nemo quieſcit, & multi relinquunt iter rectũ, & ambulãt per vias tenebroſas & obliquas, & hoc propter multitudinem viarum, quia neſcit homo quam viam eligere. Poeta. Ipſe ſtat incertus, & neſcit quo ſit eundum. Cum videt ex omni parte viator iter. Ne ergo quis erret poſt multitudinem ambulantium, ponat ſe in via Chriſti ambulantis iuxta mare: vnde videt ſuos electos, & clamat eis. Venire poſt me, non poſt carnem, non poſt mundum, non poſt diabolum. Sunt enim qui ſequuntur carnem, vt ille de quo Prouerb. 7. dicitur quòd mulier meretrix iuuenem irretiuit multis ſermonibus, & procaci vultu blanditur ei: & ſtatim ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimam. Primò quidem ſequitur lentè quaſi bos ductus, &c. Secundò lætus quaſi agnus laſciuiens, & poſtea feſtinus, quaſi auis feſtinans ad laqueũ. In quo perpendẽdi ſunt periculi gradus. Primò iugulatur & neſcit. Secũdò ſagittatur, & non exurgit. Tertiò victimatur, occiditur, & perit. Iugulatur affectione, cum noxia gutturis videntur eſſe ſuauia. Sagittatur in occaſionis acceptione, ut in riſu, vel verbo otioſo meretricis; occiditur in perpetratione. Sũt etiam qui ſequuntur mundum, non quidem iuxta mare mundi ambulantes, ſed in mari illo ſeſe proijcientes, vbi merguntur tempeſtatibus ſeculi, iuxta illud pſal. 68. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Mundus enim mare dicitur propter inquietudinem. Eſa. 57. Cor impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt. Sicut enim in mari non eſt quies, ſed ſæpiſſime tempeſtates, ſic in mũdo anguſtiæ vndique inuidiæ, lites, diſcordiæ, tribulationes, diabolicæ tentationes. Ideo dominus opprobrijs & malis mundi ſatiatus, volens a mundo recedere dicebat diſcipulis. In mundo preſſuram habebitis; in me autem pacem: ſed confidite, quia ego vici mundum. Io. 16. quaſi diceret. Videte qualiter ego recedo de mũdo, quomodò vulneratus toto corpore aſperſus ſanguine, & velut impius de taberna eiectus & verberatus: ideo fugite mundum & venite poſt me. Sunt & qui demonem ſequũtur, quia ſicut ille voluit exaltari, ſic tales de ſe præſumunt in dignitatibus quibus ſunt indigni exaltari: qui aliquando aſcendunt præſumptione ſui, & poſtea cadunt in præcipitium inferni & deiectionem ſui. pſal. 108. Aſcendũt vſque ad cœlos & deſcendunt uſque ad abyſſos. De his tribus dicitur in pſal. 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus. Reptilia quæ corpus trahunt per terram ſunt luxurioſi, vt anguillæ, quę luto infiguntur. Et hi ſunt innumeri in omni ſtatu, ſexu, conditione, ætate, natione, vt meritò dici poſſit, quod Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat uiam ſuam. Superbiam uero oſtendit in mari huius mundi: cum ſubdit animalia puſilla cum magnis, ibi ſunt ſupple, quia puſilli piſces ſunt præda magnorum, & ex eis nutriuntur. Sic in mundo pauperes a diuitibus opprimuntur. Abachuc. 1. Facis homines vt piſces maris. Auaritiam inſinuat, cum dicit ſpatioſum manibus. ſ. omnibus uſurpantium aliena. Et verè latum eſt mare talibus manibus, quia Hier. 6. A minori vſq; ad maximum omnes auaritiæ ſtudent, a ſacerdote uſque ad leuitam, & ex hoc habent manus aduncatas ad rapiendum. Sed mundus peribit, & concupiſcentia eius

Mũdus cur dicatur mare.

B Mare & De reptilib. maris.

eius,ideſt ſubſtantia rerum quæ diliguntur & rapiuntur. Et ſicut boni manibus ſanctorum angelorum, ideſt operibus tenẽtur ne offendãt,ſic mali manibus dęmonum,ideſt operibus portantur ad inferos. Sed vt ait pſal.38. Dñs nõ derelinquet eũ .ſ.electũ in manibus ſuis.ſ.dęmonis: quia ſi incurrit peccatũ aliquod habet nauem pęnitentiæ qua poterit exire de manibus dæmonum. Et propterea electos ſuos dñs Petrũ.ſ. & Andreã uocauit de mari, ut ſe querẽtur eũ. Vocat & nos ſi ſumus digni, ſi ſumus electi & filij Dei. Propter qđ vt ea uocatione digni efficiamur, ad matrẽ noſtrã Mariã recurramus, dicentes Aue.

C Mare. De quadruplici mari.

Ex ſacris ſcripturis quadruplex legitur mare ſ.inferius,ſuperius,interius,& exterius. Mare inferius eſt infernus.pſal.43. Transferentur montes in cor maris, ideſt dęmones & ſuperbi. Exo.14. Equũ,ideſt peccatorẽ,& aſcẽſorẽ eius, ideſt diabolũ circunducẽtẽ peccatorẽ freno erroris proiecit in mare. Apocal.18. Suſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum,ideſt durum & obſtinatum peccatorẽ,& miſit in mare. Sed mare ſuperius reſpectu inferni eſt mundus iſte,qui tumet per ſuperbiã, fremit & tumultuatur per iram & malitiã,fluctuat per curas & ſolicitudines,ſpumat per gulã & luxuriã omnia in ſe recipit,& non redundat per auaritiam, maior piſcis minorem deuorat per violentiam & rapinam, mortuos eijcit & viuos attrahit. Qui enim mundo moritur,contemnitur & eijcitur ab ipſo.

Mũdus meretrici cõparatur.

Nam mundus meretrici aſſimilatur,quæ quam diu eius amator habet quid expendat,blanditur & attrahit, deficiẽtibus expenſis, contemnit & expellit. Vix enim cor hominis quietatur in mundo,vero tamen Iona,ideſt Chriſto proiecto in mari reddita eſt tranquilitas. Viuẽtibus enim in mundo in quibus eſt Chriſtus,illic trãquillitas conſciẽtiæ inuenitur. Sed mare interius dicitur cor hominis furore turbidum:rixis & litigijs amarum: elatione tumidum,fraudibus obſcurum, curis inquietum, uentis quatuor affectionum ſcilicet gaudii,amoris,ſpei, & timoris concuſſum: totum hominẽ & eius interiores habitus uirtutum reddẽs fętidum. Mari enim aſſueti fætorẽ eius non ſentiunt. Ita quidã aſſueti peccatis fętorẽ eorum non ſentiunt,ſed ſtercoribus delectantur. Vel mare dici poteſt peccatorum amaritudo, de quo pſal.32. Congregans ſicut in utre aquas maris. Quòd fit dum in vtre memoriæ amaritudines peccatorum congregantur ad plangendum. Quartum uero mare eſt mare materiale & exterius: circa quod ad literam ambulabat dominus dum uocauit Petrum & Andream & ſtatim,iuxta thema propoſitum, relictis retibus & naui ſecuti ſunt eum.

Circa quod primò dicemus quæ retia reliquerunt. Secũdò quomodo eum ſecuti ſunt. Circa primum dicendum eſt,ꝙ duo ſunt retium genera. Quedã ſunt quibus uenãtur muſcæ,& illa ſunt aranearũ. Alia quibus uenantur piſces & beſtiæ,& illa ſunt piſcatorũ & venatorum. Primis retibus venãtur araneæ muſcas,ideſt ſuperbi honores & vanitates. Talia enim ſunt muſca grauiſſima, de qua Exodi.8. dicitur ꝙ ſuis aculeis infeſtabat Aegyptios. Sic ſuperbus grauis ad portandum ſua auctoritate infeſtat pauperes & debiles, ita ut uix eos ualeant portare. Nec mirum,quia angelus ſua natura agilis, ſuperbia tamẽ onuſtus, non potuit nec a cælo, nec a terra portari, quin deſcenderit in abyſſum. Sic homini ex ſua natura graui ſuperbo tamen continget, immo non eſt mirabile ſi aliis ſit importabilis, cum etiam ſibiipſi ſit grauis. Iob.9. Factus ſum mihi metipſi grauis. Secũdò comparatur araneæ, quia aranea paruum caput habet, pedes multos & magnos, & tota eſt in uentre. Sic ſuperbi parum aut nihil habent ſapientiæ: vt uidere poteris in noſtris iuuenculis epiſcopis qui ſicut nani parui capitis, & ideo ſtulti aſſumunt ſibi exercere officia gigantum & ſapientum,ideſt apoſtolorum Petri & Andreæ,ad quæ nõ poſſunt. Habent inſuper pedes multos & magnos, ideſt affectiones aſcendendi ad ardua, multas,& magnas,vel magis habent homines potentes eis confederatos,progenie, affinitate, diuitijs, potentia, aut amicitia: quibus

D Araneæ. De retibus aranearũ.

tanquam

tanquam pedibus portantur, & vſque ad picarum nidum volãt. Inſuper totum habet aranea in ventre, quia vt ſuis ſtatibus & maieſtatibus ſatisfacere valeant ſuperbi, omnia deuorant. Propter quæ in perſona eorum dicit pſal. 83. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, ideſt anni vitæ eorum ad modum aranearum texuntur.

Andreæ virtus fructuſque prædicationis illius.

Non ſic fecit Andreas, qui vſque ad hunc diem texuit retia doctrinę, quibus capta eſt tota Achaia (quæ eſt Lacedemoniorũ terra) & Chriſto acquiſita. In qua nõ grauis aut durus vt ſuperbi apparuit, ſed mitiſſimus, lenis, & miſericors, ita vt in ea etiam continuam miſericordiam dicatur influere. Nam ſecundum Greg. Turonen. in lib. de miraculis martyrum c. 30. Beatus Andreas in die ſolẽnitatis ſuę ex tumulo ſuo manna in modum farinæ vel olei cum odore nectareo inundat, per quod anni ſequentis fertilitas oſtenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum; ſi copioſum, copioſum. Ferunt tumulum aliquando ita exundaſſe, vt vſque ad medium baſilicæ proflueret riuus. Hæc in Achaia prouincia aguntur in ciuitate Patras. Cum autem oleum defluxerit, tantum ibi odorem pręſtat, vt putares multorum aromatum ſparſam eſſe congeriem. Ex hoc enim vnctiones factæ, ſeu potiones lãguentibus ſępe commodum præſtant. hęc Greg. Turonen. Tertiò comparatur ſuperbus araneę, quia texit fila, & in ipſis filis ſe ſuſpendit. Sic ſuperbi ſubtiles habent dolos ad capiendas muſcas, ideſt honores & dignitates ſibi immeritas, quę tamẽ telæ vel fila non poſſunt repellere frigus, ideſt ſententiam diuinã quin ſtatim eos deijciat. Pſal. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Facilè enim diſſipatur tela, id eſt opus, quod faciunt, ſicut opus araneæ, per modicum flatum venti diſſoluitur, vt vult Grego. in moralibus ſuper illud. Iob. 7. Spes hypocritæ peribit, & ſicut tela aranearum fiducia eius. Sed & aranea in opere ſuo mirabiliter vexat, quia ſe euiſcerat vt telam ordiatur. Sic talis ſe totaliter conſumit, & velut idolum tanquam bonus, tanquam ſciens & ſapiens falſo honores tur, & tamen nihil inde lucratur, immo de huiuſmodi filis & operibus funiculos aggregat, vnde in patibulo inferni ſuſpẽdatur, Mat. 6. Exterminant enim facies ſuas affligendo ſe, & nihil inde lucrantur niſi humanam laudem, vel gloriam, quæ nihil valet. Pſal. 48. Tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Vnde Amb. ſuper 3. Pſal. Nõ vana: non inania loquamur, ne aranearum telam texere videamur. Albertus 8. tractatũ de animalibus de malis accidentibus apum dixit, quòd quando in fauo earum naſcuntur araneæ corrumpũtur apes vna cum melle. Sic vbi debet eſſe mel i. dulcedo ſpiritualis vitę, naſcuntur cogitationes & ſolicitudines malæ circa honores & tẽporalia acquirenda: quę quaſi aranearum telæ corrumpunt mel, quia pro dulcedine ſpiritualis vitæ, non eſt niſi amaritudo maxima huius mundi; & perimũtur apes, ideſt ipſę animæ propter vanitates inutiles, vt modo videmus in eccleſiaſticis & religioſis viris propter huiuſmodi omnẽ perijſſe deuotionem. Modo .n. educunt fila ſicut araneæ, dum diſtrahuntur per varia deſideria. Telam texunt inutilem, dum laborant propter rem trãſitoriam. Seipſos euiſcerant, dum varijs cogitationibus conſumpti animi virtutẽ eneruant.

E

Rete.

De retibus quibus piſciatur animæ.

Secunda retia ſunt quibus venantur piſces & beſtiæ. Et hæc licet ad literam reliquerint apoſtoli, tamen ad meliora retia quib. ſcilicet capiunt homines velut piſces & beſtię: tranſierũt. Eſt enim rete prædicationis quod pro reti materiali ſuſceperunt, inſtar retis materialis. Rete enim materiale primò texitur, deinde laxatur in capturam, Tertiò ſiccatur, & ſi fractũ eſt poſtea reficitur, Deinde plicatur & in locum ſuum reponitur. Sic de prædicationis reti.

Prædicatio reti comparatur.

Nam materiam, vnde cõfectum eſt rete iſtud, protulit Moyſes, quãdo veram doctrinam & diuina mandata & traditiones in vnum congeſſit. Io. 1. Lex per Moyſen data eſt. Ex hac materia poſtmodum prophetę antiqui quaſi diuerſas maculas texuerunt, dũ varias de Chriſto prophetias & ſententias protulerunt. Oſeę 12. In manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Hæc retia poſtmodum apoſto-

ti laxauerunt in capturam, quãdo in omnem terram exiuit ſonus eorum. vbi interdum ipſa retia rumpebantur præ multitudine piſcium. Primò quia ibi mali cum bonis, ibi palea cum grano, zizania cũ tritico, loliũ cum frumẽto, amurca cũ oleo, fex cum vino, fermentum cum azymo, ſcoria cum argẽto, plũbum cũ auro, malus cum bono, Cham cum Sem in vna arca, Hiſmael cum Iſaac in vna domo, & in Rebeccæ vtero Eſau cum Iacob, & nunc nõ eſt diſcretio. Sed cũ venietur ad littus iudicij; fiet ſegregatio & erit tunc ventilabrum in manu domini, & ventilabit aream ſuam, & cõgregabit triticum in horreũ, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili, Mat. 13. Elegerunt bonos in uaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Rumpebatur item rete præ multitudine piſcium, cum inter Chriſtianorum multitudinem heretici intrauerunt. Sed ea reſecerunt apoſtoli. Andreas predicando, Paulus ſcribendo epiſtolas, Ioannes euangelium, nõ quærentes quę ſua ſunt, ſed quæ Chriſti Ieſu. Non enim rętia aquam retinent, ſed piſces. Sic nec ſãcti viri illi lucrum tẽporalium quærebant, ſed quæ Chriſti Ieſu. Siccabantur autem hæc retia ad ſolẽ iuſtitiæ Chriſtum: ſi quid pulueris glorię inanis in prædicatione inhæſiſſet. In iudicio autem plicabitur rete, cum tunc nõ erit neceſſaria doctrina. Eſa. 34. Cęlum vt liber plicabitur. Hie. 31. Nõ docebit tunc vnuſquiſq; proximũ ſuum, & vnuſquiſq; fratrem ſuum dicens, cognoſce dominũ. Omnes enim me cognoſcent a maiore vſque ad minorem. 1. Corint. 13. Siue prophetię euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Et ita beatiſſimus apoſtolus Andreas de primis fuit qui miſit retia ſua in mare & cæpit homines: vt patet in legenda ſua, quòd magnã Græciæ partem ab idolatria ad fidem reuocauit.

Retis Apoſtolorũ gubernatio.

F

Prælatus. Prælatus tendere debet ad lucrũ animarum.

Secundò videndum eſt quomodò ſecuti ſunt, primò ambulantem, ſecundo vocantem, tertiò officia tribuentem. Primò ergo ſecuti ſunt dominum ambulantem iuxta mare, ideſt eccleſiam. Eſa 23. Erubeſce Sidon, ideſt ſynagoga ait mare, ideſt eccleſia. pſal. 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, ideſt in vnitatem eccleſiæ multitudinem populi. Gen. 1. Congregationes aquarum, ideſt populorum appellauit maria. Ideo perit pſal. 45. transferentur montes in cor maris, ideſt apoſtoli in amorem cordialem gentium. Iuxta autem mare cæpit dominus venari Petrum & Andream. Erãt enim aues aquaticæ in aquis victum quęrentes. Vnde dicit Auicenna lib. de animalibus; quod aquila quando vult rapere aliquam auem aquaticam per acumen ſui aſpectus in medio aere exiſtens, videt motus illius auis infra aquam, & dum aſcenderit ad ſuperficiem aquę ſtatim rapit ipſam. Sic dominus qui eſt aquila maris quando cæpit venari in mari huius ſeculi, vidit corda natantium in hoc mari, & motus ſingulorum, & ſic aues aſcendentes ſuper aquam mox rapuit, quando pauperes diuitias & delicias huius mundi relinquẽtes, Petrũ ſcilicet & Andreã ad ſe vocauit, pſal. 32. De cœlo reſpexit dominus, ideſt de homine aſſumpto vidit omnes filios hominũ, ideſt omnes pertinentes ad filium hominis ſecundum gloſ. Ibi conformiter ad dominum piſcari debent prælati: animas quidem nõ lucra tẽporalia, quæ non ſunt niſi muſcæ vel papiliones: in quibus multi prælati modo piſcantur iurgia, & plebiſcita pro terrenis ſectantes: animas ſuas & ſibi ſubditorum perdentes. Dicit enim Suetonius lib. de 12. Cęſaribus; quòd Auguſtus Cæſar prelium ſuſcipiendum negabat, niſi maioris emolumenti ſpes quædam oſtenderetur. Nam minima commoda, minimo ſectari debent diſcrimine. Similes (ait) tales ſunt aureo hamo piſcantibus, cuius hami abrupti damnum nulla captura compenſari poſſit. Sic qui in mari huius mundi lucra terrena venantur. Nam hamus aureus eſt anima rationalis, qui per amorẽ tẽporalium incuruatur ad ea. Iſte vero hamus abrumpitur, quando quis pro lucro temporali animam ſuam perdit, & lucrum temporale ad ſe animã totaliter trahit, vt ſit uir diuitiarum, & non ſint diuitiæ ipſius uiri et ſeruus Mãmonę, & non dominus. Iſtud enim damnum.

num nulla captura recompenſari poteſt. Mat. 16. Quid prodeſt homini ſi mundū vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur; Secundò ſecuti ſunt dominum vocantem ad ſe eos, quem continuo ſecuti ſunt. Primò ardenter, Canis enim nobilis natura talis eſt, quòd quando ſentit prædam ardenter eam proſequitur. Sic Petrus & Andreas ſentientes prædam ſuam, ſcilicet dominum Ieſum, ita ardenter ſecuti ſunt eum quod propter hoc ſe fecerunt crucifigi, & ita allecti ea fuerunt quod poſtea de nullo alio curauerunt. Sic Paulus poſtquam raptus eſt in paradiſum ita allectus eſt, quod poſtea de rebus huius ſeculi non curauit. Oneratus enim vel ligatus aut aliter occupatus, nō poteſt alium velociter ſequi. Sic oneratus fimo carnalitatis, ligatus ad aratrum cupiditatis, & occupatus negotiis honoris, non poteſt ſequi Chriſtum. Non ſic Petrus & Andreas, qui relictis retibus & naui ſecuti ſunt eum. Secundò ſecuti ſunt eum gaudenter ad modū boni canis, qui vadit cum magiſtro ſuo, & diſcurrens per campos ſępe redit ad eum, ita ut aliquando pro quinque leugis quas perambulat magiſter eius, quindecim faciat leugas hac illac diſcurrendo præ gaudio quod habet de ſequendo magiſtrum ſuum. Sic iſti ſancti apoſtoli ita gaudentes fuerunt ſequi dominum, ut nihil eſſet eis impoſſibile; adeo vt quòd ipſi domino vſum eſt oneroſum, & triſte, & doloroſum, ſcilicet crucem pati, hoc iſti anhelantes, & gaudentes ſuſcipiebant. Tertio ſecuti ſunt eum perſeueranter. Erant enim animalia ſancta quę non reuertebantur cū ambularent. Ezechiel 1. Nautæ dum ſunt in mari ſemper ſunt in motu & periculo. Ideo multum deſiderant attingere terram ſtabilem & eſſe in portu, nec ceſſant quouſque contigerint. Sic iſti in mari huius ſeculi non ceſſauerunt poſt Chriſtum currere, quouſque ad terram & portum glorię applicuerunt. Et nos ſimiliter a curſu bonorum operum ceſſare non debemus, quouſque portum ſalutis attingamus. iuxta documētum Senecę. In freto viximus, moriamur in portu. Sed multi aſſimilantur piratis, qui nunquam vellent terram attingere, ſcilicet ſemper in mari eſſe & viuere, vt tranſeuntes illic poſſent deprędari & occidere. Sic multi cęlum non curant, ſed ſemper deprædari & nocere cæteris, de quibus Pſal. 105. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem ſcilicet cælum. Iſti uero apoſtoli uſque in finem vitæ terram Chriſti deſiderabilem ſecuti ſunt, vſque quo eam perfectè poſſederunt poſiti in poſſeſſione eius per traditionem crucis in manibus eorum; ſicut per traditionem alicuius rei ſolidę quis ducitur in poſſeſſionem alicuius beneficij vel domi nij. Quarto ſecuti ſunt eum prudenter, ſiue ſapienter. Nam nō omni ſpiritui credentes, beato Ioanni Baptiſtę adhęſerunt, qui eis oſtendit Chriſtum dicens; Ecce Agnus Dei. Inde ſecundum Alexan. de Hal. in 4. parte graduale quod dicitur in miſſa, ſignificat uocationem iſtorum apoſtolorum quando ſecuti ſunt Chriſtum. Ideo cātatur immediatè poſt epiſtolam, quia poſt prædicationem Ioannis qui per epiſtolam ſignificatur, iſti diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtum. Prędicatio enim euangelij per Chriſtum ſecuta eſt prædicationē Ioannis. Sapienter enim inter cautes & ceſpites ambulandum eſt. Inde ſapienter Chriſtum inter mundi pericula ſecuti ſunt. Duplici enim pede gradimur, dextro videlicet & ſiniſtro. Dexter, charitas eſt & amor æternorum; ſiniſter, cupiditas & amor terrenorum. Primus pes nunquā illa queatur, quia uel nō eſt, vel liber eſt; quia 1. Corint. 13. Charitas non eſt ambitioſa, non quęrit quæ ſua ſunt. Ideo ſuper iſtum pedem ſicut & iſti beati apoſtoli debemus incedere. Nec timendum eſt de caſu, quia charitas omnia ſuffert, & nunquam excidit. Saltem ſi non poſſumus ſuſtinere laborem illum, ut vno tantum pede ambulemus ſicut illi ſancti viri, ſaltem pedem iſtum ſiniſtro præponamus. Secundum enim Phil. 2. de animalibus. Multa animalia præponunt pedem dextrum cum ambulant. Non minores ergo beſtijs, charitatē cupiditati, & amorem æternorum amori terrenorum præponamus. Pes autē ſiniſter facile capitur & illa-

G Andreas. Quomodo multipliciter ſecutus eſt dominum.

H Gradi. De duplici pede quo gradimur ſpiritualiter.

& illaqueatur. Pſal. 9. In laqueo iſto, quē abſconderunt ſcilicet dæmones: cōprehēſus eſt pes eorum. Cupiditas in excecat. Ideo qui cupiditati innititur, non poteſt videre laqueos vt eos declinet intantum excecatur, vt etiam laqueos quos alijs parat non videat. Ideo in tali caſu oportet vti aſtutia vulpina. Dicitur enim lib. de naturis rerum, de vulpe, quòd ſi capiatur in pedica pedem proprium abſcindit; & ſic liberatur. Sic eos oportet facere qui merito propter ſui doloſitatem vulpi comparātur, vt per confeſſionem & ſatisfactionem præſcindant pedem illum, vt euadere poſſint manus venatorum, conſilio ſaluatoris qui dicit Mat. 18. Si pes tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Melius eſt tibi ad vitam ingredi debilem &c. Quintò ſecuti ſunt eum audacter, quia Andreas lętus & gaudēs ibat ad crucem, & de longe videns ſalutabat eam. Nec mirum ſi ſalutabat eam; quia olim crux fuerat terra inuia & inaquoſa plena draconibus, beſtijs, & latronibus. Erat enim locus malefactorū. Nunc vero terra fæcūda eſt, quia canit eccleſia. Nulla ſylua talem profert fronde, flore, germine, ita vt locū ferarum fecerit dominus locum voluptuoſum & deſiderabilem, vt diceret beatus Andreas, Salue crux. Et quæ prius erat inaquoſa facta eſt irrigua, ita vt de latere domini in cruce efflueret ſanguis & aqua. Eſa. 35. Sciſſe ſunt in deſerto aquæ & torrentes in ſolitudine, & quę erat arida in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.

I Crux. Differentia crucis Chriſti, Petri, & Andreæ.

Differunt tamē crux Chriſti, Petri, & Andreæ ſecūdū tres diſpoſitiones ſitus crucis iuxta eccleſiæ repræſentationē. Nā paſſus eſt Chriſtus ſtans & erectos habēs oculos cōuerſos ad terrā. Quā diſpoſitionē & ſitū dat charitas, quia in hoc notat q ex ſua charitate pro nobis paſſus eſt, terreſtos aſpiciēs pro quibus patiebat. Petrus verò ſupinus crucifigit, leuans oculos ad cęlum. Quam diſpoſitionem dat obedientia. Diſcipulus oculum habet ad magiſtrū ancilla ad dñam. Pſal. 122. Sicut oculi ancillę manibus dñæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dñm. Sic ſubditi in cruce debent eſſe prælatis obediendo. Andreas vero iacens ſuper latus crucifigitur. Quam diſpoſitionem dat ſpes in patientia. Spes enim de cruce facit ſibi lectum & locum voluptatis. Lectus enim locus eſt quietis & ſoporis. Talis erat Iob. Iob. 34. Quis vt Iob qui bibit ſubſannationem ſicut aquam. Spes de cruce facit ſibi dormitorium. Vnde de pacis martyribus dicitur. Obdormiuit in domino. Sicut & ille qui dicebat. Pſal. 4. In pace in idipſum dormiam. Dormitorium ſibi faciūt de cruce quicunque crucē non portant in angaria, ſed in delectatione; ſicut & beatus Andreas, qui ad crucem veniebat gaudens, & ab ea deponi nolebat, donec obdormiret in domino.

K Andreas. De quinque officijs a Chriſto collatis Andreæ.

Tertiò ſecuti ſunt eum beneficia & officia conferentē. Cōtulit enim beato Andreæ quinq; officia. Primo fecit eum primicerium ſuum, quādo ipſum ante omnes apoſtolos vocauit. Petrus, Andreas, & Philippus tres erant apoſtoli de eadem patria, quos quaſi primitias ad ſe vocauit. Et quia illi tres erant agni, ideo ſicut agnus Chriſtus fuerunt in patibulo crucis immolati. Cęteri vero apoſtoli ſicut oues fuerunt morſibus luporum laniati. Ideo primo collegit agnos, deinde oues. Secundo fecit Andream nuntium ad vocandū Petrum. Tertio fecit eum conſiliarium ſuum, quando de turba ſatianda cum eo quaſi conſilium habuit. Philippus enim diffidebat, ſed Andreas cōfidēs miſericordiā Dei prouocabat dicēs. Eſt puer vnus hic &c. & adhuc prouocat, miraculis ſuper infirmos oſtēdens quāti ſit apud Deū meriti. Vnde Grego. Turonen. lib. de martyribus. ca. 30. Mummolus cum Theodeberti regis Francorum tempore ad Iuſtinianum imperatorem pergens Conſtantinopolim nauigio veheretur: ad vrbem Patras deuenit, & tunc calculoſus effectus, diuerſis doloribus arctatus febre pœnè conſumitur, & quaſi mors præſtolabatur. Quæruntur medici, munitur teſtamentum ſigillis. Cui tunc ciuitatis epiſcopus ait. Fruſtra quæris remediū alibi qui ā cęleſti medico, q ſine herbis morbos propria virtute depellat. Et cū quære-

Myraculum a ſepulchro Andreæ Propalatum.

rent nuntij quis ille medicus? Reſpondit epiſcopus quòd Andreas. Quo audito rogat infirmus ſe portari ad apoſtoli ſepulcrum. Cumque pauiméto proſtratus fideliter precaretur, circa medium noctis omnes qui aderant ſopor obtinuit. Statimque infirmus conatur vrinam eijcere, vocanſque vnum puerorum vaſculum poſtulat. Cumq; vrinam nititur eijcere, lapidẽ magnũ emiſit, qui tam validus fuit, vt cadens in ipſa quæ parata fuerat concha ſonum emiſit. Et tunc ablata febre & communi dolore naui reſtauratur incolumis. Hæc Grego. Quartò fecit eum portariũ ſuum. Nã quidam gentiles. Io. 12. volebãt videre Ieſum, & dixerunt Philippo, Et Philippus dixit Andreæ. Et iſti portarij nuntiauerunt in palatio regis, & ſic portam aperuerunt, vt gentiles intrarent ad Chriſtum, immo impedientes intrare prohibebat Andreas. Nam (ut ex eius legenda habetur) ſeptem dęmones in forma ſeptem canum dum Andreas in ciuitate Patras prædicaret, iuxta viam in ſepulcris quandoque habitantes, tranſeuntes lapidibus obruebant. Sed & nauigio venientes vt prædicationem beati Andreæ audirent, naufragia ipſis patiebantur. Quos vt abijceret, rogauerũt Andream ciues vrbis illius; qui protinus ad præceptum eius eiecti ſunt. Per quos canes intelligi poſſunt detractores. & per numerum ſeptenarium ſeptem detractionis ſpecies, quæ ſunt ſeptem capita draconis, de quo Apocal. 12. Prima eſt occulta mala publicare. Secunda audita mala cum augmento proferre. Tertia crimina falſa imponere. Quarta bona occulta negare. Quinta bona manifeſtè vituperare. Sexta bona in malum conuertere. Septima bona immiſcere malis, vel mala ſua alienis addere, vt cum ſe accuſa & defectus ſuos dicit detractor, vt de alijs malis quæ ſubiungit melius ei credatur, & vt ex compaſſione loqui videatur. Philip. 3. Videte canes, videte conciſionem. Quintò fecit eum commilitonem ſuum & aſſeſſorem in patibulo crucis, de quo ſatis ſuperius dictum eſt.

Dominica II. aduentus, Sermõ I. & in ordine decimo per thema.

A Aduentus. De duplici aduentu Christi.

Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis. Luc. 21. In præcedenti dominica mater eccleſia mẽtionem fecit de aduentu Chriſti in carnem, quomodo tunc venit cum manſuetudine & miſericordia, iuxta illud. Ecce rex tuus venit tibi mãſuetus. Hodie ſecundũ proponit quando venturus eſt ad iudicium cum terrore & iuſtitia. Vt qui noluerit obuiare veniẽti Chriſto propter eius beneficia, ſaltem vel terrore concutiatur. Hinc. 3. Ethicorum dicit Ariſto. quòd legiſlator maxime intendit ad pœnas & pręmia. Sũt enim nonnulli qui etiam propter beneficia nunquam ſed ſolo terrore ducuntur, quia terror fortius monet quàm præmium. Quemadmodum canis ſolo metu baculi abſterretur a cibo viſo ipſo baculo erecto. Et fur a furãdo ſolo cuſtodũ metu auertitur. Similiter nauigãtes videntes imminere tẽpeſtatem merces eijciũt. Sic tales ſarcinas peccatorũ deponunt, eis pędicata tempeſtate futuri iudicij, & demerſione in profundum abyſſi. Qui vero perfectiores ſunt mãdata Dei cõplent propter amorem Dei. Sicut boni filij propter amorem & reuerentiam patris, qui alliciuntur ex beneficijs eius. Sic aues nobiles ad carnem rubeam oſtenſam veniunt. Sic boni, carne Chriſti ſanguinolenta oſtenſa ex paſſione ſua, ad eũ citato curſu veniunt: Et hoc eſt quod dicit thema propoſitum. Erunt ſigna in ſole & luna. Signum in ſole iuſtitię magnũ apparuit in incarnatione. Apocal. 6. Sol factus eſt quaſi ſaccus niger. Sacco enim noſtræ humanitatis operuit lucem ſuæ diuinitatis. Sed ſigna in eo fuerunt maxima quinq; plagę eius: quaſi quinq; ciuitates refugii. Heb. 12. Acceſſiſti ad ſanguinem Chriſti melius loquentem quam Abel, qui clamabat vindictam, hic autem miſericordiam. Similiter in luna apparuit ſignum, quia ſequitur in loco allegato. Luna facta eſt tota ſicut ſanguis. Per lunã intelligit Maria, de qua canit eccleſia. Pulchra

Anagogica expoſitio Solis & Lunæ.

chra vt luna, quæ peccatores illuminat in nocte huius ſeculi. Sed conuerſa eſt in paſſione in ſanguinem, quando gladius paſſionis transfuerberauit animam eius.i. in dolorem & amaritudinem conuerſa eſt. Poſt quod ſignum apparuit in ea ſignũ dulcedinis & conſolationis, quando conſolabatur Neophitos, ideſt de nouo conuerſos ad fidem, vt vult Ignatius ſancti Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus in epiſtola ad eandem virginem, cuius conſolationem requirentes dicemus Aue.

B Iudicium Dei. De tribus gradibus ſignorum præcedentium vniuerſale iudicium.

Tres inueniuntur gradus ſignorum præcedentium Chriſti aduentum ad iudicium. Quędam ſunt propinqua iudicio & conſummationi ſeculi: quæ ſignabũt paucitatem annorum ante domini aduentũ, de quibus mane dicetur. Secunda erunt propinquiora, quæ ſignabunt paucitatem menſium, vt erit ſolis, lunę, & ſtellarum obſcuratio. Tertia erunt propinquiſſima, quæ ſignabunt paucitatem dierum, vel horarum, vel momentorum, vt erit ſignũ filij hominis in cęlo & horrenda tuba. Et de iſtis duobus conformiter ad euangeliũ erit ſermo pomeridianus.

C Iudicij. Octo ſigna remota iudicij.

Circa primum notãdum, ꝙ octo ſigna propinqua inuenientur pręcedere iudiciũ iuxta dicta Chriſti in euãgelio, & Pauli in epiſtolis. Primum erit diſceſſio. 2. Theſſal. 2. Niſi venerit diſceſſio primum &c. Quod tribus modis intelligi poteſt. Primo de diſceſſione a Romano imperio. Quod nunc luce clarius apparet, quia Romano imperatori nulli aut pauci obediũt, licet tempore apoſtoli maximè vigeret ipſum imperiũ. Quod primũ videtur defeciſſe, quando tẽpore Eraclij imperatoris fere tota orientalis eccleſia defecit ab eo. Secũdò poteſt intelligi de diſceſſione ab vnitate eccleſiæ, vel ab obedientia Romani pontificis. Et hoc iã factum eſt multoties, & adhuc tẽporibus noſtris. Tertiò poteſt intelligi de diſceſſione a fide catholica, non quidẽ vniuerſaliter, ſed in multis locis. Quod videmus iam factum in Aſia & in Aphrica, quæ iam defecerunt a Chriſto, Luc. 18. Quãdo filius hominis vẽturus eſt, putas ne inueniet fidẽ in terra? Quod poteſt exponi dupliciter. Vel de fide, ideſt credulitate ad Deũ. Et talis nũc negligentia prelatorum quaſi tota videtur in ſuperſtitionẽ & malam fidẽ conuerſa, & hoc inſinuantibus operibus malis populi. Per fumum camini cognoſcitur quis & quantus ignis in domo lateat. Sic per opera mala quæ exterius parent cognoſcitur infidelitas populi. Vel poteſt intelligi de fide, ideſt de fidelitate ad proximum. Et hoc nũc vbique apparet ita vt manifeſtè verificetur dictum ſaluatoris. Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum.

Secũdũ ſignum eſt bella maxima & ſeditiones. Inde dñs Marci. 13. Exurget gẽs contra gentẽ, ideſt familia contra familiã. Vt nunc apparet in proceſſibus & odijs quę vltra modũ multiplicantur, & magnitudine & multitudine propter cautelas aduocatorũ & procuratorum: ita vt Agareni nunc melius videantur uiuere quam Chriſtiani, qui talibus nõ ita vacãt ſicut Chriſtiani. Subtilitatibus enim & adinuẽtionibus ita deducũt pauperes, vt ad egeſtatẽ cito perueniãt. Eſa. 19. Væ vobis texentibus ſubtilia. Et ſequitur. Et regnum aduerſus regnum, ideſt prouincia contra prouinciam. Quando vna pars, & modica membrorum vexatur, tunc medici facile apponunt remedium. Sed quando per totum corpus intus & extra graſſatur infirmitas, ideſt quando familiæ ab intus pugnant, & ab intra vndique inimicitiæ manifeſtæ, vix talibus adhibetur remedium. Et licet hæc bella & ſeditionis a longis temporibus contigerint, non tamen ita radicata, nec ita grandia; aut ita ſuffulta terribilibus inſtrumentis, ſicut nunc adinuenit humana crudelitas. Quod apparet in tormentis & machinis, quæ ſolo auditu horrorem incutiunt, & naturam, quæ ſolebat eſſe conſeruatiua vitę, faciunt eſſe horrendiſſimum vitæ tortorem. Eo quòd ignis & cætera elemẽta quæ data ſunt, vel ad conſiſtentiã vitæ humanæ, vt terra & aqua, vel in conſeruationem, vt aer, & ignis, quorum alter ꝑ aſpirationẽ & reſpirationem conſeruat viuentem, alter diſponit cibos ad eius nutritionem, nunc ordinantur in horren-

D Bellum. De bellis & machinis bellicis.

dã, ſupra quàm dici poſſit naturæ deſtructionem, ita vt natura innaturalis eſſe videatur & denaturata. Præterea non ſolent augeri tormenta niſi augeantur delicta. Sed iſta torméta validiora ſunt nũc quàm prius, & de die in diem roborantur ad ex terminiũ vitæ humanæ: ita vt in his modo confidant reges & principes, non in robore aut conſilio proborum virorum, a quibus deberent dirigi. Sed videant hi, qui Deum non timent, ne ſicut lapis emiſſus ab iſtis tormentis quotquot inuenit confringit. Sic lapis ille angularis, quem reprobauerunt ædificantes, ſupra quem ceciderit nec cõfringat illum. pſal. 2. Tanquam uas figuli confringes eos. etiam quantecunque fuerint potentiæ. Non dico tamen quin poſſint ad tuitionem reipublicæ conſtrui huiuſmodi tormenta. Sed malũ eſt in talibus confidere, quia ſepe Deus aliter quã p ea operatur: quãuis aliter exiſtimẽt reges & principes.

E Tẽpeſtas. De triplici tempeſtate futura.

Tertium ſignum erit tempeſtas. Erunt enim tũc horrẽdę tempeſtates, tales, quales nõ fuerunt a principio. Marci. 13. Terroreſque de cœlo & ſigna magna erunt. Triplex autem ex ſcripturis inuenitur tẽpeſtas. Quædam tentationis quæ interior eſt, de qua Pſal. 80. Exaudiuit me in abſcondito tempeſtatis, ideſt in occulta tentatione diaboli. Iob. 36. Morietur in tempeſtate anima eorum, ideſt in tempeſtate conſcientiæ, de qua Pſal. 54. Eripe me domine a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. In fine. n. quando moritur homo, vel etiã dum viuit & tẽpeſtate cõſcientiæ agitatur, ita puſillanimis efficitr, vt qui ſolo verbo cõfeſſionis tẽpeſtatẽ illã abſorberet, etiã nec audet propter erubeſcẽtiã peccati mutire. Secunda eſt perſecutionis, de qua Eſa. 32. Erit vir ſicut qui ſe abſcondit a vento, & celat ſe corã tempeſtate. Talis erit iſta perſecutio tempore Antichriſti, quãdo iuſti erunt inter malleum & incudem. i. inter iniquos flagellãtes, & Deum probantem, quę erit tãta vt ſi poſſibile ſit moueãtur electi. Quid ergo dicendum de motu impiorum, nulli dubiũ quin cedent Antichriſto. Prouer. 10. Quaſi tẽpeſtas trãſiens non erit impius, iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. Et hęc perſecutio erit exterior. Tertia vero tempeſtas erit in die iudicij, quæ erit exterior & interior, quando impij a vento qui exibit ab ore iudicis tãquã puluis projicient a facie terrę in infernum. Et tunc illo vento mouendi erunt cęli & terra. Naum. 3. Dñs in tempeſtate veniet, & in turbine vię eius.

F Terræmotus. De natura terræmotus.

Quartum ſignum, erunt terræmotus magni per loca. Sicut tempore noſtro vidimus apud Auernos frequentes terremotus accidiſſe, etiam vt magnæ eccleſiæ ſubito ruerent & aliæ a fundamentis mouerentur. Tunc autem erunt tam horrendi terræmotus, vt etiam peccatores a cęlo tempeſtatibus, & a terręmotibus agitati, ſe videbunt indignos qui cęlum aut terrã inhabitent. Terręmotus autem (vt vult Ariſto. 2. Meteorum) cauſatur ex incluſione ventorum infra viſcera terrę, qui petentes exitum & interius cõmoti, & nõ inuenientes, terram cõmouent. Ideo dicunt naturales, quòd qñ eſt terræmotus ferè nullus ad extra ſentitur ventus, quia tunc omnes incluſi ſunt infra terram. Sicut autem Deus producit ventos humilitatis de theſauris ſuis, qui venti incluſi infra terrã cordis humani, mouẽt ipſius cordis terrã ad pęnitentiã, ſicut in die Pentecoſtes ſpiritus incluſus in cordibus deicidarum i. qui occiderunt Chriſtum, mouit eos ad cõpunctionem & pęnitentiã. Sic p oppoſitum diabolus ventos ſupbiæ producit de theſauris ſuis, qui incluſi in terra cordium ſuperborum cõmouent terrã bellis, ſeditionibus, iurgijs, & proceſſibus. Et niſi his ventis mouerentr alti & ſuperbi in ſeculo, nõ fieret iſte terræmotus. Iob. 27. Tollet eos ventus vrens.

Quintum ſignum erunt peſtilentiæ grandes, quales non fuerunt a principio tam ex corruptione terræ propter abundantiam peccatorum, iuxta illud pſal. 15. ſecundum aliã literam. Infecta eſt terra in ſanguinibus .i. in peccatis: & cõtaminata eſt in operibus eorũ, quàm etiã ex corruptione aeris. Tunc. n. angelus ſeptimus .i. vltimus effundet phialã irę Dei in aerẽ, & Babylon .i. ciuitas malorũ tũc bibet de ira indignationis Dei. Apoc. 13. Nec ſolum

Iā tunc in corporibus vigebit peſtilentia, ſed etiam in animabus, quando ſedebunt in cathedra peſtilentiæ, qui ſuo exemplo alios peccare docebunt. Eſt.n. peſtilentia infirmitas contagioſa, quę in ſcripturis ſignat malum exemplū, malam doctrinā, & malum iudicium. Ideo tunc in cathedra peſtilentię ſedebunt & modo ſedent mali prælati in magno numero, mali doctores, & mali iudices, de qbus Michęe 3. Principes eius in muneribus iudicabāt, ecce malos iudices. Et ſacerdotes eius in mercede docebāt, in mercede ſcilicet iniquitatis, ecce mali prælati. Et Prophetæ eius.i. doctores in pecunia diuinabāt, hoc nunc communiter fit: & quaſi iure hæreditario habere ſe dn̄t noſtri reges & principes, vt in cathedra Chriſti ſedere faciāt ſtultos, marmouſetos, ſimias, & viros omnino ignaros & diabolicos filios Belial, neſcientes dominum, neque officium ſacerdotum ad populum. j. Reg. 2. Faciētes de cathedra Chriſti, cathedram Antichriſti, & de cathedra ſapientiæ cathedrā peſtilentiæ. Nō audebat beatus Petrus Alexandrinus martyr (vt habetur ex legēda ſua) ſtare in cathedra Chriſti, quæ eſt prę latorum propter nimiam influentiam de excelſis, ita ꝙ lumē internum ſuper eum deſcendēs vix ferre poterat. Iſti vero præſumunt ambulare in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Et hoc ideo quia cathedram quæ deberet eſſe Chriſti ſuper quatuor malos pedes collocāt. Quorum primus malitia, ſecundus contemptus Dei, tertius irreuerētia, quartus aſtutia & malum ingeniū. Propter primū ſcilicet malitiā malū amant, & ſaporē accipiūt in malo quod faciūt: quod tn̄ ſciūt eſſe malum inſtar diaboli q ex malitia operatur. Sed ibi non ſtant, quia poſtmodū ad contemptū Dei accedunt, quia timēt ſi illi aliter facerent ꝙ fauorē principum nō hn̄t, qui communiter diligūt bonos gaudiſſores, iocūdos ſocios, adulatores, hiſtriones. Ideo oportet ꝙ in Dei contemptum aſſimilentur eis. Aliter iacturam paterentur in ſuo ſtatu, vel honore, vel fauore, vel in ſuis parentibus & notis qui exaltantur in ſeculo. Sed quia poſſent deſinere facere illud malum propter pudorem mūdanū, ſuperuenit irreuerentia quando nec Deū timent, nec homines, & exinde procedit aſtutia & malum ingenium ad abutendū dignitate eccleſiaſtica ad aīarū ſibi ſubiectarum perditionem. Quo quidem nunc cōmuniter abuti videmus vbique. Quod ideo dicimus, vt qui ſe ſentiunt ſcabioſos ſibijpſis medeantur. Sed & principes quæ ſibi vſurpant illam poteſtatē faciendi de cathedra Chriſti cathedram diaboli, theſaurizant ſibi iram Dei non ſolum in futuro, ſed etiā in præſenti. Pſ. 82. Oēs principes qui dixerūt hęreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam. Ecce primam plagam iræ Dei ſuper eos, quia ſicut rota eſt inſtabilis, ſed ſemper volubilis, ſic regnum eorum inſtabile erit bellis & ſeditionibus agitatū: & cōſequenter ab eis diuino iudicio ablatū. Secunda plaga ſubditur cū dicitur. Et ſicut ſtipulā ante faciē venti, quia ſicut vētus eā tollit in altū, nec amplius apparet aut ſupereſt aliquid de illa ſtipula, ſic tales a facie vēti iræ Dei ſic agitātur, ꝙ poſt eos nihil prolis aut ſobolis remanet. Prima plaga inficiuntur Angli, qui non obſtante martyrio beati Thomę, qui pro eccleſiæ libertate obijt, nihilominus de eccleſia omnimode diſponunt; ideo nunq̄ à tempore illo vel vix tertius hęres gauiſus eſt quin fuerit turpiter vel eiectus, vel occiſus. Secunda plaga afficit nos, qui quia ei in malis prælatis auferrimus prolē, & filios in Chriſto Ieſu: ideo iuſtè priuamur prole. Tertia plaga quæ eos afficit eſt ſicut ignis qui comburit ſyluam. Sylua regnū eſt minor populus, quia ſicut ſylua inhabitatur lignis, & inter ipſa ligna inueniuntur feræ quæ venantur & lacerantur à venatoribus: ſic regnum inhabitatur à minori populo, in medio cuius inueniūtur feræ: id eſt maliuoli, vt fures & homicidę, quos in hac ſylua perſequitur iuſtitia ciuilis. Talis autem ſylua comburitur à principibus quando exactionibus magnis ſpoliatur. Quarta plaga ſubditur. Et ſicut flamma comburens montes, id eſt principales eccleſię & perfectos, ita vt in ea nihil perfectionis inueniatur;

G Peſtilentia. Quomodo in cathedra peſtilentiæ ſedēt tria hominū genera.

H Peſtilentia. Qūo cathedra peſtilentiæ ſup quatuor pedes collocatur.

I Peſtilentia. Prīceps. Qūo principes de cathedra ſapientiæ faciūt cathedram peſtilentiæ.

tur. Hi ſunt montes qui ſuſcipiunt primo lumen ſolis, vt poſtea deſcendat ad ualles de quibus pſal. 71. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Hos mõtes procul abiicit tyrannus vi & violentia introducens ignaros, de quibus pſal. 73. Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum, in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. Ianuæ enim per quas intratur in paradiſum ſunt ſancti doctores zelantes animas, de quibus Pſal. 86. Poſtquam locutus eſt de fundamentis eccleſiæ in montibus ſanctis, id eſt in ſanctis viris: ſubdit. Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob, id eſt doctores qui faciunt intrare populũ in eccleſiã Dei & in paradiſum. Sed modo in ſecuri & aſcia, id eſt vi & uiolentia deiiciuntur a cathedra Chriſti, in qua reponuntur pro eis viri ignari ſcientię Chriſti, qui (ſicut dicit ſaluator Mat. 23.) nec intrãt, nec alios ſinũt intrare volẽtes, malo exẽplo & mala doctrina. Nũc (proh dolor) luna regit & illuminat ſolem, poteſtas ſecularis eccleſiaſticam, & cęlum eſt deorſum & terra ſurſum.

K — *Fames De multiplici fame, quæ erit in fine ſeculi.*

Sextum ſignum remotum erit fames. Multiplex autem fames inuenitur. Quędam corporalis cibi: & hæc erit valde perniciosa circa finẽ ſeculi. Et hoc ideo, quia tunc refrigeſcet charitas multorum, id eſt diuitum, qui ſunt de multitudine dãnatorum, iuxta illud Pſ. 54. Inter multos erant mecum. Hi tunc taliter ſibi reſeruabunt diuitias, quod pauperibus non erogabunt, cum tamen tempus famis elegerit Deus ad diuitum probationem, ita quod tẽpus quod malum eſt pauperibus, bonũ eſt diuitibus, ſi eo ſciãt uti, quibus, dr̃ Eccl. 14. c. Non te prætereat particula diei bona. Alioquin erit quod dicitur Thren. 1. Vocauit aduerſum me tempus, vt conterat electos meos, id eſt diuites & clericos, qui abſcondunt frumentum in fame. Inſanus reputaretur qui frumentum abſconderet cum ſeminare deberet. Prouer. 11. Maledictus qui abſcondit frumenta in populis, nec vnquam tam bene uenditur, ſicut quando in illo frumento meretur vitam ęternam. Sed cogimus dominum, vt ſit nobis talis, quales ei ſumus. Nolumus ei dare in paupere, propter quod a nobis retrahit manum ſuam, ut oſtendat quoniam ſi ſecundum merita noſtra nobiſcũ ageret, omnia a nobis bona ſubtraheret. Ait enim Malach. 1. De manu ueſtra factum eſt hoc. Et ibidẽ 3. Inferte decimã in horreum meum. Quid horreum domini, niſi venter pauperum? & probate me ſuper hoc ſi non aperuero vobis cataractas cęli, & effundam uobis benedictionem ad abundantiam. Secundo inuenitur fames auaritiæ & cupiditatis, quæ tunc tanta erit vt conſurgant filij in parentes & econtrario, & fratres in fratres, & hoc refrigeſcente charitate propter abundantiam iniquitatis, id eſt inæqualitatis ſubſtantiæ. Si enim tunc erit inſatiabilis oculus cupidi, quid de manuũ & aliorum membrorum inſatiabilitate dicemus? Tertiò inuenietur tunc fames audiendi uerbum Dei, quę erit in ſolis electis quærentibus animę ſuæ paſtum. Sed tunc in deſtructione mundi implebit q̃d in deſtructione Hieruſalẽ, illud Threnorum 4. Paruuli, id eſt humiles electi petierunt panem, & erat qui frangeret eis.

L — *Miracula. Miracula, quæ nunc fiũt ſunt argumenta ſophiſtica contra fidem.*

Septimum ſignum erit inſurrectio Pſeudo prophetarum & Pſeudo Chriſti, qui falſam doctrinã ſeminabunt in falſis ſignis, prodigiis, & oſtẽtis, ita ut ſi poſſibile ſit moueãtur electi. Propter q̃d modo in nouiſſimis temporibus multum debent vigilare prelati ſuper gregem ſuum, ne noui miraculis & falſis doctrinis ſeducãt. Facilè n. ſeducit plebs. Hęc aũt ſigna falſa ſunt argumẽta ſophiſtica cõtra fidẽ, quia ſicut iſtis falſis credit facile, ita dicetur a principio eccleſię fuiſſet ſigna falſa, & pręſentibus ſimilia, quibus facilè fidem adhibuit populus. Propterea huiuſmodi venient ad dominum in die iudicii dicentes Domine in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus. Quibus reſpõdebit. Amen dico uobis, neſcio uos. Diſcedite a me operarii iniquitatis. Mat. 7. Super quo Grego. 2. moral. Hac ſententia datur intelligi quod in hominibus charitas & humilitas, non autem debeant virtutũ ſigna uenerari. Hinc Auguſt.

guſt.lib.83.q.Intelligimus quędā miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſancti facere non poſſunt. Qui nō ideo potioris loci apud Deum arbitrandi ſunt. Non enim acceptiores erant apud Deum magi Pharaonis, quàm populus Iſrael,quia non poterat facere populus ille quod illi faciebant.Nec enim ſine iuſta ratione eſt quòd non datur hæc poteſtas bonis ſicut malis. Cuius rationem ſubdit.Ideo enim non omnibus ſanctis iſta tribuuntur,ne pernicioſiſſimo errore decipiantur infirmi,exiſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona,quàm in operibus iuſtitiæ quibus æterna uita comparatur.Propterea dominus a talibus prohibet gaudere diſcipulos dicens. Nolite in hoc gaudere quod ſpiritus ſubiiciuntur uobis, ſed gaudete quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis. Lucæ 10.

II Antichriſtus. De apparitione Antichriſti. Octauum ſignum eſt apparitio Antichriſti, quem licet dicant aliqui iā adueniſſe,ſcilicet ipſum Mahumetum ſpurciſſimum ſuem quod probabile uidetur.Tamen ut dicitur. 1.Io.2.Multi erunt Antichriſti. Tunc enim erit tanta poteſtas, vt nullus valeat prædicare verbum Dei, obſtantibus tranſlationibus, & libris inutilibus qui tūc in memoria recitabūtur. Inde Eccl. vlti.c.Memento creatoris tui antequam obtenebreſcat ſol, idest ſacerdotium,& luna, ideſt regnum,& lumen legis.Quod tunc fraudibus,ſicut nunc uidemus,obtenebreſcet,& ſtellæ,ideſt doctores;vt dicit Gul.Pariſ.antequam prędicatores omnino deficiant, q rememoratio nē creatoris faciant,q a deficiētibus pdicatorib' deficiet omnino memoria Dei. Pro uer.29.Cum defecerit prophetia diſſipabitur populus.Et ſequitur.Et tenebreſcēt videntes per foramina,ideſt doctores qui non plena luce,neque totaliter ueritatem prædicabunt, ſed quaſi per foramina.1. Cor.13.Ex parte enim cognoſcimus: & ex parte prophetamus. Tunc enim deficiet ſententia doctorum. Eſa.50. Induā celos tenebris.Et eiuſdem.29.Peribit ſapientia a ſapientibus,& intellectus prudentium abſcondetur. Vnde ſecundum abbatem Ioachim, in his dieb' ſunt homines ſapientes in notitia literæ ad quærendum notitiam ſpiritualem eius.Nunc enim aperta ſunt horrea eloquiorū Dei. Nunc ſunt ſeptem anni vberes,quos prædixit Ioſeph,in quibus adhuc licet prædicare verbum Dei, & recondere triticum in cordibus electorum: donec ſuperueniat fames illa valida Antichriſti, in qua non licebit terere,aut colligere meſſem. Sed hoc tantum erit in cibum, quod dabit pro uelle ſuo ſpiritus Dei viui loquēs & aperiens ora mutorum, vt proferant de horreis cordium piorum cibum domeſticis domus ſuæ.Scriptum quippe eſt de doctoribus illius temporis. Docti in populo docebunt plurimos.Et paulo poſt ſubdit. Quemadmodum perſequente Saule fugit Dauid in Geth ad gentes, & perſequentibus Iudęis apoſtoli ad gentiles trāſierunt. Sic tranſituri ſunt ad infideles prædicaturi verbum ſalutis, quia falſi Chriſtiani uiros ſpirituales perſequentur & indignos ſe iudicabunt regno Dei. Hæc abbas Ioachim. *Prædicatoris deniquè ad infideles ſe tranſferent.*

Sermo II. dominicæ ſecundæ aduentus pomeridianus, per thema ſupradictum, & in ordine XI.

A Aduentus. De differentia inter primū & ſecundum aduentum. LAta eſt differentia inter primū & ſecundum Chriſti aduentum,quia in primo aduentu deſcendit cum omni dulcedine ſine ſtrepitu, cum humilitate & manſuetudine.Zach.9.Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus.Ideo pauci cognouerunt eum.Io.1.In propria venit,& ſui eum nō cognouerunt,Eſaię.1.Cognouit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui:populus autem meus non cognouit iudicium domini,ideſt iudicium quod fecit pater de filio pro nobis. Iudęi autem & mundo dediti ſeculares homines paupertatem fugiebant, & diuitias appetebant: honorabant potentes & pauperes abiiciebant. Dominus autem venit in paupertate & humilitate, non quærens gloriam ſuam, ſed gloriā patris; ideo deſpexerunt

ſpexerunt eum nolentes recipere. Alius autem veniet in nomine ſuo in pompa & ſuperbia quem recipient. Et hic modus etiam uſque nunc obſeruatur, quia pauperes abijciuntur & diuites audiuntur & introducuntur. In ſecundo vero aduentu cum furore, grandine, tempeſtate, poteſtate, & maieſtate magna veniet. Pſal. 49. Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit. In primo pauci cognouerunt eum. In ſecundo (ut dicitur Eſa. 40.) videbit omnis caro pariter quòd os domini locutum eſt, pœnas. ſ. & prçmia. In primo facies hominis, in ſecũdo facies leonis. Vtinam ergo nunc faciem eius videamus, principaliter nunc ipſum terribilem, ut poſtea pacatum videre poſſimus.

Secunda differentia eſt, quia in primo deſcendit ad extinguendum ignem & incendium concupiſcentię & peccati. Tantus enim fuerat ardor peccati, vt primo immiſerit dominus ad eius extinctionem inundationem diluuij. Secundo pluuiam prædicationis prophetarum. Pſalm. 17. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Grego. Obſcura ſcientia in prophetis. Tertio ipſemet deſcendit ſicut pluuia in vellus in nocte natiuitatis eius, qua nocte hac pluuia extincti ſunt omnes Sodomitę. Quarto aquam & ſanguinem de fontibus ſui corporis. Vnde Ioannem & Iacobum nolentes inſultare Samaritanis, quia noluerant Chriſtum recipere, durè reprehendit Luc. 9. dicens. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. In ſecundo veniet, vt accendat ignem ad comburendum peccatores. Dan. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Et ſequitur. Fluuius igneus. rapiduſque egrediebatur a facie eius. Venit enim primo ſicut pluuia, vt germinet terra noſtræ paupertatis illa pluuia irrigata. Tunc autem ſicut grãdo ad ſterilitatem ad diſſipãdos malos. Pſal. 17. Altiſſimus dedit uocem ſuam: grando & carbones ignis.

Tertia differentia, quia in primo venit miſericordiam exercere, in ſecundo requirere ueritatem in iudicio. Pſal. 24. Vniuerſæ viæ domini miſericordia & ueritas. Gloſ. magiſtri ſent. In primo aduentu viam miſericordiæ tenuit: in ſecundo ueritatem requiret. Vbi ergo tunc erit inſipiens, qui dixit in corde ſuo ueritatem non requiret? Eſt enim Chriſtus ſicut apis habens mel in ore, ſcilicet in primo aduentu & aculeum in ſecundo.

Quarta differentia eſt ex parte nuntiorum vtriuſque aduentus. Nam ante primum aduentum miſit nuntios prophetas cum literis & interſignijs, ſcilicet ſcripturarum, teſtimonijs, & figuris: & tamẽ populus Iſrael non cognouit eum. Eſa. 42. Et quis cæcus niſi ſeruus meus? & quis ſurdus niſi ad quẽ miſi nũtios meos? In ſecundo veniet cum horrendis ſignis, tuba ſcilicet præcedente, & horribiliter ſonante. Si ergo non poſſis excitari a peccato ad manſuetudinem & humilitatem, Chriſti, ſi nec ad miſericordiam & pietatem, ſi non ad doctrinam, ſaltem furor eius, tempeſtas, fulgur, ignis, terror, iudicium, tuba, & horrendum tonitruum te excitare debent. Sicut enim ſonus lyræ, vel muſica melodia non mouent equum, aut aſinum nõ demulcent, ſed excitantur ad curſum uehementi ſono tubæ. Sic mul ti temporibus noſtris facti ſicut mulus & equus, quibus non eſt intellectus, adeo abſorpti ſunt delicijs & ĩ peccato obſtinati, quod propter ſuauitatem deliciarum ſpiritualium, & ſuauitatem dulcedinis Ieſu, ad bona opera non mouentur. Ideo vt excitentur neceſſaria eſt vox terroris, & tonitrui iudiciorum Dei in auribus eorũ. Iob. 15. Sonitus terroris ſemper in auribus impij, annuntiando finem illius quod deſiderat, iuxta illud Ezechiel. 7. Venit finis, uenit ſcilicet omnium deſiderabiliũ eius. Si autem iſta te non excitent, credo quod dormies in ſempiternum. Inde Hierõ. dicebat quod ſiue dormiret, ſiue vigilaret, ſemper uidebatur ſibi illa tuba ſonare in auribus ſuis. Ne igitur iudicium incurramus, miſericordiam Dei quęramus in tempore opportuno, quod fiet meritis Mariæ, cui dicemus Aue.

Signa Iudiciũ præcedentia.

Iudicium Dei.

Quare iudiciũ præcedent ſigna.

NOta quod ita eſt de iudicijs Dei, ſicut de tonitruo. Quando enim fiunt coruſcationes, & magni tonitrui ſonitus, tunc ſequitur fractio arborum, vſtio, & fœtor.

ſtor. Coruſcatio tamen ſecundum magis, vel minus, oſtendit proximitatem ictus & periculi. Propter quam cauſam præcedent iudicium Dei coruſcationes, id eſt ſigna iudicij, de quibus Eccl.32. Ante grandinem præibit coruſcatio. Pſal.69. Alluxerunt fulgura orbi terræ, vidit & commota eſt terra Poſt ſignorum iſtorũ coruſcationem ſequitur illud tonitruum. Ite maledicti &c. Hoc fulgure frangentur magnæ arbores ſuperborum, ardore cremabitur auaritia, fætore cruciabitur luxuria, ideo timenda ſunt iſta. Pſal.75. Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi? Auditum feciſti iudicium, terra tremuit, & quieuit ſcilicet ab iniquitate. Ideo eccleſia pro filijs ſuis timens de ictu tonitrui huius, præmittit ſignorum coruſcationẽ vt ſibi caueant, dicens illud euangelicũ. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis.

Mane diximus de ſignis remotis a iudicio, nunc autem de ſignis propinquis, & ſecundo de ſignis propinquioribus.

C Iudicium Dei. Propter quinque iſta ſigna præcedunt iudicium.

Circa primum quæruntur tria. Primò vtrum ante iudicium debeant aliqua ſigna iudicij apparere? Et videtur quod non, quia ſigna ad manifeſtationem alicuius ordinantur: Sed aduentus Chriſti ad iudicium debet eſſe occultus. Iuxta illud. 1. Theſſal. 5. Dies domini ſicut fur in nocte ita veniet, igitur. Reſpondetur primò, quod conueniens eſt propter quinque hæc ſigna præcedere iudicium. Primo ut terreantur mali, vt qui Deum non diligunt, ſaltem offenſum timeant; & qui beneficijs non plectuntur, ſaltem timore concutiantur. Pſal.64. Timebunt gentes qui habitant terminos a ſignis tuis, vel termi nos vitæ, vel terminos mundi, ita quod ſi renuant conuerti nullam habeant excuſationem. Propterea quibuſdam malis ſola vexatio dabit intellectum. Eſaiæ.28. Et timore compulſi reuertentur ad dominum. Sicut habetur in Pſal.77. Cum occideret eos quærebant eum & reuertebantur &c. Secũdò apparebũt ut futurũ malũ nuntiẽt. Grego. Multa debẽt mala præcedere, vt malũ ſine fine ualeant nuntiare: & ſic præmunient incautos. Mala enim quæ ex improuiſo & ſubito accidũt, magis imparatos perturbant & confundunt Pſal.59. Dediſti metuentibus te ſignificationẽ, vt fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui. Et in hoc dominus iuſtitiã ſuã tẽperat miſericordia. Nũquã enim noluit magnam exercere ultionem quin ſe miſericordẽ oſtẽderet. Nã legitur Deus quatuor magnas feciſſe punitiones ſcilicet diluuium, ſubuerſionem Pentapolis, Pharaonis & exercitus eius ſubmerſionem, & ſubuerſionem Hieruſalem: ſed in his omnibus uſus eſt miſericordia præmittendo ſigna magna furoris ſui. Moriturus enim pater, filijs minus cautis prædicit futura mala. Sic nobis, & diſcipulis ſuis moriturus iſta prædixit. Tertia cauſa eſt conſoletur iuſtos in tribulationibus quas in præſenti ſuſtinent: quæ quaſi nullę ſunt reſpectu earũ quę venturæ ſunt: quãdo areſcent homines prę timore. Iob. 40. Memento belli, & ultra non adijcias loqui, id eſt ut de præſenti flagello non murmures: cogita quantæ futuræ ſunt in fine mundi tribulationes. Nec mirari oportet, quia homini ad ſenectutem deuenienti multa ſunt incommoda: nunc laborat gutta, nunc lapidicinis, nunc dolore capitis, nunc defectu ſenſuum. Sic erit in fine mundi & ſenectute eius. Quartò ut ſe oſtendant omnes creaturæ paratas ad vlciſcendum creatorem de inimicis eius. Vt enim dicit Greg. Quia in multis delinquimus; in multis ferimur. Omnia enim quæ ad uſum uitæ accepimus, ad uſum vertimus culpę. Sicut enim rege mouente exercitum cõtra inimicos ſuos, totum fremit regnum, uolens in hoc regi cõplacere. Sic cõformiter ad iram iudicis tota creaturarum uniuerſitas armabitur. Eſa. 24. Erubeſcet luna, & confundetur ſol videre ſcilicet tantam malorum multitudinem quæ tunc uigebit. Quinto vt perfecti uiri qui mortem habent in deſiderio, & vitam in patientia, qui deſiderant diſſolui & eſſe cũ Chriſto, qui mundi deſtructionẽ nõ metuũt, quia mũdũ nõ diligũt de aduentu iudicis quẽ deſiderant, inter aduerſa gaudeant. Sicut enim antiqui patres ſub lege deſiderabant primum aduentũ, ita ſancti viri in tẽpore gratiæ ſecun-

turũdum cõſiderãtes quanta dedit in primo, & quam maiora iuxta infallibilia promiſſa ſua daturus eſt in ſecundo. Dico ſecundò quòd dominus nõ eſt de nocte venturus ad iudicium, ſed in luce clariſſima ſicut aſcẽdit. Sed iõ dicit venire ſicut fur in nocte, quia ignorat tẽpus determinatũ, quia per huiuſmodi ſigna cognoſci non poterit.

D *Iudicium Dei. Quo ſol & luna obſcurabuntur.* Secundò quæritur vtrum ſol & luna obſcurabuntur? Et videtur quòd non, quia lux eſt qualitas ſolis naturalis. Sed in aduẽtu iudicis corpora cæleſtia ſua naturali non priuabuntur qualitate; immo vt videtur ampliori claritate dotabuntur, iuxta illud Eſa. 30. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptem pliciter: ergo non obſcurabuntur. Reſpondetur primo, quòd ſol & luna obſcurabuntur: quod poteſt intelligi quadrupliciter. Primo ad literam quòd ſol realiter obſcurabitur per retractionem radiorum eius & non ſicut modo fit in eclipſi. Et ita luna quæ recipit lumen a ſole non dabit lumen ſuum. Et differet hęc eclipſis ab alijs in tribus. Primo cum aliæ ſint particulares, & ſup aliquam plagã terrę tantum; hæc erit vniuerſalis vniuerſalia mala futura repræſentans. Secundò quia diu durabit, aliæ vero parũ. Tertiò quia non fiet per lunæ interpoſitionem vt ſolite eclipſes. Si enim fieret ſicut modernæ, non eſſet hæc eclipſis ponẽda inter hæc ſigna. Tam ſeuera enim erit iudicis ſententia & vindicta, vt eã ſol reſpicere nõ audeat. Aug. Merorẽ diei iudicij & tormenta percũtium neque ſol, neque aſtra reſpicere poterunt, ſed velut in paſſione ſplendorem ſuum retrahẽt. Quomodo ergo miſer peccator ſuſtinere poteris tuum iudicium & damnationem, opprobrium & confuſionẽ, & cõuitia quę tibi a Chriſto dicentur, quãdo cęleſtia lumina ex horrore concutientur: ut patuit de illo in vitis patrum, qui raptus ad iudicium comitia matris ſuæ iam defunctæ ſuſtinere nõ potuit. Secũdo ad ſenſũ allegoricũ intelligitur ſecũdũ Richar. 4. ſen. diſt. 48. & ſecundũ expoſitionẽ Bedę. quòd ſol obſcurabitur quo ad maioris lucis ſuperuentionẽ, ſcilicet Chriſti, & corporum glorioſorum, quia maius lumen obfuſcat minus. Et tunc ſicut ſole oriente non apparent ſtellę, nec lux candelæ de die, ſic nec aduenientc claritate corporis Chriſti, & ſic dicendũ eſt de luna. Sol tamen qui ante iudiciũ perdet lumẽ ſuũ, in aduentu iudicis ipſum recuperabit. Tertiò ad ſenſum moralem, per ſolem intelliguntur eccleſiæ prælati obſcurati in vita per cupiditatem, de quibus Apoca 6. Terræmotus factus eſt magnus, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus. Nam prælati qui inſtar ſolis deberent illuminare, inflammare, fæcundare, & purgare ſubditos per ſui continuam influentiã, peruertent notabiliter ſtatum ſuum, nec influent aliquid in ſubditos, ſed inſtar ſacci retinebunt & includent ſua cupiditate illa de quibus deberẽt pauperes recreari. Et tunc fiet terræmotus magnus, quia glęba terrę, aurum ſcilicet & argentum intantum tranſmutabit, quòd trãſibit in affectus prelatorum, ita quòd affectus eorũ erit ſaccus eius, pſal. 73. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt terrę, ſcilicet prelati obſcurati. Vel per ſolem obtenebratum ſecundum Chryſ. in quadam homilia intelligitur quòd notitia Chriſti ſilebit. Sicut. n. tẽpeſtas ſuſcitat nubila quæ operiunt ſolẽ, ſic impiorũ perſecutio ſuſcitabit trãſgreſſionẽ peccatorum, & malã doctrinã & prędicationis obſtaculum; & tũc Chriſti doctrina obſcura erit & rara. Per lunam verò intelligitur eccleſia quæ erit obſcura, vel non dabit lumen ſuum propter tria. *Eccleſia eſt luna.* Primò propter carentiam miraculorum, quæ tunc non fient. Secundò propter carentiã doctrinæ. 2. Theſſa. 4. In nouiſſimis diebus diſcedent quidã a fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinę dæmoniorũ in hypocriſi loquentium. Vnde Chry. Sicut homo circa finẽ multas patitur phantaſias, ſic mundus in exitu multos patietur errores. Tertiò propter defectum charitatis. 2. Tim. 3. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, id eſt propriam vtilitatem & non fraternam charitatem, quia Mat. 24. Tunc abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorũ. Quartò ad ſenſum anagogicum poteſt intelligi, *E Iudicium Dei. Quomo.*

do ſigna erũt in ſole, non ſol in ſignis.

intelligi, ꝙ Chriſto veniente ad iudicium erunt ſigna in ſole: ſigna ſcilicet paſſionis ſuæ, quæ demonſtrabit tam bonis ad gloriam, quàm malis ad damnationem. Erũt etiam ſigna furoris in eo, quia tunc obſcurabitur reprobis lumen gratiæ & conſolationis, quód tunc auferetur ab eis. Naturale quippe eſt ſecundum aſtrologos, ſolem eſſe in ſignis, ſed inſolitum eſt & ſtupendũ, ſigna eſſe in ſole, maius .ſ. in minori, quia tunc incuruabit altitudo & humiliabit ſublimitas virorũ. Eſa. 2. Primò ergo erit ſignũ arietis in ſole, qñ clementiã ſuã quã nũc oſtendit cõmutabit in furorem. Dñr. n. naturales ꝙ aries ꝑ vnã anni medietatẽ dormit ſuꝑ vnum latus, & per aliã ſuꝑ aliud. Sic Chriſtus vſq; in diẽ iudicij ſuꝑ latus dextrum ſuę miæ iacuit; ſed tunc vertet ſe ſuper latus ſiniſtrũ ſuę iuſtitiæ peccatores in ſiniſtra collocãdo, Dan. 8. Vidi, & ecce aries vnus ſtabat. Et ſequitur, & vidi arietem ventilantẽ cornibus cõtra Orientẽ & cõtra Occidentem & cõtra aquilone, & cõtra meridiẽ, & oẽs beſtiæ .i. peccatores nõ poterãt reſiſtere ei neq; liberari de manibus eius. qa tũc nullus poterit effugere iuſtitiã eius Secũdò erit taurus in peccatorũ trituratione qñ ſeparabit cornibus ſuis & potentia oues ab hędis, qñ inſtar tauri pede ſuo puluerẽ diuidet a vera terra, impios a bonis. Eſa. 42. Triturabis montes & cõminues & pones quaſi puluerẽ colles. Tertiò erit gemini in duplici punitione .ſ. corporis & animę. Eſa. 40. Suſcepit de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis ſuis iuxta imprecationem Hier. 17 Duplici cõtritione contere eos dñe Deus meus. Quartò erit cancer in eius a peccatoribus elongatione, quia tunc longe a peccatoribus ſalus; quoniam Mich. 3. Clamabunt ad dñm, & non exaudiet eos, & abſcondet faciẽ ſuã ab eis in tempore illo. Quintò erit leo in peccatorum conuocatione & diſcuſſione. Amos 3. Leo rugiet; & quis nõn timebit? Prouerb. 19. Quaſi fremitus leonis, ita & regis ira. Oſeæ 5. Quaſi leo rugiet & formidabunt filij maris. Leo enim maximè rugit, qñ famem patiens deſiderat ſaturari. Sic Chriſtus famem patitur, qñ deſiderat ſaturari vindictã, velut alter Samſon pro amiſſione duorum luminum vitæ ſcilicet, & doctrinæ, quæ apud ingratos amiſit; vnam recipiat condignam vitione finalem. Tunc enim erit in cane, & dies caniculares & magni ardoris exercebit, quem leonem & canẽ timebat Dauid dicens. Pſ. 21. Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Vnde ſecundum aſtrologos qñ ſol intrat leonem (quę domus eius propria) apparet maximæ virtutis & ptãtis in attrahendo ſurſum vapores ſiccos; & incendendo eos, & humidos cõuertendo in pluuiam: Sic ſol iuſtitię qñ tpe ordinato a patre intrabit propriã domum (mediã ſcilicet aeris regionem in qua iudicabit orbem) apparebit tunc maximæ maieſtatis & ptãtis attrahendi pulueres, hoĩes ſcilicet de tumulis ſuis, ſicut ſol vapores dẽ terrã, aliquos in pluuiam lachrymarũ conuertendo quos dãnabit, alios exaltando ad cęleſtia igne charitatis incendendos & glorificandos. Sextò erit virgo per influentiæ ſubtractionem, quando peccatores operibus ſteriles reddẽtur. Sicut enim per ſubtractionem radiorũ ſolis terra ſterilis efficitur, ſic ꝑ ſubtractionem influentiæ diuinæ oĩa opera quæ fecerunt ſterilia erunt, nec erit amplius tẽpus operãdi, ſed oĩs eorũ pęnitentia quã tũc abundanter hẽbũt oĩno ſterilis erit. Iob 15. Congregatio hypocritæ ſterilis. Septimò erit libra in meritorum ponderatione Tunc. n. librabuntur merita ſingulorum. Prouerb. 16. Pondus & ſtatera iudicia dñi ſunt. Vtinam tunc in peccatoribus ſaltem ęquilibriũ reperiatur vel æquinoctiũ vt nox peccati diẽ meriti nõ excedat. Tũc librabunt opera regũ, & inuenieẽ mane, techel, phares, multomagis opera minorũ. Octauò erit ſcorpio in finali ſtimulatione. Nã ille qui nobis hucuſq; facie clementiæ ſuæ blandit, tunc aculeo finali velut cauda percutiet. 3. Reg. 12. Pater meus cęcidit vos flagellis, ego aũt cędã vos ſcorpionibus. Nono erit ſagittarius in ſnię platione. Pſ 7. Arcum ſuum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis. Deuteron. 32. Sagittas meas complebo in eis. O qua-

Metaphora de ſole naturali & ſpirituali pulcherrima.

lis ſagitta a manu omnipotentis emiſſa: quæ penetrabit corpus & animam directè tranſiens ad cor. Decimò erit piſcis in omnis fiduciæ ſubtractione, quando ſic viuentes ſic in ira abſorbebat eos in æternis amaritudinib⁹. Ionæ 3. Præparauit dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam. Tunc.n. in abyſſis pęnarum ſicut piſces in abyſſis aquarum enatabũt. Vndecimò erit aquarius in pęnarum inundatione, quando pluet dominus ſuper peccatores laqueos, & tunc deſcendent quaſi plumbum in aquas vehementibus. Nam qui hic noluerunt torrentem pœnitentię pertranſire, aquas intolerabilibus pœnarũ infernalium inuoluentur. Pſ. 123. Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitã pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem: vbi alia litera habet aquam ſine ſubiecta, quia eis peius erit quàm piſcibus, qui inueniunt ſubiectam & nutritionem in aqua. Illa autem aqua non erit niſi ad deſtructionem ſubiectæ eorum in pœnarum nutritionem. Duodecimò erit capricornus in ſua imperiali ſublimatione, qa tunc cum electis in imperiali faſtigio cęlos aſcendet. Sic enim dicitur in Pſ. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Et iterum. 1. Reg. 1. Dabit Imperium regi ſuo

F
Iudicium Dei.

ſcilicet pater, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. Tertiò quæritur vtrũ ſtellæ cadent

Quõ ſtellæ cadent de cælo.

de cęlo. Videtur ꝙ non, quia ſecundùm aſtrologos & philoſophos, ſtella maior eſt terra, & ſimiliter nec eſt grauis, nec leuis, & ſic cadere non poteſt, nec cœlũ eſt corruptibile, propter quod a cęlo ſeparari nõ poteſt. Reſponſio ſecundum gloſ. dicitur ꝙ cadent de cœlo, quia lumine ſuo videbuntur priuari ſuperueniente maiore claritate. Et hoc videtur ſentire Aug. 20. de ciui. Dei 24. c. dicens eſſe tropicam locutionem. Sed hæc gloſ. Mat. 24. non videt̃ rationabilis, quia pari ratione poſſent dici quotidie cadere de cœlo, cum quotidie ꝓ ſolis ortum deſignant apparere. Ideo aliter dicendum eſt, ꝙ ſcilicet per apparentiam, quantum ad vulgi opinionem. Nam ante ſupernaturalem productionẽ ignis conflagrationis generabitur per actionem corporum cœleſtium tam vehemens caliditas & ſiccitas, quæ erunt cõgrua diſpoſitio ad prædicti ignis productionem, ꝙ deſinet generari arcus nubiũ qui producitur in roratione nubis, & aliæ impreſſiones humidæ, vt videtur dicere magiſter in hiſto. ſchola. Et ſic tunc generabuntur impreſſiones ignitæ in tãta multitudine, ꝙ apparebit inſpicientibus, ꝙ ſint ſtellę de cęlo cadentes: & mirabiliter diſcurrẽt in aere, vt vicinum aduentum iudicis denuntient ad terrorem malorum. Sap. 5. Ibunt directæ emiſſiones fulgurum, quia habebũt ſtellę illę volãtes comas & caudas igneas. Et de hoc plus tractabitur in ſequentibus ſermonibus.

G

Tertiò videndum eſt de ſignis propinquiſſimis quæ ſunt duo: Primum erit ſignum filij hominis, ſcilicet crucis in cęlo, non quidem crucis ligneæ, ſed ſecundum hCryſ. erit lumen cõdenſum in aere ad inſtar crucis, & per hoc intelligunt̃ alia ſigna victoriæ Chriſti, vt lancea & claui. Et hoc fiet. Primò, vt dicit Hiero. vt videant Iudęi in quem pupugerunt. Canit enim eccleſia hoc ſignum crucis erit in cęlo cum dominus ad iudicãdum venerit. Eſa 49. Ecce leuabo ad gẽtes manum meam, & exaltabo ad cęlos ſignum meum. Et ſecundum Chryſ. Hoc erit vt per ſe ſe condemnent Iudęi, ſicut quis lapide vulneratus lapidem oſtendit, vel veſtimenta ſanguine madefacta in teſtimonium iniuriæ factæ. Secundò ſecundum Chryſ. hoc apparebit ad denuntiandum aduentum eius, quia ſicut rege ingrediẽte ciuitatẽ exercitus antecedit, qui ſigna atque vexilla regalia anteferent annuntiat regis introitum, ſic domino tunc deſcendente de cęlis pręcedet exercitus angelorum, qui ſignũ crucis deferentes vel oſtendentes, regis ingreſſum terris trementibus nuntiabunt. Tertiò quia ſicut milites familię principis ad exaltationem vexilli eius congregãtur: ſic ad eleuationem crucis Chriſti in die iudicij cõgregabuntur omnes cruce ſignati, quæ thau ſignum habent in frontibus ſuis; quorum ſuperluminaria rationis non tanget angelus malus. Et tũc implebitur illud Eſa. 11. Leuabit dominus ſignum in nationibus,

Crux. Quomodo ſignũ filij hominis apparebit in cælo.

&

& congregabit diſperſos Iſrael. Quid ergo dicemus in die iudicij, quando dominus omnibus oſtendet vexillum militiæ Chriſtianæ per noſtra peccata amiſſum, & per noſtram negligentiam non recuperatum, vt qui per gulam perdiderũt, crucem pęnitentiæ, & mundi delicias & honores. Sicut enim per ſignum cognoſcitur taberna, ſic per crucem tũc cognoſcentur beneficia Dei perdita.

H
Tuba.
Quid ſit nouiſſima tuba.

Secundum ſignum & propinquiſſimũ inter omnia erit nouiſſima tuba, de qua. 1. Theſſa. 4. Dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cęlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi: quæ tria ſecũdum Richar. de me. vil. in 4. diſt. 43. ſic diſtinguũtur, quia Chriſtus in ſuo deſcenſu iubebit pulueres, ſeu partes quaſcunque corporũ mortuorum recolligi per miniſterium angelorum. & hoc cum dicitur in iuſſu. Secũdò præcipiet ex illis pulueribus recollectis corpora reformari, & reformatis corporibus vniri animas, quæ duo fient per virtutem diuinam, & hoc pręceptum notatur cum dicitur in tuba Dei. Et hæc eſt quod dicit idem apoſtolus. 1. Cor. 15. Omnes reſurgemus in momento in ictu oculi in nouiſſima tuba; Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti. Si enim in datione legis in deſcenſum domini ſuper montem Sinai. Exo. 19. audita ſunt fulgura & horrẽda tonitrua, & clangor buccinæ ad terrendum populum, cum tamen dominus tunc mitis & exaudibilis appareret, non eſt mirum ſi tunc audietur cõſilijs ſonitos virtute diuina, vel angelorũ factus, aduentum terribilis iudicis annũtians. Tertiò archangeli qui fuerint cuſtodes prouinciarum, in ſingulis prouincijs, quas cuſtodierunt, clamabunt fortiter, & ſenſibiliter ſono articulato, & mediante aliqua creatura ſenſibili formato, ꝙ omnes coram iudice compareant corporaliter, ſententiam diffinitiuam & irreuocabilem audituri, & illa vox notatur cum dicitur, & in voce archangeli. Et de his amplius dicetur in ſermonibus ſequentibus.

Sermo III. de eadem Dominica, & in ordine XII. per the.

A
Aduentus.

LEuate capita veſtra ecce appropinquabit redẽptio veſtra. Lu. 21. Quãuis dominus viſus ſit in primo ſuo aduẽtu exercere ſummũ opus iuſtitiæ, quia reddidit quicquid homo debuit, & hoc fuit plus quàm homo reddere potuit. Ipſe enim incarnatus & paſſus quod egit pro nobis reddidit, iuxta illud Pſ. Dominus retribuet pro me. Debuit enim homo omnimodam ſeruitutem inquantum fuit contemptor libertatis ſe ſubijciens peccato, ſed Chriſtus pro nobis omnem obedientiam reddidit, nullam aliam debens. Veruntamen magis in illo aduẽtu declarata eſt eius miſericordia: quippe q expreſſiora exhibuit miſericordię opera quàm iuſtitię. Agnus enim duplicẽ hẽt ętatẽ. In prima pulcher eſt & delectabilis, manſuetus, lactans vbera matris, & de ipſo tunc fit victima. Sic Chriſtus miſericordiã ſuam oſtendit, cũ pro nobis occiſus, ſpoliatus, & nudatus fuit. Hiere. 11. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. In ſecũdo vero aduentu magis apparebunt opera iuſtitię, vt ſicut in primo aduentu ſoluit debitum pro homine quod ſoluere non poterat homo, ita in ſecundo exiget ab homine debitum quod in æternum ſoluere nõ poterit. Erit enim tunc in ſecunda ætate ſicut aries aſſumens cornua & fortiter feriens. Tunc enim agnus fiet aries vndiq; ventilans a quatuor partibus terræ. Dan. 8. Sicut enim dominus deduxit populum ſuum per deſertum in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem: ita in fide incarnationis & iudicij venturi ſuos perducere ad terram promiſſionis paradiſi, per amorem ſcilicet quo aſſimilatus eſt nobis in carne, & per timorem iudicij nos attrahens. pſal. 104. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. In die enim præſentis vitæ inuentus eſt pluuioſus & miſericors, in nocte uero iudicij quando veniet ſicut fur in nocte. 1. Theſſal. 5. Erit

Quomodo dominus ĩ ſuo primo aduentu exercuit ſũmũ opus iuſtitiæ.

igneus,

igneus,ſeuerus, iuſtus, & rigidus. Ipſe.n. eſt qui ſecundum diuerſas perſonas & diuerſa tempora diuerſificat ſeipſum. Eſt.n. nunc nubes miſericordiam pluendo, tunc ignis iuſtitiam exercendo & exequendo: ita ꝙ tibi proprie dici poteſt illud Eccleſiaſtici 15. Appoſuit tibi aquam & ignem. Inde Eccleſiaſtici 24. Ego in altiſſimis habito: & thronus meus in columna nubis ad pluendum miſericordiam. Et Deuter. 14. dicitur. Deus noſter ignis conſumens eſt, nunc quidem peccata: tunc autem peccatorum ſubiecta. Curramus igitur ad miſericordiam ne offendamus ad iuſtitiã, & miſericordiæ reginam imploremus dicentes, Aue.

B *Iudicium Dei. De tribus citatorijs ad iudicium particulare, & de tribus citatorijs ad iudicium vniuerſale.*

Duplex dicitur eſſe Dei iudicium. Primum particulare in quo anima ſola præmium, aut pœnam pro operibus recipit. Secundum vniuerſale in quo corpus cum anima. Ad primum vocantur homines ſucceſſiuè ſecundum mundi curſum. Ad ſecundum omnes ſimul & ſubitò vocabuntur, & venient in ictu oculi. Ad vtrunque vero iudicium tribus citatorijs euocantur. Ad primum vocantur tribus citatorijs. Primum eſt infirmitas. Secundum ſenectus cui velit nolit homo cogitur appropinquare. Et cõditio illius eſt ꝙ velit, nolit homo ſemper illi magis appropinquat, & nũquàm illũ dimittit, quouſq; approximet ad citatorem. Tertium & peremptorium qui eſt mors corporalis. Cuius conditio talis eſt, ꝙ cum hominẽ apprehenderit, nunquam prece vel precio dimittet illum: ſed ſine mora in illo ſtatu in quo illum apprehenderit, coram ſummo iudice repræſentat. Sunt tamen multi fatui quos apprehendit prædictus citator & tamen de citatione eius nõ timent, nec conſiderant, non obſtante ꝙ vident capita eorum caneſcere, dorſa ſua curuari, dẽtes cadere, oculos caligare, aures ſurdeſcere, quæ omnia oſtendunt tertium citatorem ad eos deueniſſe.

Secundi iudicij ſcilicet generalis ſunt citatoria tria. Prima citatio facta eſt per prophetas ſanctos, de qua Prouer. 1. Vocaui & renuiſtis, extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo &c. Secunda fuit per apoſtolos & alios fideles prædicatores. De quibus Lu. 14. Miſit ſeruos ſuos hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent: & fere omnes renuerunt. Tertia citatio erit futura per ſigna, & hæc in tres citationes diuidetur. Nam vna erit dilatoria multum quæ erit per ſigna remota a iudicio. Secunda erit modicum dilatoria per ſigna, & prodigia in ſole, luna, & ſtellis. Tertia erit peremptoria per ſignum filij hominis & tubam. Matt. 25. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Et Ioan. 5. Omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ. Et propterea ipſis ſuper hoc gaudentibus dicit ſaluator. Leuate capita veſtra, ecce &c. De his tribus vltimis citatoriis determinabitur matutino ſermone, & etiam pomeridiano.

C *Iudicium Dei. Prima ad vniuerſale iudiciũ citatio eſt mundi infirmitas.*

Prima igitur ad iudicium vniuerſale vocatio citatoria eſt mundi infirmitas. Nam mundus videtur iam decrepitus & duci phantaſiis, ſicut ſolent decrepiti duci. Nũc enim reuelationibus talibus qualibus innituntur, alij adulationibus, alij doctrinis nouis, varijs, & peregrinis, & noua placent, vetera diſplicent, cum tamen vetus aurum ſit melius nouo. Hæc autem mundi maioris infirmitas ex minoris mũdi, ſcilicet hominis infirmitate cognoſcitur. Primum ſignum corporalis infirmitas ſecundum medicos eſt quando calor innaturalis ſuperabundat in homine: vel diminuitur calor naturalis; ſic corporis Chriſti myſtici, de quo 1. Corint. 12. Vos eſtis corpus Chriſti, calor naturalis eſt charitas qui ante finem mundi diminuetur, & innaturalis calor malitiæ & iræ ſuperabundabit; iuxta illud Matth. 24. Quoniam ſuperabundabit iniquitas. i. calor innaturalis, refrigeſcet charitas, i. deſt calor naturalis. Quomodo patet ex duobus. Primò ex pigritia ad benè operãdum. Secundo ex pugna hominum ad alterutrũ. Sicut enim medici per tactum pulſus cognoſcunt quando calor naturalis in infirmo

mo eſt diminutus,ſcilicet quando ſentiūt pulſum eſſe debilem & remiſſum,& quādo percipiunt pulſum eſſe nimis fortem ſciunt per hoc in corpore humano humores eſſe pugnantes,& ſe alternatim conſumentes: ſic ex hoc ꝙ tardi ſunt homines & remiſſi ad charitatis opera; ſignum eſt ꝙ in eis calor diminuitur charitatis. Grego. Probatio dilectionis exibitio eſt operis. Et ex quo homines magis quàm prius inſurgunt vnus contra alium & ſe alterutrum conſumunt proceſſibus & iurgijs, ſignum eſt infirmitatis mundi, & ꝙ eſt iam prope interitum. Secundò quia ſicut infirmus appropinquante morte ſurdeſcit, nec audit aliquem ſibi loquentem, non obſtāte ꝙ plus ſibi quàm ante loquantur, ſic in ſignum ꝙ mundus plus eſt iam prope finem, homines mundani ſurdeſcunt ab auditione verbi Dei, non obſtante ꝙ iam in pluribus locis ſit abundantia prædicationis pluſquam prioribus temporibus conſuetum ſit. De quo. 2. Tim. 4. Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacerbunt ſibi magiſtros &c. Tertiò, quia ſicut ſtatura hominis infirmi morte appropinquante inclinatur verſus terram, ſic iam mundus in ſignum proximitatis finis eius quaſi omnes homines habet inclinatos ad terram, ideſt cupiditatem & terrenas affectiones: iuxta illud Hiere. 8. A minimo vſque ad maximum omnes auaritiæ ſtudent. Quartò quia ſicut infirmus morte appropinquāte fętet, & incipit corrumpi: ſic appropinquante fine mundi quaſi totum genus humanum fętebit & corrumpetur peccatis, vt de illis tunc verificetur illud Pſal. 13. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, non eſt qui faciat bonū, &c. Et mirabile eſt quomodo tam ſtulti erūt homines ꝙ citati coram iudice terribili voluntarie contra ſe ipſos teſtes adducēt mala, ſcilicet opera, & bonos teſtes, ſcilicet bona opera, quæ pro ſeipſis ſtarent in iudicio, in via per peccatum interficiunt. Quintò ſicut in homine infirmo morte appropinquante maculæ nigrę erumpunt & manifeſtè apparent, ſic ſignum proximitatis interitus ſeculi erit, ꝙ in omnibus mundanis apparebunt ad extra quaſi nigræ maculæ omnium vitiorum; ita vt vix aliquis erubeſcat de ſuis peccatis, ſed potius ea gaudeat publicare & manifeſtè defendere, vt ſic videatur inter falſos Chriſtianos ſicut Sodomitas. De quibus Aug. de verbis domini. Ser. 10. Tanta ibi nefandiſſimæ turpitudinis conſuetudo erat, vt iam nequitia reputata eſſet iuſtitia, & prohibitor potius reprehenderetur, quàm factor.

D *Iudicium Dei. An in fine mundi erūt multi electi.*

Sed circa hoc quæri poſſet, an circa finem mundi erunt multi electi, videtur ꝙ ſic ex Pſal. 91. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi. Cum igit̄ tunc erit mundi ſenectus: ſequitur ꝙ tunc multum multiplicabuntur electi. Reſpōſio. Duplex eſt mundi ſenectus. Vna vber & abundans, alia infructifera & ſterilis. Tempore primi aduentus Chriſti fuit ſenectus mundi vber & abundans, quia in omnem terram & a quatuor angulis terræ tunc collecti ſunt electi ab apoſtolis & diſcipulis Chriſti. Quam quidem ſenectutem vocāt prophetę nouiſſimos dies, ſicut Eſa. 2. dicitur. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini &c. Et Hiere. 23. In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius. Et Hier. 30. In nouiſſimo dierum intelligetis ea. Et Mich. 4. Erit i nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini. Et ꝙ de illa ſenecta intelligatur, oſtendit quod in textu allegato ſequitur. Et bene patientes erunt vt annuntient: quia tunc ad annuntiandum verbum Dei & multiplicandum filios in Chriſto, ſicut Paulus faciebat dicens: Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, opus erat patientia, non ſolum vt poſſiderent animas ſuas, ſed etiā gentilium & Iudæorum ad fidem de nouo conuerſorum, & vſque ad mortem certarēt pro fide. Sed eſt alia ſenecta circa finem mundi, quæ magis dicitur ætas decrepita ſubſequens ſenectutem præcedētem. Sicut enim decrepitus declinat verſus terram dorſum, ſpatulas, & vultum, & fit ad omne opus inutilis, & deficit ſenſu rediens quaſi ad puerilem ætatem: ſic in fine mundi in illa decrepita ætate omnes

Senect. is duplex mundi.

ad

ad auaritiam declinabunt, ſicut nunc videmus, & inutiles fient ad bona opera ſicut experimur, inſtar puerorum iudicantes magis pomum quàm aurum, terrena quàm cęleſtia.

Dicitur ſecundò ꝙ in fine mundi erit multitudo reproborum & paucitas electorum, alioquin mundus non interiret ſtante plurima electorum multitudine. Vnde & ſancti viri, qui in deſertis degebant tempore Conſtātini magni, ſuis meritis dicebantur ſuſtinere mundum. Si enim in Sodomis inuenti fuiſſent decem electi, propter eos ſuperſtes fuiſſet Sodoma. Odo Clun. lib. 2. Finis ſeculi peruerſiores inuenturus eſt. Primo vt illius ruinis dignè comprimantur. Secundò vt illorum meritis verſa vice rerum ordo confundatur, vt ſicut omnem vitæ ordinem confunderūt, inde in vniuerſo ſequatur omnis confuſio rerum. Tertiò hoc erit propter immiſſiones per angelos malos, quia tūc dominus ſemitam iræ ſuæ faciet, vt cor prioribus demeritis aggrauatū iuſtè permittat ſubſequentibus malignorum ſpirituum tentationibus falli. Vnde in Apocrifis dicitur. Cum completi fuerint mille anni ſol uetur ſathanas, quia videlicet, vel ad vtilitatem electorum vel ad detrimentum reproborum: tanto acrius quàm antea feciſſet, totis viribus in finem ſeculi ſe exercere permittitur: quanto ſoluta beſtia vehementior eſt quàm ligata. Tunc enim fit feruentior ad ſeuitiam, quanto ſe viciniorem ſentit ad pęnam. Et iam videtur myſterium operari iniquitatis, ex eo ꝙ omnis ordo religionis aut chriſtianitatis immutatus eſt, nec impietas iam erubeſcere dignatur, ſed iniquorum multiplicitate roborata caput vbique locorum extuliſſe videtur. Hæc Odo Clun. Vnde in Apocriſis Eſdræ, angelus loquens Eſdræ: volēs oſtendere, ꝙ quanto mundus amplius ſeneſcit, tanto homines ſunt corpore minores & virtute debiliores, & moribus nequiores, introducit exemplum de muliere quæ in iuuentute filios fortiores generat quàm in ſenectute, & ibidem dicit ꝙ mundus iuuenis meliores & maiores homines produxit quàm mundus ſenex, & ꝙ tempora priora meliora fuerunt quàm præſentia, & quanto inualidum ſeculum ſeneſcet, tanto multiplicabuntur mala.

Sathanæ ptās maxima erit tēpore iudicij.

Secunda citatio minus dilatoria ad iudicium vniuerſale erit per ſigna propinqua, quæ erunt in quadruplici differentia. Nam quędam apparebunt in cęleſtibus, alia apparebunt in natura elementari, tertia in natura humana, quarta in natura angelica, & de ſingulis ſuo ordine dicet.

E Iudicium Dei. Propter ſeptem cōgruū fuit hæc ſigna præcedere iudiciū Dei.

Primò ergo apparebunt ſigna in cęlo, quia erūt ſigna in ſole & luna, & in aſtris. Et ꝙ hæc conuenienter hęc ſigna præcedent, probat multis rationibus Rich. de media villa in quadam expoſitione textus 2. ſen. diſt. 14. Prima ratio. Sicut contingit in minore mundo, ſic in maiore, cum maior ſit propter minorem. Et Gen. 25. Maior ſeruiet minori. Sed in minore mundo, ſcilicet homine contingit, ꝙ turbato ſuo nobiliſſimo, ſcilicet anima, turbantur reliqua ipſius, ſcilicet corpus, & humores eius, ergo turbato nobiliſſimo vniuerſi cōuenit vt alia eius ignobiliora turbentur. Sed nobiliſſimum vniuerſum eſt homo, quia conſtitutus eſt ſuper omnia opera Dei. Pſal. 8. Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum; ergo turbato eō, nō mirum ſi turbentur corpora cęleſtia. Chryſ. Moriente patrefamilias, tota domus eius turbatur, & omnis familia plangit, & cōſciſſis tunicis nigris ſe operiunt veſtimentis. Sic & humano genere propter quod hæc omnia creata fuerunt circa exitum conſtituto, vniuerſa cęli miſteria lugēt & candore depoſito pro luculentis veſtibus tenebris veſtientur.

Secunda ratio, a principio mundi turbatis moribus hominis, fuit turbulentia in elementis maioris mundi, ita ꝙ turbatio elementorum concomittatur turbulentiā morum. Cuius ſignum eſt, quòd quando non fuit turbulentia morum in hominibus (licet fuiſſet in Angelis) ante peccatum hominis nulla fuit elemētorum perturbatio, ergo cum in fine mundi erit ſumma & maxima turbulentia morum, iuxta illud Mat. 24. Abundabit iniquitas &c. & Ezec. 7. Fac concluſionem, quia terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena

In fine mūdi maxima erit elementorum turbatio.

eſt iniquitate, ſequitur quod erit maxima turbatio elementorum & creaturarum. Sed hoc non niſi attingat cęlum eius ornatum: ergo tunc ornatus cęli qui lux eſt pro tempore peribit. Sicut enim in laborantibus acuta, tunc eſt infirmitas grauiſſima, cum eſt curationi proxima: ſic infirmitas culpæ in humano genere tunc erit grauiſſima, cum erit termino & fini proxima.

Tertia ratio. Maior mundus innouabit, iuxta illud Apoca.21. Vidi cęlum nouum & terram nouam. Primum enim cęlum & prima terra abijt, & ſimiliter mundus minor ſcilicet homo, nec innouabitur mundus, niſi innouato homine. Ro.8. Expectatio creaturæ reuelationē filiorum Dei expectat. Abſit enim vt ſeruus prius renouetur quàm dominus. Cū igitur dominus non innouetur, niſi prius intereat, multo magis nec ſeruus. Ergo ſicut ī domino ſcilicet homine præcedit ſeparatio ſuæ formæ nobiliſſimæ a corpore glorificationem ſuam: ſic maioris mundi glorificationem præcedet quędam mors quæ eſt ſeparatio ſui nobilioris (quòd eſt lux) a reſiduo ſui, ergo iſta luminaria priuabuntur luce ante ſui glorificationem.

Quarta ratio in ſignum iniuriæ illatæ Duo in morte Chriſti ſol obſcuratus eſt; & tunc hæc iniuria non fuit niſi depreſſio Dei ad ſummam contumeliam pœnæ, ergo ſi aliquando fiet Deo maior iniuria; ſupramodum erit maius illius iniurię ſignum. non tantū in ſole, ſed ēt in aliis ſtellis. Sed in infinitum eſt maior iniuria maximum peccatorem eleuare ſe ſupra deitatem, quàm deitatem humiliari vſque ad maximum pęnæ: quia nihil inter Deū & peccatorē qui nihil eſt, maxima eſt diſtantia, & maior quàm inter Deū & pęnā. Sed tunc maximus peccator extollet ſe ſupra Deū. 2. Theſſal. 2. Quoniā niſi venerit diſceſſio primū, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra oē, q̄ dr̄ Deus aut colit̄, ita vt in tēplo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquàm ipſe ſit Deus. Fiet ergo maior iniuria Chriſto in fine mundi quàm facta ſit in eius paſſione: igitur.

Quinta ratio. Vis regitiua mundi minoris, primo & maximè oſtendit iram ſuam in membro ſibi proximo, ſcilicet in corde, deinde in partibus exterioribus & remotioribus. Eccleſiaſtici.13. Cor hominis immutat faciem ſuam. Heſter. 15. Rex ſedebat ſuper ſolium regni ſui indutus veſtibus regiis auroque fulgentibus & precioſis lapidibus eratque terribilis aſpectu. Cunque eleuaſſet faciem ſuam & oculis ardentibus furorem pectoris indicaſſet: regina corruit. Ergo hæc vis regitiua præcipue oſtendit iram ſuam in organo exteriori nobiliori, ſcilicet in oculis, ergo & vis regitiua maioris mundi, ſcilicet Chriſtus iram ſuam, maximè venturus ad iudicium. Primò oſtendet in corpore mundi ſibi proximo, ſcilicet in cęlo & partibus illis vniuerſi, quarum perfectio eſt lux, ſcilicet in ſtellis turbando eas: ſicut ira in homine oculum turbat. pſalm.6. Turbatus eſt a furore oculus meus. De qua iudicis ira pſal. 75. ex tunc ira tua: quæ tanta erit vt non verbis, ſed potius talibus inuiſis poſſit exprimi. Pſal.89. Quis nouit poteſtatem irę tuæ &c. Et Iob.14. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me &c. Eſt enim ſecundum aſtrologos idem planeta nunc beneuolus, nunc maliuolus, nūc bonum, nunc malum effectum habens, ſecundum quod intrat aliud & aliud ſignum. Alium effectum habet ſol in cane, id eſt in diebus canicularibus, alium in leone, alium in libra, alium in vergine &c. Specialiter dies caniculares ſunt periculoſi. Sic periculoſus dies iudicij, quando ſol iuſtitię erit planeta maliuolus, quia malos malè perdet dicens, Ite maledicti. Tunc ſol erit in cane oſtendens iram caninam, tunc in leone oſtendet ferocitatem leoninam. Quem canem & leonem timebat Dauid dicens. pſalm.21. Erue a framea, id eſt ſententia mala Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Libera me de ore leonis, id eſt a maledictione, quę procedit ab ore eius. Cępit autem planeta eſſe beniuolus cum introiuit in ſignū, id eſt in vterū virginis glorioſę: a quo mlę tp̄s in-

cœpit. Sole enim exiſtente in virgine colliguntur fructus, & refrigeratur æſtus. Sic in vtero illo collectus eſt fructus quo vtũtur angeli & animæ beatorum. De quo proſa eccleſiæ. Fruuntur nec faſtidiunt, quo frui magis ſitiunt.

Sexta ratio, ſicut iam dictum eſt, Pari fine terminari debent maior, & minor mũdus, ſed homo moriens laborando in extremis, cum uerba amiſit loquitur ſignis. Sic mundus in fine ſignis huiuſmodi loquetur vniuerſis hominibus. Beda. Appropinquante fine mundi elementa quaſi pauida nutant & tremunt propter iudicis ſeueritatem. Sicut enim in ſole & luna fuerunt ſigna Chriſti naſcentis, ſimiliter & ſigna ipſius morientis, ſic in eis erunt ſigna iudicantis. Sicut enim omnis creatura fuit Chriſto naſcenti congratulans, morienti compatiens, ſic iudicanti coniudicans. In ſole fuit aduentus Chriſti, quando ſecundum hiſtorias duos ſoles apparuerunt, qui poſtea in unum conuenerunt: quia ſol diuinæ, & ſol humanæ naturæ in vnitatem perſonæ conuenerunt. Sic forte in luna fuit, ſic in ſtella quæ magos adduxit. Sic Chriſto morienti ſol & luna compatiebantur. Signa vero Chriſti naſcentis prætendebant lætitiæ vultum: ſigna morientis formam triſtitiæ: ſigna vero iudicantis ſpeciem ſeueritatis iudiciariæ.

Septima ratio. Congruit vt ſicut mundus incœpit a tempore quando non erat nox neque dies: ſic deſignat in tempus conſimile. Sic erit ante finem ſeculi, quia dies non erit propter carentiam luminis, neque nox propter præſentiam ſolis in hemiſpherio noſtro: Zach. 14. Venietque dominus Deus noſter, & omnes ſancti eius cum eo, & ſequitur, & in die illa non erit lux, ſed gelu & frigus, & erit dies vna quæ nota eſt dño, non dies neque nox, & in tẽpore veſperi erit lux. Sicut enim ante deſtructionem Aegypti fuerunt tenebræ dẽſiſſimæ: ſic ante deſtructionem mundi: vt dicit Lactantius lib. diuinarum inſtitutionum.

F *Indicium Dei.* *De ſignis ſecundũ allegoriã.*

Signa autem iſta in ſole & luna poſſunt ad allegoriam exponi de poteſtate ſeculari & eccleſiaſtica. Eſt.n. eccleſiaſtica quaſi ſol vt præſit diei.i. ſpiritualibus intendat, ſecularis quaſi luna nocti.i. temporalibus. Et ſicut contra naturam eſt ſi ſol luceat de nocte: ſic contra ſuam naturã eſt ſi poteſtas eccleſiaſtica ſe transferat ad adminiſtrationẽ temporalium, ſpiritualibus neglectis. Act. 5. Non eſt æquũ nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, ſicut legitur factũ 2. Mach. 4. Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti erant, ſed contempto templo & ſacrificijs neglectis feſtinabant participes fieri paleſtræ, ideſt ſcholæ pugnandi: vel diſcendi temporalia acquirere, ideſt proceſſus & litigia ſcire dirigere, & derelinquere circa animas officium. Hoc tamen eſt ſignũ monſtruoſius quod luna, uult eſſe ſupra ſolem, & illuminare & dirigere ſpiritualia, & facere prælatos in eccleſia Dei de minimis intellectu, ſapientia, & vita, & ætate. Eccleſiaſt. 10. Eſt & malũ, quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens a facie principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi: & diuites ſedere deorſum. Sed & obtenebreſcent hæ duæ poteſtates in ſanctitatem: eo quod in eis tyrannia vigebit, & ideo ceſſat ab eis reuerentia, quæ quondam eis acceſſit ex ſanctitate & ſapientia. Poteſtas etiam eccleſiaſtica nubibus ęparuum, præbendarum, beneficiorũ & diuitiarum obſcurabitur, & luna conuertetur in ſanguinem, ideſt ad conſanguineos ſuos inutiles, dum plurimi ædificabũt Sion in ſanguinibus, ideſt conſanguineis, moti affectu carnali non coram virentibus. Caro autem & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Hos deplorat Hiere. Threno. 2. Sederunt in terra conticuerunt ſenes filiæ Sion, ideſt prælati, quibus commiſſa eſt eccleſia, ſederunt in puluere cupiditatis, & cõticuerunt canes non valentes latrare. Vel poteſt intelligi, quòd luna, ideſt virgo Maria, & tota ſanctorum eccleſia non dabit lumen fatuis virginibus quærentibus de oleo pro ſuis lampadibus, ideſt cordibus extinctis charitate. Eſt enim cor hominis in modum lampadis formatum: deorſum ſtrictum: ſuperius amplum: vt de ſut-

de ſurſum influentiam recipiat. Tunc autem hæc luna vertetur in ſanguinem. Sanguis enim antea in lac conuertebatur, quia ex miſericordia Dei & ſanctorum interceſſione vindicta conuertebatur in dulcedinem. Tunc autem lac vertetur in ſanguinem, ideſt dulcedo in vltionem. pſ.88. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in ęternum: ſcilicet eccleſia ſine macula & ruga: & teſtis in cęlo fidelis, ad teſtificandum contra malos de vita, adiutorio, & gratia eis collata. In cęlo ſcilicet aereo vbi cum Chriſto iudicabunt in nubibus cęli.

G
Eclipſis.
Eclipſis generalis quomodo ab alijs eclipſibus differat.

Vocatur autem hæc eclipſius generalis quātuor nominibus in ſcriptura. Primo ſolis obſcuratio, ad deſignandum ſubtractionem corporalis vitæ. Et hoc Mat.24. Secundo vocatur ſolis erubeſcentia, ad deſignandum infectionem criminalis culpę: quæ tunc manifeſtabitur publicè. Eſa.24. Erubeſcet luna, & confundetur ſol. Tertiò vocatur Apoc.6. ſolis denigratio, ad denotandum priuationem vtriuſque ſtolæ, ſcilicet corporis & animæ: illorum ſcilicet qui non dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Quartò dicitur obtenebratio, ad denotandum illationem infernalis pœnę: quia tunc peccator mittetur in tenebras exteriores. Ionæ.2. Sol & luna obtenebrati ſunt.

H
Iudicium Dei.
Quomodo intelligitur quod ſtellæ cadent de cœlo.

Stellæ ſimiliter cadent de cœlo: quod poteſt multipliciter intelligi. Primò quod a virtute cœleſti tunc cadent in aere multæ ſtellæ comatæ & caudatæ: quæ cometæ appellant multo maiores & horribiliores, quàm quæ ſolent apparere, & in magna multitudine quaſi de cęlo cadere videantur in ſuprema regione aeris. Si enim cometes vnus denuntiare ſolet ſecundum Aſtrologos mortes, bella, peſtes, & alia mala, quantomagis horridiores cometæ & numero & magnitudine innumera mala denuntiabunt. Et iſta expoſitio ſatis videtur textui propinqua. Secundò ſecũdũ Alb. ſtellæ cadent a ſua naturali virtute, quia tunc non plus influẽt in hoc inferiora, cauſando ſicut ſolent varios effectus. Tertiò ad ſenſum anagogicum ſtellæ, ideſt angeli tanta velocitate deſcendent de cęlo ad aſſiſtendum iudici & comprobandum ſententiam & inferẽdũ pęnam: quòd pro velocitate ad inſtar cadentiũ ſe habebunt. Matt.25. Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & hoc erit tempore iudicij. Quartò per ſtellas moraliter intelliguntur iuſti: qui tempore perſecutionis cadent a virtute vel fide; & qui deberent vigere ſanctitate religionis in ipſis ceſſabit omnis ſanctitas, & per conſequẽs omnis reuerentia & honeſtas qui ſunt effectus ſanctitatis: & domus religionum. Vbi olim Deus in domibus religionis cognoſcebatur; tunc cognoſcetur in ea tyrannus. Vnde & Apoca.6. Stellæ de cælo cęciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos cum vento magno mouet. Quintò intelligi poteſt quod ſtellæ, ideſt minores populi cadent de cęlo eccleſiaſticæ, ideſt de bona conuerſatione: quia ſicut dicit Chryſoſt. Cum occidit ſol in montibus, neceſſe eſt quod occidat in vallibus. Si enim montes, ideſt maiores de eccleſia ſint obtenebrati, neceſſe eſt etiam hoc contingere in vallibus, ideſt ſubditis. Ideo in ſacra ſcriptura non ſine myſterio & notabili documento vix inuenitur aliquid ſcriptum de obſcuratione ſolis, quin ſubſequatur ſtatim lunæ & ſtellarum obtenebratio, quãuis ſolem fecerit Deus ſine macula, non lunam, quia debent irrepręhenſibiles eſſe pręlati & ſine macula ſicut ſol, quamuis in ſubditis multa inueniatur imperfectio.

I
Iudicium Dei.
Quomodo tripliciter ſtellæ dicuntur de cælo cecidiſſe.

In ſcriptura tamen tripliciter dicuntur ſtellæ de cęlo cecidiſſe. ſ. per caudã draconis. Apocal. 12. Per terræmotũ. Eiuſdẽ.7. Et per cornu hirci. Dan.8. Sic antichriſtus quoſdã decipiet per miraculorũ operationem, & iſtos trahet per caudã, quia ſicut cauda operit beſtiæ turpitudinem: ſic falſa miraculorũ operatio operiet antichriſti iniquitatem. Vel cauda erunt miniſtri eius, qui talia facient ſigna, qui ſequentur antichriſtũ, ſicut cauda ſequitur corpus beſtiæ. Eſa.19. Propheta docens mendacium ipſe eſt cauda. Et eiuſdem.7. In vna die diſperdet dominus caput & caudã, antichriſtum ſcilicet

cum fautoribus ſuis. Secundò per donorũ largitionem, & hos deijciat per terræmotum. Gloſ. ſuper illud Dan. 10. Terram diuidet gratuito. Quas antichriſtus ſuo terrore non poterit ſubiugare, ſubiugabit auaritia. Tertiò per tormentorum illationem, quos deijcit per cornu. Grego. Robuſtos quidẽ antichriſtus interficiet, & eos qui mente iuſti ſunt corporaliter vincet.

Sermo quartus huius domini cæ ſecundæ, & pomeridianus per thema præcedens: & in ordine decimuſtertius.

A Aduentus. Quomodo Chriſtus in primo aduẽtu fuit dulcis: in ſecundo erit rectus.

SCriptum eſt in pſal. 24. Dulcis & rectus dominus. Dulcis in primo aduentu, rectus in ſecundo, vt dulcedo ad miſericordiam, rectitudo ad iuſtitiam pertineat. Bern. lib. de gradibus humilitatis. Dulcis eſt dominus: quia perire non patitur, rectus: quia punire nõ obliuiſcitᷣ. Dulcis quidẽ mel afferẽs in primo, ſed aculeũ in ſecundo. Bern. in quodã ſermone de aduentu. Apis quæ paſcitur inter lilia, quæ floridam inhabitat angelorũ patriã ad ciuitatẽ Nazareth, quæ flos interpretatur aduolauit, & ad ſuauẽ perpetuę virginitatis florem aduenit, & vbi aduenit, ibi inſedit. Huiuſmodi apis mel & aculeum non ignorat, qui miſericordiã & iudiciũ Deo cantat. Inde ſubdit pſ. 24. Propter hoc legẽ dabit dñs delinquẽtibus in via, legẽ. ſ. clemẽtiæ & remiſſionis peccatorũ. Prouer. vlti. Lex clemẽtiæ in lingua eius. Sed hoc ſolum delinquẽtibus dũ ſunt in via: quia ſi peruenerint ad terminum, & lege clementiæ abuſi fuerint, ſub lege rectitudinis & iuſtitię in ſecũdo aduentu cadẽt, vbi tunc aculeus poſt mel oſtẽdetᷣ, tũc. n. erit rectus. Ferrũ incuruatũ nõ poteſt vulnus profundius inferre: rectificatũ vero ꝓfundæ penetrat. Deus ferro cõparatᷣ. Dan. 3. Ferrũ domat omnia. Illud fuit incuruatũ in primo aduẽtu in carne mortali & paſſibili: ꝓnus & inclinatus ad nr̃am miſeriã per exhibitionẽ miſericordiæ: ideo tunc nõ venit vulnerare. Sed ĩ ſecũdò aduentu in carne impaſſibili adueniens rectus & rectificatus: per exhibitionẽ iuſtitiæ profundũ vulnus infliget, quia non ſolũ corpus reprobi ferrũ pertranſibit, ſed etiam animã. Greg. homil. de Aſcenſione. Hoc nobis perpendẽdum eſt, ꝙ is qui placidus aſcendit terribilis veniet: quicquid nobis manſuetiſſime pręcepit: cũ diſtrictione exiget; quia tanto tunc ad iudiciũ diſtrictor veniet, quanto nobis ante iudicium miſericordiã prorogauit. Habet. n. Deus manus duplices, clementię. ſ. & iuſtitię. In manibus clementiæ ſunt impij pro pręſenti. In futuro de huiuſmodi manibus trãsferentᷣ in manus iuſtitiæ. Iõ pſ. 10. Videns qm̃ tu laborem & dolorẽ conſideras, vt tradas eos in manus tuas. Conſiderat enim Deus nunc laborem & dolorem, quo iuſti affliguntur ab impijs, vt quos nunc ſupportauit in manibus clemẽtię, poſtea tradat in manus iuſtitiæ. Illa. n. lex iuſtitię ſimiliter inueniet iuſtũ & impium, puniendo & pręmiando. Exo. 12. Eadem lex indigenę & colono. Indiginæ. ſ. impio alieno a patria cęleſti: & colono ideſt eiuſdem habitatori. Hanc legem tunc aſportabit ex vtero matris eccleſię triumphantis cum venerit: ſicut legem clementiæ attulit ex vtero mr̃is Mariæ. Adquã pro mia recurremus, dicẽtes Aue.

Manus duo ipſius Dei.

B Iudicium Dei. De quatuor generibus videntium ſigna futura.

VIdentium iſta ſigna, quatuor tunc erũt hominũ genera. Nã quidã erunt mali, quibus vexatio dabit intellectũ, & terrore concuſſi reuertentᷣ ad dñm & conuertentur: ſicut ſcriptum eſt. Cũ occideret eos quęrebant eũ, & reuertebantᷣ &c. In quo videtᷣ quãta in omnibus, quibus videtᷣ Deus iratus mia apparebit. Cũ iratus fueris mię recordaberis. Scd̃m genus eris reproborũ, q timebũt & deſperabũt dicẽtes mõtibus cadite ſuper nos, & collibus operite nos. Initium. n. dolorũ hęc, quia ibi incipiet infernus eorum. Deuter. 32. Ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Tertiũ genus eſt imperfectorũ, q licet boni; vidẽtes tñ hæc timebũt & pęnitẽtiã agentes purgabuntᷣ. Videbũt. n. ꝙ dñs his ſignis ęternos dolores ꝓnũtiabit; iõ meli⁹ agẽte

pſal.

pſal.64. Timebunt gentes, qui habitant terminos a ſignis tuis. Quartum genus erit perfectorum, a quibus perfecta charitas foras mittit timorem, qui deſiderabunt diſſolui & eſſe cum Chriſto, qui in his ſignis Deum glorificabunt, & finem belli pro pace æterna propinqua deſiderabunt. Ad quod eos inuitat ſaluator per uerba propoſita. His autem fieri incipientibus, leuate capita veſtra, &c.

C Iudicium Dei. De ſignis & natura elemẽtari.

Mane dictum eſt de ſignis cœleſtibus: reſtat pro illa ſecunda citatione dicere de tribus alijs ſignis. Et primò de ſignis in natura elementari, vnde ſubditur. Erit in terris pręſſura gentium pręconfuſione ſonitus maris & fluctuum. Quod multipliciter intelligi poteſt. Primo, quòd erit præſſura quantum ad ſtatum ruſticorum, qui per terram figurantur: & hoc propter vexationes & exactiones, quæ eis a potentibus ſeculi inferuntur. Eſa.24. Confractione confringetur terra. Et hoc ſępe contigit in populos & maxime ante Machometum, & plus ante antichriſti aduẽtum. Iob.41. Faciem ſuam pręcedet egeſtas. Secundò poterit contingere hęc pręſſura ex elementari commotione, quia ſecũdũ Hiero. fugiẽt homines & latitabũt in cauernis petrarum: tantaq; ibi erit hominũ cõpreſſio, q̃ ſe mutuo ſuffocabunt. Et hoc cauſabitur ex quatuor. Primo ex agitatione maris & fluctuũ, qui cauſabũt ſonũ horribilẽ, & ex eleuatione maris ſupra mõtes, & clamore beluarum, quæ morientur in mari: ex quibus omnibus generabitur horribilis ſonus. Erit enim tũc durũ genus aculei, quo ſtimulabunt gentes: q̃ in terris erit preſſura gẽtiũ. Erit ẽt nouum genus præcoui, quo mentes excitabuntur: quia pręconfuſione ſonitus maris & fluctuum. Secundò cauſabitur ex igne: quia mare videbitur ardere 2. Pet.3. Elementa mundi calore ſoluentur, id eſt videbuntur ſolui: & tunc fugient homines. Tertiò erit commotio terræ vehementiſſima, cum caſtra cadent, palacia & ciuitates: & propter hoc fugient. Quartò erit vehemens aëris commotio per fulgura, coruſcationes & tonitrua: ex quibus omnibus cauſabitur aëris obſcuritas, & tunc homines hæc fugiẽdò ſe cõprimẽt, & hęc tribulatio maxime vigebit circa terras maritimas. Vnde dicebat quidem pater in vitis patrum, quòd ſi poſſibile eſſet quod homines viderent aduentũ iudicis, cęlos ſciſſos, Deum iratũ, & ea quæ pręcedent iudicium, omnes morerentur. Inde omnes homines ad huiuſmodi aduẽtũ morientur. Grego. in homil. Nudiuſtertius fratres audiſtis, q̃ ſubito turbine annoſa arbuſta ſunt eruta, deſtractę domus, euerſę eccleſię, hoĩes ad veſperum ſani, in ipſa nocte repẽtina morte defuncti ſunt: Si cum aerem mouit terra non ſubſtitit, quid faciet cum cęlum & omnes creaturas commouerit? Vnde erit quadruplex gentium præſſura. Prima tyrannorum, Secunda hæreticorum, Tertia hypocritarũ, Quarta antichriſti. Hinc Dan.7. Videbã in viſione noctis, & ecce quatuor beſtiæ aſcendebant de mari. Prima quaſi leena: iſta eſt tyrannorum crudelitas. Secunda quaſi vrſus: iſta eſt hęreticorum verſutia. Tertia eſt quaſi pardus: & iſta eſt varietas, & dolus hypocritarum & falſorum fratrum. Quarta terribilis & fortis nimis: & iſta ſignificat antichriſtum: cuius tempore erit talis tribulatio, qualis non fuit ab initio ſeculi, quia illę quatuor tribulationes confluunt in vnam.

Præſſura quadruplex tempore iudicij.

D Iudicium Dei. De ſignis in natura rationabili.

Tertio erit ſignum in natura rationali, quia areſcent homines pręt timore, & expectatione eorum quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Quod intelligi poteſt vel ſpiritualiter per ſubtractionem deuotionis, vel temporaliter areſcent vigore ſuæ corporalis virtutis, ita vt fiant velut amentes pro timore malorum adhuc reſtantium: quia nec natio, nec prouincia ab his anguſtiis excludetur. Et ſic non inuenietur locus impio, & implebitur illud pſal. 35. Quæſiui eum & non eſt inuentus locus eius: quaſi diceret: Quæſiui impio locum in mundo, & non inueni. Nam iudicio imminente, cœlum tonitruis, & fulguribus expellet impios aer turbinibus, mare tempeſtate, terra commotione, ut in toto mundo locum nõ inuenient: ſepeliẽtur in flãma ignis deuorãtis. Exẽplo eorũ qui regem terrenũ offenderũt. Nemo

eſt qui non velit regi complacere, & complacendo a ſuo hoſpitio hoſtes eius eijcere. Sic appropinquante termino mundi omnia a ſe peccatores expellent. Et ſi dicatur. 1. Theſſaloniceñ. 5. Cum dixerint pax & ſecuritas repentinus eis ſuperueniet interitus. Non eſſet autem pax & ſecuritas, ſi homines per huiuſmodi ſigna precedentia ita terrerentur. Sed hoc ſoluit Aug. in epiſtola ad Eſitium, dicens, quòd iſta pax, & ſecuritas erit tunc malis, qui bonos perſequentur; ſed non bonis: & ideo iſtud dictum ad bonas referri debet: hoc enim peruipendent mali. Vel poteſt dici, quod iſta ariditas erit per aliquod tempus ante diem iudicij. Et poſt illud tempus credent homines ab illis malis eſſe immunes. Et tunc illis ſuperueniet repentinus interitus. Et hęc ariditas non ſolum in hominibus erit, ſed etiam in alijs creaturis; arguens ignem conflagrationis cito aduenire, quaſi omnia eſſent arida igni parata. Vel areſcent homines in die iudicij, quando non habebunt theſauros cupidi, & ſuperbi honores. Vulgo dicitur quod totus homo areſcit, quando non habet quod appetit.

E
Angelus: Quomodo virtutes angeli ſe mouebuntur.

Quartò apparebunt ſigna in natura angelica. Virtutes enim cęlorum mouebuntur. Ac ſi diceret. Non eſt mirum ſi commoueantur homines: quando virtutes cęlorũ quæ ſunt firmæ & ſtabilis conditionis ex admiratione venturorum concutientur. Hoc autem intelligi poteſt multipliciter. Primò ſecũdũ Ricar. de me. vil. quòd tunc angeli mouebuntur ad faciendum facta inſolita, per modicũ temporis ante aduentum eius facientes facta maioris admirationis quàm vnquã fecerint, vt reuocẽt ferreas mentes in Deum: Sicut leguntur feciſſe terrores in aere. 2. Machab. 5. Quando per quadraginta dies viſe ſunt per aera acies, ſeu equites, diſcurrẽtes quaſi cohortes armatas, & cõgreſſiones fieri horribiles. Quod ſimiliter viſum eſt ante deſtructionem Hieruſalem, vt refert Ioſephus lib. de bello Iudaico. Et ſuper ciuitate Ianuenſi pauloantequam caperetur ab Agarenis, vt refert Vincentius. Secundò ſecundum Anſelmum, angeli mouebuntur: quia tunc dimittent miniſteria ſua operari ceſſãdo mouere corpora cęleſtia: & hoc ideo quia tunc non amplius fient generationes. Sicut enim figulus per rotã motam componit qualem potum voluerit; ſic dominus per motum cęlorum, quĩ tunc definet. Hiere. 18. Sicut lutum in manu figuli: ſic vos in manu mea, dicit dominus. Tertiò mouebuntur motu admirationis, videndo motus accidẽtes pręter ordinem naturæ: & iudicium omnis creaturę.

Cauſa autem huius admirationis multiplex erit. Primò, quia ibi videbunt aſſiſtere totum orbem, etiam omnes angelos in conſpectu terribilis iudicis. Secundò, quia videbunt horribilem punitionem de ſuis conſortibus, ſcilicet angelis demonibus. Tertiò ſtrictiſſimam diſcuſſionem, quæ fiet a ſeuero iudice. Quartò totum orbem ardere. Chryſoſt. Si quis eſſet ſupra monte, & videret vnam magnam ciuitatem ardere, terrore concuteretur; quãtomagis ſi totum orbem ardẽtem videat? Quartò mouebuntur ad vindictam malorum faciendam, quando exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Matthei. 24. quàm timenda erit illa ſeparatio. Nec mirum ſi tunc moueantur, quia ſecundum Chryſoſt. Si quando rex terrenus proceſſurus contra aliquem in expeditionem mandat populos, dignitates omnes mouẽtur, exercitus excitantur, & tota ciuitas feruet: quantomagis rege cęleſti exeunte iudicare hoſtes ſuos capitales? Quintò ſecũdũ Guil. Pariſ. cõmouebuntur angeli ſancti ad cuſtodiã hominum vel regnorum deputati, & hoc ad vltionẽ reproborũ, vel trãſeũdo ab eis, & derelinquẽdo eos. Sicut legimus ante deſtructionẽ Hieruſalẽ fuiſſe auditas uoces in templo, quæ putabantur eſſe angelorum dicentium. Tranſeamus ab his ſedibus. vnde Eccleſiaſt. vlti. Cõmouebuntur cuſtodes domus. Sextò ſecundum eũdẽ virtutes mouebuntur, id eſt viri prudentes, Inter virtutes enim prudẽtia & circũſpectio ſunt quæ præuident hoſtes, & hoſtiũ iacula & annunciant: & ideo ſunt quaſi cuſtodes.

custodes domus: de quo allegatū eſt, Cōmouebūtur custodes domus. Iſti viri prudentes ita mouebuntur a ſuo ſenſu, quòd vix ſciant in tantis aduerſitatibus dare conſilium, & ideo ſequitur. Et mutabunt viri fortiſſimi, idest vt ſi fieri poteſt, moueantur electi qui dicuntur viri fortiſſimi, quia robur conſiſtendi in mundo, datur populo quibus ſeclusis non amplius eſſet populus. Nā tāta tūc erit perſecutio vt etiā ſecūdū tex. ocioſæ ſint molentes imminuto numero, i. prædicatores & doctores ocioſi erunt quia tunc videbūt doctrinā potius ſcandalū concitare ſibi & auditoribus quàm prodeſſe. Et tunc potius lachrymis, luctui, & orationi vacare, tunc eligens non videntes alia via occurri poſſe tot malis quæ erunt in illis diebus. Iuxta illud Thren. 3. Bonum eſt cum ſilentio præſtolari ſalutare dñi. Ponet in puluere os ſuū: forte ſit ſpes. Sedebit ſolitarius & tacebit, Hęc Guil. Pariſ.

F

Crux. Iudicium Dei. De citatione peremptoria per ſignum filij hominis.

Tertia citatio & peremptoria erit per ſigna propinquiſſima, quorum primum erit ſignum filij hominis. Sed dicet quis iſtud ſignum filij hominis non eſſe crucē: ſed aliquod aliud ipſum repræſentās. Ad quod dicitur quòd crux erit ſignum filij hominis. Quod probatur primò, quia illud eſt ſignum filij hominis, quod magis declarat ipſum eſſe filium hominis. Nihil autem magis declarauit eum eſſe talem quam mors, quam nullus vnquam euaſit niſi filius hominis. Ideo licet eſſet filius Dei quod per miracula comprobatur per crucem moriendo ſe filium hominis eſſe deſignauit. Secundò quia ſicut p ſignum cognoſcitur taberna, & per vexillum rex, ſic per crucem cognoſcitur triūphus Chriſti, qui reprobis erit in cōfuſionem, qui perdiderunt eius meritū, & electis in gloriā, quia per ipſum triūphauerunt: igitur per tale ſignum crux intelligitur. Tertiò, quia ſignum iſtud tanto honore dignatus eſt honorare dñs, vt ēt nec Hebræos ab angelo interfectore voluerit eſſe liberos, cum vellet exterminare exercitum Aegypti, niſi per ſignum Thau i. crucis, non in abſcondito vel in obſcuro poſitum, ſed in ſuperliminaribus domorum; & nunc in frontibus hominum reponere iuſſit: ita quòd per cruces oſtiorū indicauerit totā ſibi domū mundi eſſe ſuram: & per cruces frontium totum ſibi hominem per crucem vendicaturū, & ſic per crucem totū orbē iudicaturum: quia in cruce ſibi data eſt omnis poteſtas in cęlo & in terra iudicandi. Propter quod Apoſtolus cum dixiſſet, Humiliauit ſe factus obediens vſq; ad mortē: mortē autē crucis, ſubdit. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. vt in nomine Ieſu omne genu flectatur &c. Et ſic per crucem omnia iudicabit, & omnia ſibi flectēt genua cęleſtia, terreſtria, & infera. Quarto quia & ſi crux dominum torſerit, ipſi tamen gloriam peperit: de qua Apoſtolus. Vidimus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Cur ergo non apparebit gloriæ ſignum: cum in maieſtatis gloria præcipua apparebit, veniens ad viſitandum orbem & curare plagas eius. Sicut enim antea per crucem curauerat vulnera eius, tunc ſimiliter curaturus eſt.

I

Iudicium Dei. Dies iudicij deſiderabilis ...

Chriſtus venit vt medicus.

Venit autem medicus primo viſitans infirmum vt morbū cognoſcat, ſecundo cū medicinalibus curans, tertio ſi medicina non ſufficit cum ferreis inſtrumentis ſecturus. Sic dominus genus humanum tripliciter viſitauit. Primò in paradiſo homine vulnerato ex morſu ſerpentis antiqui, venit vt ſtatum eius cognoſceret dicens, Adam vbi es? Non quæſiuit de loco, ſed de ſtatu vulnerati. Iob. 7. Viſitas eum diluculo, idest mane primæ ætatis. Secundò venit cum medicinalibus: prius quidem corroſiua apponens in lege ueteris, deinde in lege euangelica continente ſacramenta quædam, quaſi quędam vnguenta, quibus vulneratus continue uteretur, appoſuit. Et ſic uinum, & oleum infudit Samaritanus vulnerato: quod deſiderabat natura humana dicens, Viſita nos in ſalutari tuo. Tandem cum inſtrumentis ferreis venturus eſt; ut carnem mortuam & membra putrida præſcindat, quia cum ſignis paſſionis, cruce, clauis, & lancea: vt inſanabilia membra abſcindat & proiiciat. Pſa. 37. In die illa uiſitabit do-

minus in gladio ſuo duro, grandi, & forti.

G
Tuba. De tuba quare dicitur nouiſſima: & ad qd deſeruiet.

Secundum ſignum propinquiſſimum erit nouiſſima tuba. Circa quòd quærun tur duo. Primò quare dicitur nouiſſima. Secundò ad quid deſeruit. Ad primum reſpõdet Hieronymus ad Marcellam. Quo modo dicitur nouiſſima tuba, niſi alię pręceſſerint? In apocalypſi autem Ioannis ſeptem deſcribuntur angeli cum tubis & vnoquoque clangente; primò videlicet, ſecũdò, tertiò, quarto, quinto & ſexto, quid per ſingulos actum ſit indicatur. Nouiſſimo autem, ideſt ſeptima reſonante mortui ſuſcitantur. Vel aliter ſecundum eundem in epiſtola ad Cromatium & Heliodorum. Tubæ, priores ſacratæ leguntur in libro numerorum, quę ante oſtias perſonabant, & ad cultum diuinum populum vocabãt: deinde deſcendit ſermo diuinus reſonante illa tuba quæ dixit. Ego vox clamantis in deſerto, Nouiſſima vero tuba erit archãgeli, quando deſcendet dominus de cęlo; hęc Hiero. Ad ſecundũ dicit quod in antiqua lege tubæ ad quatuor ordinabantur. Primo ad mouendum caſtra hebræorum. Secundo ad bella. Tertio ad conuocandum principes vel populum ad feſta. Quarto ad conuocandum populum ad epulãdum: vt habetur ad longum Nume. 10. Sed quia epulæ pertinent ad feſta, & caſtrorum motio ad bella, ideo ſub duobus membris poteſt vſus huius tubę corporalis comprehendi. Ad quorum inſtar vnum erit ad inuitandum electos ad feſtum nuptiarum agni, & ad epulum ſempiternum. Secundum erit ad bellũ quando armabitur orbis contra inſenſatos. Ideo nil mirum ſi tunc canet tuba. Iuxta illud ſaluatoris. Matth. 24. Mittet angelos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, & a ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. Zachariæ. 9. Deus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri: Turbo autem Auſtri vadit contra Aquilonem ideſt contra malos, in quibus refrigui charitas ad diſſipandum eos. O terribilis tuba, quæ petras ſcindit, aperit ſepulcra, & confringit vincula mortis, & de profundo inferni aſſignat animas ſuis corporibus citius in opere quàm ſagitta tranſit in aere.

Tubæ quatuor in antiqua lege.

H
Iudicium Dei. Quomodo Chriſtus veniet in poteſtate et maieſtate magna.

Cum autem hæc ſigna apparuerint, tunc apparebit dñs veniens in poteſtate & maieſtate magna. Quando rex venit ad bellum, cõiter venit habitu mutato, quãdo uero ad regnum in habitu proprio. Sic Chriſtus cum venit ad triumphũ crucis venit habitu mutato, quia habitu inuentus vt homo. Stetit enim vbi præſes Pilatus ſedebat. Sed in iudicio veniet ad regnum in habitu proprio claritatis æternę in poteſtate & maieſtate magna, ſedens vbi præſes ſuus erit ſtans. Et tunc ſui electi qui hic inuenientur viui, ſimul ibunt obuiam Chriſto in aera, vbi ſedebit in nubibus aeris. Et hic erit locus dexter potior & nobilior, in quo ſtabunt omnes electi, qui tunc vel morientur ſubito, & ſubito ſuſcitabuntur. Vel ſecundum aliã opinionem ſic morientur, quòd viui de mortalitate ad immortalitatẽ transferentur. Reprobi autem ſtabunt in terra quaſi a ſiniſtris, ſcilicet in minus nobili loco. Beati qui inuenientur parati ire obuiam ei, qui cuſtodierint veſtimenta ſua ne nudi ambulent: & hoc contra frigora infernalia de quibus Iob. 24. Trãſibunt ab aquis niuium, ad calorem nimium. Hi ſunt electi de quibus ſapientia dicit Prouer. vlt. Non timebit domui ſuæ a frigoribus niuis, & hoc ideo quia omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Miles in bello veſtitur duplici veſte, ſcilicet armatura ferrea exterius, & ſub armis moli & decoro veſtimento, ſicut ouis duplicem habet veſtem, pellem ſcilicet & lanam. Sic milites & domeſtici exterius pęnitentia, patientia, & honeſta conuerſatione veſtiri debent: intus autem decoro & glorioſo habitu charitatis & cęterarum virtutum. poſtmodum cum Chriſto duplicem ſtolam, corporis ſcilicet & animæ habituri.

I
Iudicium Dei. Dies iudicij deſiderabilis eſt iuſtis.

Sed quia bonus medicus volens ęgro dare potionem amaram, eam melle vel zaccaro temperat, vt eam valeat æger recipere. Sic dominus medens peccatoribus dat eis guſtare potionem amarã iudicij, ſed poſtmodum temperat eam ſpe fru-

fructus futuri. Dicit enim medicus, hæc medicina terribilis eſt & amara: ſed abſq; dubio eã ſubſequitur ſanitas. Et hoc eſt, quod ſubditur. His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, ecce appropinquabit redemptio veſtra. q. d. Per tenebras illas, ſperanda eſt lux, poſt perſecutiones pax æterna, poſt peccatorum captiuitatem, redemptio æterna. Iob. 17. Rurſum poſt tenebras ſpero lucẽ. Nec mirum, ſi iubet dominus electos gaudere de deſtructione ſeculi. Primo, quia via eorum laborioſa finitur, Greg. in Homil. Quid eſt vita mortalis, niſi via? & qualis ſit fratres mei perpendite. In labore viæ laceſſere, & tamen eandem viam nolle finire. Ideo iuſti tunc lætãter exeũt, quia tunc a laboribus requieſcunt. Secunda, quia eorum inimicus deſtruitur, mundus enim odit electos. Ioan. 17. Ego dedi eis ſermonem meum, & mundus eos odio habuit. Et ibidem. Quia de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus. Ideo Eccleſiaſtici 51. Vir iuſtus petit in tempore ſuperborum non derelinqui ſine adiutorio, propter multitudinẽ inimicorum, & quærit tempus electorum. de quo Sap. 3. In tempore erit reſpectus illorum, ſcilicet in tempore iudicij. Nunc enim eſt tẽpus diaboli, & membrorum eius, quæ ex diuina permiſſione facultatem habẽt affligendi iuſtos. Et hoc tempus peſſimum, & maximè finale, in quo ſathanas, qui nunc ligatur, ſoluetur, vt dicitur Apoca. 20. Tertiò quia appropinquat amicus iuſtorum, Grego. in Homil. Qui Deum diligũt ex mundi fine gaudere iubentur: quia eum quem amant mox inueniunt: dum tranſit is, quem non amauerunt. Ideo dicitur eis, Leuate capita veſtra exemplo natantium, ne ſubmergamini in mari huius mundi. Si enim caput eſt extra aquas, & totum corpus intra: non propter hoc ſubmergitur homo: ſi autem caput intra, & totum corpus extra, ſubmergitur. Sic ſi homo ſit inter diuitias multas, ſed cor non eſt ibi, non eſt periculum. Pſalm. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Si autem ſit in diuitijs cor, dato quòd nõ habeat eas, periculum eſt. Cor enim ſubleuandum eſt a temporalibus, ſicut vitis in palo ſubleuatur, ne putreſcat in terra, & veſtis ſubleuatur, ne luto inquinetur. Cor autem inquinatur, & putrefit in terrenis poſitum. Diligamus itaque animam noſtram, ad minus ſicut veſtem, vel vitem noſtram. Quartò quia appropinquat redemptio bonorum ex omnibus malis. Tunc enim erit perfecta redemptio, non tantum animę, ſed etiam corporis: quando mortale hoc induet immortalitatem. In primo aduentu redemit animam, non auro, vel argento, ſed ſanguine ſuo: quia ſi auro redemiſſet, putari potuiſſet, quòd anima bono temporali comparabilis eſſet. Eſaiæ 52. Sine argento redimemini. Ideo nihil anima præcioſius. Nihil enim in mundo eſt, nec deliciæ, nec diuitiæ, aut honores, pro quibus ſi dederit homo animam ſuam, quin ſit vltra modum deceptus, & vltra medium iuſti precij. Propter quod facile poterit a malo contractu in curia miſericordiæ releuari, dummodo non currat tempus præſcriptionis. Sed multi ſunt, vt dicit Chryſoſtomus, qui iam in fine diei ſunt, & continuò in peccatis dormierunt, & nondum leuauerunt caput. In talibus currit tempus præſcriptionis.

Probat autem dominus, quòd appropinquat redemptio electorum ex ficulnea, & cæteris arboribus, dicens, Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum &c. hoc eſt dicere, Sicut ex pullulatione fructuum, florum, & foliorum arborum, prope eſſe æſtas cognoſcitur, ſic ex ruina mundi, quæ eſt fructus eius, & etiam ex ſignis prædictis prope adeſſe cognoſcitur iudex.

Et ſi quis diceret. Dñe adhuc multus erit tẽporis fluxus quouſq; hæc ſigna fiãt. Reſpondet. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, ſcilicet Chriſtianorũ vel etiam Iudæorum, vel ſextę ętatis mũdi, donec omnia fiant. Semper enim durabit generatio Iudæorum vſq; quo conuertantur in fine ſeculi. pſ. 38. Cõuertent̃ ad veſperam, ſ. mundi; & famem patiẽtur, vt K *Iudæus. Quomo-*

canes

do Iudæi conuertẽtur in fine ſeculi.

canes, qui cibum quem euomuerunt iterum reſumunt. Sic Iudæi Chriſtum quẽ blaſphemijs & improperijs euomuerunt & eiecerunt, in fine mundi cum appetitu reſument.

L Iudicium Dei. Quomodo cælum & terra trãſibũt: & Chriſti verba non.

Et ſi iterum dicat quis. Quare magis dominus comparat ſynagogam ficulneæ, quàm alteri arbori. Dicitur quòd hoc ideo eſt, quia ficus penè poſt omnes arbores vernat, & difficile frigus poſt ficum vernantem accedit. Sic poſt conuerſionem Iudæorum, propè erit æſtas, id eſt ęterna ſerenitas, & cęli & terræ deſiderata nouitas. Et ad horum conſiderationẽ ſubdit, Cęlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. q. d. Facilius eſt, ꝙ tota natura ſubuertatur quàm ꝙ intellectus verborum meorum effectu nõ impleatur. Cęlum autem & terra tranſibunt, non quidem per eſſentiam, ſed per imaginem quam nunc habent. 1. Cor. 7. Præterijt figura huius mundi. pſal. 101. Ipſi peribunt: tu autem permanes. Per eſſentiã enim in ſui natura ſemper ſtabunt. Eccleſiaſtices 1. Terra autem in æternum ſtat. Sic tranſibunt quando erit cęlum nouum, & terra noua, quando (ſecundæ Petri tertiò) adueniet dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſieunt; elementa vero calore ſoluentur: & terra & quæ in ipſa ſunt omnia opera exurentur: & innouabuntur cęli & terra. Licèt enim nullus homo de ſacco veteri poſſit nouum facere, hoc tamen Deus poteris. Sic enim tranſibunt per effectum, vt cœlum non amplius moueatur, & terra non dabit amplius fructus ſuos, ſicut ſolebat.

Et ſi vlterius dicatur. Quomodo verba Chriſti non tranſibunt: Primò dicitur in pſal. 118. Vſque in generatione & generationem veritas eius, ſcilicet tranſibit, ergo verba eius tranſibunt. Secundo dicitur in pſal. 115. Omnis homo mendax, verba autem mendacij pereunt; cũ igitur Chriſtus ſit homo: eius verba cito peribunt. Reſpondetur primò ꝙ tranſire vt ad propoſitum dupliciter accipitur. Vno modo promoueri de vno loco ad alium, iuxta illud pſal. 67. Dum pertranſires in deſerto terra mota eſt, id eſt dum veritatem prædicando a Iudæis ad gentes tranſijt verbum Dei, tunc terra gentium mota eſt ad fidem, & fructum fecit. Sic per Paulum tranſijt veritas ad gentes ita vt a Hieruſalem vſque ad Illiricum mare totum repleuerit verbo euangelico. Rom. 15. Et ſic tranſijt veritas a generatione Iudæorum in generationem gentium. Alio modo accipitur tranſire, vt idem eſt ꝙ perire. Et ſic verba Chriſti non tranſibunt, quia licèt verba hominum non diu durent, ſed tranſeant cum tempore & obliuioni contradantur, iuxta illud pſal. 11. Diminutæ ſunt veritates a filijs hominum. Nec ſemper veritates & promiſſiones hominum adimpleantur, iuxta illud pſal. 61. Mendaces filij hominum in ſtateris. Tñ verba Chriſti neque promiſſiones eius peribunt. pſal. 116. Veritas dñi manet in æternum. Et iterum folium eius non defluet. i. non peribit, aut non fruſtrabitur, aut non manebit influctuoſum, vel ocioſum. Vnde in aliquibus arboribus folia cum fructibus deficiunt. Quia aliqui ita extraneæ conditionis ſunt, ꝙ neq; verbo, neq; opere dignantur proximum ſuum conſolari: vt auari de nullo niſi de terrenis cogitantes, neque de cęleſtibus, neque de proximo loquuntur, neq; pro eis quicquã operatur. Ioan. 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. Aliç ſunt arbores, a quibus fructus perit non folia: vt mali doctores qui dicunt bona fieri debere & non faciũt. Aliç ſunt arbores a quibus fructus & folia cadunt in hyeme: vt amici tempore proſperitatis & non aduerſitatis. De quibus poeta. Si fueris fęlix multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. Sola arbor Chriſti, eſt, quæ omni tempore folia & fructus habet, nec vnquam defluunt. Omnia enim quæcunq; faciet ſemper proſperabuntur. pſal. 1. Dicitur ſecundo ꝙ quadrupliciter poteſt intelligi quòd omnis homo ſit mendax. Primò exceſſiue loquendo, & ſic loquitur Dauid dicens: Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax: quia præuiderat Deum hominẽ & ſemper fore veracem. Secundò dicitur omnis homo mendax, id eſt variabilis: ſi-

M Mẽdaciũ. Quomodo omnis homo eſt mendax.

eut Deus verax, ideſt immutabilis. Rom. 3. Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Tertiò dicitur omnis homo ex ſe mendax, ſed ex Deo verax. 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis. Ioan. 11. Hoc autem non dixit a ſemetipſo: ſed cũ eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Bernan. Omne verum a quocunque dicatur a ſpiritu ſancto eſt. Quartò dicitur omnis homo mẽdax nõ a mendacio, ſed a menda, ideſt macula, quia 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

Sermo quintus huius dominicæ ſecundæ Aduentus, & in ordine decimuſquartus: per thema ſuper epiſtolam.

A
Sacra ſcriptura. Vtrum liceat ſcrutari mirabilia de ſcriptura ſacra.

QVęcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Roma. 15. Quærere quis poſſet an licitum ſit aut expediat multum ſcrutari, & effodere mineralia doctrinæ ſacræ? Et videtur ꝙ non: quia Prouerb. 25. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria. Non igitur expedit illa ſcrutari. In oppoſitum arguitur per thema propoſitum. Scrutanda enim ſunt quę ad noſtram doctrinam & eruditionẽ ſcripta ſunt. Hoc autẽ ita eſt, & ita iubet ſaluator. Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternam habere. Reſpondetur primò ſecundum Ricard. de me. vil. in quadam expoſitione tex. ſententiarum, ꝙ ſcrutatores ſecretorum Dei repręhenduntur non omnes: ſed qui inepti ſunt ad compręhendendum. Nõ enim nobis inuidet Deus ſcientiam ſecretorũ ſuorum ſicut perſuaſit ſerpens primis parẽtibus. Gen. 3. dicens, Scit enim Deus ꝙ in quocunq; die commederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſciẽtes bonum & malum: quaſi Deus inuideret eis ſcientiam ipſam. Cuius ſententiæ concordabat Simonides poeta quem reprehendit Ariſto. 1. metha. dicens, omnem inuidiam a Deo relegandam eſſe. Qui. n. huiuſmodi ſecreta comprehendere non poſſunt, cum ſcrutari nituntur excecantur. Pſal. 63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Et niſi liceret eis qui compręhendere poſſunt ſcrutari de Deo: non diceret Pſal. 118. Declinate a me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei. Et iterum ſcrutabor mirabilia de lege tua. Sunt enim ſacræ ſcripturæ vaſa mortis his, qui inde hauriunt venenum prauæ intelligentiæ: de quibus pſ. 7. in eo ſcilicet arcu ſacræ ſcripturæ parauit vaſa mortis. Alijs ſunt vaſa aquæ ſapientię ſalutaris, qui in mineris ſacræ ſcripturę effodientes, aliquando aurum: aliquando argentum: aliquando es: ſufficit etiam ſi ferrum inuenire poſſunt, ideſt aliquando precioſas ſentẽtias a profunditate ſcripturarũ extrahunt: aliquando mediocres: aliquando minores ſecundum eorum capacitatem. Dicitur ſecundò, ꝙ in ſacra ſcriptura & maiores intellectu & ſimiliter minores inueniunt quid hauriãt. In ea enim (vt dicit Auguſtinus) poteſt vadare Agnus, & natare Elephas. Sunt enim paſſus faciles pro minoribus vbi faciliter tranſeunt; & ſunt difficiles vbi etiam ſapientes vix tranſire poſſunt. Propterea dies diei eructat verbum, ideſt ſecreta myſteria his qui intelligentia pollent eructantur: & nos nocti indicat ſciẽtiam, ideſt minora minoribus ſecundum eorum capacitatem indicantur. 1. Cor. 3. Nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Heb. 5. Facti eſtis quibus lacte opus eſt, non ſolido cibo. Obſcurauerat enim ſermo diuinus eorum mentes qui dixerunt, durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire? Inde pręceptum eſt. Eſa. 8. Liga teſtimonium, ideſt obſcurè ſcribe: & propter eos, qui indigni ſunt: & propter exercitium perfectorum. Inde Dan. 12. Signa librum, & claude ſermonem. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. 1. Cor. 10. Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, ideſt ſub ſcripturarum obſcuritate. Pſal. 146. Qui operit cęlum nubibus, ideſt cęlum ſcripturæ figuris & enigmatibus: & parat terræ pluuiã, ideſt minoribus qui terrenis occupantur

B
Sacra ſcriptura. Quomodo differẽter exercitantur in ſcripturis: maiores & minores.

plu-

pluuiam doctrinæ: vt illi, ſcilicet maiores abyſſos: iſti pluuiam ingrediantur. Ideo perfectis & magni ingenij viris extendit cœlum ſicut pellem, id eſt ſacram ſcripturam ad omnem intelligentiam tam literalem, quàm myſticam: ſicut pellis capræ extendi poteſt ad omnem differentiam poſitionis. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Inde in ſacra ſcriptura appoſuit dominus ad exercitium magnorũ ingeniorum in principio vtrorumque teſtamentorum difficillima ad intelligendum: vt in principio veteris creationem mundi; prohibitionem ligni; locutionem ſerpentis; & propter hoc iram Dei ſuper humanum genus. In nouo generationem æternam, vt nullus præſumat ad ſacram ſcripturam ſe conuertere, niſi captiuet intellectum ſuum in obſequium fidei. Imperfectis autem ſufficit doctrina facilior. Roma. 14. Qui infirmus eſt, olus manducet, id eſt minora ſibi incorporet & ei ſufficiant. Ioan. 4. Neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Dicitur tertiò ꝙ etiam a magnis ingeniis & multũ exercitatis vix enodãtur ſacræ ſcripturæ difficultates. Gen. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, ſcilicet ſacrę ſcripturę. Cum magno labore fodit puteos Iſaac: vt aquam lympidã inueniret, Gen. 26. Nec ſolus fodit eos, ſed cum alijs, quia ad hãc foſſionem plurimum valet multorũ exercitium. Matt. 11. Regnum cœlorum, id eſt ſacra ſcriptura vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ideo qui parui eſt intellectus dicat illud. Lucæ. 16. Fodere non valeo, id eſt ingenium profunda ſcrutandi non habeo. Inde liber ſacræ ſcripturæ ab Ezechiele dicitur inuolutus: & hoc multis difficultatibus. Ab Eſaia dicitur ſignatus: ita ꝙ non quilibet intrare poteſt eius intelligentiam. a Daniele dicitur clauſus: quia nemo poteſt eum aperire, niſi leo de tribu Iuda. Gregor. Sacrę ſcripturę vileſceret auctoritas, niſi auditorem quandoque ſtimularet difficultas. Et ſic in ſcripturis multa ponuntur obſcura, ne vileſcerent, & ne indignis aperirentur, & vt inueſtigante gratius inuenirent. Et iterũ Grego. Plerunq; in ſacro eloquio aliquid obſcurè dicitur: vt Deo mirabiliter diſponente multipliciter exponatur. Eſa. 11. Replebitur terra ſciẽtia dñi quaſi aquæ maris. Aquis marinis eam comparat, quia q addit ſcientiam, addit & dolorem. Eccleſiaſtes. 1. Pro cuius laboris & doloris ſubleuamine, Mariam requiremus ſalutãtes eam & dicentes Aue.

E Sacra ſcriptura. Quo ſcripturæ ſũt difficiles.

Sacræ ſcripturæ liber diuerſimode vocatur.

IN textu præſentis dominicæ quinque ſacræ ſcripturę vtilitates legũtur. Quarum prima eſt illuminatio & eruditio doctrinæ. Secunda ſolidatio patientię. Tertia conſolatio in aduerſitate. Quarta erectio in ſpem cœleſtis gloriæ. Quinta eſt iocunda laudatio maieſtatis diuinæ.

D Scriptura ſacra. Quomodo ſcriptura ſacra hominem illuminat.

Prima igitur ſacræ ſcripturæ vtilitas eſt illuminare ſingulos ſecundum capacitatem ſuam pſal. 118. Declaratio ſermonũ tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Et iterum Pſal. 18. Præceptum domini lucidum illuminans oculos, ſcilicet mentis. Eſt enim ſcriptura ſacra ſpeculum manifeſtãs occulta; & hoc ideo, quia multa vidẽtur in ſpeculo quę aliter videri non poſſunt. Si quis enim vellet me a dorſo percutere, non poſſem videre aut mihi cauere niſi tenerem ſpeculum. Similiter litera quæ videtur modica extra ſpeculũ in ſpeculo apparet groſſior. Ex quo contingit ꝙ litera quæ videtur delecta & legi nõ poteſt; bene legitur mediante ſpeculo, maximè quando ſpeculum reſpicit de prope. Sic ſcriptura ſacra facit hominem cauere a fraudibus & tentationibus hoſtis, qui retro percutit. Similiter peccata quæ apparent modica & leuia, oſtẽdit quantum ſint grauia: & peccata oblita quæ legi non poterãt, facit cognoſcere & confiteri. Oſtendit enim hoc ſpeculũ cuilibet quantum ſit pulcher, vel turpis ſpiritualiter propter quod de prope, id eſt libenter & cum diligentia debemus illud intueri. Et ſic cõſulitur, Lucæ 2. Videamus hoc verbum quod fecit dominus, & oſtẽdit nobis. Non poteſt eſſe bonus clericus, niſi qui diligenter & libenter ſtudet in libro ſuo. Non enim ſufficit ſubtilitas ingenij & auiditas audiendi. Sic perſona quæ non eſt diligens de audiendo, addiſcendo, & ſtudendo quando eſt in ſermone: non eſt

Clericus nõ poteſt eſſe bonus niſi ſtudeat in libro ſuo.

eſt bene ſapiens in his quæ ſunt ad ſaluté. Sunt enim ſimiles fatuis ſcholaribus, quibus pater quandoque facit ſpecialem gratiam. Pręaliis enim aliquem diligit, propter quod eum mittit Pariſius ad ſtudendum, & dat ei expenſas & libros. Ille autem ſicut fatuus licèt vadat ad ſcholas, tamen non ſtudet in libro, nec attendit ad magiſtrum, ſed vagè reſpicit per feneſtras, & indicat tranſeūtes per vicum. Iſte clericus feneſtralis redit ſtultior de Pariſius, quàm venerit, quia nihil aliud egit, niſi tempus perdere, & pecuniam expendere. Sic pater cęleſtis multis oſtendit ſignum dilectionis, habens enim filios, & filias, de hoc quod acquiſiuit cum labore paſſionis ſuę dedit tibi ita liberè, quòd forte habes reditus, de quibus potes viuere honeſtè, vel ex patrimonio crucifixi, vel aliunde: vt libenter ſtuderes in ſalute animæ tuæ orando Deum pro te, & parentibus. Nec eſt modica gratia, quia ſi forte ancilla tua haberet tantam libertatem vacādi Deo, & orationi ſicut tu, plus faceret in vna die, quàm tu in vna hebdomada. Caro enim veteris arietis lardo multo farcita licèt aſſata, non tamen a magnis dominis propter eius duritiā poteſt comedi & incorporari. Sic anima talium licet multis beneficiis ſit farcita, tamen adeo eſt dura, & in peccatis obſtinata, ꝙ Deo non poteſt incorporari. Secundò dicitur, ꝙ eſt ſpeculum in quo videtur Deus, & qui in ea ſtudet & proximus. Videtur enim in ea Deus, vt credatur. pſal. 76. Viderunt te aquæ Deus: viderunt te aquæ. Oculus enim videt, & non niſi per eum videtur. Sacra autem ſcriptura oculus eſt, in quo, & per quem omnia videntur. Ideo nil mirum ſi per eam uideatur Deus. Secundò per eum videmus noſmet ipſos. Similis enim eſt homo (vt vult Iacobus in canonica. Iaco. 1.) Conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, conſiderando ſcilicet, vnde nati, quales nati, & ad quid nati. Vnde nati, quantum ad vilitatem materię, vt humiliemur, quales nati, quantum ad fragilitatem naturæ, vt timeamus, ſcilicet nati immundi peccato, ad quid nati, quantum ad dignitatem gloriæ: vt ad bonum operandum propter eam habendam incitemus. Contra tamen aliquos, qui in ſcripturis ſacris non inueniunt, niſi ſubtilitates infructuoſas, & verba ornata, & ſeipſos non vident. De quibus Prouerb. 19. Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit, ideſt nihil de ſpiritualibus diuitiis poſſidebit. Suſpecta enim ſunt folia ſine fructu, quia tali veſte, ſcilicet foliorum induti erant exules paradiſi. Prouerb. 14. Vbi plurima verba, ibi frequenter egeſtas. Inde Paulus. 1. Corint. 2. Non veni ad vos in ſublimitate ſermonis. vnde Petrus Cantor. Scriptura ſacra arbor eſt plures habens fructus, quàm folia. Folia tamen habet quibus teguntur promiſſa, & comminationes Dei. Tertiò in ea videtur proximus. In lumine enim ſtans non ſolum ſeipſum, ſed etiam qui iuxta ſunt videt. Eſt enim ſcriptura ſacra lucerna quædam mittens de ſe quatuor radios iuxta quatuor ſenſus literales. pſalmus 26. Multitudo ſonitus aquarum. Nulla enim ſcientia alia ab iſta habet multitudinem ſonituum. Ipſa eſt enim vox, de qua Apocalip. 1. Vox eius quaſi vox aquarum multarum. Ezechiel. 1. Audiebam ſonum alarum Cherubin, quaſi ſonum aquarum multarum, & quaſi ſonum ſublimis Dei. Cherubin interpretatur plenitudo ſcientiæ. Alæ eius ſpirituales ſenſus & ſublimes. Eſt enim ſcriptura ſacra abyſſus, de qua pſalmus 77. Adaquauit eos velut in abyſſo multa. Abyſſus enim abyſſum inuocat, ideſt vna eius intelligentia aliam. Curtus enim igneus Heliæ quatuor habebat rotas, ideſt ſacra ſcriptura ferens intellectum ad cœleſtia quatuor habet ſenſus. Eſt enim lucerna, de qua Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. In qua lucerna eſt primo teſta literæ. Secundo oleum moralitas, ſcilicet quæ mentis oculos magis exhilarat. pſal. 103. Vt exhilaret faciem eius in oleo: hęc eſt moralitas. Per hoc ꝙ dominus diſcipulos refecit in ſupercilio montis, intelligamus ſi volumus refici delicijs æternæ dulcedinis oportet nos ſcendere ad culmen veritatis.

E *Sacra ſcriptura. Quō ſacra ſcriptura eſt ſpeculū.*

Sacra ſcriptura eſt lucerna.

F *Sacra ſcriptura. De quatuor ſenſibus ſacræ ſcripturæ.*

tatis. Quaſi lychnus eſt allegoria, quæ aliquantulum aſpera eſt ſicut lychnus. Durum nanque videtur, vt per Dauid, qui abſtulit vxorem Vriæ intelligatur Chriſtus, & per Vriam, qui in illo innocẽs fuit, intelligatur diabolus. Tanquam ignis eſt anagogia, quia ignis ſemper alta petit, & anagogica expoſitio ſemper ad eccleſiam triumphantem refertur, vt per hoc ꝙ arca Noæ requieuit in montibus Armeniæ: deſignatum eſt, ꝙ eccleſia poſt vitæ præſentis fluctus, requieſcet in mõtibus æternitatis. In hac lucerna Moyſes appoſuit teſtã, qui legis literam dedit, quę neminẽ ad perfectum adduxit. Ioan 1. Lex per Moyſem data eſt, prophetę appoſuerunt oleum, qui hominibus prædicabant arguendo & inſtruendo illos, & ſcripturam ad mores hominum conuertebant: Matt. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes &c. Lychnum appoſuit Chriſtus, quando dum venit plenitudo temporis venit ad oues, quæ perierant domus Iſrael, & de ſe prædicta compleuit dicẽs. Ioan. 19. Conſummatum eſt, quod ſcilicet fuerat de me prędictum. Ignem poſitea appoſuerunt apoſtoli, & ſacri expoſitores, & doctores, qui ad triumphantem eccleſiam omnia huiuſmodi referunt, vt quæramus, quæ ſurſum ſunt, non quę ſuper terram. 1. Ioan. 3. Filioli nondum apparuit quid erimus, cum autem apparuerit, ſimiles ei erimus. Moyſes potum petẽti populo exhibuit ſolum aquam, Chriſtus matre petente vinum exhibuit, quia Moyſes literalem ſenſum dedit dominus in matre iam incarnatus vinum delectabile ſenſus interioris literæ: quem de litera fecit, ſicut de aqua vinum. Litera quippe vna eſt, in qua continentur tres ſenſus diſtincti, quaſi ſit trinitas ſenſuum in unitate literæ. Quæ ſic differunt, nam litera eſt palea, ſenſus myſtici granum. Inde Matt. 12. dicitur ꝙ apoſtoli vellebant ſpicas & manibus confricabant, vt ſepararẽt medullam a cortice. In veteri teſtamento non reputabatur animal mundum, niſi quod ruminat & findit vngulam literæ, & ſpiritus. In quo notandi ſunt doctores, qui male ruminant, & findunt ſenſum literalem a myſtico, qui ſecundum Petrũ Cantorem iuxta mores ſuos, & voluntatem illum leuigantes exponunt. Qui grauiter peccant: quia os domini non ſane & ſyncere interrogant. de quibus Eſa. dicit. Caupones tui miſcent aquam vino. Qui enim præcepta ſacrę ſcripturę quibus debet auditores corrigere ad illorum voluntatem emollit, ſenſu ſuo immixto vinum corrumpit. Vnde vinum tuum mixtũ eſt aqua. Eſa. 1. id eſt ſacra ſcriptura praua expoſitione. Secundo differunt, quia litera legis obſeruata dicitur fex. Pſal 74. Verũtamen fex eius non eſt exinanita: quia remanet adhuc apud Iudæos literalis obſeruantia legis. 2. Cor. 1. Velamen poſitum eſt ſuper cor eorum vſque in hodiernum diem. Reſpectu huius fecis vinum dicitur ſpiritualis intelligentia, de qua Ioan. 2. Vinum non habent. Illi enim adhuc potabant fecem iſtam, quibus ait apoſtolus. Galata. 5. Si circuncidimini Chriſtus nihil vobis prodeſt. Quam fecem docet abiicere Moyſes vino myſtico propinato cũ ait. Nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis. Leuit. 26. Prius quidem manet vinum cum fece mixtum, ſed fece remanẽte in fundo, vinum remanet defecatum. Sic ſpiritualis intelligentia dudum erat mixta cum fece literæ, quando erat tenebroſa aqua in nubibus aeris. Et quia illi antiqui nõ guſtabant vinum defecatum, non poterant aſpicere, niſi in viſu noctis. Nonne vinum erat mixtũ cũ fece, quãdo Ezechiel non tantum videbat rotam interiorem, ſed totã in medio rotæ, quaſi vinum ſpiritus in fece literæ. Sed poſtquam velum templi, id eſt velamen literę ſciſſum eſt a ſummo vſque deorſum, & ſancti moderni reuelata facie gloriam domini contemplantur, fex literæ reſedit in fundo, quia tantum ſubſeruit ſpirituali intelligentię: & vinum ſpiritus remanſit defecatum. Io. 6. Spiritus eſt qui viuificat, & caro non prodeſt quicquam. Sed ſicut fex in fundo conſeruat vinum, ſic litera ſpiritum. Eſt enim quaſi corpus in quo eſt ſpiritus vitæ. Hinc eſt ꝙ Iudęi Chriſtum foris in litera quærunt, non intus vbi ſunt myſteria. Matt. 12. Ecce mater tua, ſcilicet

G *Sacra ſcriptura. Quomodo apud Iudæos ſola remanet literalis obſeruantia legis.*

cet ſynagoga,& fratres tui, ſcilicet Iudæi foris ſtant,tantummodo in litera:& quærunt te ibidem, & non inueniunt, immo magis elongantur.pſal. 30. Qui videbant me foras,fugerunt a me.Act. 5. Putas ne intelligis,quæ legis:quaſi dicens non. Legunt enim & non intelligunt. Intendunt enim Iudæi cum Eſau foris venationi rerum temporalium,& vſurarum, & domũ ſpiritualis intelligentiæ non intrant. pſal. 134.Oculos habent & non videbunt,aures habent & non audient. quibus dicitur. Matth. 22.Erratis neſcientes ſcripturam neque virtutē eius. Sūt enim pueri Abrahę expectātes cum aſino, id eſt ſtoliditate ſua ad radicem mentis,non valentes in altum aſcendere, quia in altum allegoriæ aſcendere non poſſunt.Ideo ſcriptum eſt.Eccleſiaſtici.29.In lapide luteo lapidabitur piger,id eſt per populum gentilem ſcripturarum interioribus vacantem confundetur Iudæus.Diſcipuli enim Chriſti erant intus & Thomas cum eis.Ioan. vlt. quia in interioribus ſacræ ſcripturæ ambulant cum domino: & ei benedicunt non corpus,ſed anima ſcripturæ & interiora eius, iuxta illud pſal. 102. Benedic anima mea domino:& omnia,quæ intra me ſunt &c. Ideo menſa ſacræ ſcripturæ vbi multa ſenſuum fercula continentur,facta eſt Iudeis in laqueum.pſal.68. Fiat menſa eorum in laqueum.

H Sacra ſcriptura. Quo ſcriptura patientiam docet.

Secundò vtilis eſt ſcriptura ad edificādum patientiam. Docet enim ſcriptura patientiam eſſe loricam. Sap. 5. Induet pro thorace iuſtitiam,id eſt pro lorica patientiam,qua repelluntur & excipiuntur ſagittæ perſecutionum.Iob 6. Sagittę domini infixæ ſunt in me:quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & ſagittæ tentationum.pſal.90.A ſagitta volāte in die,id eſt a tentatione clara ſicut dies. Hac lorica munitus,has ſagittas repulit Tobias,quando ſagitta diaboli vſque ad oculos peruenit,quando cæcitate percuſſus eſt.Sed quia lorica patientiæ munitus erat:hæc ſagitta vſque ad cor eius non potuit penetrare, etiam cum parentes eius irriderent eum: Secundò docet eſſe tectum,quia Eccleſiaſtices 10. In infirmitate manũ perſtillabit domus.Indiget enim tectum domus continua reparatione, quia per omnem rimulam diſtillat aqua pluuiæ: niſi ſtatim obſtruatur. Sic patientia eſt ſpirituale tectum, quæ omnes tentationes & tribulationes ſuſcipit, vt in pace ſint cæteræ virtutes,quę domum conſcientiæ inhabitāt. Ideo debet continuo reparari, quemadmodum ſaga cilicina in tegumento arcæ. Sed ſæpe iſta patiētia deberet reparari per ſcripturam ſacrā a prælatis; & tamen ipſimet cedunt pluuijs , immo ipſi doctores, qui deberent reparare iſtud tectũ:ipſi ſunt primi, qui veritatem ipſius ſcripturæ non audent tempore, & loco confiteri.Et hoc contingit multis de cauſis.Primò propter timorem,contra quod Hier. 1. Ne timeas eos neque facies eorũ verearis.Inde Moyſes arguitur a domino.Exod. 3. pro eo quod ſe voluit excuſare timens faciem Pharaonis dicens.Quis ego ſum, vt eam ad Pharaonem,& reducam filios Iſrael de Aegypto?Sed Exo.4. Iratus eſt ei dominus pro eo,quod linguæ tarditatem,& impedimentũ allegabat. Audacter enim eundem eſt in officium prædicationis, quoties dominus miſerit.Non eſt, quod timere debeat tanti regis nuntius, regis ſui literas deferens ſigillo regis communitas.Hæ ſunt literæ ſacræ pro quarum teſtimonio, & confirmatione Chriſtus. Dei character, figura, & imago cruci appenſus eſt.Hę ſunt teſtamentum,quod appenſione tanti ſigilli, & tanti teſtatoris morte confirmatum eſt. Heb. 9. Secundo propter cupiditatem tacent veritatem . Deut. 16. Munera excecant oculos ſapientũ. Hi ſunt qui ne perdant annonam ſuam non audent dicere veritatem.Hi ſunt Iudas, qui ne perderet penſionem,fecit vt interimeretur veritas. Fictus eſt, qui videtur ſapientiam quærere,vel infundere, & tamen ex corde quærit diuitias. Greg. In doctrina ſua mortē inuenit,qui in verbis vitę vitā non quæſiuit. Tertiò propter adulationem. Oſeæ.4. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum . Hi ſunt qui ne magnatibus diſpliceant,veritatem abnegant. Hi ſunt venditores olei ad quos mittuntur fatuæ virgines,

I Prædicator.

Cauſæ multæ propter quas prædicator nō audet dicere veritatem.

nes,quæ oleum adulationis pro ſuis quærunt operibus remunerandis, qui oleum veritatis vendunt precio deperditę verita tis.Quartò propter ignorantiam prędica torum·Qui natare neſcit, non debet paſſui profundo appropinquare. Sic qui non eſt in ſcripturis doctus, non debet paſſus ſacræ ſcripturę difficiles prædicare,ne fortè inuoluatur profunditate ſermonis. Quia enim Moyſes nondum erat doctus in agēdis diuinis,ideo cum vult accedere ad viſionem illam magnam, quæ erat in rubo videndam dictum eſt ei, ne appropies huc.Inde præceptum eſt Ezechieli volumen comedere priuſquam prædicaret.Ezechiel.3. Comede volumē iſtud & loquere filijs Iſrael.Rectus ordo.Prius quidem incorporare per ſcientiam,& poſtea de plenitudine aliis eructare per doctrinam.1.Timo.4.Attende tibi & doctrinę qualiter doceas.pſal.50. Spiritu principali confirma me,& tūc docebo iniquos vias tuas.1.Eſdrę.4. Memores ſumus ſalis, quod comedimus in palatio regis, id eſt ſapientię,quam audiuimus in ſcholis, memores,ſcilicet ad docendum & multiplicandum ſcientiæ talentum, de quo Sapien.7. Quam ſine fictione didici primo, & poſtea ſine inuidia communico.

R *Sacra ſcriptura Quomodo ſacra ſcriptura cōſolatur tribulatos.*

Tertia ſcripturæ vtilitas,ꝙ conſolatur tribulatos. Ideo ſubdit apoſtolus: vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.pſal.118. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, quando eas non quęrebam. Sed ſubditur remedium cum dicitur.Mandata tua meditatio mea eſt, ideſt tunc meditatio mandatorum, quæ in ſcriptura cōtinetur,eſt mihi in adiutorium.Nec mirum ſi ſcriptura conſolationem inducit. Primò quia ſponſus communiter delectatur, & conſolatur in ſponſa.Veritas autem ſcripturæ eſt ſponſa noſtri intellectus.Sapien.8. Quęſiui eā mihi ſponſam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Sicut enim noſter affectus cum omni falſa voluptate fornicatur, ſic intellectus noſter cum omni alia vana ſcientia, quæ ad iſtam non ordinatur.Scientia enim legum humanarū quaſi meretrix quęſtuaria proſtat pro temporalis lucri mercede, licèt ſit ſpecioſa quātum ad verbi ſplendorem.Similiter ſcientia mundana pro vano fauore,& aura populari præſtat.Hiero. Philoſophus popularis auro vile mancipium.de qua.1. Cor. 8.Scientia inflat.Sed veritas ſacrorum eloquiorum gratuita eſt.Eſa. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas,& qui non habetis argentum &c. Qui autem prępo nunt leges ſacrę ſcripturę:hi ſunt Naamam Syrus,qui Iordanem, ideſt ſacram ſcripturam contemnens.Farfar & Abana fluuios Damaſci,ideſt mundanas ſcientias pręferebat,cum tamen multipliciter ſacrę ſcripturę prȩferendę. Nam lex diuina immaculata eſt & conuertens animas, pſal.18. hęc occaſionaliter ſubuertit propter ſubtilitates nimias,quæ in iure reprobari debent.Secundò quia illa terrena,iſta cœleſtis deſurſum deſcendens a patre luminū. Iaco.3. Illa mobilis mutatur & arctatur, ſecundum mutationes temporum:lex autem Dei manet inęternum.Pſalm.118.In ęternum domine verbum tuum permanet in cęlo. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus. Me derelinquerunt fontem aquę viuæ:& ędificauerunt ciſternas,quę continere non ualent aquas, quia mutantur iura ſecundum mutationes hominum & temporum. Tertiò quia ſacra ſcientia eſt lympida & pura. Sapien.7. Sapientię emanatio eſt claritas Dei ſynceræ:candor lucis ęternę ſpeculum ſine macula.Econtrario ſapientia mundana eſt aquę turbida. Hier.2. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Quartò quia ſacra lex pacifica eſt, & quieta. Eſaiæ. 8. Aquę ſiloę quæ fluunt cum ſilentio. pſal. 118.Pax multa diligentibus legem tuam, econtrario iſta tumultuoſa plena ranis. pſal.104. Dedit terra eorum ranas. Quinto ſacra ſcriptura ſolidam veritatem oſtēdit,ſecularis uero vel decipit, vel in nube & mari oſtendit. Vnde nunc multi fabri ferrarii vadunt ad Philiſteos, ideſt ad ſeculares & litigioſas ſcientias,vt exacuant ferrum ingenij & eloquentię inſtrumenta.1.Regum.13.Malentes in fabrica Philiſtinorū ferramenta ſua exacuere:quàm in fabrica ſacræ ſcripturę: qui cum in aliis

L *Sacra ſcriptura De differētia ſciē-tiæ diuinæ et mūdanæ.*

alijs ſcientijs fere totum tempus expendant, modicum tempus: feces, ſcilicet ſenectutis theologiæ reſeruant. 2. Machab. 2. Stultum eſt ante hiſtoriam effluere, & in ipſa hiſtoria ſuccingi. Aliæ enim ſcientiæ ſunt quaſi proemium ad principale negotium ſalutis, quod eſt theologiæ: ad quod multo tempore quaſi omnes currunt negligentes ſcientiam ſalutis; de quibus Ruth. 2. Ne tranſeas ad agrum alienum. Multi nihilominus præclari ingenij tranſeunt ad agrum Iuſtiniani dicentes domino. Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Ac ſi dicerent cum Iudęis, tu diſcipulus illius ſis, ſcilicet Chriſti: nos diſcipuli Iuſtiniani ſumus. Et hoc maxime contingit in noſtris iuuenibus prælatis, qui cum deberent ſcire ſacram ſcripturam & prædicare, ad leges tranſeunt, vt bona temporalia conſeruent, & animas in infernum ire dimittāt. Saccus plenus furfuris, vix aut nūquam poteſt quicquam ſimile ſuſcipere. Noſtri ergo prælati non deberent iſtis ſecularibus negotijs & ſcientijs huiuſmodi implicari, nec ſugere aut lactare mammas Aegyptiæ, quas Moyſes lactare noluit, vt dicit Ioſephus. Sed matris ſuæ ſcilicet eccleſiæ quæ mammæ ſunt ſacræ ſcripturæ. Sunt enim aquæ Aegyptiorū in ſanguinem conuerſæ. Qui ſanguinem iſtum lambunt, de ſanguine videntur viuere, cum tamen prohibitum ſit comedere ſanguinem. Si ergo tulimus farinam de Aegypto conſperſam ſecularis ſciētię: & in pallio veteris conuerſationis: ceſſare debet poſtquam ventum fuerit ad mā mani ſacræ ſcripturæ. Vnde de hac ſciētia mundana dicitur in Pſalm. 70. Quoniam non cognoui literaturam, idest ſciētiam legum, & mundanarum aliarum, quas bonum eſt ſcire, ſed non vt vxorem intellectus habere, quod eſt cognoſcere: vt vxor talis cognoſcatur, dum proles & fructus temporalium in ea quæritur, ideo dicit quoniam non cognoui literaturam. Non dicit quoniam non habui, ſed non habui vt vxorem, ſed vt ancillā, quia tales ſcientias pertranſire licet. Sed ad eas ſicut ad ſponſas declinare, & ibi permanere periculoſum eſt. Cogitare enim ſemper de mundanis, & nihil de ſalute ſua; valde pernitioſum eſt. Propter hoc Magi declinantes ad Herodem non ſteterunt ibi, ſed cito diſceſſerunt, cum interim non viderent ſtellam, idest gratiam, vel ſpiritualem intelligentiam. Ideo dicitur Iudicum. 5. Qui percuſſerit Cariath Sephor (quę interpretatur ciuitas literarum, vel potius literæ ciuitatum, per quas ſcilicet reguntur ciuitates) dabo ei Aram filiam meam, idest ſpiritualem intelligentiam. Datur. n. ei qui per contemptum percurrit ſciētias ſeculares. Olim. n. cornua Moyſi ſtabant in capite, idest duo teſtamenta ſcripturæ ſacræ in capitibus prælatorum eminebāt: nunc auulſa cornua portant reliquiarum portitores ad deoſculandum vt dicitur, quod tamen fabuloſum eſt cornua huiuſmodi eſſe. Sic officiarij prælatorum portant ea auulſa, dicentes ſe eſſe doctores, & ſufficientes ad conducendum populum in viam ſalutis, & habere vtranque teſtamenti doctrinam, quod tamen fabuloſum eſt. Sextò ſecundum Guil. Pariſiē. Cęteræ ſcientiæ a ſacra ſcientia ſunt annus decrepitæ deformes, terrenorum conſideratione curuæ, & infructuoſa eloquentia tumidæ & inflatæ. Diuina ſapientia puella eſt humilitate eloquij gracilis, ſupernorum conſideratione rectiſſima, & omnino nihil habens terreni coloris. Væ illi, qui amore tantæ ſpecioſitatis non capitur. Vę illi qui anus iſtas deformiſſimas ei prætulerit, ſine qua non eſt calefactio. Pſal. 118. Ignitum eloquiū tuum. Et Deuter. 33. In dextera eius ignea lex. Mortui enim & frigidi ſunt qui in ſinibus huiuſmodi vetularum dormiunt, & (vt verius dicam) putreſcunt. Ideo prohibitum eſt Deutero. 20. Nō ſuccides arbores fructuoſas ad faciendas machinas. Arbores fructuoſæ ſunt præclara ingenia in artibus liberalibus erudita & exercitata: quæ facile poſſunt proficere in ſacra ſcriptura. Machinę ſunt aduocatorum linguæ; quia machinis ciuitates impugnantur, & linguis aduocatorum malorum

rum turbantur. Ideo pſ. 54. Præcipita domine & diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem ſupportatam & contradictionem in ciuitate. Ideo apo. 1. Cor. 6. iubet ad hmõi officia ſecularium cauſarum cõſtitui cõtẽptibiles qui ſunt in eccleſia.

M Sacræ ſcripturæ. Quomodo ſcripturæ ſacræ eleuant hominem in ſpem æternorum.

Quarta vtilitas eſt quòd eleuat in ſpẽ æternorum. Sicut. n. ad pacem temporalẽ dirigit ſcientia iuris, ſic ad pacẽ æternam ſcripturæ ſacræ ſcientia. Iõ dicit Apoſtolus, vt per conſolationem ſcripturarum ſpẽ habeamus. Eccleſiaſtici. 24. Qui elucidant me vitã æternã habebunt. Et ſi dicatur quõ doctorib⁹ tale præmiũ proponitur vt elucidẽt doctrinã ſcripturæ, cũ vnus eorũ dicat. In corde meo abſcondit eloquia tua: vt non peccẽ tibi. pſ. 118. Si ad vitandum peccatum abſcõderit eloquia Dei, quõ promittitur præmiũ eis qui ea proponũt in publicũ? Reſpõdetur q; ſacramẽtũ ſcripturæ ſacræ debet abſcondi propter multa. Primò propter canes. i. hæreticos qui detrahũt ei. pſ. 118. Redime me a calũnijs hominũ &c. Sic. n. hæretici mãmas eccleſiæ quæ ſunt ſacra ſcriptura ſtringunt, vt dicit Cantor Pariſ. q; p. o lacte ſanguinẽ eliciunt, & aquas vnius moris quibus deberemus ambulare, in domo Dei cũ cõſenſu, faciũt aquas cõtradictionis, quibus & ſibi inuicẽ cõtradicunt, & Deo & ipſis aquis. Pſal. 77. Conuertit flumina eorũ in ſanguinem. i. in carnalem ſenſum, & expoſitionẽ. Inde rogabat pſ. 118. Iuxta eloquium tuũ da mihi intellectum: nõ infra, non contra, nõ ſupra, ſicut illi qui volant cũ Simone mago, qui volando poſuerunt os in cælũ, & lingua eorum trãſiuit in terra: quia fauore terreno de ſcripturis tractant. Melius eſſet eis cum beato Martino cælum reſpicere quàm in cælum os ponere. Mat. 15. Nõ eſt bonũ ſumere panem filiorũ, & mittere canibus. Secundò propter porcos. i. lubricos qui immundè viuẽdo cõculcant verbum Dei. Mat. 7. Nolite mittere margaritas ante porcos. Eloquia enim dñi caſta, vas caſtũ & mundum requirunt. Nec enim Deus vinum illud nouum in vtres veteres & fœtidos immitteret. Hierony. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Tertiò propter incapacitatem & ruditatem auditorum. Ideo præceptum eſt in lege, Exo. 21. vt operiatur os ciſternæ, ne bos vel aſinus cadat in ipſam. Sacra ſcriptura ciſterna eſt, cuius interiora ſecreta nõ debent bobus & aſinis aperiri, ſed potius per ſimplicem expoſitionem aliqualiter operiri. Alias ſi per ſcrupulum erroris ibi periclitentur & cadant: de morte & damnatione tenebitur qui eis delinquendi occaſionem dediſſe videtur. Quartò, propter aſſiduitatem ne vileſcat. Augu. ſuper epiſtolam ad Heb. Prædicatio ſi rara ſit, non ſufficit, ſi aſſidua, vileſcit. Quintò propter obſtinationem illorum, quibus exhibetur doctrina. Caſſiodorus. Genus obſtinationis eſt obſtinatis prædicare. Inſanum eſt rigare petram vt molleſcat. Propter quod ablata eſt intelligentia ſcripturarum Iudæis, & data gentibus. Mat. 21. Auferetur a vobis regnum, ideſt ſcriptura, per quam habetur regnum & dabitur gẽti facienti fructus eius. Act. 13. Quia repuliſtis verbũ Dei, & indignos uos iudicaſtis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic Iacob ſurripuit benedictionem Eſau, & obtinuit primogenita ſua: vt perciperet hæreditatem cæli. Eſaiæ. 9. Verbum domini miſit in Iacob, ideſt in apoſtolos & alios diſcipulos, a quibus receptum eſt, & cecidit in Iſrael, quia nõ ſeruatur a Iudæis ipſum repellẽtibus.

N Sacræ ſcriptura. Quibus debent abſcondi eloquia Dei.

O Sacræ ſcriptura. Quõ ſcriptura ſacra docet laudare Deum.

Quinta vtilitas eſt iocunda diuinæ maieſtatis collaudatio. Sicut enim ſacra ſcriptura laudatur a dño, iuxta illud pſal. 55. In Deo laudabo verbũ: in dño laudabo ſermonẽ: ſic ſacra ſcriptura vbiq; laudat dominũ. Laudãt enim opera artificẽ ſuum. Opus enim dñi eſt ſcriptura ſacra. Eſa. 1. Os enim dñi locutum eſt. pſ. 61. Semel locutus eſt Deus: duo hæc audiui. Duo enim teſtamenta ex vno ore Dei proceſſerunt: hæc enim eſt vox domini confringentis cedros, ideſt ſuperbos: ſecans eos medios, vt ad cor poſſit verbum peruenire. Hoc eſt verbum Salomonis quod obſeruabat dicens Eccleſiaſticis. 8. Ego os regis obſeruo. Ac ſi diceret. Alii obſeruent ſtellas, alii auguria, alij alias vanitates & inſanias falſas, vt ex eis ſuguitę

vitę conſulant: ego os regis obſeruo, id eſt ſcripturam, per quam mihi omne quod neceſſarium & ſalutare eſt loquitur rex regum: De quo Eſa. 8. Nunquid non popu lus a Deo ſuo requiret viſionē pro viuis & mortuis, ad legem magis & teſtimonium, ſcilicet requiret: quàm ad diuinos & phitones ? Eſa. 30. Væ filij deſertores vt faceretis conſilium, & non ex me: vt ordiremini telam, & non ſecundum ſpiritum meum. Et ſequitur. Et os meum nō interrogaſtis. Propter quod ſubdit apoſtolus Paulus in epiſtola. Deus autem patientiæ & ſolatij, id eſt qui per ſcripturam docet patientiam, & per eā nos conſolatur: det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Ab ipſo .n. procedit iſta ſapiētia & intellectus, & non ab alio. Eſt .n. manna qđ pluebat dn̄s antiquis patribus, ſed qbus volebat. Sunt inſuper horrea frumēti quæ aperit verus Ioſeph in Aegypto huius mūdi ad neceſſitatē populi, ſed quibus vult. Eccleſiaſticis. 1. Ad locum vnde exeunt flumina ſcripturæ, ſcilicet a Deo: reuertuntur per laudem & gloriā ipſius, vt iterum ab eodem fluant. Propterea iubet apoſtolus gentiles laudare Deum pro doctrina & ſcriptura, quæ a Iudęis tranſiuit ad eos, vt patet ex allegato pluries pſalmo in eadē epiſtola.

Sermo XV. in ordine, & primus de ſancto Nicolao per thema.

A Hæreditas. Tres conditiones requiſitæ ad hæreditatē cœli percipiendā.

ET vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs. Lucę. 12. In quibus verbis propoſitis dominus tres cōditiones deſignat requiſitas ad hoc, quod eius poſſideatur hæreditas. Prima tangitur cum dicitur. Vos ſitis ſimiles hominibus, hæc eſt mā ſuetudo: Nam Ariſto. 1. Politicæ dicit, quod homo eſt animal natura manſuetum. Ideo contra hominis naturam eſt quod ſit in eo crudelitas. Hoc enim magis accedit ad naturam bruti. Ideo inſtar beati Nicolai qui a crudelitate mortis iuuenes eripuit, ſitis ſimiles hominib. id eſt manſueti, quia pſal. 36. Manſueti hæreditabunt terram. Secunda tangitur cum dicitur. Expectantibus dominum ſuum. Oportet enim eſſe expectantes, ſicut qui habent gratiam expectatiuā ſuper aliquo magno beneficiorum collatore, oportet quòd expectent tempus vacationis beneficij. Dominus aūt ſingulis dedit gratiam expectatiuam futuri beneficij, & hoc gratis, nec oportet tempus vacationis expectare, quia in paradiſo locus vnius non impedit alterius locum. Vacauerunt tamen multæ præbendę in cęlo per ruinam angelicam. Si epiſcopus aliquem vocaret ad præbendas, cito curreret. Chriſtus autem vocat ad has præbendas pro pauco precio ſcilicet pro bonis operibus, & tamen nemo vult pro huiuſmodi operari. Qui autem operabatur pro illis habendis, dicebat illud pſal. 39. Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Quia vero multi expectāt mundanos honores, & præmia, & hic quærunt ſuam remunerationem, ideo ſubdit tertia cōditio quòd ſcilicet expectet eū quando reuertatur a nuptijs. Poſtquam enim dn̄s in nuptijs gauiſus eſt, & multa expoſuit poſt hoc ponit rationem cum ſeruis ſuis ſuper villicatione & debitis eorum. Sic poſtquā ſe totū expoſuit ad ſibi coniungendum inſeparabiliter naturā humanam oportebit cum eo cōputare de honoribus, dignitatibus, ſcientia, eloquētia, diuitijs, & alijs donis gratuitis. Multi enim nunc bene expectāt eum, cum eis aperit manum. pſ. 48. Cōfitebit tibi cum benefeceris ei. Sed quādo veniet dn̄s a nuptijs ad iudicium ſtrictè cōputabit cum illis. Dicit .n. Prouer. 7. Abijt via lōgiſſima. ſ. in cęlum. ſacculum pecuniæ ſecum tulit. ſ. ſuā humanitatē, in die plenę lunę reuerſurus. i. qn̄ electis plena erit eccleſia: & tunc a ſingulis rationē requiret. Vel ſacculū pecuniæ. i. Maria, quæ fuit ſacculus, in quo poſuit dn̄s oēs theſauros ſuos, vt in illo ſacculo nos indigentes requiramus de theſauris altiſſimi. Vt igitur de eis participemus, dicamus Aue.

B Expectare. Ad tria

EXpectādus eſt dn̄s ad tria. Primo ad corporis ſuſtentationē, vt pulli paren-

tes expectant,nec nidū exeūt, cōtenti ci-
bo quē eis parētes adminiſtrāt.Sic a Deo
expectare debemus,nec nidū fidei Chri-
ſtianæ,nec mādatorū ecclesiæ, exire debe
m⁹,vt tēporalia acquiramus.pſ.103.Oia a
te expectāt,vt des illis cibū in tpe oppor-
tuno.Sed dicet aliquis.Ero ergo otioſus:
& nihil operabor expectās ꝙ dñs mihi mi
niſtret cibū? Ad hoc dicit̄ ꝙ hoc nō vult
dñs.Bern.Piget a Deo ſibi eredit ſubueni
ri,q in hoc mundo vigilare præcepit.vult
.n.dñs laborē tuū.Pſ.110.Vides quoniā tu
laborē & dolorē cōſideras. Et quātūcūq;
laboraueris & ſolicitus fueris de neceſſa-
rijs habēdis,ſi mādata Dei & eccleſiæ nō
fueris transgreſſus,nidū tuū nō exiſti.i.ab
alieno quàm a Deo non quæſiuiſti. Sed ſi
p tpalibus acquirēdis mēdacia, periuria,
furta, rapinas, adulteria & ſimilia cōmi-
ſeris:nidū tuū exiſti,de quo Iob.29.In ni
dulo meo moriar.i. ad tpalia nō trāſibo
propter diuitias acquirēdas. Sic nec exi-
uit Nicolaus,nō quærens per mendacia a
populo ſuo frumenta ad ſatiandū eius fa-
mem : ſed præcibus promittendo tantun
dem reddere in portu ad quem tendebāt
ſperans in diuino auxilio.

expectandus eſt domi-nus.

C

Accidia.

Pigro ſuccurritur a domino.

Secundo expectandus eſt ad cōputan
dum.Sicut receptores dñorū facere ſolēt
in termino anni. Si enim alicui eſſet aſſi
gnata dies aduētus dñi ſui,i quo ſub capi
tali ſententia haberet reſpōdere de omni
bus factis ſuis & expenſis, & neſciret diē
illam neque horam,nec cibis,nec potibus
vacaret,ſemper ſolicitus quomodo reſpō
dere poſſet.In iudicio vero Dei dies aſſi-
gnat̄ nobis,nō ad caput perdendū tantū,
vel hæreditatē terrenā, ſed ad perdendū
corpus & animā & hæreditatē æternā ſi
male egerimus:& neſcimus diē,vel horā.
Inſanus eſt ergo qui illam diem non præ
cogitat & delicijs vacat. Luc.12.Eſtote
& vos parati,quia qua hora non putatis fi
lius hominis veniet. Sic autem expecta-
uit Nicolaus,quòd nunquam delicijs va
cauit : immo a papilla cæpit ſumma pio
mereri gaudia. Non ſic cum imitantur
multi:qui expectant dñm ſicut monachi
abbatē comedendo & deliciando. Cogi-
tent tales ꝙ porcus vel bos verſus natale
pinguis efficitur,merito de morte eius ci
tius tractatur.Sic Mat.24.In diebus Noe
erant ante diluuium comedentes & bi-
bentes & ad nuptias ducentes ; & ſubito
venit ira Dei,& diluuiū,& tulit omnes:
ita erit aduentus filij hominis.

Tertio expectandus eſt ad animæ retri
butionē, vt mercenarius mercedem pro
labore expectat. Homines de nuptijs ve
nientes ſolent eſſe ſuis amicis iocūndio-
res & largiores, ideo cito quod volunt ab
eis impetrant.Inimicis autē eorum cru-
deliores:ſunt enim vino pleni.Sic dñs de
ſupernis nuptijs adueniens facturus eſt.
Pſal.77.Excitatus eſt tanquam dormiens
dñs:& tamquam potens crapulatus a vi-
no: & percuſſit inimicos ſuos in poſterio
ra &c. Oportet ergo eum expectare non
vt inimicos,ſed ut amicos. Quemadmo-
dum fecit Nicolaus, qui cum diu expe-
ctans tanta ab eo obtinuit vt non ſolum
pro ſe magnitudinem gloriæ, ſed etiam
multitudinē miraculorū infinitā, ac auxi
lium & ſubſidium peccatorum meruerit.
Ideo vt eum imitemur nobis dicitur. Et
vos ſimiles hominibus &c.

Apoſtolus 1.Cor.4.dicit omnia quęcū
que habemus,a Deo illa accepiſſe. Quid
.n.inquit habes, quod nō accepiſti?Ita vt
bona naturæ,fortunæ,& gratiæ:omnia ab
eo ſuſcepenmus: de quibus corā Deo ra
tio reddenda eſt.Quidam vero hanc ratio
nem reddere ſuſceperunt ad vnū termi-
nū,vt qui in infantia decedunt. Alij ad
duos,vt in iuuentute morietes. Alii ad
tres,vt morientes in virili ætate. Alij ad
quatuor,vt moriētes in ſenectute. Quia
igit̄ beatus Nicolaus obijt ſenex , iō ſibi
credita accepit ad quatuor terminos:quæ
re in præſenti ſermone dicem⁹ qualiter ſe
præparauit ad reddēdā rationē corā Deo
in ſingulis terminis de ſibi a Deo creditis.

D

Nicolaus Quomodo ad quatuor terminos beatus Nicolaus rationem reddidit.

In infantia ergo accepit a Deo priui-
legium maximæ gratiæ. Poſt baptiſ-
mum quidem ſignum maximæ virgi-
nitatis, caſtitatis, & abſtinentiæ. Vt
ſcilicet cum infans eſſet, vbera matris
non niſi ſemel quarta & ſexta feria con
tingeret.In qua ætate multum videtur ſe
præparaſſe ad rationē reddēdam. Primò
cuſto-

E

Nicolaus. Quomodo cuſtodiuit theſaurū virginitatis.

cuſtodiendo theſaurum ſibi datum ne pérderet. Data enim erat ſibi caro, ſed mundata per bapriſmum, quam vnxit mirrha amaritudinis pęnitentię, ieiunando tunc bis in hebdomada, præſeruando eam a putredine luxurię. In quo damnantur miſerrimi qui dicunt ſe non poſſe continere, infantia enim Nicolai eos condemnat. Si ſubtraherent ligna foco ſicut fecit beatus Nicolaus, & exemplo eius condirent ſuum corpus myrrha pęnitentię, omnem luxurię tentationem ſuperarent. Paruus enim dolor facit obliuiſci aut diminui lętitiam maximam. Eccleſiaſtici. 11. Malitia vnius horę obliuionẽ facit luxurię maximę. Vnde in vitis patrum, cum quidam tentaretur a ſpiritu fornicationis, ponebat digitos ſuos in igne, & cũ combureretur non poterat ſuſtinere. Tunc dicebat. Quomodo fornicabor vt pro fornicatione ſuſtineam ignem perpetuum, quando in ſolis digitis nec ad momẽtum pati valeo ignem temporalẽ? Contra tales adducetur beatus Nicolaus in teſtimonium. Dicunt enim ſe non poſſe abſtinere a cibis inflammantibus eos; quibus dicetur. Iſte infans abſtinuit adhuc impotens, & tu potens & virilis abſtinere non potuiſti? Secundo ſe preparauit ad reddendam rationem multiplicando theſaurum domini ſui. Ab infantia enim theſaurizare cępit domino cum dentibus. Sicut faciunt Longobardi quando ſunt ad proprios ſumptus, quàm diues, quàm auarus fuit beatus Nicolaus: quando ſit iuuenis bonorum operum fuit theſaurarius: Vult enim Ariſt. 4. Ethicorum, ꝙ auaritia quanto in homine ſene ſeneſcit, tanto iuueneſcit. Quanto igitur putatis auaritiam bonorum operum in eo creuiſſe, qui ſic a iuuentute auarus eſſe inchoauit? Pro qua compenſanda nunc videtur miraculorum multitudo quaſi infinita, ſicut in collecta eius canit eccleſia.

F *Auaritia. An auaritia ſit in iuuene.* Sed dicet aliquis. Si beatus Nicolaus laudatur de auaritia bonorum operum, nunquid iuuenis ſimiliter laudari debet exemplo eius, & ſimiliter de auaritia temporalium ſicut & ſpiritualium? Et videtur ꝙ non, quia radix mali in omni adoleſcente dãnabilis eſt. Radix autem omniũ malorum eſt cupiditas. 1. Timo. 6. ergo. Dicitur primo, quòd adoleſcens magis laudandus eſt de auaritia bonorum operum, quàm de prodigalitate, & effuſione: *Laudabilior, quàm prodigalitari.* quia non poteſt adoleſcens multa opera feciſſe, aut multã doctrinã hauſiſſe vnde prodigus fiat. Primo enim oportet ſtudere cũ magno labore, poſtea doctrinam effundere. Primo haurire aquã de puteo ſapientiæ qui altus eſt, quàm eam alijs effundere. Paruus inſtitor, vel mercenarius tenere bancam non dum poteſt. Sed cum (iuxta illud Heſter. 10.) paruus fons creuerit in fluuium & in lucem ſolemq; cõuertetur, tunc iam ſenex poterit illam effundere. Et ad hanc iuuenũ auaritiã debẽt reſ familiari rectores reipublicæ: vt iuuenes diſcãt. ſ. reformari bonis moribus; quia ſicut corpus ſequitur vt plurimũ animę affectiones, & ſecundum eas diſponitur; ſic ſecundũ directionẽ animæ bene diſpoſitę temporalia optimè dirigunt. Dicitur ſecundo, ꝙ auaritia in iuuene, quę eſt tẽporaliũ, excuſabilior eſt, quàm prodigalitas eorũ: quia prodigalitas nutrit luxũ & voluptatẽ, ad quã maximè procliuis eſt adoleſcentia: ideo magis contraria bonæ vitæ & minus ſanabilis ĩ iuuene. Facilius .n. laxatur venter durus, quàm reſtringatur laxatus dyſenteria. Tertiò quia ſibi commiſſum officiũ in tali ætate ſtrenuè gubernauit ad magnificẽtiã & honorẽ dñi ſui. Dedit .n. nobis dñs officium regendi terrã corporis noſtri, & manutenẽdi eã in obedientia ſua, vt faciamus in ea iudicium & iuſtitiã. Sic beatus Nicolaus corpus & animam ſuã ab infantia ſua fecit ſubdi dño ſuo: & ad honorem ipſius maximam in eis iuſtitiã faciebat, iuxta illud pſ. 95. Honor regis iudicium diligit. Modo vero de cuſtodia corporis rara eſt opinio, niſi forte apud magnates, qui magnam habent pro corpore ſuo cuſtodiam, ſed de animæ cuſtodia nullum eſt verbũ. Plures inueniuntur corporis cuſtodes, ſed nulli animę.

Hanc autem diſciplinam accepit ſibi Nicolaus duplici ex cauſa. Primò ne contra ſpiritum eius ſequeretur rebellio. A carne enim incipit tentatio, vt patuit in

primis parentibus. Geneſ.4. Et in Chriſto. Mat.4. Ideo illic incepit Nicolaus fortificare caſtellum vbi erat periculum. Secundò quia vulgo dicitur, mane ſurgere facit optimam diẽ tam. Can.7. Mane ſurgamus ad vineas, Ideo mane iuuentutis cępit pęnitentiam facere: vt poſſet inde facilius vitę dictam conſummare. Eccleſiaſtici.39. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo &c.

G Nicolaus. Quomodo potuit habere illud donũ abſtinentiæ in ſua iuuentute.

Sed quæri poſſet vnde potuit tanta ſanctimonia, & tantum gratiæ priuilegium in hoc infante inueniri, vt tam magnifica abſtinentiæ opera faceret: cum etiam omnes qui baptizantur infantes (vt doctores dicunt) equalem gratiam baptiſmalẽ cõſequãtur? Reſpondeč primo triplici hoc ratione potuiſſe fieri: Primò ex diuino inſtinctu quo tũc agebatur infans, vt videretur qualis eſſet futurus qui ſic abſtinẽs in infantia iam videbatur in ſupernis delectari. Eſaię.11. Delectabitur infans ab vbere. Dum enim pendebat ad vbera matris aſpirabat ad menſam æterni patris. Prophetabat in cunis, qualis eſſet in cęlis. Qui iam terrenas delicias abnuebat, quaſi ad cęleſtes aſpirabat. Prophetabat in cibo liquido, ſcilicet lactis materni, quid acturus eſſet in ſolido cibo Chriſti. Bene enim viuebat antequam ſciret viuere, qui ieiunabat antequam ſciret cõcedere, & docebat alios, non doctus ab aliquo. Erubeſcant ergo ſenes frangere ieiunia, quæ obſeruabat beatus Nicolaus in ætatis teneritudine: qui per hoc quod aſpernabatur vbera naturæ, ſignabat ſe aſpirare ad vbera gratiæ. pſal.64. Exitus matutini & veſpere delectabis. i. ſi tu exitu matutinæ ætatis, quæ eſt infantia, vel pueritia delectaberis in domino: cõſequẽs eſt vt in ſenectute ſenecteris in eo, quanto magis qui iam in matutina ætate tantæ delectationis præſagium fecit. Secundo hoc potuit eſſe ex merito parentum: qui (ſecundum quod ſcribitur in eius legenda) erant Deo deuoti, dominum rogãtes vt eis donaret ſobolem, qua Deus ipſe venerari poſſet. Ideo licèt in baptiſmo ex merito Chriſti tantundẽ habuerit ex gratia quantum cęteri infantes, tamen propter merita & deuotionem parentum potuit ſuperuenire illud gratiæ priuilegium. Erat enim filius non tã naturæ, quàm gratiæ: ideo conſequens erat vt gratia Dei in eo exiſtens, per aliquod inſigne miraculũ demonſtraretur. Sic Samuel filius per merita habitus puer obſequebatur dñs. Sic beati Ambroſij infantis mellificabant apes in ore: præſagiẽtes quanta eſſet futura eius doctrina. Modo vero pauci ſunt parentes qui dñm corde efflagitent pro tali prole ſuſcipienda. Immo ſi forte dominus eis dederit infantem aliquem: qui poſt ea deuotus a iuuentute toto corde ſequatur dñm: paruipendunt, cum parentes: dicuntque eum nimis eſſe deuotum, non ſatis mundanum, non ſatis conſecutum ciuilitatem inter gentes comeſtorẽ eſſe imaginũ, ruminatorẽ crucifixi, ſomniatorem.

Vſus malus patrũ erga filios.

Et ſi forte velit ſtudere ſacræ doctrinæ non patientur, quia per illam non lucraretur panem ſuum: neq; per eam aſcenditur ſuper malam, neque portatur frænũ aureum: ſed oportebit eum vacare mundanis, & lucratiuis ſcientijs. Neque deſinet pater niſi filius eius, non ſolum corpore, ſed etiam anima repręſentet eum: vt ſicut ille deformis eſt vita, ſic filius erit pulchrior: ſi ſit ipſo deformior, & ſeculo maximè deditus. Simile ſcurræ qui miſerat filium ſuum ad generale beſtiarum capitulum, qui obuians lepori velociter currenti ad dictum capitulum, rogauit leporem vt portaret calceos filio ſuo, qui præ deuotione & celeritate eundi ad capitulum eos dimiſerat, & hoc vt honeſtius incederet inter alias beſtias. Cui lepus. Et quis eſt filius tuus? Ad quem pater. Eſt pulchrius animal quod videbis in toto capitulo. Cui lepus. Eſt ergo cygnus. Cui ſcurra. Non, quia turpiſſimos habet pedes. Eſt ergo (inquit lepus) pauo. Non, inquit ſcurra. Vocem enim habet horribilem, nec bene conſonantem. Quis ergo eſt ait lepus. Reſpõdit pater ſcurra. Ille eſt quem videbis habere talem dorſum, talem ventrem, talem muſellum, tale corpus, quale me vides habere. Sicut buboni videč pulcherrima beſtia quæ ſibi aſſimilatur, ſic tales, filios.

llos ſuos pulcherrimos & honeſtiſſimos
reputant, ſi in fraudibus, ſubtilitatibus,
rapinis, & huiuſmodi videant ſibi eſſe ſi-
miles. Similis enim ſimilem ſibi quærit. Et
ſic vir mundanus de puero qui ſe dat
Deo: vult eum omnibus viribus dare mũ
do. Si itaque dederit tibi Deus [illegible]
[illegible] aliquam bonam aſpirationem dede-
rit, ne eum impedias. Quia ſi dixeris iu-
uenes huiuſmodi multa indiſcretè agere
& vouere: quare nõ videtur malum eos
reprimere. Præterea: planta quæ cito poſt
transplantationem fructum facit, non eſt
magnæ durationis, & cito fructu ſiccabi-
tur & carebit. Ad hoc dicit̃ ꝙ ſępenume-
rò ĩ iuuenibus ſunt aliquę indiſcretiones
& multa fatua, quæ debent prudentia
parẽtum dirigi aut anullari. In ipſis.n. bo
nus eſt zelus, ſed non ſemper eſt bona di-
ſcretio, cum tñ zelus & diſcretio ſimul
coniungi debuiſſent. Et quod deficit in
prudentia propter ætatis inexperientiam,
debet ſupplere prudentia parentum. Qui
cum vident eos in bono propoſito, nec de-
bent ex toto eos prohibere propter timo
rẽ Dei, qui fortè vult tales ſibi in poſterũ
re famulari, nec etiam ex toto permittere
eos agere ſecundum zelũ & deuotionem
eorũ. Ieiunia enim quæ tales faciunt: ex
parentũ diſcretione fieri debent. Vnde in
vitis patrum dixit quidã ſenex, ꝙ ſi vide
ret iuuenem qui vellet cum duobus pedi
bus ſaltare in paradiſum, & iam in ipſam
immiſiſſet vnum pedem: alium retrahe-
ret, vt cum diſcretione illuc intraret.
Ad ꝙ eſt exẽplũ de Ioãne abbate in col-
lationibus patrũ, qui dũ triduo ieiunaret
nullatenus comedẽdo: etiã propter debili
tatẽ nõ poſſet opus aſſiduũ exercere: vi-
dit Ethiopẽ paruulũ ſibi dicentẽ, ꝙ ſibi
ieiunauerat, non Deo. Et ideo licet vita
Nicolai in abſtinentia ſit admiranda, non
tamẽ imitanda. Quã rationẽ tangit Sco.
4. ſen. diſt. 4. q. 7. Secundo huius abſtinen-
tiæ cauſa potuit eſſe bonitas ſacerdotis
ipſum baptizantis, & etiam patrinorum
adſiſtentium, qui ſuis precibus hoc in-
fanti impetrauerunt. Propter quod ma-
le faciunt qui eos per pueros ignorantes,
aut per viros male famatos de ſacro fon-
te leuari faciunt. Qui enim eum taliter
leuat, teſtis eſt huius & fideiuſſor pro no-
uiter baptizati fide; & ſibi iniungitur ꝙ
in abſentia parentum eum doceat fidem.
Quomodo ergo ad hoc poteſt obligari in
fans vel puer, qui in [illegible] nondum
poſſet obligari?

Sermo II. de eodem per thema præcedens, & in ordine. 16.

SI ſimiles iubemur eſſe homini
bus, neceſſarium eſt nos ſci- *A Homo.*
re quid ſit homo. Quod dua- *Quid*
bus diffinitionibus notificari *eſt homo.*
ſolet. Primam dat ſcriptura ſacra. Quid
eſt (inquit) homo? & reſpondet quod me-
mor es: ita quod nihil eſt homo: niſi pro
tanto quod eſt in memoria Dei. Pſal. 87.
Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris
quorũ non es memor amplius: & ipſi de
manu tua repulſi ſunt. Vulnerati enim
peccato, & dormientes in fœtidis ſepul-
cris conſcientiæ malę: repulſi ſunt a ma-
nu & protectione Dei quaſi nihilum ſint:
ſicut cadauer putridum. Et hoc iõ: quia
non eſt dñs eorum memor vt eos reducat
ad vitã. Sicut fecit in Petro, qui ſi lapſus,
fuiſſet ab eius memoria, iã in nihilum re-
dactus eſſet. Ideo ſi quæratur quid eſt ho
mo? dicitur quod memor es eius. Secun-
da diffinitio eſt philoſophorum dicẽtiũ,
ꝙ homo eſt animal rationale, mortale,
greſſibile, bipes. Logici autem dicũt ꝙ cũ
res nõ cognoſcatur niſi per ſuam diffini-
tionẽ, qui ignorat vnã particulã, ignorat
rẽ ipſam, & pp harũ particularũ ignorã
tiam multi neſciũt ſe homines: quidã aũt
ignorant genus hominis, neſciẽtes ꝙ ſint
animalia: qui maximè videntur errare, cũ
ignorent quod ſibi, & aliis eſt commu-
ne. Tales ſunt ſuperbi, qui ignorant ſe
eſſe animalia. Cum enim animal ſit cor-
pus animatum; debent ſcire quod habẽt
animam corpori alligatam: & per conſe-
quens ſic depreſſam quod non licet eis di
cere cum primo Angelo, peccante: Aſcẽ-
dam in cęlum. Quia enim ſpiritus An-
geli qui erat abſolutus a carne in tantam
prorupit elationem, quod vſque ad Dei

ęqualitatẽ tentauit aſcendere. Ideo fecit Deus hominẽ, in quo eſſet ſpiritus alligatus, & ſic propter corpus a tali retraheretur conatu: & propter dignitatem animæ non nimis inclinaretur deorſum, ſed ſe teneret quaſi in medio inter ſupremum & infimũ, qui quo medio virtus humilitatis conſiſtit. Et quia primis parentibus data ſunt corpora nimis leuia: quia carentia inclinatione deorſum ad peccatum & ad pęnam, ideo in eis tantum præualuit inclinatio ſpiritus ad ſurſum, vt ipſi ſimiles Deo eſſe vellent. Et ideo facta ſunt eorum corpora magis grauia & ponderoſa, vt magis deorſum traherent. Nam Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Ergo qui ſuperbiunt, hanc alligationem cum corpore non ſentiunt; immo videntur ignorare quòd ſint animalia. Sicut Seneca narrat de Alexandro epiſtola. 96. quòd cum in obſidione cuiuſdã vrbis grauiter vulneratus eſſet, & ſagitta & graui dolore vexaretur: ait militibus. Oẽs me dicunt Iouis filium, ſed vulnus hoc hominẽ me clamat. Ideo ſimiliter Deus ſuperbientis hominis conditionem deiecit, vt de Nabuchodonoſor legitur, qui propter hoc mutatus eſt in beſtiam, vt ſibi videbatur. Gloſſa ibi: quia de magnitudine operis ſui tumuit ſupra homines, factus eſt infra homines.

Secundam particulam, ſcilicet ſe eſſe rationales videntur ignorare qui vacant totaliter carni, & illi parti animæ quę nobis & brutis cõmunis eſt, non rationi quæ nos a brutis diſtinguit, vt lubrici. Tullius lib. de ſenectute. Impedit cõſiliũ voluptas; rationis inimica, mẽtis, oculos pſtringit, nec habet vllũ cũ virtute cõmertiũ. Ideo. 1. Timo. 6. O homo Dei fuge.

Tertiã particulã ignorãt qui ſe credunt eſſe immortales, vt cupidi, de quibus Hiero. in prologo biblię. Facile cõtẽnit oia q ſe ſemper cogitat moriturum. Cum igiṫ iſti nihil velunt cõtẽnere vel relinquere, videtur ꝙ nõ cogitent ſe in breui morituros. Ideo relinquunt alienis diuitias ſuas imo (qđ mirabilius eſt) nec ſibiipſis concedunt neceſſaria quibus vita ſubſtentatur, ſed videntur imaginari ꝙ ſine cibi adminiculo poſſit vita cõſeruari: quaſi iã eſſent immortales. Eccleſiaſticus. 6. Eſt &. aliud malum quod vidi ſub ſole, & quidẽ frequens apud homines. Vir, cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiã & honorẽ, & nihil deeſt animæ ſuæ, & omnibus quę deſiderat, nec tribuit ei poteſtatẽ Deus vt comedat & ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud.

Quartã particulã, ſcilicet eſſe greſſibilẽ ignorant otioſi, qui carent ſenſu & motu. Peccator autẽ maxime otioſus non habet operationes homini debitas. Pſ. In labores hominum nõ ſunt, ideo perdiderũt humanã ſpeciẽ. Operationibus .n. diſtinguunẽ ſpecies. Et q̃ diu quis habet operationẽ debitã ſpeciei, iudicamus ipſum in tali ſpecie eſſe, Marc. 8. Video homines quaſi arbores. Hæc .n. ſunt plantæ opera: cibari, in ſublime creſcere, florere, vireſcere, quæ talibus cõperunt. Sed dicit philoph[9] lib. de vegetabilib[9], ꝙ vnũ opus aĩalis pl[9] valet quàm oẽ opus plãtæ: quãto magis vnũ opus hoĩs? Ergo operib[9] credite, & credetis otioſos nõ eſſe hoĩes. Nõ .n. gradiunẽ de opere in opus, & de virtute in virtutẽ. *Ocioſi nõ ſunt homines.*

Quintã particulam, ſcilicet eſſe bipedẽ ignoranti, qui quadrupedes ſunt vt beſtię: vel multipedes vt muſcę & araneæ. Tales ſunt qui nec Deũ, nec proximũ diligunt, ſed multiplicib[9] affectionibus, nũc in iſtũ, nunc in illũ vindicãt & vlciſcunẽ. Ambulemus igitur bipedes cum eo qui bipes nobiſcum ambulauit, ſcilicet pede diuinitatis, & pede humanitatis: quam aſſumpſit in virginis vtero. Ad quam recurremus. dicentes, Aue.

B

Vigilia. De quatuor vigilijs euangelicis.

Vigilant qui expectant dominum ſuũ a nuptijs reuerſurum. Propter quod dominus illos beatificat, quos ſecunda, tertia, & quarta vigilia inuenerit vigilantes. Has quatuor vigilias optimè compleuit beatus Nicolaus. Nam prima vigilia eſt ab infantia vſque ad adoleſcentiam: quam (vt mane diximus) laborioſa abſtinentia deduxit. Secunda vigilia eſt ab adoleſcentia vſque ad uirilẽ ætatẽ. Tertia a virili ætate uſq; ad ſenectutẽ. Quarta vero a ſenectute vſque ad mortem. Quæ aſſumptæ ſunt ex modo vigilandi quon-

dam

dam in exercitu obſeruato. In cuius quarta vigilia ſenes ad vigilandum ordinabantur. Has vigilias compleuit beatus Nicolaus, ſe præparans ad reddendum pro ſingulis rationem. Aliter etiam poſſunt diſcerni hæ quatuor vigiliæ. Prima eſt cum quis pœnas æternas conſiderans timore tantummodo ſe a peccato ſubtrahit, quã præterit Euangeliſta, quia non eſt meritoria, licet bona. Secunda eſt cum gratia illuſtratus, quis ſiniſtro oculo gehennam, dextro patriam reſpicit. Tertia cum iam ſerenata conſcientia dulcedine patriæ totus accenditur, ita ꝙ etiam ſi nulla proponeretur gehenna, non minus ſe illeſum ſeruaret a culpa, factus iã cicada noctiũ, quæ competit maximè contemplatiuis. Quarta vero vigilia eſt vigilantium paſtorum ſupra gregem ſuum, quibus primò nuntiatus eſt Chriſtus natus. Vnde ianitori præcepit, vt vigilet. Has tres vigilias vltimas multum obſeruauit beatus Nicolaus, nunc contemplatiuè, nunc actiuè de deſeruiens expectando dominum ſuum, ideo de illis erat, de quibus thema dicit. Et vos ſimiles hominibus, &c.

C

Mane.

Mane iuuentutis quõ debet exerceri.

Poſtquam mane dictum eſt qualiter ſe præparauit beatus Nicolaus tempore infantiæ ad reddendum rationem de talentis ſibi tunc commiſſis, nunc dicendum eſt quomodo ſe præparauit ad ſatisfaciendum pro alijs terminis, ſeu ętatibus.

Secundo igitur ſe præparauit beatus Nicolaus reddere rationem de theſauro ſibi dato tempore adoleſcentiæ, vel iuuentutis, ea ætate adhuc duobus modis theſaurum ipſum multiplicans. Primò mutuãdo ad vſuram: vt veniẽs dominus vtique cum vſuris exegiſſet illud. Sed an dominus velit, ꝙ concedatur mutuum ad vſuram? Dico ꝙ ſic; ſed ſibi non fratri. Si das temporalia propter eum: centuplum accipies, & vitam æternam poſſidebis. Matth. 19. Sicut mutuat aliquis alteri viginti aureos tali pacto, ꝙ Romæ in tali bãca reddet, multo plures; ſic qui dat pauperi, vt ei in paradiſo reddat. Sic Nicolaus legitur feciſſe tribus puellis, qui propter ſeruandum theſaurum domini in eis repoſitum, ſcilicet caſtitatem, & pudicitiã; &

Nicholai charitas erga proximum.

ad reuelandam inopiam patris earum; trina vice aurum per feneſtras domus proiecit. Erat enim tũc clericus feneſtralis, nõ ſicut noſtri ſcholares feneſtrales; qui per feneſtras ſtudent, vt videant euntes, & redeũtes. Iſte vero ꝑ feneſtras videbat inopiam & perditionem futuram puellarum, niſi occurriſſet; immo tãtæ charitatis extitit, ꝙ vt aliis poſſet miniſtrare, dum nil haberet, mendicabat: vt patuit in fame Myrreorũ, quando a nautis triticũ accepit tali conditione, ꝙ in portu ad quẽ applicare debebant tantundem inuenirent, ſicut prius antequam ab ipſis quicquam acciperet. Multi tamen cum dant volunt videri. Ipſe autem latenter hoc faciebat, ne Dei gloriam furaretur: operis boni ſibi aſſumens vtilitatem, & Deo ſuam relinquens gloriam. Secundo labore ſuo adaugebat theſaurum mane ſurgendo ad opera Dei. Quolibet enim mane primus inueniebatur in eccleſia orans. Signum enim amoris eſt qñ frequentatur domus amici: immo ſecundum Chryſ. proprium eſt boni filij, vt veniens in ciuitatem primo currat ad domũ paternã. Sicut ſolebat Chriſtus qñ ingreſſus in Hieruſalẽ, primo ibat in templum. In hoc etiam boni ſerui officium complebat. Bonus enim ſeruus mane ſurgit ad opera: & per hoc commendabilior redditur, iuxta illud Pſal. 5. Mane aſtabo tibi. Adſtat mane iuuentutis Deo operanti in eo, & Deum adiuuat, qui operatur omnia in omnibus. Multi cũ in iuuẽtute Nicolaum nolunt imitari bonũ vultum facietes, & dñ. ꝙ in ſenectute poſtea bene operabũtur; illi ſimiles, qui quatuor iumenta habens, & onera ad quæ portanda vix ſufficerent: debiliori ex ipſis vellet ea imponere: ſenium aũt debiliſſima eſt ætas. Exemplum in vitis patrum de Arſenio abbate, cui dictum eſt. Egredere & oſtendam tibi opera hominum: Et egreſſus vidit Aethiopem nigrum cum ſecuri ſcindentẽ ligna. Et cũ grãdis eſſet eorum ſarcina, tentabat leuare, & præ grauitate nõ poterat. Iterum cędebat alia ligna, & addebat ſarcinæ. Talis eſt homo peccatis oneratus, qui ſemper grauiora addit cum oporteret ea deponere. Quidam. n. habebat

bat

bat aſellum pulchrum cui nolebat imponere iugum propter pulchritudinẽ, quia diligebat eum. Tandem cum aſellus venit ad ſenectutem amittens pulchritudinem voluit ſibi onera imponere. Aſinus autem nec potuit, nec voluit, quia iugum ferre non erat aſſuetus, & ſic perdidit ſeruitium aſini ſui in iuuentute, & ſenectute. Et poſito, tales Deo ſeruiant in ſenectute: nihilominus Deum reputant ioculatorem, vel clamatorem veterum drapellorum, vel calceorum. Dant enim ſibi veterem pellem ſuam. Ideo bonum eſt, cũ beato Nicolao mane conuerti ad dominum.

Quia igitur cæteros ad eccleſiam præueniebat: voce lapſa de cęlo dignus epiſcopatu iudicatus eſt: Prouer. 22. Vidiſti hominem velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit. Confundentur enim in iudicio tardi oleum non habentes, & ianuã clauſam inuenientes. Et quãuis aſſentire nollet, quia aſſentiones huiuſmodi in corde ſuo non diſpoſuerat, ſicut multi diſponunt modo epiſcopari in muneribus, & amicis, & beneficiorum multitudine in recompenſationem, & emptionem ordinatorum. Tales enim plantantur a mundo: Nicolaus verò à Deo: ideo fecit fructum magnum. Hiere. 12. Plantaſti eos, & radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum. Quos enim plantat dominus fructificant. Ioan. 15. Poſui vos non vt ſedeatis, vt claudi: non vt iaceatis, vt porci: non vt circuneatis, vt vagi: non vt retrocedatis, vt ebrij: ſed vt eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat.

D Nicolaus

De cauſis vocationis Nicolai ad epiſcopatũ.

Cauſa autem quare eum ſic vocauit ad epiſcopatum multiplex eſt. Prima, quia dereliquerunt eum ſapientia mundi & ſapientia carnis. Sapientia quidem mundi, quę ſtultitia eſt apud Deũ, quando bona mundana diſperſit, & dedit pauperibus, vbi huiuſmodi ſapientia ſolet ea colligere. Hæc enim in modum patris ſe habet, quia ſicut pater vult filium vbiq; diſcurrere, vt poſſit prędia, & diuitias cõgregare, ſic hæc ſapientia in mundanis agit. Sapientia verò carnis, quæ mors eſt cum ab vberibus matris dereliquit, quãdo iam incipiebat eam domare; quæ in modum matris ſe habet, quę puerum dũ mittit ad ſcholas, eum delicate nutrit, & ſolicita eſt pro nutrimento eius. Ideo poterat dicere Nicolaus illud Pſal. 26. Quoniam pater meus, ſcilicet ſapientia mundi: & mater mea, ſcilicet ſapientia carnis dereliquerũt me; dominus aſſumpſit me in epiſcopum. Secũda ratio fuit: quia beatus Nicolaus in pecunia numerata ſoluerat vacantiam illius epiſcopatus ſummo pontifici Deo, quia puellis illam miniſtrauerat: ideo nil mirum, ſi Deus fecit eum epiſcopum. Non enim poteſt Deus minus, quàm noſtri ſummi pontifices nunc annatis perſolutis decem, vel duodecim milium aureorum huiuſmodi inſtituere epiſcopos. Sed circa hoc oritur difficultas. Cum decreta antiqua dicant laicum non debere eligi in epiſcopum, quia qui non fuit diſcipulus, eligi nõ debet in magiſtrum, nec qui non obſecutus eſt ſacerdoti in aliquo gradu, eligi in ſummum ſacerdotem, vt dicit decretum Innocentij diſt. 61. c. miſerum. quõ Nicolaus ex laico electus eſt in epiſcopum? Et Ariſto. dicit. 2. Topic. Nemo iuuenes eligit in duces, quia non conſtat eos eſſe prudentes.

E Prælatus.

An iuuenes eligi debeãt in epiſcopos.

Ad primum reſpondet decretum, ꝙ eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habẽt cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant. Quia enim laicus in epiſcopum non eligeretur hæc fuit cauſa, quia vita laicalis eccleſiaſticis doctrinis non erudita, neſcit exempla religionis de ſe alijs præſtare: quæ in ſeipſa experimento non didicit. Cum igitur beatus Nicolaus merito ſuę perfectionis vitam clericalem tranſcenderit: merito rata fuit eius electio. Ad ſecundum dicitur primo, ꝙ hoc non debet trahi in conſequentiam, ſcilicet ꝙ fuerit electus iuuenis in epiſcopum, quia hoc fuit ſpeciali prerogatiua Dei: qui in ſanctis ſuis eſt mirabilis. Dicitur ſecundo, ꝙ & ſi beatus Nicolaus fuit iuuenis ætate, erat tamen ſenex moribus. Deus autem neminem euocat ad talem ſtatum, quin ſibi det ſufficientẽ ſapientiam ad regendum populum, vt dicit Nicolaus de Lyra hoc dicere Hebræos ſuper Pſal. 26. Dominus

illu-

illuminatio mea. Dominus aũt elegit Nicolaum, ideo dedit ei ſapientiam ad dirigendum populum: ſicut & Salomoni adhuc puero dedit: quia ipſum ad regnum vocauerat. In ſancta enim eccleſia dominus ſanctos præueniebat in benedictionibus dulcedinis, inſpirando eis vitam, & doctrinam: & ſic ad epiſcopatum vocabat. Nunc vero præuenitur Deus per principes, & reges, qui eos inſtituũt: qui ſi poſſent eis infundere ſpiritum ſapientiæ intellectus fortè tolerentur: ſed ipſi hoc non poſſunt. Ideo ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Antiquitus dicebant epiſcopi. Dominus fecit nos, & non ipſi nos: ſed modo fiunt non gratia Dei, ſed gratia regis, & ſummi pontificis.

Prælatus bonus Deo Theſaurizare debet.

Tertio in virili ætate cœpit theſaurizare Deo Nicolaus: & pro termino illo ſua computa ordinare. Debet enim prælatus theſaurizare Deo deprædando hoſtem: rapiendo animas de manu inimici: dicens illud quod deſcribitur. 1. Regum. 17. Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, tollebatque arietẽ de medio gregis, perſequebarque eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Sic fecit Nicolaus eripiendo animas ſua prædicatione, & oratione de manibus inimici. Primo ſubuertendo templa idolorum, in quibus decipiebantur. Nunc autẽ in templis idola eriguntur, quæ non clamãt in gutture ſuo: ſed in gutture alieno, ſcilicet vicariorum quos conſtituerũt: neque per ſe prædicant, neque cantant, neque orant, ſed per procuratorem, ideo per procuratorem paradiſum obtinebunt. Secundo hoc apparuit in ſuſcitatione mortuourm, vt patuit in filio ſuæ hoſpitæ ſuſcitato. In die enim ſuæ cõſecrationis in epiſcopum ſua hoſpita gaudens de exaltatione ſui hoſpitis, ſcilicet Nicolai, cito occurrens dimiſit filium iuxta ignem, quæ rediens inuenit eum mortuum, & aduſtũ, diabolo volente feſtum eius turbare: quẽ prece ſua ſuſcitauit. Quantum putas paratus erat eripere oues ſuas de manu inferi, qui etiam in terra, & mari a periculis magis liberabat eos corporaliter: vt patuit in nautis periclitãtib. quibus dixit. Ecce aſſum. Hoc etiã patet in eleemoſynis ſuis: quia totum erarium parẽtum pauperibus diſtribuit. Non enim theſaurizabat theſauros in terra, ſicut nunc temporis faciũt prælati. Pſ. 72. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, quia abundantia bonorum temporalium reddit eos omni voluptate plenos. Ab initio fuit eccleſia fons paruus, ſicut Heſter per paupertatem, & humilitatem, ſed creuit in aquas plurimas diuitiarum, & voluptatum. Et quando fons ille paruus erat, purus erat, & clarus reddens imaginem inſpicientibus eum ſicut ſpeculum. Sed nunc fons iſte turbatus eſt: quia maior cura eſt in temporalibus dirigendis, quàm in animabus curãdis. Bern. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam: perit anima, & non eſt qui requirat eam. Nicolaus autẽ paratus erat ſubleuare animas, & de eis reddere rationem. Quando cenſuum receptores reddunt rationem, ſi recepta non excedat miſiam bene actũ eſt, ſi aliter, male. Nos omnia a domino recepimus membra, tempus, & temporalia: & credo, ꝙ in ſeruitio domini miſimus pauca. Vix de ſeptimana vnum diem reddimus Deo, & de die vix duas horas, vt eamus ad eccleſiam ad cogitãdum de Deo, & de temporalibus multis vix de pane buccellam pro Deo damus, & de mille verbis, quę de ore procedunt vix quatuor ad Deum pertinent. Quid plura? In nobis ſunt longe plures receptæ, & quaſi infinite reſpectu miſiarum: & quod plus eſt a Deo ſeruitium recepimus, ita ꝙ pro triginta tribus annis quibus in labore, & paupertate pro nobis fuit: vix poſſumus proco vnam abſtinentiam facere. Quid ergo facient, qui cum eo nunquam computauerunt? Timeo valde ne eis detur illa ſententia. Mat. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Amen dico vobis, nõ exibitis inde, donec reddatis vſque ad nouiſſimum quadrantem. Et quia talis in tenebris poſitus nihil habet, aut habebit in perpetuum; ideo inde in imperpetuũ non exhibit. Sequamur ergo aſtutiam vulpis: qui per greſſus beſtiarum citatarum ad ſpeluncam leonis, & per veſtigia earum; qa

Nos omnia a Deo recipim⁹, & parũ, aut nihil ei reddimus.

nullam

nullam redire videbat citatis, & ipſe cau te reſpondit. Ego illuc non ibo, niſi ſciam bene quo modo. Ita & nos præparare debemus ad inſtar Nicolai, vt illuc euocati, cum Deo computare valeamus.

Quarto in ſenectute præparauit ſe opti mè ſeruando iura, franchiſias, & libertates domini ſui. Primò ſeruando gregem domini ſui tanquàm veteranus miles, & bene emeritus. Corrigens abuſus in curia laica, dum tres innocentes in ea morti adiudicatos liberauit, & ſimiliter tres Conſtantini milites; qui ſe ſimiliter auxilio eius ſuppoſuerunt. Sed & errores eccleſiæ extirpauit. Primo extirpando fanum Dianæ: ex quo iratus diabolus nautis oleum obtulit quo liniri deberent parietes eccleſiæ myrrheæ. Sed beatus Nicolaus apparens eis iuſſit oleum in mare proiji: quo proiecto incepit per mare ardere. Secundo extirpando Hæreticos. Dicitur enim iam ſenex Niceno concilio interfuiſſe: vbi Arrium cum ſua hæreſi damnauit.

F Nicola[9]. *Quare beatus Nico. nõ fuit martyr, cum fuerit tẽpore perſecutionis tyrannorum.*

Sed hic oritur quæſtio, cum beatus Nicolaus ſub perſecutione Diocletiani, & Maximiani floruerit epiſcopus, & cũ maximè famæ pontifices, tunc vbique trucidabantur, & in loco epiſcopatus ſui, vtpu ta in Aſia, & Sicilia maximè viguerit illa perſecutio, cum ille eſſet tantæ auctoritatis, & famę: quomodò non eſt, aſſecutus martyrij palmam? Tunc enim Romę propter perſecutionẽ vacauit ſedes pluſquã ſex annis. Reſponſio. Dicitur ꝙ hoc potuit fieri propter tria. Primò noluit dominus eccleſiàm ſuam ita turbari quin in ea remaneret aliquis bonus paſtor tanquam eccleſiæ firmamentum. Vnde in perſecutione facta ſub Achab & Iezabel, vbi fere omnes prophetæ interfecti ſunt; Helias inter eos perfectior reſeruatus eſt. 3. Reg. 19. Secundò quia potuit eſſe, ꝙ licèt perſecutio in illa patria vehementer graſſaretur: non tamen vbique, quia iuxta dictũ ſaluatoris. Matth. 10. Si vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Ideo Nicolaus remanebat in Myrrhea ciuitate, vel ad recipiendum profugos Chriſti, ne perirent; vel ad cuſtodiendum gregem ſuum, ne veniret in direptionem, quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues. pſal. 88. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: poſuiſti firmamentum eius formidinem. Direptio enim eccleſiæ quandoq; procedit ex crudelitate tyrannorum, & non ex defectu prælatorum, & cum corporibus ſæpe diripiuntur temporalia, ſed non animæ. Aliquando ex defectu prælatorum procedit, qui ſunt formidines, nec moribus, nec virtutibus ſolidati: tunc diripiũt diaboli animas ſeruatis corpore, & temporalibus. Ait enim diabolus illud regi Sodomorum. Gen. 14. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Tertio hoc potuit eſſe, ꝙ multos de amicis ſuis noluit Deus martyrio coronari ad oſtendendum, ꝙ non ſoli martyres ſunt amici Dei, ſed etiam ſancti confeſſores, qui ſua, & aliorum deflent peccata: & ꝙ etiam ad tantam gloriam, & ad tantum meritum peruenire poſſunt, ſicut & quidam martyres peruenerunt, vt patuit in Ioanne Euangeliſta; & in Baſilio Magno; qui fuerunt tempore multarum perſecutionum.

G Nicola[9]. *Quõ inter ſanctos Nicolaus magni eſt meriti.*

Itaque vir Dei poſt multos agones dicens. In manus tuas commendo, &c. Cũ angelorum allocutione cœlos penetrauit: inter omnes ſanctos maximi reputatus meriti. Quod probatur, quia Eccleſiaſtici 16. Omnis miſericordia facit vnicuique locum. Ita quòd ſecundum Guil. Pariſ. in paradiſo miſericordia aſſignat loca, vt qui eam melius locauerunt, in hoc ſeculo; melius locentur in altero. Sed ipſe fuit maxime pius, & miſericors, vt patet ex multis, quæ in legenda ſua tradũtur. Fuit enim miſericors ad ſeipſum in infantia caſtigans carnem ſuam: ſicut dicimus matrem miſericorditer agere cum filio, qñ caſtigat eum. Vnde potuit dicere illud Iob. 31. Ab infantia mecum creuit miſeratio. Secundo in ſubuentione pauperis patris, & ſuarum filiarum. Tertio in ſubuentione morti damnatorum, & in ſubuentione famis &c. Secundo hoc patet ex oleo fluente ex membris eius, ita vt ſicut fuerat totus miſericors, ſic totum corpus in oleo nataret: quod refrigerium infirmis præſtat. Fuit enim de prudentibus virginibus

nibus, quæ ſumpſerunt oleum ſecum; nō quidem oleum adulationis, quod præbēt venditores olei, de quo Pſal. 208. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Hoc vnguento quis vngitur, vt in peccato fortius ſuccendatur: & in futuro fortius comburatur. Quod oleū detulerat diabolus peregrinis quibuſdam nauigantibus apparens in ſimilitudine cuiuſdam matronæ nobilis, tradens pixidem, in qua dicebat eſſe precioſum vnguentum rogans, vt inde linerent parietes eccleſiæ ſancti Nicolai, quibus Nicolaus apparēs pręcepit, vt vnguentum in mare proijcerent; quo facto exarſit mare. Sic vnguentū adulationis vbique comburit; & eccleſiam, & mare amaritudinis pęnitentię, aut aduerſitatis; ita vt & proſperis, & in aduerſis oleū illud ardeat, & omnia vaſtet. Tertiò hoc patet ex infinitis miraculis. Nō enim ceſſat nunc adhuc iuuare ſuos; ita ꝙ adhuc relucet eius miſericordia ſuper miſeros, de quo dicere poſſumus. pſal. 4. Scitote, quia mirificauit dominus ſanctum ſuū dominus exaudiet &c. Iob. 29. Petra fundebat riuos olei. Erat enim petra ſibi, id eſt durus per auſteritatem: ſed alijs fundebat riuos olei, id eſt compaſſionis: & in vita & in morte, & poſt mortem. Vnde Petrus Cluniacen. Quidam vir ſanctus in oratione proſtratus in die veneris ſancta raptus vſque in diem paſcæ: de raptu reuerſus dixit, ꝙ viderat quendam religioſum magnæ pęnitentiæ ſuffocatum a diabolo in potu, in quo ſolebat excedere mēſuram trahi ad iudicium. Sed occurrente beato Nicolao cui deuotus fuerat adiudicatus eſt grauiſſimis pęnis in purgatorio. Ideo ad ipſum maxime habemus recurrere. Primo, quia pius. Ad ſanctos maximè, qui in hac vita ſuper afflictis compaſſionem habuerunt debemus accedere, quia nunc etiam maiori charitate abundant. Eſa. 31. Viuit dominus, cuius ignis eſt in Sion. i. in hac eccleſia militante, & caminus, i. fornax in Hieruſalē. i. ciuitate ſuperna. Secundò, quia multum potens: vt probat multitudo miraculorū & in vita, & poſt mortē. Non. n. diminuta eſt eius poteſtas cum omnipotenti aſſiſtit.

Sermo I. de cōceptione beatiſsimæ uirginis Mariæ, & in ordine 17.

A Maria cōceptio. Domus Maria maximè a Deo ornata eſt.

DOmum tuam decet ſanctitudo domine in longitudinem dierum. Pſal. 92. Diuites homines, & potentes habentes plura domicilia, & maneria: illud ſpecialius dicuntur habere & ſolent amplius diligere, quod abundantius muniunt, & libentius frequentant. Secundum quem modum ſancti dicuntur aſcenſionem ſuā ædificare in cęlis, quia illud ędificium ſpecialiter diligunt, & ſua merita illic præmittendo illud ſpecialiter præmuniunt: & illuc per ſancta deſideria frequentius tendunt. Habent enim hic ciuitatem, ſed nō manentem. Sic & Paulus, qui dicebat Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Similiter. Deus ante ſuam incarnationem habuit multa præclara maneria, ſicut Saram, Rebeccam, Heſter, Iudith &c. & illa multū diligebat: ſed Maria præ omnibus dilexit. De qua canit eccleſia. Elegit eam Deus & prælegit eam. Pſal. 85. Diligit dominus portas Sion, id eſt fidem Mariæ ſpeculantis, per quam ingreſſus eſt in mundum ſuper omnia tabernacula Iacob, id eſt ſuper omnes animas quas inhabitauit ad tēpus. Hinc eſt, quòd dominus eam multipliciter muniuit, & dotauit priuilegiis. Propter quod canit Pſal. Gloria & diuitiæ in domo eius, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Gloria quidem, quia gaudium matris habens cum virginitatis honore: nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem: ſed diuitiæ, id eſt virtutes multæ, & magnę fuerunt in ea. Et ſi forte aliquę earum virtutum poſt tempus in ea virgine per ſtudioſum exercitium acquiſitæ ſunt & deuenerunt, iuſtitia tamen māſit in ea in ſeculum ſeculi, id eſt iuſtitia nūquam defuit ei; propter quod creditur abſque peccato originali concepta. Vnde poſſumus dicere domino, illud Pſal. 64. Sanctum eſt templum tuum; ſed mirabile in equitate, id eſt iuſtitia: quæ in ea ab ortu vſque ad occaſum mortis remanſit.

Vt

Vt igitur de iuſtitia eius aliquid pertractare poſſimus: ad eam recurramus dicentes, Aue.

Ad pertractandum igitur materiam de conceptione virginis glorioſæ matris Dei: an videlicet fuerit concepta in peccato originali, duo ſunt pertractanda. Primò quid ſit originale peccatum, & illud matutino ſermone terminabimus. Secundo an ſit ſine originali concepta, & illud ſermone pomeridiano dicemus. Et quia cognoſci non poteſt quidditas originalis peccati, niſi præcognoſcatur ipſa iuſtitia originalis, quæ & qualis ſit: ideo primo de ea tractabimus.

B *Originalis iuſtitia. Quid ſit iuſtitia originalis.*

Originalis iuſtitia ſecundum doctores erat quædam virtus gratis a Deo data, qua mediante ratio, immediate erat Deo ſubiecta voluntas rationi, ſenſualitas voluntati, & rationi; & bruta animalia ſenſui voluntati, & rationi: & vinculum animæ cum corpore ea manēte manebat indiſſolubile. Sic igitur virtutis huius quinque erat effectus præclariſſimi. Primus erat ꝙ ratio immediate ſubiiciebatꝫ creatori, ſic ꝙ nulla inclinatione, nullo errore, nulla difficultate aptum fuiſſet liberum arbitrium, aut etiam ratio auerti ab ipſo Deo: ſed immediatè ſine quacunque difficultate homo tendebat in Deum cognoſcendo & diligendo eum. Sed contra; peccante homine cecidit in ignorantiam agibilium, & difficultatem cognoſcēdi Deū & alia intelligibilia, Iuxta illud Pſal. 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Gloſ. magiſtri ſenten. ideſt ex me peccante in primo homine. Iuxta illud Roma. 3. Omnes in Adam peccauerunt: facta eſt mirabilis ſcientia diuina, & magis, quàm ante difficilis. Ideo ſequitur. Confortata eſt non per additionem ſcientiæ ad ſcientiam diuinam: & ita vt Deus ſit minus ſcibilis quantum eſt de ſe: ſed propter debilitatem noſtri intellectus, & caſum, & infirmitatem noſtram apparet nobis difficilior: & ita non potero ad eam præ debilitate intellectus aſpicere. Et huic ſententiæ ſatis concordat Ariſto, 2. Metaphyſ. dicens: difficultatem ſcientiarum non ex ipſis ſcibilibus procedere; ſed ex debilitate noſtri intellectus. A principio enim ſeculi faciliter appræhendebat homo diuina, & etiamque agenda erant: nunc vero ex lapſu intellectus omnia plena ſunt opinionibus, & contradictionibus. Vnde Richardus de ſancto Victore ſuper illud, Omne caput languidum, &c. In nobis poſt lapſum primi hominis cogitationes cogitationibus contradicunt; affectiones affectionibus reſiſtunt: & ſurgit gens contra gentem; & regnum aduerſus regnum; & inſurgunt ſæpe boni motus contra malos, & econuerſo mali contra malos: & diuiduntur contra ſeipſos: immo quod his omnibus miſerabilius, boni inſurgunt cōtra bonos. Quis enim neſciat, quam ſæpe grauis contentio fiat inter auaritiam, & gulam: non dico de talento, ſed de ſolo nummo; dum quod vna vult expedi, alia præcipit reſeruari; & aliud ſæpe loquitur iuſtitia; aliud miſericordia; & quod dicitur ab vna, contradicitur ab alia. Hęc ille.

C *Scientia. Difficultas ſcibilium procedit ex nobis.*

D *Gula. Quō gula ſæpe litigat cum burſa.*

Sępe enim contingit, ꝙ gula deſiderat, quod burſa dicit eſſe nimis ſumptuoſum; ideo ſibijnuicem contradicunt. Bernar. in quadam epiſtola. Fac burſam litigare cum gula, & caueas cuius aduocatus exiſtas. Sępius, & non ſemper pro burſa ſententiam feras. Similiter iuſtitia vult latronem ſuſpendi, miſericordia abſolui, &c. Secundo non ſolum cecidit ratio in errorem, & difficultatem cognoſcendorum; ſed etiam in difficultatem eleuandi mētem in Deū. Experimur enim ꝙ quando cum hominibus de noſtris negocijs agimus; ſemper mentem ad ea, quæ dicimus intentam eſſe. Cum autem ad Deum volumus eleuare eam; ſtatim in noſtra negocia recidimus. Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Iſte autem caſus procedit ex caſu primi hominis. Vt enim vult Ambro. Homo malè recedēs a Deo cecidit in ſeipſum. Corpus enim (vt vult Guil. Pariſ.) naturaliter eſt ſicut domus animę: anima ſicut habitator. Contingit autem quādoque vt qui debuit in domo ſua habitare pacificè, & quietè, ibidem religetur: & captiuus in vinculis, tanquam in carcere teneatur.

E *Oratio. Triplex opinio de cauſa euagationis mentis in oratione.*

Sic

Sic eſt de animabus noſtris per corruptionem originalem,& caſum iſtum ; vt cum velint exire,& ſe leuare ſupra ſe vinculatæ teneantur,ſicut auis,quæ ſurſum aduolare nititur ; ſed per filum in pede poſitũ retinetur: ſic anima nititur in Deum tendere:ſed per ſolicitudines tẽporales, quæ pedem affectionis detinent retinetur. Eſt enim caſus iſte(vt dicunt antiqui theologi) ſicut caſus cadentis in lutum lapidoſum,in quo mergitur,vulneratur,& inquinatur homo. Inquinantur enim animæ noſtræ a puritate ſua: vulnerantur multiplici infirmitate virium ſuarum:ita vt nõ poſſint ſe erigere: & immerguntur,vt lapſi ab adiutorio Dei porrigentis dexterã ſuam in lacum miſeriæ,& lutum fecis: in profundum tenebrarum quantum ad vires appræhenſiuas,& in profundum fętulentiarum quantum ad motiuas. Et ſi quęratur quomodo cadit homo, in hoc miſeriarum profundum. Reſpondet Guil. ꝙ homo primo cadit in ſolicitudinem prouidẽdi corpori victum,& veſtitum;& cuſtodiendi,& protegendi ipſum: ideo cadit in conſiderationem omnium moleſtiarũ corporis, vt eas euadat ; propter quod ſecundo inardeſcit in omnes delicias corporis ſibi congruas. Poſtquam enim omnes moleſtiæ corporis ſuper ipſam animã deuolutæ ſunt(quarum nullam pateretur ſi non peccaſſet Adam: quia nulla earum eſſet) in laqueos voluptatum ſenſibilium cecidit irretiẽda miſerabiliter ab eiſdem. Si enim non fuiſſet illud peccatum:ſuſpẽſa fuiſſet anima ad ſpirituales delicias, & propter hoc ſenſibiles ei non ſaperent, immo nullæ eſſent quantum ad illam. Sicut econtrario videmus; ꝙ ita deiecta eſt in delicias ſenſibiles,ꝙ internæ,non ei ſapiunt,immo nullæ ſunt quantum ad ea. Si enim in ſublime rectitudinis remanſiſſet, nec moleſtias a ſenſibilibus, nec voluptatum laqueos ſuſtineret. Et hoc quia ſpiritualibus delicijs occupata ita illis adhæreret,ꝙ ad ſenſibilia, niſi propter neceſſitatem corporis ; aut aliam cauſam, quæ internas eius delicias non euacuaret, ſe nullatenus inclinaret. Quod apparuit in Adam & Eua ante peccatum,qui propter hoc non cognoſcebant ſe eſſe nudos. Adeo enim occupati erant ſpiritualibus: vt quid in eorum corporibus eſſet,vel fieret,non ſentirent. Sicut & modo plerique adeo occupati ſunt in ſenſibilibus, & corporalibus, vt quid in eorum animabus ſit, vel fiat,prorſus ignorent. Solam enim moleſtiam corporis curare videntur, vt ſcilicet eam fugiant & voluptates obtineãt. Hæc Guil.Pariſ. Et ne hoc videatur incredibile, hoc contingit quibuſdam ſanctis viris ex ſpeciali dono Dei, qui ita rapti ſunt a ſenſibus, vt quid circa eos agatur ignorent:vt patuit ita in Paulo,qui vidẽs arcana verba neſciebat an in corpore, an extra corpus eſſet. Sic Petrus in eſtaſi quando cęciderunt catenæ aliud æſtimamabat, quàm fieret. Sic beatus Thomas Aquinas coram beato Ludouico murenulam comedit neſciens, quid ageret dicẽs: Conſummatum eſt poſt ſue difficultatis inuentionem. Sic ſancti viri, qui Carthuſiam fundauerunt: multo tempore quid circa corpus agebatur ignorabant. Quidã tamen cauſam huius alienationis mentis in oratione,& deuotione aliam aſſignant, & præcipue ipſe Guielmus, hoc ſæpe procedere ex diaboli artificio, qui cognoſcit orationem contra ſe & ſuas machinationes ad Deum dirigi:ideo quantum poteſt mouendo phantaſiam orantis:& ei oſtendendo varias ſpecies, impedit quantũ poteſt intentionem orantis, ne ſe ex toto ad Deum conuertat, et ſic contra eum non præualeat oratio. Vnde in vitis patrum legitur de beato Machario, ꝙ cum demoni obuiaſſet dicenti, ꝙ ad orationem fratrũ accelerabat,tãdem in choro fratrum pſallentium vidit maximam multitudinem paruorum Ethiopum volitare per chorũ, vnus nunc ſe transformabat in mulieris ſpeciem, alius in ſpecie lathomi lapides dolantis, alius in alia ſpecie. Quod cum vidiſſet,interrogauit ſingulos fratrũ quid pſallendo cogitaſſent, & ſtatim comperit illa eos cogitaſſe,quorum diabolus ſpeciẽ ingerebat. Quia autem hoc permittat Deus, ſit ad humiliationem noſtram, ne forte pręſumamus de exauditione,aut ipſa nimia contemplatione contenti,de nobis

Macharij admiranda viſio.

bis nimium confidamus:quemadmodum Adam qui huiuſmodi contemplatione illectus:ad ſe non reſpexerit:& cum credidit ſe ſecurum excidit. Quidã tamen huius alienationis in oratione aliam videntur aſſignare cauſam magis naturalem, quia ſecundum Philoſophũ libro de ſenſu,& ſenſato:pręſentia ſenſibus magis mouent,quàm abſẽtia. Ideo cum loquimur de re abſente facile euagamur;ſed cum de negocijs hominis agimus, quę fortiter ſenſum mouent,non eſt mirum ſi non vagemur. Cum autem Deo, qui ſenſus noſtros ſenſibiliter non mouet : orando loquimur : nil mirum ſi fugax animus ſæpe alienetur.

F Iudiciũ humanũ. Quomodo omnes in iudicãdo ſequũtur ſuas affectiones.

Secundus huius virtutis effectus erat, ꝙ voluntatis affectus rationem rectam prompte ſequebatur,vt abſq; difficultate omnia ſua iudicia ſecundum eam proferret. Inde Eccleſiaſticus 7. Fecit Deus hominem rectum, ſcilicet ad iudicandum. Sed nunc omnes in iudicando niſi cum difficultate noſtras ſequimur affectiones. Vbi autem ratio ſequitur affectionem (vt vult Seneca) vix rectum inuenitur iudicium,& quadriga boues antecedit,& cęcus videntem puerum nititur ducere, id eſt rationem, quæ in nobis ad modum pueri modica eſt : vbi nimium de affectione ,quę cęca eſt inuenitur. Inde eſt,ꝙ omnes in iudicijs noſtris afficimur ad commoda noſtra:ita vt ſecundum Guil. Pariſ. inde aſſumptum ſit illud Prouerbium, In natum eſt filijs Adæ commoda ſua diligere. Sic enim homo propter peccatum tenetur religatus in ſeipſo catena,quæ dicitur ſuijpſius amor,quem Aug.li.14.de ciui. Dei.c.28. poſuit fundamentum ciuitatis Babylonicæ, ꝙ non niſi ad ſua & ſuorum commoda,& delicias afficitur aliena negligens. Vnde pſ. 118. Factus ſum ſicut vter in pruina. Sicut enim vter pruina, & gelu conſtrictus nihil ex ſe emittere poteſt:ſed intra ſe retinet omnia, ſic ita obfriguit homo ab amore Dei, & proximi ſui vſque ad gelicidium;ꝙ nec amor eius ad Deum dirigitur, nec ad proximũ cõpaſſio;ſed omnia ad ſe conuertit;ita vt ſicut vilis vter ex pellibus extra domum ad pruinam deijcitur : ſic homo poſt peccatum coopertus pellibus extra domum paradiſi,& eius feruorem quaſi nullius valoris ad frigus mentis deijcitur. Secundò ex peccato ipſo facta eſt voluntas noſtra prona ad malum magis,quàm ad bonum. Gen. 8. Omnis caro prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. Sicut enim ſponte terra ex ſe gignit herbas nociuas & inutiles, fructuoſas autem nõ gignit niſi culta: ſic ſponte mala, & primi motus mali ex nobis oriuntur. Et ſicut ex nihilo facti ſumus;ita ad nihilum ipſius mali, niſi manu artificis noſtri teneamur,continuè tendimus. Tenet autem nos illa creatrix manus cum vel ad morem compungendo viuificat,vel ad amorem flagellando reſtaurat. Scriptum eſt enim. Iob. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

G Senſus Quomodo ſenſualitas dominatur rationi.

Tertius illius virtutis effectus erat, ꝙ omnes ſenſus tam exteriores,quàm interiores ita ordinati erant, vt eorum appetitus ad eorum obiecta tantum ſe extenderet quantum recta ratio & electio voluntatis ſequẽs illam rationem permittebat; & taliter fuiſſet ſenſualitas rationi conformis,ꝙ nulla fuiſſent carnalia deſideria ſubſecuta rationi difformia. Nunc ecõtrario videmus, ꝙ rebellis eſt pars ſenſitiua ſpiritui, & caro aduerſatur ei per concupiſcentias beſtiales:quas vt plurimum ſequuntur homines. Sũt.n.(vt vult Guil. Pariſ.) anima & corpus ſicut rex & regnum. Interdum enim cõtingit, ꝙ qui in aliquo regno debuit regnare,in eodem redigatur in ſeruitutem. Sic & miſerę animę noſtrę in corporibus noſtris ſeruitute pręmuntur miſerrima ſeruientes corporibus & corporalibus voluptatibus : niſi hoc per baptiſmum pro parte refrigeretur ; & per eum libertatem filiorum Dei conſequatur. Vnde & poſt comeſtionem cibi vetiti ſtatim ſubſecuta eſt carnis concupiſcẽtia ; propter quam verenda ſua texerunt. Vnde . Auguſtinus in Hyponomicon. Quid indicant folia fici,quibus non Deo auctore , ſed peccato pudenda membra texerunt,niſi quędam pruritum libidinis turpem ex quo ſecuta eſt carnis tentatio; Vult enim. Damaſcenus quòd ſpina

roſæ

roſç coniuncta ſit in ſignum & memoriā præuaricationis primæ: eo quòd verecundus pruritus conſcientiam pungens voluptati & delectationi coniunctus ſit. Iſti pruritus ſunt fremitus gentium, de quo querit pſalm. 2. Quare fremuerũt gentes, ſecundum enim Iſido. 9. Etymol. Gens eſt multitudo ab vno principio orta. Ideo per gentes intelliguntur conuenienter voluptates carnis quæ ab vno inobedientiæ, principio ortum habuerunt. Fremunt autem atrociter aduerſus ſpiritum. Seneca. Quis vnquam tam contumelioſus hoſtis, quàm in voluptatibus ſeneſcere. Iob. 14. Poſuiſti in neruo pedem meum, ideſt affectionis pedem permiſiſti neruo ſenſualitatis detineri quaſi compedibus, vt contradicat rationi.

Hominis dominiũ. Quartus effectus fuit, quòd omnia animalia immo omnes creaturæ homini plenam præſtabant obedientiam. Gen. 1. Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſęque terræ: & omni reptili quod mouetur in terra. Nullus vnquàm rex fuit qui beſtijs dominaretur, immo nec vniuerſę terræ: nec ita pacificus poſſeſſor ſicut ille fuit, in cuius poteſtate omnia erant præter vnam arborem, quam tamen zelo & complacentia vxoris ſuę inuaſit non obſtante Dei prohibitione. Sic modo contingit regibus & principibus qui zelo regni & regiminis ei⁹ quaſi vxoris ſuæ zelotypia ducti, vt vult Chryſ. in homil. infinita mala perpetrant in ſubditos, & velut alter Adam mordent in pomo. Imperatores enim iuxta ſuarum imaginum deſcriptionem aut figuram pomum gerunt in dextera manu, per quam deſignatur mundus, quem in dextera, ideſt in potioribus bonis dirigere debent. Modo autem non plus in dextera pomum gerunt, ſed potius in ore mordentes, & rodentes, immo deuorantes totum mundum. Si forte morderetur pomum in putrida parte, ſ. in raptoribus, adulteris, & homicidis, illud eſſet permittendum, ſed lupus non rapit lupum, nec leo leonem. Nec eſt conſuetudo mordere in putrido, ſed in ſano, puta in mercatoribus, agricolis. Eſa. 59. Qui receſſit a malo prædæ patuit. Et adhuc quod deterius eſt, quia in morſu pomi maior pars relinquitur, nos autem ita magnum os & magnos dentes habemus, quòd totum pomum deuoramus & deglutimus, quia totus probi hominis labor & fructus rapitur. Ideo nil mirum ſi Deus hęc videns ſuis gladijs nos ferit, & ſi nullus ſit amplius nunc monarcha qui pomum teneat, quia pomum nunc a cunctis comeditur. Propter quod penſanda ſunt mala quę ſubſecuta ſunt hunc pomi morſum. Primo terra optima paradiſi deſerta eſt habitatore. Sic propter exactiones principum terræ deſeruntur incultæ. Eccleſiaſtici. 16. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria: & a tribus impijs deſeretur. Secundo ſubſecuta eſt ſubditorum rebellio tam beſtiarum quàm ſenſualitatis. Ideo non eſt mirum ſi modo ſequantur diuiſiones, rebelliones, terrarum deſertiones poſt morſum & deuorationem pomi, ideſt mundi. In ſignũ tanti dominij quod habuit homo initio (vt vult Guil. Altiſ. in ſecunda parte ſummę in materia de hierarchijs angelorum) quidam ſancti homines qui macerando corpus peruenerũt ad ſtatum tantum gratię, imperium ſuper bruta habuerunt. Et exemplificat de beato Martino qui pręcipiebat mergi in flumine & abſcedebant: gallis tacentibus, & canebant, ſerpentibus ne flumen tranſirent, & reuertebantur. In vitis patrum Abbas Paulus manibus ſuis, contrectabat aſpides & ſerpentes, & ſcindebat per mediũ manibus ſuis nec ei nocebant. Et cũ quęrerent ab eo fratres vnde ita gratia: dicebat. Si quis poſſederit puritatem: omnia ſubijcientur ei ſicut Adę in paradiſo. In huius etiam ſignum (vt quidam dicunt) animalia maiora, & etiam minora nos infeſtant & impugnant: ut leones, vrſi, lupi, & vulpes, & ſic de alijs quæ ſunt maiora bruta, & pulices, pediculi, & muſcę quę ſunt minora: & hoc in memoriam pręuaricationis primę. Sed in ſignũ dominij quod dudũ habuim⁹ ſup ea,

H Pomum Quid ſignificatur per pomũ quod in imagine tenent imperatores.

Dãna ſub ſecuta per morſum pomi.

I Dominiũ De dominio maximo quod habuit homo in paradiſo.

adhuc media animalia ſub noſtra, ſunt obedientia, vt oues, boues, canes, equi, &c. Vnde & de ſancto Cerbonio legimus, quòd accuſatus apud Papam, quòd miſſam de noctę cantaret; venit ad curiam vnum ſolum clericum ſecum ducens, eo quòd eſſet valde pauper epiſcopus. Cumque appropinquaret Romæ vidit anſeres ſylueſtres quibus præcepit, vt ſocietatem ei facerent & cum ipſo ad curiam pergerent, & vt haberet encenia domino Papæ præſentanda. Cumque anſeres ſancto viro obedirét, & ante ipſum præcederent, cum nunciatum eſſet Papæ, ab omnibus impoſitis eũ abſoluit, & ad propria remiſit honoratũ. Nec ſolum beſtiæ, ſed & terra ipſa obediebat, ſuos fructus ſponte, & ad nutum hominis producendo ſine cultura. Poſuit enim Deus hominem in paradiſo voluptatis, vt operaretur complendo mandata Dei, & cuſtodiret illum tanquam propriam hæreditatem etiam a dęmonibus, ne illuc intrarent. Sed quia Adã Deo reddidit ſpinas inobedientiæ: etiam terra ſibi ſpinas, & tribulos germinat. Habebat etiá ſuper dęmones poteſtatem, ſicut & multi ſancti imperauerunt eis. Non enim cuſtodiebat Adam paradiſum a beſtijs, quoniá adductę ſunt ad Adam, vt uocaret eas nominibus ſuis. Hęc ergo erat cuſtodia a dęmonibus.

K

Mors Quomodo homo fuiſſet immortalis in ſtatu innocentiæ.

Quintus huius virtutis effectus fuit immortalitas. Impediebat enim hæc virtus ne mors corpori humano noceret, aut animę, & corporis vinculum diſſolueret, ita vt homo manſiſſet immortalis, ideſt potens non mori. Vnde Aug. lib. j. de mirabilibus. ca. 3. Enoch ſine morte penè & totius ſeculi tempore remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur, vt in eo oſtenderetur qualiter homines, ſi non peccaſſent, generata prole in vitam ſpiritualem ſine morte commutarentur. Sed non eſt mirabile ſi ſubtracto illo impedimento ſecuta eſt mors, graue quidem iugum ſuper omnes filios Adã. Eccleſiaſtici. 40. Et non ſolum mors, ſed etiam omnia antecedentia ad mortem, ſcilicet calor, frigus, eſuries, ſitis, & infirmitas. Terram propterea quam a patre noſtro Adam recepimus tanquam hæreditariam; cum illis hypothecis velimus nolimus perſoluendis poſſidemus. Nil mirum enim ſi voluntate voluntarie deſerente Deum creatorem ſuũ, anima incurrit neceſſitaté deſerendi corpus ſuum. Vt enim dicit Aug. Antea mortalis erat conditione corporis, immortalis beneficio conditoris. Et hoc oſtendit Aug. per exemplum, quia ſicut præſtitum fuit filiis Iſrael, quòd in quadraginta annis veſtimenta eorum non veteraſceret, ſic Adæ præſtitum eſt, vt non moreretur, ſi non comederet de ligno vitæ, ſed proprijs dentibus, & manibus fecit ſibi pellicium mortis. Sap. 1. Deus mortem non fecit, impij autem manibus, ac verbis accerſierũt illam. Et propterea Deus fecit eis pelliciũ ex pellibus animalium mortuorum, vt memores eſſent ſe eſſe mortalitate veſtitos, & etiam in medicinam, vt inſinuaret carnem eorum contra motus ſenſualitatis mortificandam eſſe. Expedit enim carnis ſuperbiam domare, & contra ſtimulum eius calcitrare. Et ſi dicatur, quòd ſi quis tunc in illo ſtatu percuſiſſent aliquẽ hominem gladio, vel lapide, tunc fuiſſet occiſus. Reſpondet doctor ſanctus in ſecundo ſcripto, quòd quatuor modis res aliqua poteſt deſinere eſſe. Vno modo, quia finita, & ſic res, omnis ex natura ſua habet periodum determinatam, nec poteſt multo durare tempore. Secundò, quia cõponitur ex contrarijs, quia cum vnum ex cedit, aliud ſtatim agit in illud ipſum corrumpendo, & quo ad iſtos duos modos originalis iuſtitia hominem conſeruabat, ne videlicet per vetuſtatem conſumeretur, & ad harmoniam contrarias qualitates reducebat. Tertiò poterat deſinere eſſe per extrinſeca leſiua fortuito ſuperuenientia, puta lapidem, vel gladium, & ſic ſolus Deus illum præſeruaſſet. Nec enim Deus permiſiſſet pœnam inferri homini ante culpam. Quartò per deperditionem humidi radicalis, & ſic perpetuabatur homo, per eſum ligni vitæ, ſecundum tamẽ Bonauentu. in ſecundo ſcripto, lignum vitæ poterat longo tempore facere vt homo ex eo comedens viueret. Et ad conformiter dicit gloſ. ſuper illo Gen. 4. Ne

L

Mors Quomodo in primo ſtatu fuiſſet homo a morte præſeruatus.

forte

ſorte viuat in æternũ: ꝙ Enoch & Helias ſic conſeruantur in paradiſo terreſtri. Multa enim aromata, vt myrrha & balſamus corpus hominis diu a putrefactione conſeruant, multo fortius diuina virtus mediante illo ligno potuiſſet conſeruare hominis corpus ne moreretur. Non tamen poterat lignum illud imperpetuum ſeruare, niſi ſpecialiter diuina virtus aſſiſteret. Ideo dicit allegando beatum Auguſtinum quòd illud lignum erat primo parenti datum tamquam ſacramentum. Sacramentum autem in ſe non habet niſi virtutem aſſiſtentem. Sic ibi poterat eſſe quòd dum comederent de fructu ligni vitæ, haberent tunc diuinam virtutem aſſiſtentem, qua mediante vna cũ fructu comeſto deperditum reſtauraretur. Melius tamen dicendum eſt, vt volunt doctores, quòd homo poſt multa tempora vitæ ſuæ, & poſt multa merita fuiſſet de hoc mundo in paradiſum translatus, & ꝙ lignum vitæ per multa tempora potuiſſet reſtaurare deperditum, licet non ꝑ infinita, quia nec homo per tẽpus infinitũ ſic duraſſet. Modo autem non transfertur homo de paradiſo in paradiſum: licèt hoc

M
Iuſtitia.
Quãti periculi eſt in regno perditio iuſtitiæ.

quidam, putent fieri, vt de paradiſo deliciarum huius ſeculi ad æternas tranſeant delicias, neſcientes, quia in vallem hanc lachrymarum eiectus eſt homo vt legeret: & ſic de luctu ad gaudium tranſiret. Vbi etiam hic aduertendum eſt quàm periculoſa eſt in regno aliquo perditio iuſtitiæ originalis. Sic enim per eam animę regnum ſeruabatur integrum, & in debita ſubiectione: quòd ea perdita facta eſt domina quaſi ancilla; immo ancillæ ſeruiens. Sic in regno per perditionem iuſtitię, per quam in regno originantur omnia bona: perduntur omnia bona. Tolle ſolem, & terra non fructificat. Tolle iuſtitiæ ſolem, quæ ſola inter virtutes in ſcripturis ſol appellatur, & omnia deſtruuntur.

N
Originale peccatum
Quomodo poetæ ſomniauerũt peccatum originale.

Ex omnibus præcedentibus colligi poteſt pro ſecunda parte peccatum originale nihil aliud eſſe quàm carentiam iuſtitię originalis debitę in eſſe, ſeu concupiſcentiã carnalem imputabilẽ, vt dicunt alij. Et hoc peccatum ſomniauerunt antiqui philoſophi, qui dixerunt corpus eſſe ſepulcrũ animę, & animam mortuam eſſe dum eſt in corpore, immo antiqui poetæ dixerunt corpus eſſe infernum animæ. Vnde Macrobius recitat animam ex coniunctione eius cum corpore inebriari Letheo flumine, qui eſt inferni fluuius, cuius potatione anima obliuiſcitur veritatis. Et mirabile eſt quomodo ex vna ſcintilla, ideſt ex ipſo primo peccato, proceſſit ignis in toto mundo. Vnde totus mundus in maligno, ideſt in malo igne concupiſcentiæ poſitus eſt. Et de hoc amplius dicetur in ſequentibus.

Sermo II. de conceptione virginis glorioſe, & in ordine. XVIII. per thema ſupradictum.

A
Domus.
De triplici domo quã Deus ædificauit.

BEnta trinitas ab exordio ſeculi ędificauerat angelis cęlum, quæ eſt domus glorię damnatis infernum, quæ eſt domus iuſtitię: hominibus lapſis mundum, qui eſt carcer miſeriæ & patria beſtiarum, piſces etiam poſuerat in aquis, aues in aere, & ſtellas in firmamento, ſed nec ſibijpſi dñs parauerat domum. Ait enim. 1. Paral. 17. Neque enim manſi in domo ex quo eduxi Iſrael de terra Aegypti vſq; ad diẽ hanc, ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi. Nunquid non locutus sũ vni iudicũ Iſrael, quare non ædificaſtis mihi domũ cedrinã? Dñs enim ĩ antiqua lege habitauit in tabernaculis & tentorijs, ideſt ĩ animabus ſanctorũ hoĩum, ſed ibi requiẽ nõ hẽbat propter frequẽtẽ peccati lapſum, qa omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Ro. 3. Ideo arguebat iudices, rectores, & paſtores populi, qui debebant eſſe ſanctiores, cur non ædificabant ſibi domũ cedrinam, ideſt per peccatum imputribilẽ. Nũc aũt videns dñs quia omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt ad hoc ędificãdũ, iõ ſapiẽtia ſua propoſuit ſibi ædificare domũ. Prouer. 9. Ornatiſſimã quidẽ & de lignis imputribilib' factã. Et quia reges & magnates dum ſibi ędificant domos, vel

manſiones maiori ſtudio & cultiori ſche mate ædificant proprium thalamum: ex parte melioris & purioris aeris, & a parte oriētis, & extra oēm infectionem, ideo etiam ſummum imperatorem decuit ſuam domum omnibus virtutibus munitiſſimam facere, & ab omni infectione ſeclufam. Quod non fuiſſet ſi in originali concepta fuiſſet. Vt igitur eius virtutum bonis valeamus repleri & ditari, ad eam confugiamus dicentes Aue.

B Domus. Idē quod prius.

IN ſacris ſcripturis legimus dominum triplicem domum, ſcilicet cęlum, Mariā, & æternam beatitudinem habuiſſe. De prima quotidie recipimus bona naturæ: de ſecunda bona gratiæ: de tertia bona glorię. Cælum enim materiale quoddā cellarium eſt, a quo nobis effunduntur bonitates naturales: vt calor vitalis, vina, fruges, &c. Et quoque illa larga manus, de qua pſal. Aperiente manum tuā, omnia implebuntur bonitate. Sed cum illud non ſufficeret inopiæ noſtræ. cogitauit dominus aliam facere domum ſibi, & nobis magis accommodā. Sibi, vt ibi hoſpitaretur, nobis vero, de qua nobis bonitates ſpirituales effunderet: dona ſcilicet gratiarum, & vnguenta virtutū: quę ſunt noſtrorum medicamenta morborū. Inde Bern. ſermo. 3. vigiliæ natalis dñi. Nihil nos dominus habere voluit: quod per manus Mariæ non tranſiret. Aedificauit etiam illam domum vt nobis eſſet propinquior & magis ad manū, quam ipſum cęlum, de quo fluunt nobis bona naturæ, quia magis indigemus bonis gratię quā naturę quanto anima noſtra dignior eſt, & neceſſarior corpore noſtro. Domus autem iſta eſt Maria, quæ nobis iandudum fuit horreum frumenti & cęllariū vini altaris & olei miſericordiæ: & apotheca totius medicinalis vnguenti. Propter quod inanes & famelici ad dominum dicere poſſunt. Replebimur in bonis domus tuæ. Nam ante aduentum ſaluatoris in terra erat inopia, fames, penuria in Aegypto, ideſt in mundo, donec verus Ioſeph in beatam virginem quaſi in granarium ſuum frumenta congeſſit, quibus ſatiaretur Aegyptus tota, ideſt mundus. Iſtam etiam domum multum dilexit Deus pater, de qua in figura dixit ad filium. 3. Reg. 9. Sanctificaui domum iſtam quam ædificaſti: & ſcilicet ponerem ibi nomen meum in ſempiternū, & erunt oculi mei ibi; quia vbi amor, ibi oculus, & cor meum cunctis diebus, & non vno tempore tantum, quia vbi eſt theſaurus ibi, eſt cor. Maria vero theſaurus dñi eſt, & theſauri ſui repoſitoriū. Inde dixit filius illud Eſa 40. Domū maieſtatis meæ glorificabo ſcilicet præſeruādo eam ab omni infectione peccati. Et hoc eſt quod dicitur in themate. Domum tuam decet ſanctitudo, &c.

C Maria Vtrū concepta ſit in originali peccato.

Nunc inquirendū eſt, an beatiſſima uirgo fuerit in originali concepta. Et videt quòd ſic. Primo per illud Ro. 5. Omnes in Adam peccauerūt. Qui autem oēs dixit, nullam excipit. Maria igitur non eſt excepta. Secundo gloſ. ſuper illud pſ. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. Nemo naſcitur niſi trahens peccatū & meritū pęnę, niſi tu, qui de ſpiritu ſancto natus es. Et Hier. ſuper illud pſ. 21. Erue de manu canis vnicam meā, videt dicere ꝙ ſolus Chriſtus ſit ſine originali conceptus. Ad hāc quęſtionē reſpondet negatiue. ſ. ꝙ piè credēdū eſt Mariā matrē Dei ſine originali conceptā fuiſſe. Hoc primo poteſt induci, & perſuaderi auctoritate ſcripturę ſacræ. Et primo per illud pſ. 92 iā pro themate allegatū. Domum tuam decet ſanctitudo domine, nō ſolum vno die, vel anno, ſed in longitudinem dierum. i. quàm diu durabit. Sed Maria fuit ſpecialis domus Dei, in qua requieuit nouē mēſibus. Eccl. 24. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Ergo per totā ſuā durationē decuit eā eſſe ſanctā. Fecit aūt dñs omne quod decuit, igitur. Secundo per illud Aggei. 2. Magna erit gloria domus huius nouiſſimę quàm primæ. Sed prima domus in qua habitauit dominus a principio ſeculi fuit Eua mulier prima, & Adam. Et illa fuit ita glorioſa quod nunquam originale peccatum habuit, immo producta eſt in ſtatu innocentiæ plena gratiæ, & virtutibus. Ergo huius nouiſſimæ domus maior erit gloria. Sed hoc non eſſet

niſi

niſi Maria creata eſſet innocens. Et hoc eſt quando iuxta eccleſiæ cantum de ſe dicit. Ab initio & ante ſecula creata ſum, id eſt ſicut ab initio ſeculi & ante ſecula creabatur innocentia: ita & ego creata ſum. Ideo ab eccleſia ſtella maris appellatur, quia ſicut illa neſcit occaſum, ſic Maria nullius peccati originalis aut actualis paſſa eſt occaſum. Et ſi dicatur quòd ſacra ſcriptura in multis paſſibus dicit omnes natos eſſe filios iræ. Eph. 2. Omnes declinaſſe, & ſimul inutiles eſſe: omnes in Adam peccaſſe, & ſic ex ſcriptura contrarium inuenitur. Reſpondetur primo quòd ſummus imperator Deus non eſt ſuis aſtrictus legibus pluſquàm princeps temporalis, idẽ ſupra legẽ ſuã potuit aliquã eximere ab imputatione peccati. Nõ enim aliud omnes in Adam peccare, quàm peccatum patris Adæ ad peccatũ filijs imputari. Secundò dicitur ꝙ nõ minus priuilegiata eſt imperatrix cęli mater Chriſti, quàm reginæ tẽporales: quæ ſunt priuilegiatæ contra ſeruitutes ciuiles quibus cæteri ſubduntur. Cum etiam cæteris maledictionibus donatis Euæ priuilegiata ſit: ſicut ab illa. In dolore paries, & c. cur non igitur ab iſta? Cũ in figura dicatur ei. Heſter. 15. Non propter te, ſed propter omnes hęc lex poſita eſt. Tertiò dicitur ſecundum Ariſto. ethicorum. 5. quòd leges nõ dãtur ſic vniuerſaliter quin caſibus in particularibus cadat exceptio. Summus autem imperator propter minorem cauſam, quàm propter honorarẽ matrem mutauit leges naturæ, & etiam ſcripturæ. Naturæ cũ propter Ioſue ſolem fecit ſtare, & propter Ezechiam retrocedere, & tres pueros in igne, & contra naturam ignis ſeruauit illeſos. Similiter contra legem ſcripturæ: cum in vtero materno Hieremiam, & Ioannem Baptiſtam ſanctificauit: & Enoch & Heliæ temporalem paradiſi reddidit hęreditatem. Et per hoc ſolui poſſent omnes ſcripturæ auctoritates, qui ad oppoſitam adduci poſſent.

D Mariæ conceptio. Quomodo ſoluuntur auctoritates oẽs ſcripturæ quæ dicunt Mariam conceptam in originali.

Secundo hoc idem probari & perſuaderi poteſt doctorum ſacrorum auctoritatibus. Primo per Aug. li. de natura & gratia: & recitatur a magiſtro. 3. ſen. diſt. 5. cum de peccatis agitur, nullam uolo de ea habere quęſtionẽ, ſcilicet de Maria. q. d. cũ de quorundam peccatis inquiritur de illa nõ loquor, eo ꝙ omni peccato caruit. Secũdò auctoritate Hildelfonſi Toletani epiſcopi dicentis. Denique ſi nõ in vtero matris ſanctificata fuiſſet; eius natiuitatis colenda non eſset. Nunc autem quia venerationi habetur totius eccleſiæ, cõſtat eam ab ipſo peccato originali fuiſſe immunẽ, per quã non ſolũ Euæ maris delata eſt maledictio: verũ etiã omnibus condonata benedictio. Nullis ergo delictis cũ nata eſt ſubiacuit: nec originale peccatum in vtero ſanctificata contraxit. Tertiò auctoritate Anſelmi. Nõ credo (inquit) amatorẽ eſſe virginis, qui reſpuit feſtũ celebrare conceptionis. De nullo autẽ niſi quod ſanctum eſt celebratur; igitur conſequens eſt vt eius conceptio fuerit ſancta. Et ſi dicatur quòd multi ſancti videntur dicere oppoſitum: vt beatus Bern. in epiſtola ad Lugdunen. & beatus Anſelmus. in lib. cur Deus homo: & multi alij. Iſti autẽ maximè deuoti fuerunt beatiſſimæ virgini, ergo. Reſpondetur primo ꝙ Deus reuelauit aliquibus ſanctis de eccleſia qui floruerunt in vltimis tẽporibus, aliquas ueritates vel ſacræ ſcripturæ expoſitiones quas prioribus non reuelauerat. In figura cuius Exo. 24. Moyſes partim ſanguinem effudit, partim in crateres reſeruauit, quia ſacrarum ſcripturarum intelligentia partim in mundo iam effuſa eſt: partim poſteris ad aſpergendum tãtum, & ſi non tam abunde ad effundendum ſicut priores. vnde Greg. ſuper illo Dan. 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſententia, dicit quòd Moyſes ſciuit pluſquam Abraam: & plura ei de ſecretis diuinis reuelata ſunt. Exo. 11. Ego dominus qui apparui Abraam, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotẽtẽ & nomen meũ Adonay non iudicaui eis, & ſic Moyſes poſterior plura intellexerit. Sed & Dauid plura intellexit de illis quàm Moyſes. Iuxta illud pſal. 118 Super ſenes intellexi. Sũt. n. doctores moderni in ordine ad alios doctores antiquos. Sicut nani ſuper humeros gigantum, quia vident

E Mariæ conceptio. Quomodo ſoluũtur omnes auctoritates ſanctorũ & doctorum qui dixerunt Mariã cõceptam in originali.

dent ea quæ illi viderunt & ſcriſperunt, & adhuc vltra. Non eſt igitur mirabile ſi hanc veritatem nouiſſimis de eccleſia reuelauit, quam prioribus non oſtendit. Dicitur ſecundo & nõ ſunt ſemper tenendę opiniones doctorũ, & maxime qñ apparet ratio: vel auctoritas eccleſiæ: vel reuelatio ad oppoſitũ. Sicut tẽpus fuit in eccleſia, in quo non tenebatur virginẽ Mariam aſſumptã fuiſſe in corpore & in anima in paradiſum. quod Hiero. ſub dubio reliquit, tñ modo creditur. Similiter opinio Augu. de purgatorio quæ aliqñ credita eſt, nunc non tenetur. Dicitur tertiò ꝙ pręlati & doctores tẽporis huius tantam habẽt auctoritatẽ in exponendo ſacrã ſcripturam ſicut priores: licet in eis non ſit tanta ſanctimonia. Et hoc eſt contra eos qui de iſta ſancta cõceptione inſaniũt, ſanctorũ & venerabiliũ antiquorum doctorũ multitudinem maximam in ſuę infamię teſtimoniũ aduocantes. Eſt enim maius periculũ blaſphemare & blaſphemãdo errare in eam, quam nimiũ laudãdo errare in ipſam: quã nulla lingua ſufficienter laudare poteſt. Ait enim Hiero. in ſer. de aſſumptione: ꝙ quicquid poteſt dicere lingua carnis, minus eſt a laude cęli qua beata predicatur. Dicitur quartò quòd viri ſancti qui de hac cõceptione locuti ſunt generaliter loquebãtur: volentes dare intelligere quòd ſine priuilegio ſpeciali & ſecundum cauſas generales Maria eſt in peccato, ſicut & aliæ mulieres cõcepta. Et in his quæ fidem & religionem Chriſtianam tangunt: mature ſemper proceſſerunt, abſque hoc quòd cito terminarent veritates dubias: & in hac materia magis locuti ſunt inquirendo quàm terminando. Iõ aliquãdo videntur dicere contraria, & non ſunt. Et in tali caſu poteſt teneri contra opinionem eorum abſque aliquo errore periculoſo. Et iõ Ber. in epiſtola ad Lugdunen. reprẽhendit eos, quia hoc feſtũ nimis cito celebrabãt: ſicut ſi fieret modo de vno ſancto non canonizato, aut non conſueto ſine auctoritate eccleſiæ Romanæ. Propterea beatus Bern. in fine ſe refert determinationi eccleſiæ: modo autem veritas eſt magis circa hanc materiam determinata

Inculcatio contra eos, qui hanc ſacram conceptionẽ inſaniũt.

exemplis, auctoritatibus, reuelationibus, & eccleſię determinationibus, & fidelium adhæſionibus deuotiſſimis.

Tertio hoc idẽ probari poteſt ex eccleſię auctoritate. Primò eccleſia de ea canit: Fęlix nanque es Maria, & omni laude digniſſima. Non eſſet autem omni laude digniſſima, ſi illã nõ haberet laudem quã habuerunt primi parentes, igitur. Secundò canit & legit eccleſia de ea illud Cãti. 4. Pulchra vt luna, ideſt vt vniuerſalis eccleſia. Sed in vniuerſali eccleſia inuenitur hæc pulchritudo fuiſſe in primis parentibus. Si igiť ita non eſſet, nõ inuenirenť in ea oẽs eccleſię perfectiones. Et ſi dicať: ergo eccleſia nõ videť Chriſti cõceptionẽ antefertre cõceptioni Mariæ: ſed quòd ex æquo ſe habeant, quia ambę ſunt ſine macula originalis delicti, & ſic tantus honor exhibendus eſt conceptioni Mariæ quantus conceptioni Chriſti. Sed ad hoc reſpõdetur, quòd inter Chriſti & Mariæ cõceptionem multiplex eſt differentia, & Chriſti conceptio multipliciter excellit conceptionẽ Marię: licet vtraque ſine macula fuerit. Primò quia Chriſtus ex modo ſuę conceptionis non habuit originale peccatum, neque maculam contrahere poterat. Maria vero contraxiſſet ex modo ſuæ conceptionis. Ideo Chriſtus ſine priuilegio abſque originali conceptus eſt. Maria vero cum priuilegio. Lex enim de contractu originalis peccati non niſi procreatos ex mare & fęmina tangebat. Secundò, quia Chriſtus de ſpirituſancto conceptus eſt in virginis vterum. Maria vero ex comuni coeuntium ſemine, & modo comuni cohabitantium, & in vtero corruptæ. Tertiò quia Chriſtus in conceptione redemptione paſſiua non indiguit; Maria vero indiguit; quia habuit naturam pronam ad labilitatem peccati: niſi præuenta fuiſſet ſanctificatione & gratia. Quartò humanitas Chriſti in primo inſtanti ſuæ conceptionis organizata fuit: & in anima eodem inſtanti corpori coniuncta: & utrunque a verbo aſſumptum. Iſta vero tam pręclara in cõceptione Marię non fuerunt: quare multum lata eſt differentia inter Chriſti & Mariæ

F *Mariæ cõceptio. Quo differt Chriſti, et Mariæ conceptio.*

Mariæ conceptionem. De quarum vtraque dicitur in pſal. 21. Erue a framea. i. a ſententia data contra hominem propter primã præuaricationem Deus animã meã quã aſſumpſi: & de manu canis. i. diaboli per peccatũ, vnicã meã, ſcilicet matrẽ: quę vnica inter matres incorrupta permanſit.

G Mariæ conceptio. Teſtimonium inimici fidei: ſcilicet machometi de conceptione virginis.

Quartò hoc idẽ probari poteſt per aduerſariorũ teſtimoniũ. Nam Machometus in alchorano ſuo dixit, ꝙ non eſt in filijs hominum quẽ non tetigerit Sathan: excepto Chriſto cum ſancta Maria. Tactus autem iſte nõ alius eſſe poteſt quàm ſpiritualis qui eſt per peccatũ, ergo ſecundũ ipſum Chriſtus & Maria fuerunt ab omni peccato exempti. Quid. n. mirũ ſi in creatione mũdi vir & mulier prædita ſũt gloria & honore tam corporis quàm aĩe ſi in reparatione mulier & vir etiã inueniatur tali honore præditi, de quo pſal. 8. Gloria & honore coronaſti eũ. A principio enim duobus his prędictus erat homo, quia per iuſtitiã, originalem anima (vt dictum eſt) erat perfectè Deo ſubiecta: quod erat valde glorioſum, quia gloria magna eſt ſequi dñm. Eccleſiaſtici. 32. Et ipſum corpus perfectè ſubiectũ erat animæ: vt nullus motus carnis poſſet inſurgere, ꝙ erat valde honorabile. Nã eius oppoſitũ, ſcilicet carnis concupiſcentia eſt maximè verecundum. Hinc primi parentes hoc dona ſpoliati ſtatim erubuerunt de ſua nuditate: & merito ſpoliati ſunt hoc honore. Nam honor eſt premium virtutis. Ethic. 5. Ideo nulli debetur niſi virtuoſo. Hinc beatus Augu. 5. de ciui. Dei. c. 11. Antiqui quondam virtutem & honorem pro dijs colebant: & ædes coniunctiſſimas habebant, in ſignum quòd via ad honorem eſt virtus: & qui carebat vno, ſcilicet virtute, carebat & reliquo. Ideo in illo ſtatu merito dicebatur coronatus gloria & honore, quia corona eſt ſignum regiæ poteſtatis. Et duplex regnum ſibi datum erat quorum vtrunque pacificè poſſidebat: ſcilicet corporis & animæ. Macha. 2. Impoſuit ſibi duo diademata Aegypti & Aſiæ. Aſia interpretatur ſuſtollens dona, & ſignificat animam. Aegyptus vmbra, & ſignificat corpus quod de limo formatum eſt. Sed cum primum regnum perdidit erigens ſe contra illum qui ſibi ipſum dederat: ſecundum perdidit vt in obedientia Dei inobedientiã corporis puniretur. Si illis duobus illa duo regna corporis, ſcilicet & animę data ſunt qui in peccatum poſtea turpiter ceciderunt: non mirum ſi in principio redemptionis huius peccati mulieri primum hæc duo reſtituta ſunt.

H Originale peccatũ. Duo mala conſecuta ſunt originale peccatũ.

I Mariæ cõceptio. Quomodo figuris declaratur Mariæ conceptio.

Quinto hoc figuris declarari poteſt. Primo, quia habetur Gen. 1. dixit dominus. Fiat lux, & facta eſt lux. De qua luce ſecundum comunem doctorum opinionẽ factum eſt corpus ſolis. Lux eſt Maria, de qua formatum eſt corpus veri ſolis. Lux autem inquinari non poteſt, etiam ſi cloacam pertranſeat: nec tenebras ſecum patitur. Ergo nec Maria inquinata eſt dum per matris vterum pertranſijt: nec tenebras orignalis peccati ſecũ paſſa eſt. Excepta. n. luce quęlibet alia qualitas corporea aliam hẽt contrariam, quæ introductionem eius in ſubiecto retardat: vt ſic ſucceſſiuè introducatur. ſicut calor in aqua inuenit frigiditatem quæ ſibi reſiſtit. Vnde regula eſt in prophetia quòd quãto virtus vnius qualitatis eſt fortior & magis dominatur alteri oppoſitæ, tanto amplius motum eius retardat & impedit. Lux autem in aere qualitatem ſibi contrariã non inuenit; ideo ſine mora per totum aerem ſe diffundit. Sic excepta Maria omnes pura creatura inuenit in ſe contrarietatem quandam, & rebellionem carnis contra ſpiritum: propter quam ſpiritus retardatur a ſuo motu in Deum. Ideo quanto maius habet dominium caro ſupra ſpiritum: tanto retardat eum a motu in Deum. Inde eſt quòd ſpatium illud quod eſt ab oriente in occidens, ideſt a natiuitate vſque ad mortem, nullus poteſt ita promptè tranſire quin impediatur a motu in Deum per peccatum mortale, vel veniale, vel ſaltem originale: excepta vera luce Maria quæ nullum inuenit contrarium, de qua Aug. Excepta virginę Maria, ſi omnes ſancti & ſanctę dum adhuc viuerent interrogati fuiſſent: omnes vna voce clamaſ-

Concupiſcẽtia carnis. oĩa pura creatura inuenitur Maria excepta.

ſent. Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus. Et quia Maria hanc in ſe contrarietatem non inuenit; ideo ſine retardatione a principio ſcilicet a conceptione vſque ad occaſum vitę in Deum tranſiuit. Secunda figura habetur Exo.37. vbi dicitur. Fecit Beſelecl arcam de lignis ſethim, veſtiuitque eam auro puriſſimo intus & foris. Arca iſta eſt Maria quam fecit dominus de lignis ſethim; quæ ſunt cędrina & imputribilia. Eſa.40. fortè lignum & imputribile elegit ſibi artifex ſapiens. In illa enim arca repoſitus eſt theſaurus redemptionis noſtrę: panis qui nobis pueris quotidie datur in altaris ſacramento; Ipſa eſt arca fœderis, per quam fœderantur & iunguntur ima ſummis. Facta eſt autem de lignis ſethim, ideſt corpore & anima imputribilibus per peccatum. & veſtiuit dominus intus virtutibus, & foris pulchritudine corporali & alijs donis quàm plurimis.

Sextò hoc idem patet per reuelationes factas pluribus de hac ſacra conceptione. Nã abbati Helſino nauiganti virtus cęleſtis apparuit, promittens ipſum liberandnm a naufragio, ſi feſtum conceptionis celebrare vellet. Quod & fecit. Et promiſſum inde ſecutum eſt, ſcilicet aeris ſerenitas, quod erat veritatis reuelatæ ſatis cuidens argumentum. Multæ etiam reuelationes alijs factæ ſunt, quę in eccleſia Pariſien. leguntur: de quibus breuitatis cauſa nihil dicemus. Erubeſcãt propterea nõ nulli qui tantæ tamque mundæ cõceptioni detrahere non ceſſant oblatrare, & cũ blaſphemijs & conuitijs contra eam inſanire. Quidam apertè qui libellos ad hoc faciunt plenos argumẽtis, quæ omnia breui ſolutione facillimaque diſſolui poſſũt. Alij occultè, ſimiles illi de quo recitat Hiero. contra Heluidium hæreticum, qui apud Epheſum incendit templum Dianę: quod apud idololatras erat fanũ famoſiſſimum. Et cum perquirerent ſinguli quis hoc ſcelus perpetraſſet: proſilijt qui incendij cauſam fuerat in mediũ dicẽs: Ego feci ego feci. Interrogatus cur tam nefandum opus perpetraſſet, reſpondit. Vt quia bene non poterat omnibus male innoteſceret. Cupiens .n. celebrare nomẽ ſuũ in populis nec hoc virtute potens: præclaro facinore voluit nomẽ ſibi celebre facere. Sic tales inuanum laborantes: niſi vt malè alijs innoteſcant & appareant, quia bene loquendo de templo Dei & ſacrario ſpiritusſancti & prædicando apparere non poſſunt: incendunt ipſum templum ſpiritusſancti dicentes ipſum fuiſſe concupiſcentiæ fornace ſuccenſum. Caueat ergo ſibi ne tales blaſphemias in matrem Chriſti proferant. Nam dominus iniurias matris facilè vindicat. Sicut enim ille fatus de quo ſupra dictum eſt, decretum ſenatus Epheſini deletus eſt a ſcriptis ita quòd vbique iuſſum eſt deleri nomen eius: licet a poetis poſtmodũ fuerit in malitia maxime exaltatũ. Ita caueãt ꝙ eiuſmodi ſũt ne nomẽ eorũ deleãt de libro vitę.

k Mariæ conceptio. Erubeſcere debent qui cõtra ſacram cõceptionem Mariæ inſaniunt.

Septimò hoc idẽ rationibus ſuaderi poteſt. Primũ ſecundum Ioan. Gerſon Charitas nunquàm poteſt ſimul eſſe cum originali peccato, igitur ſi in Maria fuiſſet originale peccatum, ſequeretur quòd anima ſua pro tunc non fuiſſet Deo chara. & ſic Maria aliquando fuiſſet ſpiritualiter mortua, turpis, nõ placens Deo, decolorata, nec a Deo dilecta, immo Dei & angelorum ſocietate indigna, & ab eis digna ſeparari perpetuo, & ſi in illo ſtatu moreretur digna ſubire damnationem æternã: & cum hoc eſſet tenebrarum habitatio quæ debuit portare lucem ęternam. Secundo ſecundum eundem ſequeretur ꝙ ſtella matutinalis in ortu ſuo obtenebraretur: cum tamẽ ex antiquo canit eccleſia. Oriẽ vt Lucifer inter aſtra etheres. Hæc aũt ſtella apparet vndique clara & nuſquã tenebroſa. Sequeretur etiã ꝙ fons gratiæ eſſet exiccatus; mater vitę mortificata; regina mundi ſubiecta viliſſima, & abominabili ſubiectiione. Hæc autẽ ſunt maxima inconuenientia. Minimũ vero incõueniens ſecundum Anſelmum apud Deũ eſt impoſſibile, igiẽ. Tertiò ad idem precioſum Chriſti corpus formari debuit de puriſſimis Marię ſãguinibus, vt dicit Damaſcenus, ſed Mariæ ſanguines non fuiſſent puriſſimi ſi fuiſsẽt aliqua infectione corru-

l Mariæ conceptio. Quomodo ſanctitas conceptionis rationibus ſuadetur.

corrupti. igitur. Et ſi dicatur. Dato ꝙ eſſe Maria ſine originali concepta ſi ante paſſionem filij ſui mortua fuiſſet, vbi inuentus fuiſſet locus, ad quem iuiſſet anima eius? Non in paradiſo, quia adhuc clauſa erat ianua. Non in limbo, quia ſine originali. Non in purgatorio, quia ſine actuali, ergo non fuiſſet inuentus locus eius. Reſpondetur, & deſcendiſſet in limbum patrum, ſiue in ſinum Abrahæ. Neque enim cęli ianua aperta eſt paſſionem præuiſam: ſed iam exhibitam, & acceptam tantum. Sancti autem patres in limbo tunc exiſtentes fuerant a peccato originali purgati, & tamen clauſa fuit eis ianua vſq; ad ſolutionem pœnæ debitæ pro peccato Adæ. Ita enim determinauerat Deus, ꝙ licet acceptaret paſſionem præuiſam, ad remittendum culpam originalem omni credenti, & credituro illam paſſionem, non tamen remittebat totam pęnam illi peccato debitam, ſcilicet carentiam viſionis diuinæ, ſed tantum propter ipſam exhibitam. Ideo ſicut illis ſanctis patribus non patuit ianua vſque quo fuit paſſio exhibita, iuxta illud Heb. 10. habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine eius: ita probabile eſt, ꝙ nec Mariæ. Quarto ad idem Gen. 3. dicitur de Maria ad ſerpentem in opprobrium, & pęnam eius. Et ipſa conteret caput tuum. Si autem Maria in originali fuiſſet concepta, poſſet inimicus arguere, & contra eam deriſoriè allegare. Ecce dominam, quæ contriuit caput meum, ſed ego prius calcaui caput eius per originale peccatum mihi ſubiectæ. Ecce matrem veſtri reges: ſed illius primo fui rex, & dominus per originale peccatum. Abſit autem hęc deriſio a fidelium mentibus. Ceſſentque blaſphemiæ, qui eius domino eam ſubiugat.

Sermo XIX. in ordine & III. de conceptione per thema.

A Maria. Maria fit virga, qua

Non propter te, ſed pro omnibus hæc lex poſita eſt, Heſter. 15. Philoſophus Plinius lib. de naturalibus dicit, ꝙ in India inuenitur quædam arbor cuius flores, & fructus nō ſolum dulcem odorem, ſed etiam ſaporem emittunt. Iuxta prædictam arborem manet ſerpens, qui dicitur Aulus: qui arboris odorem multum odit. Ideo vt flores, & fructus deſtruat: ad radicem arboris veniens eam veneno intoxicat. Quod videntes illius patriæ ortulani, theriacā accipiunt, & in ſummitate cuiuſdā virgæ ipſius arboris infundūt: quę mox venenū expellit, & quā prius venenū infecerat fœcundam reddit. Per iſtam arborē intelligitur homo. Matt. 8. Vidi homines quaſi arbores ambulantes. Inde philoſophus 2. cęli, & mundi, dicit, ꝙ homo eſt arbor euerſa. Flores huius arboris ſunt bonæ cogitationes, & bona propoſita: fructus ſunt bona opera. Nam ſicut fructus oſtendit qualitatem arboris, ſic bona opera conditionē hominis manifeſtant. Matt. 7. A fructibus eorum cognoſcētis eos.

Infuſa eſt theriaca pro genere humano contra ſerpentē.

Hęc arbor ante lapſum primi hominis fructus dulces produxit: vt de ea dici poſſet illud Eccleſiaſtici 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Sed hos fructus ſerpens antiquus ſuſtinere non potuit, ſed venenum in ea poſuit, & radicem infecit, quando ſua ſuggeſtione primum hominem peccatorem fecit, & tunc arbor illa ſtetit infecta, ita ꝙ multo tempore fructū portare non potuit, quia per nulla opera quantunque bona cęlum ingredi potuit, ſed gratia Dei fuit: quia ei maledictione ſempiternam non intulit Deus, quia tanto tempore fructum in ea non inuenit, ſicut ficulneæ maledictionem dedit: vt nunquam fructus ex ea naſceretur in ſempiternū. Marci. 11. & cōtinuo aruit, quia hoc ex arboris malitia non ab extrinſeco procedebat. Sed ſapiens ortulanus pater cęleſtis malitiam, & caliditatem ſerpentis conſiderans: theriacam, id eſt filium Dei infudit in virga quadam iſtius arboris, quę eſt Maria, de qua Eſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſę, & ſic peccati venenum curauit, & expulit, arborem ipſam fœcundam reddens, quia nunc poteſt homo per fructum boni operis, & præſemiæ conſequi vitam ęternā. Ad fructus igitur obtinēdos ab arbore iſta; neceſſe eſt virgā arboris cōtingere, & ſic facere, vt declinet

ad

ad nos. Aliter non poſſemus eius fructus carpere, qui communiter creſcunt in virga. Virgam igitur illam aggrediamur, vt ad nos declinet dando fructum ſuum: & eam ſalutando dicamus Aue.

IN hoc præſenti ſermone matutino tractabitur de originali peccato: & poſt meridiem an beata virgo in originali peccato ſit.

Suppoſito igitur ex ſermonibus præcedētibus, quid ſit iuſtitia originalis. Primò dicendum eſt de peccato originali. Circa quod quæruntur quinque. Primò ſi ex ſcripturis ſacris noui, & veteris teſtamenti poſſit trahi aliquod eſſe peccatum originale. Secundò, quid ſit lex peccati originalis. Tertiò ſi tale ac tantum fuerit primi hominis peccatum, ꝙ ſic debuerit puniri. Quartò quomodo Adam plenus virtutibus, & ſapientia potuit ſic grauiter errare.

B
Originale.
Vtrū ex ſcripturis vbi poſſit aliqđ eſſe originale peccatum.

Circa primum dicitur, ꝙ ex ſcripturis ſacris poteſt trahi aliquod eſſe originale peccatum, in quo concipitur homo, & cōmuniter naſcitur: quod negauerunt Pelagiani, & Cęleſtiani. Primò hoc apparet per ſcripturas veteris teſtamenti. Primò per illud Gen. 17. Omnis anima cuius caro præputij circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo: ergo ſi propter negligentiam, aut parentum incuriā nō circuncidebatur infans in octauo die: ſi moriebatur tunc damnabatur; & non pro peccato parentum, vt clarum eſt, ergo pro peccato ſuo; non propter hoc, quia nō eſt circunciſus; quia nec ſe circuncidere poterat, nec debebat: ergo pro peccato cōtracto. Ex concupiſcentia enim naſcimur omnes, ita vt videatur eſſe mater noſtra, cum illa ſit aut debeat eſſe ancilla. Propter hoc omnes naſcimur ſerui: quia (vt dicunt iuriſtæ) partus ſequitur ventrem. Secundo patet per illud Iob. 13. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu, qui ſolus es? Cū ergo ſemen hominis ſit immundum; ſequitur, ꝙ quicunq; ex eo naſcitur, immūdus naſcitur, alioquin non mundaret eū Deus. Vnde & factus eſt primus Adam, & ſecundus Adam in animam viuentem: nos vero in animam mortuam. Nec hoc eſt intelligendum de immunditia corporali, cum eam mundare poſſet homo, & ſic non ſolus Deus. Tertio per illud Iob. 25. Nunquid apparere poteſt mundus natus de muliere? q.d. non, & per illud Pſal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Gloſ. magiſtri. Intelligitur hoc de peccato originali; & per illud pſalm. 13. Omnes declinauerunt ſimul. Non autem potuerunt omnes declinare ſimul, niſi in Adam peccante. Vrtica creſcit vltro in fimo, ſic peccatum illud originale vltro creſcit in limo Adæ: ſcilicet limo carnis noſtræ: quia nobis inuitis inſurgunt motus, & pruritus libidinis. Sed de hoc debemus humiliari, & ſic ad aliquid valet, quia de cinere vrticæ fit lixiuium, ita de conſideratione huius miſeriæ conſurgit humiliatio noſtra. Secūdo illud idem habetur ex nouo teſtamento per illud Rom. 5. Omnes in Adam peccauerunt. Et iterum ibidē. Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, & Ephe. 2. Eramus natura filij iræ.

C
Originale peccatū. Quid ſit originale peccatū: & eſt ibi duplex opinio.

Circa ſecundum dicitur, ꝙ originale peccatum ſecundum aliquos doctores eſt quædam qualitas morbida in anima exiſtens, inclinans appetitum ſenſitiuum delectabiliter, aut triſtabiliter ad actum interiorem, aliter quàm ſit ſecundum rectā rationem eligendum: quæ ab aliquibus vocatur fomes, ab aliquibus concupiſcentia; de qua Apoſtolus Rom. 7. Sentio aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Hæc autem qualitas ante baptiſmum imputatur ad culpam, & peccatum, ſed poſt baptiſmum non imputatur. De origine autem huius qualitatis eſt apud doctores controuerſia. Nam quidam dicunt illam fuiſſe cauſatam a morſu pomi vetiti, qui cum diuina maledictione propter tranſgreſſionem præcepti quaſi intoxicauit carnem: & inclinauit eam ad rebellandum contra ſpiritum, quam nunc rebellionem ſatis experimur: vt qui noluit domino ſuo naturali obedire, ſentiat ſibi ſeruum ſuum contumacem. vnde Anſel. plangens huiuſmodi caſum in proſologion.

ſologion.c.1.O durus, & dirus caſus ille. Heu quid perdidit homo,&quid inuenit: quid abſceſſit, & quid remanſit. Perdidit beatitudinem ad quam factus eſt,& inuenit miſeriam propter quam factus non eſt. Abſceſſit ſine quo infęlix eſt, & remanſit, quod per ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat tunc homo panem angelorum, quē nunc eſurit. Manducat nunc panem doloris, quem tunc neſciebat. Heu publicus luctus hominum: vniuerſalis planctus filiorum Adam. Hæc Anſel. Et verè magnus

Hominis miſeria poſt lapſum.

planctus, in quo plangitur illud celebre, & vniuerſale homicidium, quo omnes in Adam moriũtur. Si magnus fuerit luctus Aegypti. Exo.13. quando interfecti ſunt omnes primogeniti eius: quantus luctus eſſe debuit, quando interfecti ſunt omnes geniti, & generandi ex primo homine. Adeo vt quidam dicunt, ꝙ ex eo die ſol, & luna, partem ſplendoris amiſerũt: quaſi lugentes illud peccatum, & homicidium graue, vnde Anſelmus ibidem. Vnde pręcipitati, quo obruti? A patria in exilium, a viſione Dei in cęcitatem noſtram: a iocũditate immortalitatis in amaritudinem, & horrorem mortis. Miſera mutatio de quanto bono, in quantum malum, graue damnum, grauis dolor, graue totum. Hæc Anſel. Alij opinantur ſecundum ſententiam beati Aug. in hyponomicon. & Grego. de Arimino, ꝙ hic fomes, & infectio ex ſibilo venenoſi ſerpẽtis proceſſit. Cum enim inobedientes fuerint Deo primi parentes: non fuerunt digni, vt eos pręſeruaret ab infectione, quam intulit eis ſerpẽs. Sicut aliquando ex ſibilo ſerpentum, & draconum ita inficiuntur homines, vt ſubito moriantur: alij autem grauiter ad interitum vrgeantur. Quam quidem infectionem poſtquam de paradiſo ſunt eiecti, in poſteros tranſtulerunt. Quod poteſt per plura exempla demonſtrari. Primò, quia appropinquans ad hominem peſte infectum, ſi eius anhelitu afficiatur, ſtatim eadem peſte percutitur, & conſequẽter omnes ferè de domo ſua inficit. Nil mirum ergo ſi primi parentes infecti cęteros ſibi ſuccedentes infecerunt. Secũdum exemplum: quia leproſi communiter ge-

D. Originale peccatũ. Quomodo originale peccatũ traducitur in poſteros.

nerant leproſos, ita infecti infectos generant. Et hoc apparuit in Cain, qui primus in peccatis cõceptus, iniquitatem (vt vult Aug.) attulit ex vtero matris. Eſt enim macula originalis peccati lepra quædam adhærens animæ, niſi diuina virtute incurabilis. Propter quod Guil. Pariſienſis lib. de virtutibus: dixit pueros ſine baptiſmo decedentes, mitti ad leproſariam paradiſi: nec vnquam ciuitatem illam ingreſſuros, tanquam leproſos, ſed eſſe a ciuitate paradiſi perpetuo reſecatos: non tamen patientur pęnam ignis: vt quidam dicunt. vnde Thren.3. De ore domini non egredientur bona, neque mala, ſcilicet contra pueros ſine baptiſmo decedentes non egredietur ſententia diuina damnans eos ad ignem: aut liberans ad vitam, quia neque fruentur viſione diuina, neque pœnam ignis ſuſtinebunt. Tertium exemplum, quia ſi putreſcat radix arboris, areſcunt omnes rami. Adam fuit radix totius generis humani: & ideo ad putredinem eius aruit tota humana natura. pſal.21. Aruit tanquam teſta virtus mea: in qua nihil eſt humoris gratiæ: & in puluerem mortis deduxiſti me. Exinde enim mos, & in cineratio proceſſerunt. Et propter hoc (vt dicit Guil. Pariſ.) peccatum originale dicitur hęreditarium: quia quaſi hæreditatem a parentibus illud habemus. Adam enim factus eſt ex limo: nos ex profundo limi. pſal.68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Sicut enim piſcis in ſtagno ſentit limum: ſic pleno gutture ſentimus limum Adæ, & noſtrum Adam. Vulgo dicitur. Nemo eſt, quin in eo ſit aliquid de homine: Et ſequitur, & non eſt ſubſtantia, ſcilicet liberas quouſque ſuperuenit Chriſti ſubſtantia de noſtro aſſumpta nos liberans. Ideo dicit pſal. Et nunc quæ eſt expectatio mea ad liberationem; nonne dominus, & ſubſtantia mea, id eſt de meo aſſumpta apud te eſt. Quartum exemplum, ſi aquam intoxicatur in fonte, eadem infectio ſentitur in fluuio defluente. Sapit etiam vinum dolij corruptionem, paſta modici fermenti fermentationem, & filius patris ægritudinem, maximè in guttis inoſſatis. Nil mirum ſi Adæ infectionem.

ctionem ſentiant filij eius.

Secundò peccatum iſtud dicunt docto res aliqui eſſe carentiam iuſtitiæ originalis debito ineſſe: non ꝙ illa carentia ſit aliquid, ſed iuſtitia illa erat obſtaculum, quo remota ſecuta eſt illa infectio. Et ideo priuati illo dono nobis, & noſtræ poſteritati donato: priuati etiam ſumus paterna hereditate, tanquam rei læſæ maieſtatis diuinæ. Sic enim videmus agi in ſecularibus curiis, vt propter forefactum paternum filij eorum, & filij filiorum in hæreditate non ſuccedant. Hiere. 31. Patres noſtri comederunt vuam acerbam; & dentes filiorum obſtupeſcunt, ideſt patres noſtri primi parentes comederunt morſum amariſſimum, quem filij eorum ſentientes, & maſticantes obſtupeſcunt. Et quomodo potuerunt guſtare morſum tam amarum, quod guſtatum attulit mortem? Talem enim morſellum comederunt, ꝙ tota poſteritas eorum non poteſt illum digerere. Eccleſiaſtices. 6. Omnis labor hominis in ore eius, ideſt ex ore eius proceſſit omnis labor: dum cibum vetitum comedit. Propter quod a medico pſalmiſta poſtulat auxilium dicens. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: qui lectus doloris eſt caro infirma. Prouer. 26. Sicut oſtiũ vertitur in cardine, ita piger in lecto ſuo, ideſt in carne. Sicut enim cardo ex frequẽti reuolutione oſtij conſumitur, ſic caro ex ſuperflua cura ſibi impenſa. Vnde ſequitur vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius; quia ſenſualitas preponitur & dominatur rationi. Inſuper ſi mirabilis fuit iſte morſellus, mirabilior fuit menſa: quia maiores fuerunt reliquiæ, quàm cibus menſe: quia in menſa fuit ſolus morſellus pomi, & tamen totum mundum reliquiæ eius impleuerunt. Eſa. 28. Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu ſordium, ita vt non eſſet locus vltra. In quo ſignificatur, ꝙ reliquiæ ſunt maiores in peccato, quàm fuerit eius refectio, ideſt delectatio: quia vt ait Gregorius. Momentaneum eſt, quod delectat, æternum quod cruciat. Propter quod e conuerſo dominus miraculosè fecit, vt ſimiliter appoſitis menſæ ſuperabundarent reliquiæ, vt dicitur Io. 6. de quinque panibus, & duobus piſcibus ꝙ impleuerunt duodecim cophinos; quia vt dicitur Romanorum. 5. Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia. Hæ duæ fuerunt reliquiæ vitæ primæ mortis. Pſal. Saturati ſunt, ideſt abundauerunt filiis. Miſer enim & egenus homo communiter abundat in multitudine filiorum, licet non habeat vnde eis prouidere, niſi de miſeria ſua. Et ideo dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis, quia ſatis abundè eis dimiſerunt de ſua miſeria, & afflictione.

E Origin de peccatũ. Quo tam fuit offenſa Ade grauis vt tam acerbè puniretur.

Tertiò quæritur verum fuerit tam grauis offenſa, ꝙ propter eam tanta in mundo mala oriri debeant? Et videtur ꝙ non debuerit ſic puniri, quia homo non eſt, niſi ſtipula & folium, quod ab arbore vetita in paradiſo cecidit. Iob. 13. Contra foliũ, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Grego. Cur tanta rectitudine impetis, quem ſic infirmum dum tẽtatur eſſe conſpicis? Secundo videtur, ꝙ non fuerit ita grauis offenſa, quia preceptum tranſgreſſum erat paruum. Si quis enim præciperet pueris non comedere fructus, & comederent: nõ propter hoc eſſent multum puniendi. Cũ igitur Adam in ætate prima hoc fecerit, eo ſcilicet die quo creatus eſt, videtur ꝙ non erat tam graui pena plectendus. Cũ etiam iuxta Terentij Andriam pro peccato magno filij paululum ſupplicij ſatis ſit patri ad hoc reſpondetur per aliquas propoſitiones. Prima eſt, maxima fuit Adæ inobedientia. Probatur primò, quia quanto præceptum fuit facilius ad obſeruationem, tanto fuit inobedientia maior. Vnde Augu. 14. de ciuitate Dei. Quiſquis huiuſmodi damnationem nimiam, vel iniuſtam putat, profecto neſcit quanta fuit in peccando iniquitas, vbi tanta erat in non peccando facilitas. Et hoc probat quaſi contrario duplicitér. Primò ſicut Abrahæ non immerito magna obedientia prædicatur, vt occideret filium. (Res enim difficillima imperata eſt.) Ita & in paradiſo tanta inobedientia fuit, quanto id, quod præceptum eſt nullius fuit difficultatis. Si igitur ex miſericordia Dei hoc obediẽ-

tiæ

tię factū Abrahę reputatū eſt ad iuſtitiam vſque in ſempiternum, cur ex diuina iuſtitia hoc inobedientiæ factum Adæ & ſuę poſteritati non reputabitur durante ſeculo in pœnam? Secundò hoc idem oſtēdit beatus Auguſtinus, quia ſicut obedientia ſecundi hominis ſcilicet Chriſti eo prædicabilior eſt, quo factus eſt obediens vſque ad mortem: ita inobedientia primi hominis eos deteſtabilior eſt quo factus eſt inobediens vſque ad mortem. Vbi enim magna inobedientiæ pęna propoſita eſt, & res a creatore facilis imperata: quiſnam ſatis explicat quantum malum ſit non obedire in re facili & tantæ poteſtatis imperio, & tanto terrentis ſupplicio? Secundo hæc eadem propoſitio probatur, quia Lucæ. 12. Seruus ſciens voluntatē domini & nō faciēs, plagis vapulabit multis. Sed primus homo eſt Chriſtum maximam habuit rerū omniū cognitionem, ita vt Deus adduceret omnia animantia ad Adam vt videret ſuæ ſcientiæ experientiam, ſcilicet quo nomine vocaret ea, iuxta proprietates ſuas. Vix autem vnus doctus cognoſcit proprietates vnius muſcæ: immo ſicut dicit Auguſt. in quodā ſermone, quidē philoſophus multis annis ſecutus eſt apē: vt cognoſceret eius proprietates. Iſte autem omnium proprietates cognoſcebat. Non eſt ergo mirum ſi ita perfectè ſciens voluntatem domini ſui & non faciens, plagis vapulat ab eo varijs.

F Originale peccatū. Quō fuit culpa Adæ vtilis.

Secunda propoſitio quamuis res imperata fuerit modica: tamen imperatum eſt illud ex cauſa legitima, & ei ad merendum vtilis. Primò quia Adam præcepta quæ tangunt proximum implere non poterat. Neque enim tunc poterat honorare parentes, cum non haberet, nec colere ſabbatum, cum omnibus diebus erat ei requies a labore, cum terra ſponte dabat fructus ſuos: nec homicidium perpetrare, cum ſolus eſſet cum vxore ſua ſibi nimium dilecta: nec furtum facere, cum tunc omnia (præter lignum vetitum) ſub ſua eſſent poteſtate, nec mechus eſſe poterat, cum ſola eſſet ei vxor: nec teſtis iniquus, cum nullum haberet qui ei aduerſaretur. Voluit ergo dominus tenere quaſi locum proximi, vt ſcilicet aliquam ſibi reſeruaret hæreditatem quam non contingeret Adam. Vbi autem præter lignum illud cętera omnia poſſidebat: non potuit continere a ligno: quod fuit grauiſſimum in homine tantæ perfectionis. In quo notaē ꝙ rerū adminiſtratio adoleſcētibus & iuuenibus nō eſt diſtribuēda, quia faciliter eam expendunt, ſicut faciliter eā habuerūt ſicut fecit Adā in infantia ſua. Secundò hoc idē patet, qa dn̄s dederat Adæ totius terræ dominiū, & aeris & aquarum, quia omnibus animātibus terræ, aquę, & aeris eū prefecit: nec vnquam fuit tam grandis imperatore qui ſolius terræ totum occupauerit dominiū, immo nec tertiam partem totius terræ. Hoc autem ei dedit retinens lignum in rē cognitionē fæudalē, fæudi ſcilicet totius mūdi. Iurè autem cautum eſt, ꝙ qui ſuperiorem non recognoſcit in fæudo, fæudo priuatur, & tota eius poſteritas. Hoc ergo datū erat ei in obedientiæ meritū: ad oſtēdendū quāti periculi ſit ſuis ſuperiorib. nō obedire & eis contradicere. Dicitur tertiò quòd licèt in ſua prima ætate vir & mulier comederent fructum vetitum, & illud ſit puerorum opus, fuerunt tamen creati in ætate perfecta, ſcientia & virtutibus pleni. Dei enim perfecta ſunt opera. Deuteron. 32. Ideo tanquam imprudentes, & ſtulti concupierunt fructum illum, Prouerb. 1. Stulti quæ ſibi ſunt noxia cupient. Nam ſicut paruuli cum comedunt fructus, inde graues morbos incurrūt, ſic in prima ætate natura humana fructum vetitum guſtauit quem ſummus medicus vetuerat interminans mortem: ideo non mirū ſi incurrit grauiſſimū morbū, cōcupiſcentiā .ſ. quæ in mēbris eſt; de qua tāquam de radice omnia mala noſtra ortum habent. 1. Timo. 6. Radix omnium malorū cupiditas. Inde mors exorta, quæ eſt extremum terribilium. Ethico. 3. De qua pſ. 75. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua, quia videlicet homini in paradiſo peccanti iratus dominus; ſemel de mortalitate carnis noſtrę ſententiam tulit, quæ ex tunc uſque ad vltimam diem ſeculi mutari non potuit.

G Originale peccatū. Quō pro-

pter peccatum in mulierē, et ſerpētē vindicatum eſt.

Vnde tam grande fuit peccatum, vt nō
ſolum vir, ſed etiam mulier grauem inci-
derit in vindictam. In duobus ſiquidem.
Primò quia peccauit in fructu, punita eſt
in fructu ſuo, cum dictum eſt ei. Multipli-
cabo conceptus tuos, & erumnas, &c. Se-
cundò peccauit ſuadendo viro, ideo dictũ
eſt. Sub viri poteſtate eris Serpens vero in
pluribus, & grauius punitus eſt. Primò
quia hominem deiecit, proſtratus eſt: cum
tamē prius erectus incederet. Gen. 4. Sup
pectus tuũ gradieris. Scdò qa habuit i o-
re mēdaciũ hēt ī ore ſibilũ, & venenũ. Ter
tiò quia per cibũ decepit, in cibo punitur.
Ideo dicitur ei. Terram comedes, &c.
Quarto, quia mulierem decepit, dictum
eſt ei. Inimicitias ponam inter te, & mu-
lierem, &c. Ipſa conteret caput tuum, &c.

H Originale peccatũ. Qũo Adā tā ſapiēs, tam graue mādatum præterijt.

Quarto quærebatur cum Adam eſſet
plenus ſcientijs, & virtutibus, quomodo
tam graue mandatum, & ſub tam graui
pęna tranſgreſſus eſt. Quis n. crederet tā
prudentem tamque virtuoſum, propter
rem paruam, & pauci valoris in tam dam
nabilem ſententiam incidere, in tanta ſu-
blimitate, & in loco tam honorabili? Di-
citur primò; ꝙ in hoc eſt multiplex do-
ctrina. Prima ꝙ non eſt, ita ſapiens quin
(ſi non ſtet ſuper cuſtodiam ſuam) ſtatim
corruat in ſtultitiam. Huius habetur exē-
plum in Salomone. Hiere. 9. Non glorie-
tur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in
fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis,
ſed qui gloriatur, glorietur ſe noſſe me.
Adam autem de ſapientia ſua confiſus, &
ad altiorem volens aſcendere, non confi-
ſus, in domino cecidit.

In loco ſanctitatis nō eſt confidendum.

Secunda doctrina eſt, ꝙ in loco ſancti-
tatis non eſt tam confidendum quin ho-
mo ſtet ſuper cuſtodiam ſuam. Ceciderũt
enim primi parentes in paradiſo. Greg. Si
deſit ſpiritus, non adiuuat locus. Bernar.
Nunquam eſt ſecuritas fratres, neque in
paradiſo: multominus in mundo. In cœlo
enim cecidit angelus ſub præſentia diui-
nitatis: Adā in paradiſo loco voluptatis:
Iudas in mundo de ſchola ſaluatoris. Ex
quo patet, ꝙ locus non facit hominē ſan
ctum, ſed ſanctus locum. Adam in paradi-
ſo cecidit. Iob in ſterquilino ſtetit.

Tertia doctrina, ꝙ plerunque fit, vt of-
fendatur Deus, ne offendatur proximus.
Ne enim mulierē offenderet Adam Deũ
offendit. Eccleſiaſtici. 6. Noli fieri pro ami
co inimicus proximo, quāto minus Deo.
Sic Salomon licet non crederet deitatem
eſſe in idolis, ne tamen contriſtaret vxores
Deum offendit. Vnde Bernar. Multi dedi
gnantur aduerſus Adam, ꝙ obedierit voci
vxoris ſuæ magis ꝙ diuinæ: & ipſi quoti-
die Euam carnem ſuam, videlicet audiũt
pluſquam Deum. Iterum Bernardus. Fra-
tres ſi præſentem videremus Adam in eo
articulo poſitum aſcendentibus cogitatio
nibus, in cor eius arctari inter preces vxo-
ris, & præceptum creatoris, nonne clama
remus aduerſus eum dicentes. Caue tibi
miſer, vide ne feceris. Seducta eſt mulier,
ne acquieſcas ei. Vt quid ergo quoties ap
prehendit nos tentatio ſimilis, non perſua
demus ſimiliter nobiſipſis. Sicut autem
Adam delicias ſuas contriſtari noluit, ſic
multi carnis ſuæ delicias nolunt contri-
ſtare per aſperitatem pęnitentiæ, licèt ſcri
ptum ſit. Qui amat animam ſuam, id eſt
animalitatem perdet eam. Quod enim in
primis parentibus factum legimus, hoc in
nobis fieri quotidie videmus. Propterea
non eſt mirandum eorum peccatum.

I Originale Qũo natura hominis ſemper nititur in vetitum.

Quarta doctrina, ꝙ homo in agendis
ſuis ſemper debet proponere Deum in cō
ſpectu ſuo. Quia enim primus homo licet
ſapientiſſimus fuerit, negligens tamē fuit
in conſiderando diuinum præceptum, &
in recurrendo ad Deum, propter hoc me-
ruit a domino derelinqui, & ſic in pecca-
tum cecidit. Eccleſiaſtici 19. Qui ſpernit
modica paulatim decidet. Ipſe. n. a Deo
derelictus ſuæ naturæ, & arbitrio, ſecutus
eſt naturam ſuam, quę nititur in vetitum.
Vulgo dicitur. Natura filiorum Adam
nititur in vetitum. Si forte non fuiſſet ve
titum illud lignum, nec Adam, nec Eua
comediſſent. Thre. 1. Principes eius factī
ſunt velut arietes. Sic principes humani
generis Adam, & Eua. Nam aries talis eſt
naturæ, ꝙ dum ardet ſtabulum eius, &
prohibetur a paſtore intrare ne ardeat, ni-
hilominus contra prohibitionem totis vi-
ribus intrare nititur. Sic nos cũ prē noſtro

Adam

Adam contra nobis præcepta naturaliter nitimur. Fluuius appoſito ligno, vel alio obice impetuoſius fluit. Sic inhibitione facta magis nitimur eam infringere. Narratur autem, quod quidam diſcipulus petiit a magiſtro ſuo quomodo Adã potuit ita excęcari, ꝙ comederet de ligno vetito, cum longe meliora eſſent in paradiſo. Et cum magiſter ei reſponderet illud poeticum, Nititur in vetitum ſemper cupimusque negatum; non ſatis erat hæc ſolutio, ſed eam multum extortam iudicabat dicens, ꝙ ſi fuiſſet in loco ſuo, nunquam hoc feciſſet, & ꝙ Deus pro ſuo primo opere ſtultiſſimum hominem condiderat. Intra quæ verba intrauit ille magiſter intra camerulam ſuam, & auiculam quam in caueola habebat inter duas ſcutellas magnas, & pulchras poſuit eijciens inde caueolam. Poſtea vocans eum intra cameram, oſtendit ei libros ſuos, & pixides electuariorum ſuorum dicens. Vado ad eccleſiam pro veſperis audiendis, interim cogitabo de quæſtione tua, vt ſi quid melius inuenero, tibi ſatisfaciam cum venero. Interim hic ſpacieris videas libros meos, & electuaria mea. Nolo tamen ꝙ tangas illas ſcutelas, quia eſt aliquod ſecretum inter illas, quod volo eſſe cęlatum, & ſic receſſit. Diſcipulus autem ille reuoluens libros, cępit cogitare quare inhibuiſſet ei de ſcutelis, alijs relictis ſibi. Et primo cępit mirari quid intus lateret, & tandem cupiens hoc videre, ſcutellas aperuit, & auicula illa auolauit. Et tunc primo cognouit, ꝙ vera eſſet magiſtri ſolutio. Quo redeunte preuenit eum dicens, ꝙ non amplius oportebat ipſũ circa queſtionis ſuæ ſolutionem laborare, quia ipſe experimento didicerat primam ſolutionem eſſe veram. Hęc ex libro de dono fortitudinis. Similiter Nicolaus de lyra narrat de quodam qui centenarius vixerat, nec vnquã ciuitatem ſuam exierat, quod audiens rex interdixit ei exitum ciuitatis. Qui continuò tentat us exire non quieuit donec rex exeundi vrbem per amicorum interceſſionem concederet facultatem. Rom. 7. Occaſione accepta per peccatum mandatum, ſcilicet, datum, operatum eſt, in me omnem concupiſcentiam.

Quinta doctrina eſt, ꝙ melius eſt quærere bonam vitam, quàm bonam ſcientiã, quamuis in paradiſo vtrumque lignum debeat inueniri, hoc eſt in vnaquaque domo, maximè religionis. In paradiſo ei maximè inter alios fructus notantur duo ligna, ſcilicet lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni & mali. Et licet vterque fuerit bonus, vnus tamẽ conceſſus fuit, alter interdictus, in ſignum, quòd non eſt, niſi duplex genus boni operis. Vnum quod pertinet ad meritum bonæ vitæ figuratum per lignum vitæ, & hoc cuilibet vti præcipitur. Sed ſcire nulli præcipitur, niſi pro quãto neceſſarium eſt ad ſalutem, & bonam vitam. Prouer. 11. Fructus iuſti lignum vitæ. Curioſi autem ſcrutatores quorum cognitio prohibetur, fortè, quia tranſcendũt eorum capacitatem, vel quia ducunt ad malos mores, vt ſunt artes magicæ, vel quia tales doctrinæ de nihilo deſeruiunt, niſi ad curioſitatem, vt ſunt artes ioculatorum, tales peccant, & aſſumunt de ligno prohibito. Ideo Roma. 12. Non plus ſapere, quàm oportet. Non legimus Adã vſum fuiſſe ligno conceſſo, ſed tantũ prohibito, quia multi negligunt bonam vitã, & quærunt ſcientiam infructuoſam. Sapien. 3. Vana ſpes illorum, & labores eorũ ſine fructu. Plus enim diligũt ſcire, quàm viuere, citius currentes ad ſcientiã, quam ad vitam, potius appetentes fieri docti, quàm fieri boni, currentes potius ad rumores audiendos, vel ioculatorem, quàm ad prædicatorem, & ad lignum ſcientiæ, vt Adam, quàm ad lignum vitæ. Ideo tales de paradiſo, id eſt de ſtatu ſalutis facilè eijciuntur.

K Scientia. Melius ẽ quærere bonam vitã, quàm ſcientiã.

Sexta doctrina eſt, quòd homo in dignitate conſtitutus, (quamuis prudens) communiter tamen pro honoris faſtigio infatuatur. Sic iudicatus eſt fatuus Adã dum eſſet in ſublimitate rotæ fortunæ, ſed cum deſcendit ſapiens effectus eſt. Primò in aſinum tranſmutatus, cum ſederet in ſupremo rotæ fortunæ, cum autem in imo ſe conſideraret, de aſino in hominem conuerſus eſt. A manu figuli, qui de nouo finxerat illud cecidit vas & confractum.

L Honor. Quò honores infatuant hominem.

ctum eſt,& cum difficultate poſtea ab eo dem reparatum, ſed non in priſtinam dignitatem. Homo enim cum in honore eſſet comparatus eſt iumentis inſipiētibus, & ſimilis factus eſt illi, quia cum in honore eſſet:non intellexit ſe per omnia debere eſſe ſubditum Deo, ideo ſe facile caſurum,& multa alia per inconſiderationem prætermiſit,nec ſe cognouit, quouſque. Eſa. 28. Sola vexationes dedit intellectū auditui. Cū enim vexationes ſenſit Adā quas per peccatum incurrit, quàm grande peccatū cōmiſerat, tūc ſēnſit,& quàm ſimilis erat brutis,& a quanta ſuæ naturę ſublimitate deſcenderat. In quo docemur non multum deſiderare magnos honores & magnas prælationes, quia homo cum in honore eſſet non intellexit. Non enim ſe multum cognoſcunt viri honorati. Vt enim vult Bernardus. Rara eſt humilitas honorata. Credunt enim nobiles & honorati ruſticos, & ſeipſos eſſe de duobus Adam,vno nobili, & alio ruſtico. Cum etiam, quia Adam cum in honore eſſet cecidit in peccatum. Non legitur, autē cum eſſet in terra laboris ad colendum eā deiectus,quòd amplius peccauerit. Sic ſtātibus in ſtatus altitudine propinquus eſt caſus,tam a gratia in peccatum, quàm a ſtatu in miſeriam. Hoc dicit grammaticus. Prępoſitioni inquiens quot accidunt, vnum, quid? caſus tantum. Sed quot caſus? duo, qui? actus ſcilicet qui accuſat coram Deo,vel hominibus,& ablatiuus,qui aufert eos a dignitate ſua ſpirituali, aut temporali. Pro quo aduertendum eſt, quod ſex modis homo comparatur iumētis inſipiētibus. Primò, quia a principio comes erat angelorum,cum quibus intrepide cōuerſabantur, nunc datus eſt beſtijs in ſocium. Sciuit enim ſimilia ſimilibus conuenire, ita vt homo beſtias nutriat, & per eas verſa vice nutriatur. Inde eſt, quòd nos nunc ad angelorum aſpectum,aut colloquium trepidamus. Greg. In quantam miſeriam cecidimus, qui ad angelorum præſentiam formidamus? Hinc de ſeipſo dicit Ezechiel. Ezechie 3 Ecce gloria domini ſtabat, & gloria quam videram iuxta fluuiū Thobar, & vidi & cecidi in faciem meam. Simile de Daniele legitur. Dan. 8. Secundò,quia poſt peccatum, homo ſequitur ſuas concupiſcentias ſicut bruta. Anſelmus. Amiſſa originali iuſtitia, homo factus eſt ſicut fera indomita, quæ ruptis vinculis ſeuit,& ſicut nauis,quę di miſſo gubernaculo in pericula quęque iactatur. Sed tamen paſſio in feris non eſt culpabilis,tum quia habent hoc a naturę ſuæ productione,nec rationem habent, per quam has paſſiones cohibere poſſint. Sed in homine culpabilis eſt, quia non habet hoc a natura ſua, niſi per vitium corrupta, & adhuc rationem habet,per quam eas cohibere poteſt, & in hoc deterior eſt homo beſtijs & poſterior. Tertio quia expertus erat homo linguam ſerpentinam, & humanam, & optimè nouerat earum diſtantiam,cum omnibus iuxta ſuas proprietates nomina impoſuerat. Sciebat.n. homines linguam debere eſſe veracem, linguam vero ſerpentinam verſutam, & fallacem,& tamen cum ſe ſciret iam deceptum eſſe per eam, ſecutus eſt illam linguam beſtialem, quando domino mentitus eſt, & ſuum auſus eſt infamare auctorem. Ex tunc enim filij Adæ ad mendacia proni facti ſunt. pſal. 61. Vani filij hominum,mendaces filij hominum in ſtateris, ideſt in ordine, & menſura iuſtitiæ. Eſt enim ſtatera iuſtitia,eo quòd ad æqualitate partes reducit. Sic primi parentes contra iuſtitiæ liberam iniquitatem quam ſupra ſe retorquere debebant, in ſuum auctorem refuderunt. Quarto quia ante peccatum diſtinxerat dominus locum & pabulum hominis a brutis. Nam locus eius erat paradiſus terreſtris, & reliqua terræ pars cęteris animalibus erat conceſſa, ita & vt paradiſus eſſet ciuitas iſta rus. Sed conſummata præuaricatione celeſtis homo mittitur ad ouile pecus,& ad portam paradiſi (ne ſit facilis ſpes redeundi) collocantur angelus cum uerſatili gladio. Similiter pabulum arborum, & fructuum parauerat homini, fęnum & herbas iumētis,& ſic vtrorumque menſę diuiſę erant. Sed cum ad vitium peruentum eſt,ad brutorum menſam inuitatus eſt, cum dictū eſt ei a domino. Gen. 3. Comedes herbas terræ.

M Homo Iumentum. Quō ſex modis homo cōparatur iumētis inſipiētibus.

terræ. Quinto quia aſſiſtens erat homo ante peccatum cęleſtia contemplari: nũc mutatum eſt ſtudium, vt ad terrena ſicut bruta diuertat, & totum ſtudium filiorum Adam nunc circa terram, & terrena conſideranda vertatur. Iob. 9. Nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam. Saliua ſapor eſt intimæ contẽplationis, quæ nũc non inuenitur in homine. In ore autem guſtus eſt, in ventre ſatietas. Hæc ergo ſaliua contemplationis in aliquos labitur, ſed vt veniat in ventrem non glutitur, quia aliquando guſtamus aliquid modicum de contemplatione, ſed non ſaturamur, neque lumen ad quod facti ſumus plenè intuemur. Sexto ne a mente eius deperiret ꝙ beſtijs ſimilis eſſet, pelle indutus eſt beſtiali. Primo enim veſtitus erat nobiliſſima cute innocentiæ: & cum ſe aut ſodalem inſpiceret, hominem intuebatur, quia homo erat quem videbat. Modo vero oculis ſe inſpicientibus obijcitur pellis brutorum aut lana ipſorum: & non niſi, quia ſimilis factus eſt illis. Cultus .n. exterior maximè ordinatur ad hoc vt interiorem hominem pandat. Inde eſt, quòd ſortiti ſunt homines vt plurimum brutorum nomina. Nã ſuperbi vocantur leones, crudeles lupi, detractores canes, aſtuti vulpes, ſtulti capræ, ſimplices oues, & ſic de alijs. Et breuiter pęnè vnicum ſignum remanſit, quo non ſe totaliter in brutum conuerſum exiſtimaret, ſcilicet quòd corpus eius remanſit erectum, vnde Ouidius. Pronaque cum ſpectent animalis cętera terram. Os homini ſublime dedit, cęlumq; videre iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Sermo XX. in ordine, Et IIII. de Conceptione uirginis glorioſæ per thema pręcedens.

A Originale. An lex originalis peccati ſit inutilis.

SEcũdum Ariſt. 2. Politic. Barbaræ leges & inutiles populo debent in meliores commutari. Cum igitur lex illa originalis peccati inutilis ſit. & barbara naturæ noſtræ: ſequitur quòd ex toto debuit a Deo anullari. Malè igitur concludit thema, Heſter. 15. Non propter te, ſed pro omnibus hæc lex poſita eſt. Ad quod facile reſpondemus, quòd differt loqui de humanis & de diuinis legibus. Nam humanæ leges ſecundum Ariſt. 1. Ethicorũ, multã variabilitatẽ habent: ita ꝙ ſecundum cõditiones politiarũ, & hominũ variant, ita vt vno tẽpore ſint vtiles, alio tẽpore non. Sed lex diuina (ſaltẽ quæ eſt per diffinitiuam ſententiam) mutari non poteſt. pſ. Quæ procedunt de labijs meis, nõ faciã irrita. Et iterum: in æternũ omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. Poteſt tamẽ quos vult ab huiuſmodi lege eximere, ſicut & principes ſeculi, qñ vltra & pręter leges quibuſdã priuilegia cõcedũt. Et ſic ab hac lege originalis peccati, excepit beatiſſimã virginẽ matrẽ ſuã, quaſi in dicendo ſibi thema ꝓpoſitũ. Nõ propter te, ſed pro omnibus hæc lex cõſtituta eſt. Sicut enim Vaſti regina cõtennẽs regis Perſarũ imperiũ, a ſua dignitate depoſita eſt, & eius loco ordinata eſt Heſter: ſic propter cõtẽptũ pręcepti Dei Eua a dignitate ſua (quæ erat in ornatu originalis iuſtitiæ) deſtituta eſt, & eius loco ſubſtituta eſt Maria, ita quòd in gratia concreata ſit. Pſalm. 62. Etenim firmauit orbẽ terræ, qui non cõmouebitur. Parata ſedes tua Deus ex tunc. Maria eſt orbis terræ melior iſto materiali quem videmus. Orbis enim terræ idem eſt quod circuitus terræ. Hic autem circuitus terræ ambit, & in ſe cõtinet & claudit infernum, qui ſecũdũ doctores eſt in medio terræ. Sed circuitus terræ Mariæ ambiuit, & clauſit in ſe verum paradiſum ſcilicet Chriſtum. Secũdò differunt hi orbes, quia iſte materialis quem videmus frequẽter cõmouetur. Sæpe .n. ſit terræmotus Sed orbis terræ Mariæ nũquã motus eſt ab integritate ſua, ſed ſemper integer permanſit. Tertio quin iſta terra ſæpe de domino in domino tranſit: ita vt ſæpe cõmoueatur propter varios hæredes. Hæc vero ſolum fuit ipſius. Pſalm. 45. Deus in medio eius non commouebitur. Fuit enim ita repleta gratijs & virtutibus ex tempore ſuæ conceptionis, vt ex eo tempore ſemper in ea Deus quandoque cor-

B Maria. Quomodo Maria dicitur orbis terræ.

poraliter ſemper tamen ſpiritualiter permanſerit. Ideo ſequitur. Parata eſt ſedes tua Deus ex tunc, ſcilicet ex conceptionis ſuæ tempore. Terra autem cadentes adiuuat vt reſurgant. Sic Maria peccatores vt a peccato reſiliant. Vnde ea canit eccleſia. Succurre cadenti ſurgere, qui curat populo. Ad eam igitur vt nos adiuuet recurramus dicentes, Aue.

C Originale. Labor & dolor competūt homini ꝑpter originale peccatum.

Omni homini ex primo parentum caſu competit labor & dolor. Bernar. in ſermone. Duo nobis in hæreditate reliquerat ille vetuſtus Adam, qui a facie Dei fugit, laborem, ſcilicet & dolorem: laborem in actione, dolorē in paſſione. In quo ſimilis erat vulturi. De quo philoſopho. 8. de animalibus. Vultur poſtquam de preda comederit, id quod ſuperfuit de ſuo cibo ſeruat, vt inde cibare poſſit pullos ſuos: quia nō acquirit cibum niſi cum difficultate. Sic primi parentes poſt quàm comederunt cibum vetitum, id quod ſuperat, ſcilicet reliquias; nobis filijs ſuis reſeruauerunt, quæ ſunt labor & dolor. Pſal. 89. Amplius eorum labor & dolor. Fuerunt enim iſtæ reliquiæ loco panis & potus. Nam ad panem pertinet labor. Gen. 3. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus: & iterū. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et pſal. Labores manuum tuarum quia manducabis. Ad potum pertinebat dolor, pſ. 102. Potum meum cū fletu miſcebam. Fletus enim & dolor aqua eſt vino delectationis appoſita. Cauſa autem quare nos ita exiliter cibauerunt eſt: quia cibum ſuum vetitum habuerunt cum difficultate, ideſt cum peccato, quia ſecundū Augu. cōtra naturam eſt: & ſic eſt quoddā violentum & difficile, iuxta illud Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. Solus Chriſtus eſt, de quo Pſal. 9. Tu ſolus laborē & dolorem conſideras, remedium ſcilicet adhibendo tam in præſenti quàm in futuro. In præſenti, quia contra panem laboris dedit corpus ſuum, ſine labore & ſine opere humano formatum, quia de ſpiritu ſancto conceptum. Sapien. 16. Panem de cęlo pręſtitiſti eis omne delectamentum in ſe habentem. Contra potum dedit ſanguinem ſuum. In futuro autem ſe exhibebit finē omnis laboris & doloris.

D Labor. Quomodo differenter labor & dolor fuerunt in Chriſto, in Maria & in nobis.

Quæ quidem pęnæ laboris. ſ. & doloris in Chriſto & Maria remanſerunt; quā uis ab earum radice fuerint alieni. Differenter tantū, quia in Chriſto remāſerunt ad opus redēptionis cōſummādū: in Maria vero ad virtutes habitas conſeruandū & perficiendum; in nobis autem ad humiliationem & vitiorū extirpationem. Iob. 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & quaſi pullum onagri ſe liberū natum putat. Pullus ſine fræno naſcitur, homo cum fræno originalis peccati, & legis naturalis. Dum autem non attendit miſeriā ſuam, erigitur in ſuperbiam, & ſibi arrogat li bertatē, ita vt mirabili & inexcogitato artificio de ipſo morbo fecerit Deus medicinam. Conſiderans enim ꝙ culpa intulerat pęnam, excogitauit per pęnā tollere culpam. Quod ſignatum eſt. 1. Macha. 3. in Iuda, qui tulit gladium Apoloni & occidit eum: & erat in gladio illo pugnans cunctis diebus. Gladius peccati mors eſt pęnalitates. 1. Cor. 15. Stimulus peccati mors. Poſtquam igitur culpā per paſſionem occidit, nunc in nobis per gladium pęnalitatum laborum & dolorum pugnat aduerſus peccata: ita vt de peccato, ideſt de pęna peccati dānet peccatum. Rom. 8. Et hoc in nobis nō in virgine glorioſa, de qua thema. Nō propter te, ſed pro omnibus hęc lex cōſtituta eſt.

E Maria cōceptio. Vtrum Maria fuerit concepta in peccato originali.

Mane dicimus de lege peccati originalis, & quid ſit, & an ſit. Nunc vero dicemus an in illa legē originalis peccati incluſa & concepta fuit virgo glorioſa? Et videtur ꝙ ſic, quia Ioan. 3. Quod natū eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Cum igitur ſolus Chriſtus fuerit de ſpiritu ſancto conceptus, & Maria de carne ſicut omnes alij: decuit vt ſola Chriſti conceptio nihil haberet ſpiritui ſancto contrarium. Et ſic omnes alij ſicut non fuerunt priuilegiati, vt cōciperētur de ſpiritu ſancto, habuerunt culpā originalem quæ repugnat ſpiritui. In oppoſitum eſt propoſitio pro themate allegata. Ad quæſtionē reſpondeꝰ ꝙ piè credēdum eſt Mariam abſque originali macula

fuiſſe

fuiſſe conceptam. Probatur primo auctoritate ſcripturæ. Primo per illud Pſal. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Quomodo autem ſanctificauit poſtea exprimit dicens. Deus in medio eius non commouebitur, ſicut in nobis ſolet fieri, qui dum eum in noſtro hoſpitio recepimus, ſtatim eum reijcimus. Sed in ea nunquam commouebitur. Et ſi quæras quãdo ſanctificauit, reſpondet. Adiuuabit eam Deus mane diluculo. Mane quidem quando lux apparet quod fuit in natiuitate eam perficiendo gratijs & virtutibus. Sed diluculo quod apparet ante mane fuit in conceptione ſua. Non autem adiuuiſſet eam niſi præſeruando a macula originali, & generaliter ab omni labe peccati, igitur. Secundò hoc idem patet per illud. Prouerb. vlti. vbi de forti muliere dicitur cuiuſmodi fuit iſta. Multæ filię cõgregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Non autem fuiſſet Euã ſupergreſſa, quæ fuit ſine originali producta. Tertio hoc idem patet per illud. Eſa. 57. Veniat pax, & requieſcat in cubili ſuo. Cubile pecis, immo princeps pacis fuit Marię corpus. Si autem fuiſſet labe originali polluta, quomodo ibi requieſceret pax cum atrociſſimis hoſtibus, ſcilicet motibus carnalibus, qui ex originali oriuntur?

F
Concupiſcentia. Quomodo concupiſcentiarũ motus sũt noſtri atrociſſimi hoſtes.

Sunt enim concupiſcentiæ hoſtes noſtri peſſimi in medio noſtri exiſtentes nos aſſiduo perſequentes tanto periculoſius quanto magis domeſtici. Matth. 11. Inimici hominis domeſtici eius. Narrat Iuſtinus de Annibale quòd Romanos aggreſſurus bello nauali in fictiles vetres poni iuſſit aſpides quos incantationibus cęperant in proxima inſula: medioque prælio in naues hoſtiu miſit. Hoc primum parti aduerſæ ridiculum fuit, vt ſcilicet fictilibus dimicarent, qui ferro nequirẽt. Sed quando naues repleri cęperunt ſerpentibus, hoſti victoriam conceſſerunt. Sic diabolus ſeruiuit nobis. Quia enim nos vincere non poterat per potentiam, aggreſſus eſt per malitiã, implendo naues corporũ noſtrorum ſerpentibus, ideſt concupiſcentijs carnalibus, quibus iam multi perierunt. Iudith. 8. Exterminati ſunt ab exterminatore: & a ſerpentibus perierunt. Inde Ezechielis. 3. Subuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Male igitur cum talibus ſerpentibus in glorioſa virgine requieuiſſet pax æterna. Et ad obiectum ante oppoſitum dicitur, quòd dominus dicendo verba illa voluit intelligi, ꝙ omne, quod eſt ex carne caro eſt, quia generatio ex carne non niſi carnem poteſt dare. Et ſic verbum caro factum eſt, quando non opere carnali, ſed ex carne virginis factum eſt verbum Dei in carnem. Quod vero natum eſt ex ſpiritu, vt in baptiſmo ſpiritualiter eſt genitum, & non carnaliter. Maria vero genita eſt ex opere carnali & ex carne, ſed priuilegiata, ideo &c.

Secũdo hoc idem probatur doctorum auctoritate, Primo Anſelmi dicentis, Decebat ea puritate nitere qua ſub Deo maior nequit intelligi; quam Deus pater filio eligebat in matrem. Hoc autem nõ eſſet in originali concepta; quia tunc poſſet maior intelligi puritas, ſcilicet ſine originali conceptione. Item alibi dicit. Non credo eſſe amatorem virginis, qui renuit feſtum celebrare conceptionis. De nullo autem niſi de ſancto celebratur, ergo conſequens eſt, vt eius conceptio fuerit ſancta. Et ſi dicatur, Cum Maria originali peccato caruerit, ſequitur quòd non indiguit redemptore, iuxta illam apoſtoli conſequentiam Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei quæ oſtenſa eſt in redemptione generis humani. Reſpondetur quòd ſuppoſito quòd Maria ſit ſine originali concepta, tamen adhuc redemptore indiguit. Hoc deducit Durandus in. 3. diſti. 3. q. 1. quia licet ille qui non fuit obligatus nec in ſe, nec in ſuis parentibus non indigeret redemptore, qui tamen fuit in ſuis parentibus obligatus, quia poteſt impediri ne obligetur in ſua propria perſona, redemptore indiget. Hoc enim facere eſt ipſum redimere, vt ſi aliquis impetret, quòd proles naſcitura ex parentibus ſeruilis conditionis non incurreret ſeruitutem, talis verè diceretur redemiſſe prolem a ſeruitute. Cum igitur Maria eſſet obnoxia

G
Mariæ cõceptio. Si Maria cõcepta fuit ſine originali peccato, quomodo indiguit redẽptore.

noxia ſeruituti peccati originalis in ſuis parentibus ſi fuit impeditum virtute Dei ne in ſua perſona ſeruitutem hanc incurreret, vere poteſt dici filium Dei eam redemiſſe: & tanto familiarius, quanto redemptio fuit in ipſa celerius inchoata. Et hoc maximum fuit ſignum dilectionis Chriſti, quia ita excellenter eam ſuper omnes redemit. Maius enim eſt ſignum dilectionis apud aliquem facere vt non cadat in lutum, qui tamen caſurus erat niſi præſeruaretur, quàm poſt caſum eum extrahere a luto. Sic Mariæ maximum ſignum amoris exhibuit, cum eam in lutum originale caſuram, a caſu illo præſeruauit. Et ſi dicatur quòd maius eſt dilectionis ſignum dimittere peccata quàm præſeruare ab eis, iuxta illud ſaluatoris. Lu. 7. Cui magis dimittitur, magis diligit. Reſpondet Aug. quòd omnia non commiſſa, ſed committenda niſi eſſet ſpeciale adiutorium Dei, ſunt dimiſſa, ac ſi eſſent commiſſa. Ideo excellentius beneficium eſt præſeruare malo, quàm permittere incidere in malum, & poſtea ab illo liberare.

Dubitatio & perfecta locutio.

Tertio hoc idem probatur eccleſiæ auctoritate, quæ iamdudum feſtum conceptionis celebrat, quod non eſſet niſi conceptio eius eſſet ſancta & immaculata. Vnde & ſacroſãcta ſynodus Baſilien. hoc determinauit Anno dñi milleſimo quadringenteſimo triceſimonono quintodecimo Kalendarum Octobris in eccleſia maiori Baſileæ, & omnibus vere pęnitentibus & confeſſis qui intereſſent matutino ſeruitio centum dies indulgentiarum conceſſit & totidem in primis veſperis, & totidem in ſecundis, & centum quadraginta his qui ſermone intereſſent. Et ſi dicat, quia dicit philoſophus. 2. Ethicorum, ꝙ virtus eſt circa difficile, ſed nõ eſt difficile agere vbi non eſt bellum & reſiſtentia. Vbi aũt nõ eſt aut fuit peccatũ originale nõ eſt reſiſtẽtia, q̃ a ibi nõ eſt fomes. Plus aũt & maiori conatu reſiſtit q̃ habet fomitẽ, quàm qui nõ habet: ſicut q̃ habet aduerſariũ, quàm qui nõ habet. Ergo maioris & perfectioris virtutis eſt iudicium habuiſſe originale quàm non habuiſſe.

H Maria conceptio. Quo Maria virtutes habuerit cũ nihil in ſe difficultatis haberet a &

Dicitur primò ꝙ licet Maria ex minori conatu reſiſteret tẽtationibus quàm Paulus ſtimulatus ſtimulo carnis, tamen non propter hoc Paulus dicitur Maria virtuoſior, quia ſecundum Durandũ. 3. ſen. diſt. 30. q. 2. Conatus maior quando requiritur ſolum ex parte operam eis qui eſt male diſpoſitus, non auget meritum. Alioquin plus mereretur continens quam tẽperatus. faciendo ſimile opus de genere virtutis, quia oportet continẽtem plus conari, quàm temperatum propter malam eius diſpoſitionem. Hoc autem nõ eſt verum, quia tunc virtutes magis obeſſent, quàm prodeſſent. Sed quando maior conatus habetur non propter indiſpoſitionem operantis, ſed propter difficultatem operis, tunc maior conatus faciens quòd actus difficilior ſit magis intenſus, auget meritum, vt patet de dilectione inimicorum in ordine ad actum diligendi amicos. Modo Maria maiorem habuit conatum ad opera difficilia quàm Paulus, puta ad credendum altiſſima fidei myſteria, inſuper ad ſe humiliandum, quia eius humilitas honorata fuit ſumma, & ſic de alijs Pauli vero conatus ex ſua indiſpoſitione procedebat, igitur.

virtus eſt circa diſficile.

Dicitur ſecundò, quòd non obſtante quòd Maria fomitem non habuerit: habuit tamen maximas tentationes ab extrinſeco. Patet quia q̃ ſunt in ſtatu perfecto, maximè impugnantur a diabolo. Probatur in Chriſto qui fuit impugnatus ab eo & miniſtris eius per totam vitam ſuã, qui tamen fomite caruit. Patet etiã in ſanctis eremitis, qui cũ maxima abſtinentia eremũ colebant, qui tñ a diabolo tentationibus carnis maximè agitabantur; vt patet in Hieronymo, qui non niſi pellẽ & oſſa pro magnitudine abſtinentiæ habebat, & tamẽ in eo regnabat luxuriæ igniculus. Maria autem inter omnes perfectiſſima fuit, igiť nõ obſtante ꝙ in carne rebellionem non habuerit, ab extrinſeco nihilominus multa habuit ſibi contraria, per quæ coronata triumphauit. Quidã tñ dicunt ꝙ licet Maria caruerit peccato originali, nõ tñ ſequiť quin fomitem habuerit, ſed

I Maria. Maria multas habuit tentationes ab extrinſeco.

K Maria conceptio.

An ī Maria fuerit fomes.

ſed ſibi non fuit imputatus ad peccatum; ſicut nec nobis poſt baptiſmum. Et dicũt quòd ī conceptione propter non imputationem ipſam & Dei voluntatem fuit ligatus, ſed in cõceptione filij Dei vbi fuit ſecunda ſanctificatio, fuit omnino extinctus, ita vt qñ intrauit vterum rex gloriæ rex pacificus dixit, Pax vobis; & ex tunc pax vniuerſalis inter carnem eius, & ſpiritũ facta eſt. Sed melius dicendũ eſt, ꝙ Maria fuerit ſine quocunque fomite: eo ꝙ fomes ex natura corrupta & vitiata habet originem. Licet enim naturaliter ante lapſum primi hominis homo eſſet mortalis & paſſibilis, niſi præſeruaretur auxilijs iã dictis, non tamen naturaliter habuiſſet rebellem partem ſenſitiuã rationi, nec pronitatẽ illam ad malũ. Ideo fomes magis ſequitur vitiũ naturę quàm naturã. Ideo ſi in Maria non fuit vitiũ naturæ: ſequitur ꝙ nec ſequela eius. Item Io. 13. Nõ eſt ſeruus maior dño ſuo. Sed futurum erat vt homines naſcerentur de eccleſia incorrupta & ſine fomite; qui tamen ſunt ſerui Chriſti, ergo Chriſtus dominus de matre ſine fomite. Præterea in terra Marię erat pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum. i. omnem ſenſualitatẽ, ergo omnẽ fomitẽ. Præterea, Maria omnibus inclinantibus ad peccatũ caruit, igiť & fomite. Aſſumptum patet, quia quantum terra ſeminanda eſt bono ſemine, tãto præparatione indiget, ſpiniſque & nociuis herbis diligẽtius emundari, ne ſemen perdatur. Sed terra Marię ſeminãda erat ſemine electiſſimo, ideo decuit in ea ſummam præcedere præparationem, vt nullæ, ſpinę. i. cogitationes mundiales, aut vrticæ, id eſt cogitationes carnales in ea viderentur. Hiero. in quadam epiſtola. Vaſa limo plena liquorem puri elementi recipere & continere non poſſunt. Ager ſpinoſus niſi labore cultoris fuerit extirpatus non nutrit in ſe iactatum ſemen ſed ſuffocat. Sic ãius ſolicitudinũ plenus, verbũ nõ poteſt ſuſtinere diuinum, niſi prius ipſarum ſolicitudinũ cũ harumque omnia maculas ſucciderit hæc Hiero. Sic hoc ſit verum de verbo Dei vocaliter in aere prolato multo magis de verbo Dei incarnato.

Quarto hoc idem probari poteſt per Iudęorum teſtimonium. Nam Bonau. refert. 2. ſen. ꝙ Maria ita in corpore ſuo erat ordinata, ꝙ licet eſſet mulierum pulcherrima, vt pote mater ſpecioſi forma præ filijs hominum, oẽs tamẽ qui eã reſpiciebãt ab ardore libidinis refrigerabat. Signum eſt igiť ꝙ fomes ille ſeu concupiſcẽtia qui a natura nobis ineſt, erat ab ea ex Dei dono totaliter ablatus, quãdo etiã in alijs actionẽ eius auferebat. Indè eſt ꝙ myrrhæ comparatur. Eccleſiaſtici. 24. Sicut myrrha electa dedi ſuauitatem odoris: q̃a ſicut myrrha interficit vermes, ſic eius ſanctitas concupiſcentias carnales.

L
Mariæ cõceptio.
Immunitas Mariæ ab originali probatur teſtimonijs & figuris.

Quinto hoc idem figuris demonſtrari poteſt. Figuratur enim primo. 4. Reg. 19. vbi dixit Eſaias: Hæc dicit dominus de rege Aſſyriorũ. Nõ ingredietur vrbẽ hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, protegamque vrbẽ hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Iſta ciuitas regis magni eſt Maria, quam non ingredieť rex Aſſyriorum diabolus per quodcunq; peccatũ. Nec mittet in eã ſagittam peccati quę penetrat animã eius. Hãc ciuitatẽ vt dicit pater protegã propter honorẽ meum, & propter Dauid. i. filium meum; qui quaſi ſeruus meus faciet omnia; ad q̃cunque mittã eum. Huius enim ciuitatis dñs fines poſuit pacẽ & intus & extra. Secunda figura qua figurata eſt per arcã veteris teſtamenti. Anima eius per venam in qua poſitum fuit mãna. Cum igitur vrna illa prius fuit impleta quam in arca poſita, videtur ꝙ anima beatę virginis prius fuit impleta gratia ſaltẽ natura quam corpori vnita. Et ſi dicatur quòd in conceptione virginis nõdum erat anima, ſed multo tẽpore poſtea: cũ iã dictũ ſit ꝙ eius corpus formatum ſit ſicut cęterorũ corpora. Quomodo ergo hoc die celebratur feſtum conceptionis, cum nihil ſanctitatis tunc in ea fuiſſet, & necdum eius anima creata? Reſpondeť ꝙ tripliciter accipi poteſt cõceptio. Vno modo, ꝑ miniſtratione materię prolis cõcipiẽdę q̃ fit in cõmixtione ſeminis maris &. feminę, & hęc hodie facta eſt. Secũdo modo ꝑ cõfiguratione mem-

M
Mariæ cõceptio Tribus modis capi poteſt conceptio.

ne membrorum quam facit vis formatiua ſeminis vt artifex, & hec hodie incepit, licet non fuerit niſi vſque ad certũ tépus completa. Tertio pro infuſione animę in corpus organicum, quando proles ſecũdum ſuã ſpeciẽ perfecta eſt, hæc nõ eſt hodie facta. Quia tamẽ ſemẽ viri eſt infectũ ex maledictione data ei, iuxta illud Gen. 4. Maledicta terra in opere tuo, id eſt ſemẽ in operatione generationis eius, vt vult gloſ. Aug. Et ex infectione illa cauatur qualitas morbida in anima qñ incipit habitare in corpore noſtro. Ideo hodie creditur eſſe preuenta Maria ab illa infectione & cauſa peccati originalis, ita vt cũ creata eſt anima recepta ſit in corpore mũdo. Ideo conuenienter hodie plus quàm alio tẽpore celebratur eius cõceptio, qñ ſcilicet facta eſt ſeminum cõmixtio, & purgatio. Vñ & illo primo modo propriè dicit & vulgariter conceptio. Tertia figura fuit in arca Noę. Sicut.n. in illa omnia animalia fuerũt pacata, vt lupus & agnus, leo & onager, & ſic de alijs, ſic in iſta arca quæ tulit verũ Noæ in aquis diluuij huius ſeculi omnia fuerunt pacata. Cões ſenſualitatis motus, ita vt nihil rebellionis fuerit in ea, & ſi nihil rebellionis, igitur nec originale peccatũ. Inde cõgrue dicit ciuitas quaſi ciuiũ vnitas, quia ibi ſenſualitatis & rationis perfecta cõcordia fuit. Ciues illius ciuitatis fuerũt ſanctæ cogitationes, deuotæ affectiones, feruentia deſideria, quæ oĩa tendebant ad illud vnum q̃ eſt neceſſarium. Luc. 10. Et quia ciues regẽdi ſunt cõſilio, ideo iſti ciues regebant cõſilio ſpiritus ſancti. Ideo in hac ciuitate ſummus imperator magnificè hoſpitatꝰ eſt, iuxta illud. pſ. 73. In pace factus eſt locus eius.

Sexto hoc idem probari poteſt per relationes & miracula. Vnde teſtatur magiſter Henricus de Haſſia quòd lector quidam Paulus nomine negando beatam virginem ſine originali peccato fuiſſe cõceptam: coram toto populo & clero in Cracouia cecidit & expirauit ſermone nondum finito, & hoc recitatur in faſciculo temporum. Quia ſi dixeris in iſtis aſſerendis non eſſe periculum, eo quod de ſanctificatione cõceptionis eius ſcriptura nullam fecerit mentionem. Reſpondetur q̃ multa ſunt reuelata a Deo, quæ tamen in ſcriptura non habentur, & ſunt de pie credendis. Hoc autem ideo potuit eſſe q̃ nihil de huiuſmodi ſanctificatione ſcriptum eſt, vt dicit Thomas de Argẽtina in 3. ſentẽ. diſt. 3. quia nõ debuit Maria deterioris eſſe conditionis quàm Ioãnes baptiſta. Sed ſcriptura tradit Ioannẽ baptiſtam ſanctificatum fuiſſe in materno vtero, iuxta illud Lucę. 1. Replebitur ſpiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ. Ideo ſcripturę non fecerunt mentionem de huiuſmodi ſanctificatione, quia quilibet fidelis hoc pia mente pro certiſſimo debet ſupponere.

Septimò hoc idẽ rationibus perſuaderi poteſt. Primo apud omnes tã philoſophos quàm poetas naturale eſt filium honorare matrem, cum etiam ſit de iure diuino. Hoc autẽ non faceret Chriſtus matri ſuę, ſi eam permitteret in lutũ originalis peccati cadere, cum poſſet eam pręſeruare. Poſſet enim ei tunc dici illud pſ. 7. Exurge in præcepto quod mandaſti, ſcilicet de honore parentum, ergo. Secundo ſic oſtẽdit: quia opus miſerationis in Deo magis fuit quàm opus creationis, iuxta illud pſ. 134. Miſerationes eiꝰ ſuper oĩa opera eius. Igitur cõueniens fuit maiora aut æqualia fieri in opere redemptionis ſicut in opere creationis. Sed in tali opere natura humana creata fuit munda & in gratia nullis meritis præcedentibus: igitur multo magis in merito Chriſti fuit conueniens præſeruare totam humanam naturam in aliqua creatura pure humana: ne talis originale peccatum contraheret. Sed nulla pura creatura fuit a Deo magis dilecta quàm Maria, & in qua voluerit maiora exercere opera, igitur. Si enim vir & fęmina contraxerunt originalem culpam, vel mortalem quæ in poſteros traducta eſt, & hoc in deſtitutione & deformatione humanæ naturę, cõueniens fuit vt in reparatione eiuſdem inueniretur, & vir & fęmina ſine originali peccato. Tertio Chriſtus perfectiſſimè mediauit inter Deum & Mariam, ſed non mediaſſet perfecte, niſi impetraſſet, q̃ Deus nunquam

N Mariæ cõceptio Rationibus probatur Mariam non fuiſſe in originali conceptam.

quam eſſet ei offenſus. Plus .n. eſt placare eum ne ei iraſcatur, quàm poſtquā iratus fuerit, ergo nunquā ei Deus offenſus fuit. Cum igitur Deus per motum interiorem in ipſo nō offendatur, ſed tantummodo propter culpam in ipſa anima exiſtentē, ſequitur ꝙ impetrauerit eā nunquā fuiſſe iniquam, ſed abſque peccato.

O Mariæ conceptio Quare nō ſunt a Maria ablatæ pœnæ peccati originalis.

Et ſi quęratur, Cum Maria fuerit in vtero ſanctificata, vel etiam poſtea (vt credit) a Chriſto baptizata, vel a diſcipulis, quare non fuerunt ablatæ ab ea paſſiones, & pęnę peccati originalis, ſicut & culpa: cum tamen baptiſmus dicatur omnem culpam, & pœnam delere, & idem quæretur de nobis qui baptizati ſumus. Itē cum tales pęnæ infligantur propter originale delictum, ſequitur quod iniuſtæ ſunt Mariæ inflictę quæ illo peccato caruit. Præterea Chriſtus & Adā ſatisfecerunt pro illo peccato; iniuſtum eſt igitur ꝙ pro illo peccato iterum pęnam portemus. Ad hoc reſpondetur primo ſecundū Guil. Pariſien. 3 parte de virtutibus: quòd

Originale peccatum quid ſit.

cum ſecundum aliquos peccatum originale ſit carentia iuſtitiæ originalis cum indignitate habendi eam, vel ſecundum alios fomes cum imputatione ipſius ad culpam, & indignitas illa, vel imputatio ſit quaſi caput principale illius peccati; tamen cauda, id eſt ſequela ſcilicet fomes & pęnę conſequentes inceſſanter nos exagitant, quemadmodum ſerpens capite contrito caudā atque reſiduum corporis agitare non ceſſat. Sic peſtis illa fomitis primos motus moeſt inter excitat, quamuis per aquas baptiſmi caput eius contritum ſit, iuxta illud Pſal. 73. Tu contribulaſti capita draconum in aquis, ſcilicet baptiſmi. Augu. ſuper. 7. ad Romanos. Iacet originale peccatum in eis qui renati ſunt lauacro ſalutari vt deiectum atque peremptum nec reſurget ad priſtinas vires vt regnet & dominetur. Aliquid tamen ſequelæ manet. Sicut videmus, ꝙ ignis extinctus aquæ ſuperinfuſione, aliquid odoris, vel fumi retinet poſt extinctionem: & ſicut reliquiæ febris febre ceſſante manent in artubus ab expedito motu retrahentes. ſic rebellio illa & cęteræ pęnę poſt baptiſmalem extinctionem remanent, licet temperentur & diminuantur, ſecundum Plinium. licet plumbum dealbari poſſit & lauari, nunquā tamē poteſt a ſua immunditia totaliter ablui propter ſuæ materię groſſiciem & impuritatē, quæ argentum viuum immundum, & ſulphur immundum & fętidum. Sic cum ſimus creati ex impura materia, & immūda carnis & ſanguinis: licèt per baptiſmū poſſit ablui ſpiritus impuritas, tamen carnis noſtrę ſcilicet concupiſcentiæ vilitas non poteſt a nobis penitus amoueri, licèt poſſit per baptiſmum tēperari, & quodāmodo diminui. Nā & in pueris (vt vult Guil. Pariſien.) latet extincta lex originalis peccati tāquàm in cineribus. Sed cū ſuperueniunt anni diſcretionis, puta circa annum. 16. vel. 17. tunc ignis ille reaccenditur in iuuentute; ita vt qui bene ſe habuerūt in pueritia propter inflammatam cōcupiſcentiam vix poſſint regi & dirigi.

P Originale peccatum De duplici pæna originalis peccati.

Dicitur ſecundò ꝙ duplices ſunt pęnę originali debitæ: Vna ex parte animæ ſcilicet carentia gratiæ in pręſenti, & glorię in futuro, & hæc totaliter remittitur per batiſmum: quia ſicut per generationem naturalem acquiritur eſſe naturæ: ſic per generationē ſpiritualem eſſe gratiæ, & cōſequēter glorię in futuro. Alia eſt pęna pertinens ad vires inferiores & ad corpus ſcilicet carentia rectitudinis virium inferiorum, & paſſibilitas & mortalitas corporis. Et hæc non tollitur in baptiſmo, quia ſacramenta ſolum reſtituunt id quod eſt neceſſitatis ad ſalutem, & nō id quod eſt dignitatis. Sunt etiā medicamenta ſalutis animę & corporis. Sicut .n. amittēs virginitatem peccādo, per pęnitentię ſacramētū reſtauratur ad gratiā quę eſt neceſſaria ad ſalutē: ſed nō ad id quod dignitatis eſt .ſ. integritatē corporis. Sic in baptiſmo quod eſt neceſſitatis ad ſalutem. ſ. rectitudo voluntatis per gratiam reſtituitur, ſed non immortalitas & cętera quę neceſſitatis nō ſunt. Sicut bigamus de nouo baptizatus non perdit irregularitatem, quāuis reſtituatur ad gratiā. Nec etiā decuit ꝙ plus conferret reparatis quam reparatori, immo minus. Sed reparatorem

oportuit eſſe mortalē, & paſſibilem: qui mortem nondum venerat reparare. Sicut tamen hi defectus ſublati ſunt a Chriſto in ſua reſurrectione, ſic in ſecundo ſuo aduētu in generali omniū reſurrectione ab eodē auferent. Hæc Durā. 2. ſen. diſt. 32. Ex quo patet quàm grauis fuerit primi hominis caſus, quādo oportuit filiū Dei bis in carne deſcēdere ad reparādum diſſipata. In primo ad reparandū animam: quę pars erat principalior, & cuius caſus periculoſior, in ſecundo ad reparandum corpus. Poſſet etiam hic exemplum adduci de fure, & homicida, qui per pęnitentiam reparantur ad gratiam, ſed eorum fama non propter hoc reſtituitur.

Q Originale. Quare pænæ iſtæ remanent poſt baptiſmū.

Dicitur tertio, ꝙ pęnę iſtę remanent in nobis poſt baptiſmum propter multa. Primo: vt vult Gulielmus Pariſien. ad humiliandum nos. Nihil .n. (vt dicit) magis animam humanā humiliat quàm pęnę aſſiduā vilificatio & contumelia, quas a parte carnis patitur: rememorādo illud quo homo comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, vnde Alchuinus ait, ꝙ terra propter hoc nobis germinat vrticas, & venenoſas herbas & ſpinas, vt ante oculos ſemper habeat originale crimen, & ſuæ conditionis miſeriam, ſcilicet quòd propter eum talia nociua creſcant in terra. Augu. tamen dicit ꝙ illa quæ producuntur a terra ad hominis paſtum cum laboribus & pęnis maximis producuntur, vt cognoſcat ſe homo per peccatum non modo brutis æqualē, ſed etiam inferiorem, quando terrā ſponte gignit, & ſine labore vtilia beſtijs, & ſpōte nociua hominibus, & vix cum magno ſudore vtilia: ita vt magis videaẽ terra brutis famulari quàm hoi. Secūdo vt dicit Guil. Pariſ. valēt hæ pęnæ ad incuſſionē terroris & iaculorū mortiferorū tā ex parte corporis in infirmitatibus, quàm ex parte animæ in motibus: quæ omnia nō ſolū minanẽ ſeparationē animæ a corpore, ſed etiā a Deo, imò etiā ille ſcintillæ libidinum minantur, nō ſolum ardorem libidinis in præſenti: ſed etiam ignis æterni in futuro. Ideo etiā dn̄s cōtra hoc peccatum pugnat igne & aqua, igne ſpiritus ſancti, & aqua baptiſmi. Inde eſt, ꝙ pęnę iſtę ad memoriā reducūt quis ſit adiutor in opportunitatibus & in tribulatione, quis ſit etiā illius peccati perſecutor, & cōſequenter aliorum peccatorum maiorum. q. d. ſi ſic punit tā acerbè peccatū originale in oēs hoies, quomodo puniet mortale in quolibet quod maius eſt originali? Tertio valent hæ pænæ ad priorum & ſequentium peccatorum medicinā, & maximè libidinis. Ignis .n. ardorē digiti compeſcit & dolorem. Et ſicut dicit Guil. Pariſ. de ſcorpione medicina fit, cōtra ipſius percuſſuram. Et de bubone lapis extrahitur, qui contra venenum ipſis eſt ſaluberrima medicina. Et de dracone carbunculus nobiliſſimus in fronte exiſtens, de quo non eſt dubium quin valeat contra venenū ipſius. Sic non eſt dubium quin carnis ſtimuli & pęnæ valeant ad extinguendum venenum peccati; & ad infirmorum & infectorum ſanitatem, iuxta illud Roma. 8. De peccato damnauit peccatum. Quartò valent ad eruditionem noſtrā. In. cuius figura ſcribitur Iudicum. 3. Hæ ſunt gentes quas dn̄s dereliquit: vt erudiret in eis Iſraelem, & poſtea diſcerent filij eorum certare cū hoſtibus, & habere conſuetudinē præliādi. Iſte gentes ſunt carnales motus; qui in nobis ſunt ex corruptione naturæ primorum parentū. Roma. 5. Per vnū hominem peccatum intrauit in mundū. In iſtis enim gentibus erudimur in duobus. In ipſis enim agnoſcimus quid ſumus ex nobis. Secundo quid ſumus ex munere Dei. Prima doctrina quaſi prima lectio duas habet partes. Nam ex nobis duo habemus. Primo pronitatem ad malum. Propter quod Apoſtolus dicebat Roma. 7. Scio, ꝙ nō habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum, quia tota inclinatio mea prona eſt ad malum. Secundò difficultatem ad bonum. Roma. 7. Non quod uolo bonū hoc ago, ſed quod odi malum illud facio. Ideo clamabat illud Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ſequitur conſolatoria reſponſio. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dn̄m noſtrū. Secunda doctrina duas etiā habet partes ſecūdum duo quæ

gratia

gratia in nobis operatur. Primum eſt, ꝙ cõſtituit nos ineſſe honeſtatis vitæ. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. Secundo nos inducit ad exercitium bonorum operum. Ideo ſubditur ibidem, Et gratia eius in me vacua non fuit.

Pœnæ tẽporales remanent in nobis vindictiꝰ ad exercitium.

Dicitur quartò ꝙ quamuis Adam ſatisfecerit pro peccato ſuo, & etiã Chriſtus, nihilominus poſt remiſſionem iſtius peccati adhuc manent pœnæ peccati. Hoc deducit Guil. Pariſ. per exemplum. Nam benignus paterfamilias cum filium ſuũ poſtquam conſumpſit diuitias ſibi a patre traditas, reuertentem ad cor & pœnitentem in priſtinam gratiam recepit, & pœnitentiam, & ſatisfactionem eius acceptauit, non imputat ei vllo modo præteritam diſſipationem, veruntamen diuitias non ſtatim ei reſtituit, immo in paupertate detinet ipſum, attendens, ꝙ diuitiæ ſibi fuerũt occaſio diſſipationis luxurioſę, & ita paupertas erit ei ad humiliatione & cuſtodiã. Nemo enim audiret dicere, ꝙ paupertas iſta infligatur in vindictam, etiã ſi ille paterfamilias vſque in milleſimam generatione ſic protraheret. Sic pater miſericordiarum videns corruptionem, quæ in carne eſt, & cęteras pœnas neceſſarias eſſe ad cuſtodiam, & humiliatione filiorum ſuorum, ſeruat eam in eis vſque in vltimam generationem, nõ vt in vindictam, vel plagam, ſed in medicinam ſaluberrimam. Vnde primus homo fuit in diuitijs, & delitijs paradiſi, & ibi ſtultè propter vnum morſum conſumpſit, & diſſipauit hæreditatem ſuam, ideo in valle lachrymarũ, & paupertatis cum filijs ſuis deiectus eſt, & ei collatæ ſunt multæ paupertates, & tribulationes in ſubſidiũ, iuxta illud Pſ. 106. Adiuuit pauperẽ de inopia, & poſuit ſicut oues familias, idest ſicut iumẽta & beſtias terræ. Iſtas quippe miſerias immittendo, & infligendo (vt dicit Guil. Pariſ.) maximè parcit filijs, quia ex ipſis non intendit percutere, ſed ſanare. Adę enim & Euę ſuperbiæ occaſio fuit felicitas, & ſtatus, & ſublimitas, in qua erãt. Ideo ſtatuit Deus pro medicina humiliationem huius miſeriæ, vt contrariã contrarijs curentur. Et hoc eſt, quod dicit Aug. Summa Dei ira eſt cũ dominus hic parcit. Hic enim parcit, vt in æternum non parcat, hic non parcit vt in æternũ parcat. Et ita nõ portãt filij primorum parentũ pœnam in vindictã pro eis illatam, ſed potius in medicinam, quã diſcant non imitari peccata parentũ.

Mors corporalis. Quinque rationes quare mors corporalis nõ auferatur p baptiſmum.

Vnde Guil. Altiſſiod. in 4. parte ſummæ quinque rationes aſſignat, quare, dominus non aufert mortem corporalem, p baptiſmum. Prima eſt, quam diximus, ſcilicet humiliatio, vt per miſeriam humilietur homo, qui per ſuperbiam cecidit. Quã cauſam ponit Iob 6. dicens. Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, idest ſuperbiam meam. Secunda eſt incuſſio terroris, vt homo attendens ſeueritates virgæ domini, a gladio ſibi caueat. i. a pœna inferni, quæ in infinitum crudelior eſt. Virga. n. ſua percuſſit dñs primos parentes, & neceſſitatem addidit moriendi pro primo peccato, qua percuſſione percuſſum eſt totum genus humanum vſque ad finem mundi. Ideo ſequitur in auctoritate Iob allegata. Et terrores domini militant contra me. Tertia cauſa eſt ſtimulatio, vt hominem quaſi inuitum trahat dominus ad ſe. Oſeæ. 11. In funiculis Adæ traham eos in vinculis charitatis. Quarta, vt homo attendens vitæ huius miſeriam conetur quærere meliorem. Vnde primus homo creatus eſt in campo Damaſceno, deinde ductus in paradiſum quaſi in meliorem terram; vt de hac vita miſerabili tranſiremus ad meliorem. Sed inde propter peccatum repulſus eſt, vt cognoſcat homo non naturæ eſſe, vt ſit in paradiſo, ſed ſolius diuinæ gratię. Quinta eſt ne homines magis appeterent baptizari propter vitam corporalem perpetuandam quam propter ſpiritualem.

Dicitur quinto ꝙ mors, fames, & cętera alia mala (dempta carnis rebellione, & concupiſcentia contra ſpiritum) ſunt mala conſequentia conditionem naturę hominis, quę ei inheſiſſent, niſi obſtitiſſet originalis iuſtitia. Ideo quia Maria iuſtitiam originale non habuit, propterea illas afflictiones naturaliter ſuſtinuit. Quia vero rebellio cõtra ſpiritũ ex vitio naturę corru-

ptę

præ procedit, & in ea non fuit natura corrupta, ideo nec fomes, nec concupiſcentia contra ſpiritum in ipſa fuerunt.

Sermo V. de conceptione uirginis, & in ordine XXI. per thema.

A Mariæ cõceptio. In conceptione Mariæ dedicatum eſt templum corporis ſui.

TOta pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Cant. 4. Si verum ſit, quod de Maria canit eccleſia, quòd eſt templum domini, ſacrarium ſpiritus ſancti, eo quòd dominus eam corporaliter, & ſpiritualiter inhabitauit, & ſpiritus ſanctus in ea dominũ Ieſum tanquam in ſacrario induit põtificalibus veſtimentis, ſcilicet humanitatis noſtræ, in qua ſacrificium obtulit in ara crucis. In quo etiam ſacrario poſitę ſunt precioſiſſimę reliquię paradiſi, ſequitur quòd Mariæ ſancta conceptio ſit ipſius templi dedicatio. Tunc enim ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Sed longe aliter dedicauit, quàm faciant pontifices moderni. Primò, quia moderni dedicant, & conſecrant eccleſiam poſtquã fabricata eſt: hic autem ſimul fundauit eamet dedicauit, & ſanctificauit. Secundò, quia conſecrato templo quodam ab aliquo pontifice iuxta ſibi delegatam poteſtatem confertur indulgentia populo, & quanto excellentior, tanto ibi maior indulgentia reperitur. Et quia tota trinitas fuit huius templi conſecratrix, ideo vltra omnium præſulum poteſtatem in ea maximę conferuntur indulgentiæ. Ad hoc ergo templum in ſuæ dedicationis die rei criminis ſicut ad refugium recurremus, & vt indulgentiam ipſam percipiamus, aliquid de noſtro offeramus, cor ſcilicet pium vna cum ſalutatione angelica dicentes Aue [illegible]

IN matutino ſermone tractabimus, quod ſupereſt de labe originali, qua omnes ſordidamur. In ſermone Pomeridiano de pulchritudine Mariæ, & priuilegijs ſanctitatis eius, quib. tota pulchra facta eſt. Mane igitur primo dicemus infirmitates, miſerias, & inconuenientia, quę nobis attulit originale peccatũ. Secundò quomodo traducitur in poſteros. Tertio cum manus, & ora pomum vetitum tractauerunt, quare in membris verendis facta eſt punitio non in illis?

B Originale. Sex infirmitates ex originali peccato procedentes.

Ad primum dicitur ſecundum Ariſt. 1. phyſicorum, quòd vno inconuenienti dato multa contingunt, ſic quod per illud incõueniens, quod accidit primo parenti multa inconuenientia in ſua poſteritate ſecuta ſunt, & infirmitates. Prima fuit error virtutis appetitiuæ, qua bona nobis malè ſapiunt, & mala benè, qua nobis velut filijs Iſrael ſapiunt allia, & pepones Aegypti, & mãna celeſte faſtidimus. Hac enim febre peccati, ita infectum eſt palatũ cordis noſtri, vt omnia nociua dulcia nobis videantur, & ſaluti noſtræ vtilia amara iudicentur, quibus ait pſal. 4. Filij hominũ vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Sunt enim graui corde, qui ſic afficiuntur. Nam põdus animæ eſt amor eius, vt ſi amat terrena, amor trahit deorſum, ſi celeſtia ſurſum. pondus rei valor eius. Ideo cum incomparabiliter ſint meliora æterna temporalibus, & ſpiritualia carnalibus, plus eis ponderant, & plus amanda ſunt. Et ſic cum in ſtatera cordis noſtri temporalia æternis præponderant, doloſa eſt ſtatera noſtra, & mendax. Dicimus communiter cum quis aliquid alio magis æſtimat, quod illud plus alio ponderat. Inde pſal. 61. Vani filij hominum, mendaces filij hominũ in ſtateris, quibus præponderant terrena celeſtibus. pſal. 101. Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio, quæ odit lucem, & diligit tenebras. Sic nos bonum odimus, & diligimus malum. Secunda infirmitas fuit error intellectiuę virtutis, qua bona iudicamus mala & econuerſo, vt patet in delicijs corporalibus, in quibus ducimus dies noſtros, & delicias celeſtes, pro nihilo ducimus, quaſi elongati a ſtellis, ſicut corpora ſtellarum cum incredibilis ſint magnitudinis nobis paruiſſima videntur, immo nonnullis nihil eſſe videtur, vt patet in Galatia, vbi multæ ſtellæ nihil iudicantur. Sicut enim catulus naſcitur cęcus: ſic & nos naſcimur cęci, & ignorantes

C Cor. Quõ cor noſtrum eſt ſtatera doloſa.

eorum, quæ ſaluti noſtrę conueniunt, cognoſcentes ſatis facilè, quæ nobis obſunt. Ideo paucos videmus ad cognitionem diuinorum tendere, ferè omnes ad terrenorum cognitionem, & acquiſitionem. Eſt enim iam contra naturam ſuum depręſſus oculus intellectus noſtri, vt ſemper ad infima reſpiciat, & nunquam ſurſum, iuxta illud pſal. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Tertia infirmitas eſt cōtinuum bellum inter ſenſitiuam, & rationalem partem. Nam ex eo die quo peccauit primus parens, tam mirabiles inſurrexerunt hoſtes, vt eos omnino debellare non poſſimus, quin ſemper inſurgant, licèt eos arcere poſſimus, ne nos compræhendant. Non enim poteſt rex in regno ſuo, ita iuſtitiam exercere, quin in nemore lateant latrunculi, qui tamen eius timore egredi non audent. Pilos carnis radere poſſumus non eradicare. Sic primos motus compeſcere, non ex toto euellere. In viſione Moyſi rubus ardebat, & non comburebatur. Quia etiam ſi in monte perfectionis conſtituatur homo, ita vt igniatur igne diuinô, non tamen cōſumit ignis ille ſpinas; quia motus carnales adhuc permanent. Vnde præceptum eſt Leui. 14. Pilos carnis ſuæ radere, non euellere, ideſt prauos motus carnis abijcere, licèt ſit impoſſibile penitus euellere. Nō ſit ergo homo, quantumcunque ſpiritualis, ſecurus, nec de caſtitate præſumat, nec quinque ſenſuum cuſtodiam paruipendat, quia per eos ingreditur hoſtis. Thren. 4. Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis ꝑ portas Hieruſalem: ideo pſal. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorū, ideſt rationi, & voluntati, quæ ſunt vires animæ fortiores. Hæ enim concupiſcentiæ, & motus earum refricatio & memoria vſque ad medullam cordis, & oſſium penetrant. Vix enim dediſcitur conſuetudo, & delectatio peccati. Inde eſt, ꝙ conſuetudo Aegyptiaca ſęculorum, & cultuum, per quadraginta annos vix potuit obliuiſci. Frenanda propterea eſt iſta caro. Iturus in pręlium, in quo omnino nō frenatō facilè capitur. Si bellum infra vnum regnum periculoſum eſt, & magis infra ciuitatem, & magis adhuc infra domum, intolerabile videtur eſſe bellum, quod infra hominem ortum eſt, quando ipſemet aduerſus ſe conſurgit. Nec mirum, vt qui bellum egit contra dominum ſuum, in ſe ſentiat rebellionem, & qui noluit dominum ſuperiorem in parua re cognoſcere, ſaltem confuſus, & ignominia plenus, ipſum quærat, & cognoſcat, iuxta illud pſal. Imple facies eorum ignominia, & quærēt nomen tuum domine. Qui enim volunt reos ignominiosè tractare, ſolent mala excogitare ad eorum confuſionem, vt non ſtatim moriantur, ſed in dolore viuant. Inter quæ primum eſt, vt vbi quis nobilius gloriatus eſt, ibi ignobilius tractetur. Et ſi in propria domo prius delicijs abundauit, & in illa & de illa gloriatus eſt, in illa ligetur, & captiuetꝰ, & ſiat ei carcer. Quod factum eſt in primo parēte. Caro propria, quæ erat ei domus glorioſa, ipſi in carcerem conuerſa eſt. vnde Heſter. 4. De ipſa domo Aman lignum ſublatum eſt, quo ſuſpenſus eſt. Carcer iſte tenebroſus eſt, quantum ad caliginem rationis, & lutoſus propter corruptionem affectionis, vt iam ſatis dictum eſt, in duabus primis infirmitatibus. Secundum eſt, ꝙ in tanta angaria conſtituitur angariatus, ꝙ cogitur proprium carcerem reparare ſumptibus ſuis, & proprium carcerarium paſcere. Eccleſiaſtici 29. Paſcet & potabit ingratos. Tertium eſt, ꝙ in ipſo carcere compeditur compedibus infirmitatis, de quibus viuens expediri non poteſt, quæ ſunt ſitis, fames, calor, frigus, &c. Pſ. Humiliauerūt in compedibus pedes eius, ideſt affectiones. Thren. 3. Circum ædificauit me, vt non egrediar; aggrauauit compedem meum; ita ꝙ ad bene operandum exire non valeo. Aggrauantur compedes, quando voluptas corruptionis, vel corruptioni pęnæ corruptio culpę additur. Quartum eſt, ꝙ in ipſo carcere beſtijs traditur ad deuorādum, ideſt beſtialibus motibus. Quod ſignificatum eſt in Daniele, qui miſſus eſt in lacum leonum, ſed non tetigerūt eum, quia aduerſus iuſtum incluſum in carcere carnis non præualent beſtiales tentationes.

D Senſus. Primos motus reprimere poſſum', & nō omnino extinguere.

E Carcer. Quā miſerabiliter incarceratur anima in corpore ſuo.

nes. Iob 5. Beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi, & ſcies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Heb. 11. Obturauerũt ora leonum. Non ſunt tamen quantuncunque iuſti ſecuri, quamdiu ſunt cum beſtijs, ſicut nec ſecurus dormiret, qui inter leones vel ſerpentes habitaret. Quod ſentiẽs clamabat Dauid. Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Richardus de ſancto Victore libro de contemplatione. Ex fonte originalis peccati modo ſordida titillatione caro inflãmatur; modo fœda cogitatione animus fordidatur. Et hęc duo, ſcilicet titillatio carnis, & cogitatio cordis, figurãtur in illis duabus catenis Petri, quibus vinctus ſtringebatur vt ſurgere non valeret, donec ruptis vinculis diceret ei Angelus magni conſilij, id eſt gratia, ſurge velociter, hæc Richar.

Quintum eſt, quòd in ipſo carcere ad maiorem pęnam cuſtoditur, ſicut quãdo rex cępit maleficium, præcipit eum ſeruari in cuſtodia carcerali, donec iudicauerit quid agendum, & quandoque educitur ad patibulum, quandoque de miſericordia educitur ad liberationem. Quod ſignificatur in pincerna, & piſtore Pharaonis, quorum alter ad patibulum ductus eſt, alter ad regis obſequium. Sed Ioſeph cum illis erat innocens, ſcilicet Chriſtus in carcere corporis noſtri ſolus ſine culpa circundatus infirmitate noſtra, & cum eo Maria virgo ex priuilegio. Quarta infirmitas eſt incuruatio ad ea, quæ infra nos ſunt, & declinatio ab his, quæ ſupra nos ſunt. Pſ. 37. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Adeo enim inclinati ſumus ad ea quæ carnis, & mundi ſunt, vt pęnæ aliud non cogitemus. Inde videmus, quam difficile calefactibiles ſumus calore ſpiritualis amoris, & cœleſtium deſideriorum, & quam facile ardeamus ecõtrarijs. Nec mirum, quia ex concupiſcentia naſcimur omnes, & ita (vt videtur) mater noſtra eſt, & cum illa ſit aut debeat eſſe ancilla, naſcimur ſerui omnes; quia partus ſequitur ventrem, & per conſequens non liberi, ſed ad inferiora depreſſi. A quo tamen excipitur Dominus ſine concupiſcentia natus, & Maria ex priuilegio. Quinta infirmitas paralyſis eſt, quæ eſt corporis morbus, cum non habeat anima poteſtatem mouendi membra corporis. Et ſic vbi nõ poteſt anima habere poteſtatem mouendi membra ſpiritualia, videtur eſſe paralyſis ſpiritualis. Quod manifeſtum eſt in nobis, quia non amamus Deum quantum volumus, vel cum volumus, vel prout volumus, immo videtur quòd ipſam corpus totum regat & dirigat. Quod enim corruptum eſt in parte, tendit ad corruptionẽ totius, vt patet in piſce, & pomo. Sic corpus, quod corrũpitur aggrauat animam, & propter hoc iſtud peccatum dicitur peccatum naturæ. Communiter dicunt homines peccaſſe naturam quando gignit homines ſex digitos habentes in pedibus, vel manibus, aut gibboſos, aut alijs deformitatibus monſtruoſos. Sic iſtud dicitur naturę peccatum, quia gignit incuruatos quos debuit gignere rectos, & beſtiales, quos debuit gignere natura ſpirituales. Licet. n. homo ex parte corporis proximior ſit terræ, quàm cęlo, ex parte tamen animæ quodammodo cęleſtis eſt, & cęlo proximior, ad quod tendere debet. Eſt enim homo magis cœleſtis, quàm terrenus, quia ab illo magis denominatur res quod eſt in ipſo optimum & fortiſſimum. Anima autẽ fortior eſt corpore, quod propter ipſam creatum eſt.

Ex concupiſcentia omnes orimur.

Sexta infirmitas eſt paupertas & inopia in quam decidit. Alienauit enim primus parens a ſe gratiam, & precio peccati ſeipſum vẽdidit & omnem poſteritatem ſuã. Et hoc ideo, quia cuius eſt labor, eius eſt fructus. Cum ergo tota poſteritas Adæ, fructus eſſet velut arboris, eo vendito tota poſteritas eius vendita eſt, & alienata a bono, quod deplorabat apoſtolus ad Romanos. 7. Ego (inquit) carnalis homo venundatus ſum ſub peccato, id eſt precio malæ voluntatis Adæ ſubditus peccato, id eſt concupiſcentiæ ex qua oriuntur omnia peccata. Quicquid enim peccatorum eſt in dictis, factis, & cogitationibus, a mala concupiſcentia eſt. Ideo miſerabiliter venundatus homo clamat ad refugium Dei dicens. Vendidiſti populum tuum ſine precio, ſcilicet Adam, & Eua, & non

fuit

fuit multitudo in commutationibus eorum, quia illi duo ſoli omne genus humanum vendiderunt. Et quia hæc duplex cāſalę venditionis aſſignatur, ſcilicet defectus iuſti precij vltra medietatē, & ꝙ hoc ſine conſilio actum eſt, ideo dum non erat qui redimeret, vt alienatam hæreditatem reuocaret, & repararet, noſtram humanitatem aſſumpſit dominus, vt frater noſter & propinquus iure propinquitatis eam ſibi vendicaret, qui factus eſt in animam viuētem, ſicut nos in mortuam. Et ita plenus erat homo miſerijs, vt diceret Iob 9. c. factus ſum mihimetipſi grauis, ideſt meipſum portare non poſſum.

F Secundo quærebatur vtrum originale peccatum a parentibus traducatur in poſteros? Et videtur ꝙ non, argumento Iuliani hæretici, quia nuptiæ ſunt honorabiles & bonæ, ergo nihil ex eis coitur, & generatur mali. Item parentes per baptiſmum mundati ſunt ab originali peccato, quomodo igitur per ipſos traducitur in poſteros? Ad hoc reſpondetur. Prima propoſitio, ſecundum Alexandum de Hall. 1. par. ex patre & matre non peccatoribus, naſcitur puer peccator. Probat hoc a ſimili. Nā de grano ſeminato puro oritur granum cum palea; & de aciuis verarum arborum naſcuntur ſylueſtres, & acerbæ arbores in fructu. Item Aug. ex circuncisis generatur præputiatus. Poſt tamen ablationem peccati originalis, nunquam vltra reuertitur, ſicut nec præputium, aut palea poſt ablationem redit. Secunda propoſitio. Dato ꝙ nuptiæ ſint bonæ, non tamen ſequitur quin ex eis aliquid mali, per accidens oriatur, ſicut nec ſequitur, ꝙ quamuis Angeli ſint boni, ꝙ nihil ex eis oriatur mali, & ſi granum ſit purum, ꝙ nihil ex eo oriatur paleæ. Vnde Aug. de nuptijs, & concupiſcentijs lib. 1. Nuptiarū bonum malo originali non poteſt accuſari, ſicut adulterorum, & fornicatorum malum bono naturali, quod inde trahitur non poteſt excuſari. Sicut enim peccatum ſiue hinc, ſiue inde trahatur a paruulis opus eſt diaboli, ſic homo ſiue hinc, ſiue inde naſcatur opus eſt Dei. Hæc Auguſtinus.

Originale. Quō originale a parentibus traducitur in poſteros.

Tertia propoſitio. A parentibus per concupiſcentiam, & emiſſionem ſeminis traducitur originale in poſteros, non propter eorum peccata particularia, ſed propter tranſgreſſionem primam. Probat Alexander de Hali parte 2. Nam cum propter peccatum Giezi dictum ſit. Lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo vſque in ſempiternum, ergo propter peccatum Adæ quod fuit multo maius non eſt mirabile ſi lepra infectionis eius adhęſit ſibi & ſemini ſuo vſque in ſeculum. Et ſi quæratur a quo cauſatur iſta infectio originalis peccati, videtur quòd non a corpore, quia lux corporalis attingens ſordes corporales propter ſui mundiciam nullam contrahit fœditatem, igitur, cum anima rationalis incomparabiliter ſimplicior ſit & purior luce corporali, & quæ immediatè a Deo producta eſt, iuxta illud pſalmus. Qui finxit ſigillatim corda eorum, ſequitur quòd per contactum corporalem nullam contrahit maculam. Ad hoc dicitur ſecundum Duran. 2. diſtinct. 31. q. 1. quòd modus traductionis originalis eſt iſte. Cum enim natura nihil agat vltra ſpeciem ſuam, deficiens a dono, quod ei gratis impenſum erat, non poteſt alteri communicare donum quo caret, & quod ſupra naturam ei collatum fuerat, ſed ſolum communicat quod ad naturam pertinet corruptam, & infectam cum carentia doni ſupernaturaliter toti naturæ collati, ſcilicet rebellionem, & concupiſcentiam malam. Vnde Aug. contra Pelagianos & Cęleſtinos. Qualis terrenus, tales & terreni, & hoc non niſi per ſeminis ſparſionem. Semen. n. vitiarum erat & maledictum ab initio, q. a. maledicta terra in opere tuo. i. in opere generationis ſemen. Hæc Auguſti. ꝙ autem hoc potuerit ex carne vel ſemine traduci, varijs ſimilitudinibus oſtendit Guil. Pariſien. lib. de virtutibus. par. 3. Primò, quia a diuitijs, quæ tam longæ ſunt ab animabus noſtris peruenit ad eas corruptio auaritiæ, & ſuperbiæ, quanto fortius ab ipſis corporibus paſſiones quales inferre poſſunt corpora eiſdem adhærebūt? Secūdò dicit Galenus in lib. de elemētis, vt allegat doctor iſte, ꝙ phlegmatica

tica complexio nullam animæ virtutem iuuat, ita vt eam brutalem faciat, quare hoc non faciet corpulentia noſtra propinquior, vt obtenebret animam a cognitione & rectitudine ſua. Dixit etiam alibi, ꝙ mala complexio ſtimulat animam, & hoc manifeſtū eſt ad ſenſum. Videmus enim cholericos iracundos & impatientes, melancholicos triſtes; ſanguineos ad gaudiū, riſus, & vanitates leues. Si ergo creditur medicis, manifeſtum eſt corpora humana per malas complexiones ſuas, & alias diſpoſitiones innumerabiles animas humanas obtenebrare & interficere; quanto magis per naturā ſuā, quæ interior eſt corpori, quàm ſua complexio? Manifeſtum eſt etiam illud ex ſeparatione corporū, ſicut apparet in eſtaſi, vel raptu aīas cōfortari, & dirigi, & eas poſſe, quæ non poſſunt in coniunctione cōtrariā, & manifeſtum eſt eas debilitari & incuruari ex coniunctione corporum. Hæc Guil. Nec eſt intelligendum, quòd peccatum patris, vel matris tranſeat in filios, ſed ſolum ſimile cauſatur. Vnde Auguſt. Tranſeunt, quæ ſunt in aliquo ſicut in ſubiecto, ſed afficiendo non emigrando, velut Ethiopes, qui quia nigri ſunt, nigros gignunt non ſuum colorem transferentes, ſed ſui corporis qualitate corpus, quod de illis gignitur afficientes. Et ſtatim ſequitur. Colores virgarum quas variauit Iacob afficiendo tranſierūt in animas pecorum matrum, atque inde eadem affectione tranſeundo apparuerunt in corpora filiorum. Tale vero aliquid in fœtibus humanis poſſe cōtingere. Solinus medicinæ auctor ſcribit, & exemplo confirmat. Dionyſium enim narrat eo quòd ipſe deformis eſſet, nec tales filios habere vellet, vxori ſuæ in concubitu formoſam ſolere picturam proponere: cuius pulchritudinem concupiſcendo quodammodò raperet, & in prolem quam concipiebat afficiendo tranſmitteret. Hæc Auguſt. Ex quibus manifeſtè apparet exteriora agere in animam, & poſſe tranſmutare fœtus interiores; quāto magis ea quæ ſunt in corpore animæ coniuncto. Nec eſt ſimile de luce corporali, vt vult Alexander de Hall. Nam lux corporalis cum re fœda quam contingit non ita coniungitur, vt ex illis duobus fiat vnum ſecundum ſubſtantiam, quorum alterum ex altero inficiatur. Ex quo patet quòd iſtud peccatum neceſſario contrahitur, cum infunditur anima. Vnde propter hoc appellatur hoc vitiū multis nominibus. Vocatur enim vitium naturæ, quia totam naturam ex ſemine Adæ modo naturali procedentem (niſi ex ſpeciali priuilegio) vitiat, & inficit. Secundò vocatur peccatum originale, quia in origine cuiuſlibet hoc vitiū primū eſt, & ſimul oriente natura oritur. Tertiò vocatur peccatū hǣditariū, qa cū hǣditate patris noſtri Adam tanquā hypotheca poſſidetur, & ſemper ipſum poſſidemus, & ſi non culpa, tamen pœnam & ſequelas eius. Quartò vocatur peccatum neceſſarium, quia neceſſitate non voluntate trahitur. Inde orabat Dauid. pſal. 24. De neceſſitatibus meis erue me, id eſt de peccato, & peccati ſequelis neceſſario contractis. Propter quod gratias agebat ſperans de ereptione per Chriſtum, cum dixit. pſal. 30. Saluaſti de neceſſitatibus animā meam. Vulgo dici ſolet, Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Adam vero adhuc exiſtens noua teſta humanæ naturæ infectus eſt. Non eſt ergo mirum ſi inueterati & induti pellem eſt veterem ipſius Adæ illam ſentiant infectionem.

G Originale Quō iſtud vitiū multis nominibus nominatur.

Tertio quærebatur cum manus, & ora pomum vetitum contrectauerint, quare vindicatum eſt in membris verendis, cum tamen pars illa ad hoc nihil videatur egiſſe? Reſpondet ad hoc Guil. Pariſ. Primò quòd vis guſtabilis, & eius vſus ad conſeruationem vitæ reſeruatus eſt. Et propter hoc vſus eius moderatus nō habet culpā; igitur nec pœnam. Vſus vero virtutis generatiuæ non habet illam neceſſitatem. Propter hoc vſus eius totus a primo motu vſque ad vltimum culpabilis eſt, niſi matrimonij ſacramento excuſetur. Ideo potius in illa parte vindicatum eſt, quia minime licet vti quàm in illa, quæ neceſſaria eſt. Secundò dicit Guil. Pariſien. ꝙ magis in partem generatiuam vindicatū eſt, vt iuſtitia Dei euidés fieret, & illi peccato retributio congruentiſſima, vt videlicet

H Originale. Quare vindicatum in tactu, guſtu, & viſu ſicut in membris generationis.

licet

licet per mulierem torqueatur ſecundum vim generatiuã, qui per mulierem peccauit, & ab ea patiatur ardores concupiſcentiarum acerrimos, quam neglecto Dei mãdato noluit contriſtare. Similiter & ab ea præmatur hac ſeruitute turpiſſima, cui regendo, ac corrigendo noluit ab initio ſanctiſſimè dominari, & vt eam ſequatur, & poſt eam abeat turpiſſima vrgente concupiſcentia, quam poſt ſe trahere ad Deum debuit, & a ſuggeſtione retrahere ſerpentina. Secundam rationem aſſignat, vt per generationem peccatum iſtud traxiſſe a primis parentibus reminiſcentes, recognoſcamus nos filios iræ eſſe natos, & recognoſcendo gratiam redemptionis, & regenerationis ſemper illud in corde habeamus. Vnde Hugo de ſancto Victore lib. de ſapientia, parte 8. c. vlti. Quia in hoc membro, per quod humana propagatio tranſit ſignum inobedientiæ poſitum eſt, cunctis per illud tranſeuntibus manifeſtè oſtenſum eſt, quoniam cum culpa inobedientiæ generantur. Hi enim in hoc ipſo titulo, qui in portis inſcriptus eſt, per quas tranſeunt, agnoſcunt, vnde quia veniant, aut quo vadant. Aliam tamen ſolutionem dat Guil. Pariſien. quòd etiam omnes aliæ vires infectæ ſunt, & punitæ. Nam vis guſtabilis ſic punita eſt; vt ſecundum illam homo famę, & ſiti crucietur, vis tactiua frigido & calido, & cæteris qualitatibus & infirmitatibus, vis odoratus fętiditate continuè deſcẽdente a cerebro per nares. Similiter prurigio vitiũ eſt in auribus dicente apoſtolo 2. Timo. 4. Coaceruabunt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus, ideſt ſcalpentes. Eſt enim pruritus in auribus ſepiſſimè proueniens (vt dicit Guil.) ex illa lepra originalis peccati. Similiter in oculis concupiſcentia, propter quos crebro nominatur cõcupiſcentia oculorum. 2. Pet. 2. Habentes oculos plenos adulteriis, & inſanabilis delicti, ideſt originalis. Vnde Auguſt. Non dicatis vos habere animos pudicos, cum oculos habeatis impudicos. Impudicus enim oculus impudici cordis eſt nontius. Hinc de hac oculorum concupiſcentia recitat liber de oculo morali, ꝙ fuit quæſtio mota in menſa cuiuſdam prælati, cuius erat concupiſcentia ſumptuoſior, an oculorum, an ventris? Reſponſum fuit ab omnibus ꝙ ventris, iuxta illud Eccleſiaſtici 16. Omnis labor hominis in ore eius. Sed quidam philoſophus præſens ſuper hoc interrogatus. Scio (inquit) ꝙ oculi plus conſtant, quàm membrũ quodcunque aliud corporis, quia ſex ſunt, quæ diuitibus ſumptus nimios afferunt, ſcilicet preciolitas veſtium, equorum, ædificiorum, liberorum, cibariorum, vaſorum aureorum, & argenteorum. Superfluitas autem omnium iſtorum ad nihil aliud inuẽta eſt, niſi ad paſcendum proprios oculos, & quod mirabilius eſt alienos. Vnde Seneca. Non fames magis nobis, ſed ambitio conſtat. Et idem libro de moribus. Iã non ſunt homines ad rapinam dentibus, & ventre contenti: oculis quoque guloſi ſunt. Ita enim bene veſtiretur homo veſte de ſcarleto Aruerniæ, ſicut de ſcarleto ſancti Marcelli, niſi eſſet paſtus oculorum, & ita contenti eſſent paruis ædibus ſicut magnis, & aſinis ſicut mulis, niſi eſſet paſtura oculorum. Ad hoc recitat Helinandus exemplum de Guilielmo rege Angliæ filio Guilielmi regis, & ducis Northmannorum, qui dum veſtiret caligas nouas, & ipſi de precio earum petenti reſponſum eſſet, ꝙ quindecim ſolidos conſtitiſſent. Reſpondit dicenti ſibi iratus. Fili mulieris vltro rapientis virum, cur non emiſti de vna marca argenti. Iſte parui valoris, nõ ſunt digne regia maieſtate. Quo dicto ſequenti die allatæ ſunt ſibi caligæ paris precij, ſcilicet quindecim ſolidorum, cui cum diceretur, ꝙ eſſent precij vnius marce argenti. Reſpondit, tales caligæ decent regem. Et ſic indifferenter calciabat, & veſtiebat veſtimenta, dummodo dicerentur eſſe magni precij. Talis enim magis oculis delectabatur in precio. Ex his patet ꝙ nihil corporis fuit, quod non maculauerit lepra originalis peccati, maximè tamen membra generationis, quod patet ex indecentibus motibus, qui velimus nolimus nobis accidunt. Secundo ex hoc, ꝙ primi parentes poſt morſum vetitum cucurrerunt ad folia ficus ad coöperienda pudibunda ſua, quæ tunc quandam rebellionem

r Concupiſcentia. Q̃o viſus inter omnes ſẽſus eſt sũptuoſior.

nem inſerebant. Erant enim prius veſtiti pulchritudine ſua,ſicut ſol,vel liliū ſua luce,vel formoſitate. Tunc vero in ſignum furti probroſa veſtimenta acceperunt. Ideo qui de veſtimentis in ſuperbiam attolluntur, idem eſt ac ſi fur de aduſtione cauterij ſibi facta propter furtū glorietur. Eccleſiaſtici 11. In ueſtitu ne glorieris vnquam. Vtilior enim eſt in conflictu lorica ferrea, quàm ſtola linea vel veſtis purpurea,licet oneri ſit illa,hæc honori.

Sermo XXII. in ordine, & VI. de cōceptione per thema immediate præcedens.

A Maria. Quo loqui poſſimus de pulchritudine Mariæ.

SI nos velimus loqui de tota pulchra,& ſanctificata, oportet nos a nobiſipſis omne peccatum expellere; quia Eccleſiaſtici 15. Nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sed timendū eſt, ne ſimiles ſimus cornici, quæ ſe ſæpe balneat, nec propter hoc albior efficitur. Sic ad Dei verbum audiendum plures concurrunt, quod eo prædicatur, vt anima a ſordibus peccatorum lauetur,& fiat placens Deo;ſed recedunt ita nigri ſicut ante, & aſſimilantur his de quibus dicit Ariſtoteles, ꝙ audiūt diligenter medicos, ſed nihil inde conſilij eorum faciunt. Nos autem non ſic,ſed cū pſal. 68. dicemus Deo. In multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam, ideſt ibo ad domum tuam, ſcilicet Mariā in multitudine miſericordiæ ſuæ, & vt ea mediante lauer a peccatis meis, dicatque noſtrum quilibet. Domine dilexi decorē domus tuæ, ideſt audire loqui de decore, puritate,& pulchritudine domus tuę. Nō ſicut illi, qui inquinant ſacrarium ſpiritus ſancti dicentes eam eſſe in originali conceptam, & locū habitationis gloriæ tuæ, id eſt filij tui,qui eſt gloria tua. Prouerb. 10. Gloria patris filius ſapiens. Ideo ſequitur. Non perdas cum impijs Deus animā meam, qui ſcilicet mentiūtur eam eſſe in originali conceptam. Vt ergo poſſimus aliquid dicere paupores ſenſu & intellectu, ad hoſpitale Dei recurramus,vt ibi nobis de alimento prouideatur,ad virginem,ſcilicet Mariam dicentes Aue.

B Maria. Quare ſit ſeruitiū de beata Maria quotidie, non de alijs ſanctis.

SEd quæri poſſet,quare quotidiè fit ſeruitium de beata virgine & non dē cęteris ſanctis, cum tamen in vita ſua non legatur feciſſe aliquod miraculum ſicut fecerunt ſancti ad noſtrum adiutorium. Cum etiam cęteri ſancti ſint ſicut & illa adiutores noſtri?

Reſponſio quòd multiplex poteſt aſſignari cauſa. Prima eſt, quia ab ea quotidie cognoſcimus habere panem noſtrum quotidianum dominum Ieſum, quē ſecūcum eccleſiæ repræſentationem in imaginibus tenet in manibus,vt nobis eum miniſtret. Non ſic habemus ab alijs ſanctis. Ideo quia quotidie eſurimus, & illo pane indigemus;ad eam quotidie recurrimus, gratiarum actiones pro alimento reddendo,ſeruitium proprium de ea,non de alijs agendo. Secundam rationem tangit Bonauen. 3. ſen. diſt 3. in expoſitione textus dicens ꝙ hoc procedit ex fidelium deuotione. Nam ſpiritusſanctus inhabitans fidelium corda deuotionem ipſorum magis erga eam inflāmat, quàm erga alios ſanctos. Quod multipliciter patet. Primo ex multiplicibus eccleſijs in eius memoriā conſecratis. Per vniuerſalem eccleſiam de nullo ſancto,vel ſancta tot inueniūtur eccleſiæ fundatæ ſicut de beata virgine, nec ita bene dotatæ optimis præbendis. In ſignum,quòd eſt mediatrix ad intercedendum pro præbendis paradiſi. Fundatores enim eccleſiarum ita dotauerunt eas, vt pro huiuſmodi darentur præbendæ paradiſi, iuxta illud Chriſti. Date & dabitur vobis. Secundum ſignum eſt multitudo peregrinationum, quæ quotidie fiunt ob eius reuerentiam. 2. Machab. 1. Et tempus affuit,ꝙ ſol refulſit, qui prius erat in nubilo accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Sol iſte Maria eſt, qui quamdiu fuit in via fuit quaſi ſub quodā nubilo, quia nec legitur tunc miraculis claruiſſe. Sed ex quo a filio ſuo clarificata eſt poſt aſſumptionem ſuam, feruor in eā deuotionis eſt accenſus,ita vt ſub feruorē iſto ſicut ad ignem perdices pingues, capiuntur pingues oblationes. Tertium ſignum

gnum eſt ex multitudine ſolēnitatū quæ fiunt in eius memoriam plus quàm de quibuſcūque alijs ſanctis. Quinque enim ſolēnitates eius communiter recipit eccleſia,licèt nuper non niſi quatuor. Hanc enim plus quàm per ducentos annos non recepit eccleſia. In quo notari debet ꝙ non ſunt faciliter recipiendæ aliæ ſolennitates,quia propter tales antiquę minus habentur in reuerentia. Scriptū eſt enim Leuitic.26.Nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis.Nec tñ iſtas nouas adinuentiones reprobo aut approbo.Non enim ſatis eſt laudabilis quæ laudabilis eſt nimis, per quam quicquid boni habemus poſſidemus.Ideo videns mater eccleſia ꝙ multum ei debemus non ſatis fuit de ea celebrare quatuor feſtiuitates, niſi & ſuperaddat quintam,ſcilicet hodiernam. Nimiū enim pauperes ſumus, & vix ad quatuor terminos de cenſu ſibi debito ſatisfacere poſſumus.Eſt enim eius natiuitas pro tēpore autumni,eius purificatio pro hyemali,eius annuntiatio pro verno tempore,aſſumptio pro æſtiuo.Ideo quintum terminum ſuper addidit in hyeme ad ſoluendū quod ſupereſt pro poſſibilitate noſtra. Tertia ratio poteſt ſupperaddi quæ hiſtorialis eſt. Nam Tartari inuaſerunt terras Chriſtianorum,maximè Poloniam,Vngariam,Ruteniam,& vicinas regiones in tāta multitudine vt cū vno die occiſi eſſent eorum triginta milia:ſequenti die apparebant bellaturi quadraginta vel quinquaginta milia. Ideo eccleſia apud Clarummontem congregata in generali ſynodo decreuit, vt ſingulis diebus diceretur ſeruitium beatæ virginis Mariæ, vt ſtragem illam, & cladem bellorum pacificare dignaretur, quod & fecit. Nam Tartaris inter ſe diuiſis ad ſua loca ſtatim remeauerunt.Sic ergo propter adiutoriū impenſum eccleſiæ,eccleſia ſeruitium quotidianum in eius decorem celebrat. De qua ipſa canit.Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Quinque Virginis ſolēnitates.

C Cōceptio. Conceptio inſtituta eſt tanquā quintus terminus ad debitum honoris Mariæ perſoluendum.

D Maria. Maria fuit ſummè pulchra in corpore.

In hoc autē ſermone dicemus de pulchritudine Mariæ intus & extra iuxta thema propoſitum, extra in corpore, intus in anima.Sit igitur prima propoſitio. Maria inter omnes mulieres fuit corpore pulcherrima.Patet Canticor.4.Quo abij dilectus tuus o pulcherrima mulierum. Secundò hoc ratione patet, quia Deuteronomij.32. Dei perfecta ſunt opera. Sed Deus principaliter fundauit corpus, iuxta illud Pſalm.86.Homo natus eſt in ea, & ipſe, ſcilicet qui natus eſt fundauit eam altiſſimus. Congruum igitur erat vt formoſiſſimum opus faceret. Secundò quia filius aſſimilatur patri vel matri, Chriſtus autem matrem habuit in terris non patrem igitur debebat aſſimilari, ſed ipſe fuit ſpecioſus forma præ filijs hominum, igitur & illa ſpecioſa præ filiabus hominum. Tertiò quia virtutes eius ex huiuſmodi erant hominibus acceptabiliores. Poeta.Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus. Et Ariſto. Ethico.1. Non omnino felix eſt qui ſpecie turpiſſimus eſt,maxime ergo felix mulier fuit corpore pulcherrima. Et ſi dicatur quòd talis pulchritudo eſt vana, & periculoſa, quia Prouer. vlti.Fallax gratia,& vana eſt pulchritudo, non ergo debuit eſſe ſpecioſa. Reſpondetur quòd ſicut de Iudith dicitur Iudith.10. Omnis hæc pulchritudo non ex libidine, ſed ex virtute pendebat. Et ꝙ ita ſit huic pulchritudini adiuncta eſt virtus mirabilis,vt etiam teſtimonio Iudęorum omnes eam videntes quantacunque libidine inflammarentur ſtatim infrigidabātur,ceſſabatque libido, nec vnquam ab aliquo malè dicitur concupita.Taliter enim fuit hęc pulchritudo compenſata,& talis temperantiæ & harmonię naturalis,ꝙ nō cōmouebat aſpiciētes ad diſſolutā delectationē, ſed potius ad caſtitatē,& deuotionē,vt dictū eſt prius ex Bonauentura,quòd autē congruū fuerit vt ei donaret Deus talem qualitatem probari poteſt multipliciter. Primo quia multum vellet amator feruens & zelotypus ꝙ nemo cōcupiſceret amicam ſuam, ſed Chriſtus fuit zelotes. Exo.20. Ego dominus zelotes,& amator Mariæ iuxta illud pſ.44.Et concupiſcet rex decorē tuū. Probabile igitur eſt ꝙ dederit ei Deus talē prærogatiuā. Secundò ad illud arguit

E Maria Mariæ pulchritudo in aſpicientibus eam omnem libidinem auferebat probatur multipliciter.

de Gerſonno, quia ſecundum Ariſto. natura ita phyſionomiam principum virtuoſorum diſpoſuit, ꝙ aſpicientes ſe commouet ad tremorem & reuerentiam, vt experientia docet, ſicut & leonis reſpectus terribilis eſt, ergo ſimiliter congruum eſt, ꝙ Maria habuerit faciem commouentem ad caſtitatem & tẽperantiam. Vnde & phyſionomia Chriſti talis erat ꝙ in ea relucebat exemplar omnium virtutum. Malis apparebat terribilis, & auctoritate plena, ita vt commoueret ad bonum tremorem, ut apparuit in die ramiſpalmarũ, qñ a tẽplo eiecit maximam vendentium multitudinem. Nam ſecundum Hiero. ex eius facie videbatur fulgor exire terrens eos. Sic & eodem tempore filij Iſraël cũ adorauerunt tanquam eorum regem. Sic etiam quando apparuit quaſi furioſus propter feruorem maximum quem habebat in ſeruando ſui patris honorem inter Iudęos qui eum blaſphemabant. Et ibi maximè inuehit in eos qui patienter audiunt iniurias Dei, aut eas dicere permittunt, quaſi non curando, & ſuas iniurias & ſeruorum ſuorum acriter vindicare voluit. Bonis autem phyſionomia Chriſti videbatur placens, & amica, & ad hoc inuitabat eos dicens Matthei. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Sic & dicere poſſumus phyſionomiam Mariæ commouere ad omnem caſtitatem, omnem lubricam cogitationem extinguendo. Tertiò legimus Exodi. 34. quando Moyſes locutus eſt Deo, quòd facies ſua reſplendebat, multum quidem, & ſanctum timorem in aſpicientibus generans. Quare igitur facies Mariæ non poterat generare talem ſanctum timorem, contra turpem cogitationem; cui non ſolum Deus aſſiduò locutus eſt, immo intra ipſum habitauit, immo plus videtur dicere Gloſſa ordinaria ſuper illud Matthei. 1. Et non cognouit eam Ioſeph donec peperit &c. quòd ita relucebat vultus eius, dum erat a ſpiritu ſancto impregnata, ꝙ non poterat in eam Ioſeph aſpicere, & illud allegat in quodam argumento ſanctus Thomas in. 4. ſenten. in materia de transfiguratione, & magiſter Ioannes de Gerſonno in ſua Ioſephina. Non mirum ſi ſic vultus eius relucebat, quæ in ventre ſolem gerebat. Nil igitur mirum ſi illam virtutem prius in ſe habuit. Quartò, quia in operibus naturæ videmus quòd baſiliſcus ſuo ſolo reſpectu hominem occidit, igitur Maria ſolo reſpectu ſuo virus peccati & libidinis non occidet. Videmus enim in quibuſdam lapidibus præcioſis, quòd quidam eorum naturaliter commouent ad delectandum. Ideo gratia iſta transfuſa eſt in Mariam quaſi quoddam ſpiramentum odoris cedrini, ad occidendum in intuentibus eam carnales concupiſcentias, quæ quaſi venenoſi ſerpentes in carne ſerpunt. Odor enim & ſuccus cedri fugat & extinguit ſerpentes. Maria autem cedro comparatur. Eccleſiaſtici. 24. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Quinto experimur hominum vitia palam ſe in vultu exterius demonſtrare, vel in modo continendi apud homines, vt ſuperbia in vultu tumido, luxuria in vultu procaci, & nimium iocundo, timor in vultu pallido, ira in vultu rubicundo, triſtitia in vultu lugubri, iuxta illud Iob. 16. Facies mea intumuit fletu, & ſapientia in vultu benè diſpoſito. Eccleſiaſtici. 13. Ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Quare igitur non poterit pie credi faciem Mariæ caſtiſſimam caſtitatis habere inſignia, vt ſicut hæc quæ prius memorata ſunt habent virtutem imprimendi in intellectu videntium indicia complexionum ſuarum, ſic Mariæ facies virtutem imprimendi frigiditatem libidinis. Sextò facies Helenæ propter quam dicitur apud aliquos Troia deſtructa ſic lubrica erat, vt aſpici non poſſet abſque incontinentia, iuxta Ariſto. 2. Ethic. dicentem. Senes Troianæ vrbis dicebant. Abijciamus Helenam, & minus peccabimus. Propter quod conſulebant, vt ab vrbe Troiana eijceretur, quare per oppoſitum nõ potuit Deus ſicut & congruebat facere, quòd talem qualitatem haberet Maria, quòd a nemine propter ſuam pulchritudinem concupiſceretur. Licet aliæ bonæ mulie-

De Chriſti phyſionomia, & Mariæ.

Maria cedro comparatur.

res

rea fuerint malè concupitæ, vt Sara, Rebecca, Suſanna, Iudith, Agnes, Lucia, & aliæ multæ.

F Sed dicet quis. Mulieres multę propter pulchritudinem perierunt. Neceſſe eſt ergò eas habere cuſtodiam. Cùm igitur Maria fuerit pulcherrima corpore, debuit magnam habere cuſtodiam. Dicitur primò, quòd mulier pulchra ſi ſapiens eſt, nulla indiget cuſtodia, ſi fatua, etiam nulla indigebit. Quia ſi omnis ſibi cuſtodia adhibeatur, adhuc tranſibit per foramē acus, quia Eccleſiaſtici. 25. Non eſt malitia ſuper malitiam mulieris. Dicitur ſecundò, quòd Mariæ data eſt maxima Angelorum cuſtodia qui eam circunſtabant. Patet per illud Can. 3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Omnes ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos. Fuit enim iſte lectulus paruus in conceptione, in quo debebat requieſcere verus Salomon rex pacificus, qui factus eſt lectus magnus in annunciatione, dum intra ſui vteri ſpatia clauſit quem totus non capit orbis. Sexaginta ex fortiſſimis Iſrael, id eſt videntibus Deum. i. angelis, numerus certus pro incerto, omnes ad bella doctiſſimi. In quo ſignatur eorum prudentia ad reſiſtendum contra omnes inſultus dęmonum. Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, id eſt eorum poteſtas ſemper parata eſt ad prælijū propter timores nocturnos, hoc eſt non ſolum ad repellendum grauiores tentationes, ſed etiam leuiores vſque ad venialia, quia nunquam veniale commiſit. Solet n. fieri timor nocturnus pueris. Secundò decet imperatorem & imperatricem circū uallari cuſtodia, maxime vbi eſt in patria non tuta, ſed inter hoſtes. Decebat igitur imperatricem orbis circumuallari magna multitudine exercitus ſupernorum cōtra inſultus dęmonum. In quo notantur principes qui magnam habent cuſtodiam corporis, ſed nullam animæ.

Maria De Mariæ cuſtodia angelica.

G In ſecunda parte tractādum eſt de pulchritudine ſpirituali ipſius Mariæ. Pro quo ſit concluſio, quòd Maria tota pulchra eſt non ſolū in corpore, ſed etiā in anima, ab omni labe peccati etiā originalis immaculata. Probat primo auctoritate Eſa. 35. Gloria libani data eſt ei. Gloria libani hæc eſt, quòd ligna eius ſunt cedrina quæ ſunt imputribilia, igitur fuit imputribilis per peccatū, ſi hæc gloria data eſt ei. Inde Can. 3. de ea dicitur. Fercu'um fecit ſibi Salomon de lignis libani, id eſt electorium fecit quo verus Salomō nouem mēſibus portatus eſt, ſed de lignis libani incorruptibilibus. Ideo de ea poteſt intelligi illud Eſa. 40. Non audietur iniquitas in terra tua, vaſtitas, & contritio in terminis tuis. Congruum enim erat vt ea naſceretur ęterni regis filia, nō ſerua, vel ancilla. Omnes enim orti ſumus ſerui, hæc ſola libera. Omnes cum onore peccati de quo in Pſ. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me, ſcilicet iniquitates. Iſta vero ſine onere concepta eſt, quę portauit onus quod tulit omne onus, quod quidē onus eſt ad inſtar auis, quæ dum plures habet plumas, magis fertur ſurſum. Sic enim huiuſmodi onere nobili onerata Maria. Ponit enim Ariſto. 1. Politic. differentiam inter ſeruos & liberos, quia ſeruos natura fecit ad portanda onera, non autem ingenuos. Secundò hoc idem probatur, quia quos Deus elegit, ita appropriat & diſponit, vt ad id quod eligit inueniantur idonei, iuxta illud 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Beata virgo electa fuit vt eſſet Dei mater, igitur non eſt dubium quin Deus eam per ſuam gratiam ad hoc idoneam reddiderit, iuxta quod Angelus dixit: Inueniſti gratiam apud dominum, ecce idoneitatē. Et ſequitur. Ecce concipies & paries &c. Ecce diſpoſitionem ad concipiendum & eſſe matrē Dei. Non autem fuiſſet idonęa mater Dei, ſi aliquando peccato deturpata fuiſſet: Tum quia ſicut honor parentū redūdat in prolem, ſic etiam dedecus eorum prolē quodammodo inficit & dehoneſtat. Tum etiā quia caro Mariæ ad carnē Chriſti ſingularē affinitatē habuit, quia carnē de carne ſua contraxit, & 2. Cor. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras, peccati originalis? Tum etiam, quia non ſolum filius patris qui eſt ſumma ſapientia habitauit

Mariæ cōceptio. Quia Maria ſine originali concepta eſt proba tur multipliciter.

Virgo Maria fuit ab æterno electa vt eſſet Dei mater.

in animo virginis, ſed etiam in vtero. Et Sap. 1. dicitur. In animam maliuolam non intrabit ſapientia, igitur conuenit dicere eam ſine originali fuiſſe conceptam. Tertiò decuit, ꝙ ſicut mulier munda tota ſumpta eſt de viro toto mundo, ſic & vir totus mundus de muliere tota műda. Sic autem factű eſt a principio, quando Eua ex Adam producta eſt toto mundo, igitur ita debuit fieri in productione ſecundi Adã Vnde Ariſto. dicit. 2. Meteororum, ꝙ uas decera virginea compoſitum natans in mari ſine ſui perforatione ſuſcipit aquam, ſed ſine amaritudine. Sic Maria cuius vas virgineum poſita eſt in mari huius ſeculi, ſuſcipiens in ſe aquam ſapientiæ ſalutaris, ſed ſine amaritudine peccati. Quod enim in eam ingreſſum eſt dulcedo fuit. Quartò in lib. de naturis animalitű dicitur & ita experimur, ꝙ vellus ouis diſcerptę a lupo trahit corruptionem, ita ꝙ veſtis facta de illo vellere ſcaturit in vermes. Sic caro noſtra quam diabolus in primis parentibus quaſi lupus dẽte tentationis ſuæ momorderat, in vermes primorum motuum & concupiſcentiarum ſcaturire non ceſſat. Ideo nil mirum ſi dominus deſcendens ſicut pluuia in vellus, ideſt in Mariam corpus, de vellere eius accipiens vellus ipſum a lupi dentibus voluit eſſe immune, & ſic illam ſine originali conceptam. Et hoc magnű uirginis priuilegium, vt illud in conceptione ſua remaneret quod erat ad pęnã, & recederet quod erat ad culpã. Vnde pſ. Venite & videte opera dñi, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſq; ad finem terræ. Sicut enim maximű fuit prodigiű ꝙ tẽpore natiuitatis dñi bella non erãt in terra, ſic fuit qñ in terra virginis omne bellum ablatum eſt. Eſt enim Maria velut feneſtra vitrea in arca Noæ: ad quã aquę diluuij nõ intrauerűt, ſed ſola lux per eam intrauit, quæ totã arcã illuminabat. Sic per eã non trãſierunt aquæ peccati, ſed ſola lux quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundű.

Vaſis cerei naturalis effectus.

H

Oculus. Pluribus modis aperti sũt

Sed poſſet quis dicere. Quomodo primi parentes incurrerunt tenebras peccati cum eo tempore quo comederunt aperti ſunt oculi amborum, non ergo obtenebrati? Reſponſio. Quadrupliciter aperti ſunt oculi primorum parentum. Non enim erant antea cæci, ſed ideo aperti ſunt. Primo, quia viſu tale quid perceperunt quod non ante. ſ. diſconuenientiã nuditatis ſuæ corporalis. Prius enim nulla erat in genitalibus membris diſconuenientis, nec erubeſcebãt, ſicut nec pueri ſuã nuditatem. Secundo aperti ſunt oculi interioris cognitionis, vt cognoſcerent quàm grauiter Deű offendiſſent. Latebat hominẽ quantitas diuinæ offenſæ de qua dicitur Gen. 5. ꝙ tactus erat dolore cordis intrinſecus donec in eos vindicatű eſt. Grego. Qui ſtultus eſt in culpa, ſapiens erit in pęna. Culpa oculos claudit quos pęna aperit, vt patuit i Lazaro & diuite epulone. Tertiò aperti ſunt oculi interiores, ideſt riui cõcupiſcentiarum. Erant enim in eis prius ſicut in pueris motus concupiſcentię clauſi & repreſſi, ſed tunc apparere cęperunt, & membra videntes contra ſe erigi, erubuerunt. Nau. 2. Portæ fluuiorum apertæ ſunt: & templum vſque ad ſolum diruptum eſt. Portæ ſunt concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum. Porta ad voluptatem concupiſcentia carnis, porta ad voluptatem concupiſcentia oculorű. Fluuij enim ſunt tranſitoria vanitas, & fluxa voluptas. Dum portæ iſtæ aperiẽtur, templum Dei, ideſt anima diſſipatur & deſtruitur. Quartò aperti ſunt oculi interiores, vt ſe viderent omnibus virtutibus eſſe nudatos. Quod deflens vitiata propago per Pſalmiſtam pſ. 76. ait. Cogitaui dies antiquos &c. Vſurpans enim lignum vetitum, tunc diſcretionem miſeriæ & beatitudinis habuit, nouitque homo per experientiam malum quod ante nõ niſi per ſpeculationem nouerat. Per ſpeculationem enim & prudentiã bonű ſcitur & ſentitur, malum ſcitur, ſed non ſentitur. Tenebatur enim bonum, ſed nõ ſentiebatur malum. Per experientiam mali malű ſcitur & ſentitur, bonű ſcitur & amittitur. Homo enim lapſus cogitauit dies antiquos, & annos eternos in mente habuit, quia per experientiã depręhendit bona quę ꝑdidit, & mala quę inuenit, &

oculi primorű parentum.

quan-

quantum diſtarent dies antiqui, ideſt anni quaſi & veteres, & menſurabiles merito peccati, iuxta illud Pſ. 38. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea &c. ab annis ęternis, quorum dulcedinem iam prælibauerat, plenius ſi ſtaret ad huc fruiturus, & ab animali vita in ſpiritualem transferendus. Modo tamen nec iſta cogitamus. Sumus enim ſicut de filijs Iſrael reædificantibus templum. Legitur. 1. Eſdrę. 3. q᷑ quidam flebant qui primi templi magnificentiam viderant. Alij gaudebant, qui tantummodo præſentis templi, & non antiqui ſtatum attendebant. Ita qui ſtatum primę conditionis noſtræ attendunt, dum conſiderant a quanta fælicitate ceciderunt, meritò lugent, & exules ac miſeros ſe reputant. Qui vero tantum præſentia conſiderant, & exilium patriam reputant, & in hac miſeria exultant, nec multum de damnis præteritis curant, ſicut qui natus eſt in ſeruitute, nõ multum curat de libertate, & qui ſemper fuit in tenebris, non multum curat de luce. Qui autem præterita non recolũt, nec pręſentia conſiderant, nec futura pręuident, meritò iumentis aſſimilantur inſipientibus. Primò, quia non conſiderant (vt dictum eſt) ſicut nec iumenta dies antiquos. Si enim diligenter dies noſtræ antiquæ dignitatis conſideraremus, libenter ad recuperationem amiſſe dignitatis immo multo maioris aſpiraremus, & annos æternæ fælicitatis in mente haberemus! Et ſic accubaremus inter duos terminos, attendendo ſtatum primæ conditionis noſtræ & futuræ. Quinto hoc idem deduci poteſt, quia via omnis iniquitatis eſt originale peccatum, quam viam petebat a ſe tolli qui dicebat. pſ. 118. Viam iniquitatis amoue a me. Quãdoque enim contingit viam fieri per campos alicuius: vbi non debet eſſe via, ideo petit a iudice viam illam amoueri. Serpens antiquus fecit viam per hominem. Iob. 19. Latrones fecerũt viam per me, quicquid pulchrum & bonum eſt perdentes. Supra enim petram tranſiens ſerpens, ibi dereliquit veſtigium. Hæc eſt via colubri ſupra petram, ideſt hominem, quam difficilem reputauit Salomõ. Ridiculũ autem eſt dicere & pias aures offendit, matrẽ Dei in ſe ſuſcepiſſe ſerpẽtis veſtigium, & in ea fuiſſe viam iniquitatis: igitur piè credendum eſt ipſam ſine originali conceptam. Sexto piè creditur Mariam in mortis occaſu ita priuilegiatã quòd ab omni dolore fuerit aliena, vt vult Hierony. Ergo & in ortu eius ab omni cauſa doloris alienam, quæ eſt culpa originalis. Cęlum enim duos habet polos tanquam duas extremitates, quæ ſunt ſtabiles & immobiles, & totũ reſiduum, quod eſt inter duos polos iugiter circumit & rotatur. Sic vita noſtra duos habet terminos immobilies, principium & finem, ortum, & mortis occaſum. Vnus eſt omnibus introitus ad vitam per portam valde arctam, & ſimilis exitus per portam arctiorem, quia per quem locum exeat anima non videtur. Sed medium quod eſt inter iſtos duos terminos, ſcilicet tranſitus vitæ, miſerijs, tribulationibus, moleſtijs corporis, anguſtijs animæ, tentationibus, & laboribus continuo agitatur, quod inſinuat Iob dicens. Homo natus de muliere, breui viuens tempore. Ecce duos terminos. Repletur multis miſerijs, Ecce medium. Primus ingreſſus eſt cum peccatis, exitus cum maximo periculo. Hæc autẽ duo ex priuilegio ablata ſunt a matre Dei. De ſecundo nullus dubitat, De primo autem piè credendum eſt.

Et ſi dicatur. Cũ ſapientiſſimus Deus animã humanã tam nobilem creaturam tamque ſibi dilectam corrumpendam prę ſciat ex coniunctione ad corpus corruptum, vt quid eam ſibi iungit vel ſociat? Quis enim ſapiens liquorem præcioſum ſibique carum in vas corruptum mitteret ex cuius corruptione ipſum eſſe corrumpendum prænoſceret? Quis ſapiens limo & ſimo gemmã immitteret? Præterea infundendo animam tali corpori videtur Deus eſſe cauſa tanti mali, ſcilicet originalis peccati, Deo autẽ auctore nemo fit deterior. Ad hoc reſpondet Guil. Pariſien. in loco allegato, q᷑ nõ ad hoc vt corrũpatẽ ex carne carni coniũgit aiam Deus, 1

Originale. Quare animam preciosã iũgit De° corpori corrupto.

ſed

ſed magis vt caro ei ſeruiat, & miniſtret de ipſa corruptione carnis ad multas vtilitates. Eadem enim quæſtio fieri poſſet

Deus cur creauit quos damnandos fore præſciuit.

cur Deus creauit quos malos & damnandos fore præſciuit: Ad hoc reſpondet Augu. quia ſciebat de malis eorum quid boni eſſet facturus. Vt vinum optimum in vas vbi acredine corrumpendum eſt, ſcienter, & prudenter mittitur, a patrefamilias, vt ibi acredine corrumpatur. Scit enim quid boni de acredine illa eliciat. Acredo enim neceſſaria eſt ad ſalſamenta, condimenta, & medicinam. Sic malitia reproborum vtilis eſt ad bonorum condimenta, medicamenta, & multiplicia eorum incrementa. Malitia enim reproborum omnes martyres fecit, & patientiæ, & humilitates, pęnè omnia merita ex ea ſunt. Hæc Guil. Ad ſecundum reſpondet Richar. de Media Villa in quadam expoſitione textus ſenten. ꝙ Deus non eſt cauſa illius originalis peccati, ſed culpa primi parentis, licèt Deus non conferat gratiam. Nam ſi erigamus corpus opacum in lumine ſolis efficitur vmbra, ad quam vt efficiatur, neceſſario concurrunt duo, lux ſolis, & erectio corporis opaci, ſed lux ſolis non eſt cauſa umbræ. Abſurdum enim eſſet dicere lucem eſſe cauſam tenebrarum. & cauſam priuationis lucis: ſed illius cauſa eſt erectio corporis opaci. Sic delinquẽtis culpa non iuſti iudicis ſententia, vel iuſtitia eſt cauſa originalis delicti. Et ſi dominus animam luto, vel limo cõiunxerit, non eſt inconueniens, immo (vt dicit magiſter ſen.) propter hoc dñs animã limo ſociauit, vt oſtenderetur qualis erit cõiũctio, vbi ſpiritus ſpiritui diuino cõiũgetur, ſi tãta coniunctio & amor eſt inter ſpiritum & lutum.

A' Aduent⁹.

Dominica III. aduentus, Sermo I. & in ordine XXIII. per thema.

De præparatione ad aduentum domini.

NOlite iudicare ante tempus. 1. Corinthiorũ. 4. Dominicis præcedentibus nos hortatur eccleſia præparari in occurſum domini, juxta illud Amos. 4. Præparare in occurſum domini Dei tui. Et ne forte ad exteriora ita diſtrahamur vt noſtræ conſcientię de apparatu non prouideamus, per Paulum ſuum alumnum nos iubet non de alienis, ſed tantummodo de his, quæ ad nos ſpectant curare dicens. Nolite iudicare ante tempus, ideſt non alienis negotijs, ſed tantummodo veſtris intendite. Et hoc ideo quia vulgo dicitur, ꝙ in curia regis vnuſquiſque pro ſe agit. Venturus itaque eſt rex noſter in ſecundo ſuo aduentu, in quo quilibet pro ſe ſtabit, non pro alio. Tunc enim vniuſcuiuſque cauſa agitabitur. Propter quod ſoliciti eſſe debemus de noſtro negotio, non de alieno. Secundo, quia priores reges diem natalis ſui celebrare ſolebant, vt de Pharaone & Herode legitur. Tunc enim pro regijs amicis magnum agebatur conuiuium, & cum magno apparatu. Diem natalis ſui acturus eſt de proximo rex regum, in quo ſynceris mentibus præparat nobile conuiuium ſacramentale, vel ſaltem ſpirituale. Ideo ad iſtud conuiuium nos qui ſumus vocati tanquam regis amici, debemus eſſe parati, ne forte ſine veſte nuptiali ad id veniamus, vt cum opprobrio obmuteſcentes eijciamur, ſicut ſtultus ille, de quo in euãgelio legitur. Si enim longe ante nuptias præparãtur ad eas viri & mulieres in precioſo ornatu, quantomagis ad nuptias regis regum quando diuinitas noſtræ nupſit humanitati? Si tũc laudantur bene veſtiti qui tantummodo paſcunt oculos videntium, quanto magis tunc erit laus vnicuique a Deo, dum videbuntur Chriſtiani tunc ornati virtutibus vt occulos Chriſti & Angelorum paſcant, qui delectantur in virtutum ornamento. Tũc operiri habemus veſte charitatis ex vellere agni immaculati contexta, ideſt ex amoribus & beneficijs Chriſti, quę. 1. Petr. 4. operit multitudinem peccatorum, ideſt omnẽ turpitudinẽ noſtram. Sic ſe parauit Maria ad primum eius aduentum, vt de ea cantet eccleſia. Ornatam monilibus filiam Hieruſalẽ dominus cõcupiuit. Ecce quõ pauit oculos Chriſti. Et ſequitur. Et videntes eam filię Sion. i. angeli, beatiſſimam

tiſſimam prædicauerunt. Ecce quomodo oculos angelorum pauit. Ecce Heſter ornatam, quam prę alijs mulieribus verus Aſſuerus concupiuit. Sic ergo eius adiutorio pro viribus nos componamus, & vt ita fiat, eam ſalutemus, dicentes Aue.

B Iudicium humanũ. De duplici tempore, ſcilicet vacationis & iudicij.

IN curia qualibet duplex aſſignatur tempus. Vnum vacationis, aliud iudicij. Tépore vacationis nõ fiunt ordinariè iudicia, neq; iudicãtur cauſę forenſes, & hoc propter duo. Primo, quia tunc ſenatores & dñi curiæ mittuntur ad negotia populi, regis, & regni proſequenda. Secundò, quia tunc agricolæ & viticolæ & rurales homines vacãt ad frumenta in horreis recõdẽda, & ad vina locãda in cęllarijs, quo tẽpore non poſſunt ad forum iudicij conuenire quibus ceſſantibus ſuperuenit tempus iudicij. Sic dñs duplex conſtituit tempus. Vnum vacationis a iudicio, ſecundũ quod dicit Lucæ 6. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Et iſto toto tempore, id eſt toto tempore vitę noſtræ vacandum eſt ſibi & Deo. Iuxta illud quod iubet in pſ. 45. Vacate, & videte qm̃ ego sũ Deus. Et hoc ideo primò q̃a prælati maiores & minores mittunt ad negotia populi Dei, ad procurandum .ſ. ſalutẽ animarũ tanquã fideles miniſtri & diſpẽſatores. Iuxta principium epiſtolæ hodiernę. Nec habẽt alios iudicare: niſi vt vices gerunt Dei in iuriſdictione, vel in confeſſionis ſacramẽto. Secundò, quia nunc tẽpus eſt recondẽdi in horrea cęli bona opera noſtra, & vinum amoris delectabile. Quod conſulit dñs. Matt. 5. Theſaurizate vobis theſauros nõ deficientes in cęlis. Iõ nunc vacandũ eſt a iudicio proximi ſui. Aliter fieret contra inſtitutionem & ordinationẽ cęleſtis curiæ. Nam & dñi concilij areſtis curiæ contrauenirent, grauiter in eis vindicaretur. Tu autẽ fidelis Chriſtiane dominus es concilij, ſi tu ſi. dñs linguæ tuę. Sis igitur dominus linguæ tuæ, vt non cito & indiſcretè proferas iudicium de proximo tuo. Quia ſi oppoſitum feceris, contrauenis areſto curiæ cęli in quo dicitur. Nolite iudicare ante tempus.

C Iudicium humanũ. Vtrum ſit ſemper illicitũ de proximo ſuo iudicare.

Circa hunc ſermonem tractabitur vnica quęſtio, videlicet, Vtrum ſit ſemper illicitum de proximo ſuo iudicare? Et videtur q; non, quia de his quę vt in pluribus fiunt poſſumus iudicare, ſed vt dicit Ariſto. 2. Topicorum. Homines vt in pluribus ſunt mali & in paucioribus, boni, igitur poſſumus de eis iudicare. In oppoſitum eſt thema propoſitum, Nolite iudicare ante tẽpus quoadusq; veniat dñs, ſed nondum venit, igitur nec iudicandũ eſt.

D Iudicium humanũ. Multiplex diſtinctio iudiciorum humanorum.

Pro huius quęſtionis ſolutione notanda eſt prima diſtinctio q; iudicium de proximo duplex eſt. Vnum eſt iudicium mẽtale, quando diffinitio manet in mente iudicantis, & in nullo lędit, aut realiter tangit diffamando eum de quo iudicat. Aliud eſt reale iudicium quod per vocẽ exprimitur, & quo tangitur proximus, vel quod ad perſonam, vel opera eius diffamando ipſum, vel quo ad ſubſtantiam eius ei ſubtrahendo. Secunda diſtinctio ſecundum Ariſto. 2. Ethi. Quędam ſunt opera quæ ſtatim nominata inuolutam habent malitiam, quę nullo modo bona intentione fieri poſſunt, & hęc dñt mala ſcdm ſe, vt ſunt adulterium, periurium, blaſphemia, &c. Alia ſunt opera de ſe indifferentia, quę poſſunt & benè, & malè fieri, vt comedere, bibere, ridere, & ſolatiari. Et adhuc iſta ſunt duplicia. Quędam ſunt ignota, aut quia occulta: aut quia dubia. Alia vero ſunt certa, & certitudinaliter cognita. Quibus ſuppoſitis circa hanc quęſtionem terminandam quatuor ponemus concluſiones. Prima concluſio. Iudicare de proximo ſuo, q; ſit malus, ſiue tale iudicium ſit mentale, ſiue vocale, tangens perſonam in rebus occultis, incertis, & dubijs, ſiue illa ſit ſecundum ſe mala, ſiue indifferentia eſt omnino illicitum. Ratio eſt, quia talia nunquam ſunt debita materia iudicij donec ſint notoria. Et iõ quia omnia ſunt Deo notoria, huiuſmodi ſunt materia debita diuini iudicij. Nulli autẽ iudici licèt alterius ſubditum iudicare. 6. q. 3. iudicium. Tales ſunt cęci non videntes trabem in oculo ſuo, & feſtucam in oculo proximi reſpicientes, ſuo oculo aſſimilati quia alios videns ſeipſum nõ videt. Sunt

enim ſicut baculus in aqua poſitus qui videtur fractus propter radiorum in aqua refractionem. Sic cordi peruerſo & vitiato, omnia videntur fracta, & vitiata. Eccleſiaſticis. 10. Stultus in via ambulans cum ipſe ſit inſipiens omnes inſipientes exiſtimat. Cadunt autē ſub iudicio humano facta notoria, ſed & vbi vehemens eſt ſuſpitio poteſt cadere iudicium. Eſt enim quoddam iudicium ſuſpitionis, q̄n ex re viſa vel audita de proximo ſubito oritur ſuſpitio, & ſecundum quoſdam hoc nullum eſt peccatum. Aliud autem eſt iudicium leuis credulitatis, quādo aliquis in dubijs malum exiſtimat de proximo, non tamen aſſerendo, ſed leuiter credendo, & hoc eſt veniale. Sed eſt & iudicium diffinitionis quando aliquis in dubijs certam, & determinatam ſententiam dat in malo, & tale iudiciū prohibet dñs & apoſtolus. Vnde quædam gloſ. ſuper apoſtolum. Si ſuſpitiones vitare nō poſſumus quia homines ſumus, iudicia tamen & diffinitiuas, firmaſque ſententias continere debemus. Solus .n. de occultis habet iudicare Deus. Ideo ſi quis de eis firmiter iudicet, quæ ſunt diuinæ auctoritatis vſurpat. Fluuius ſe tenens inter ripas vtilis eſt ad portum & lotionem, ſed exiens dannoſè diſſipat vias, corrodit flores, euellit arbores. Ripa iudicij eſt certa cognitio ſuę propriæ iuriſdictionis, puta in iudice quo ad exteriora, & in ſeipſo quo ad interiora. Sed hodie rius iudicij ita exit ripas, diſſipat vias morum, rodit flores virtutum, euellit arbores, perſonas magnas omnia ſubuertendo. Si quis autem vſurparet auctoritatē alicuius iuſtitię cito in eum vindicaretur. Deus vero ſuæ iuſtitię iura bene obſeruabit in eos vindicando, qui ſibi ſubtrahūt. Vnde. 6. q. 1. dicit Papa Anacletus. Si omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Vbi .n. Deus plenam habet iuriſdictionem, ſeculi huius iudices non habent niſi mediam, de exterioribus tantummodo iudicando. Voluit tamen dominus ſuam plenam iuſtitiam haberi in mundo, vt de exterioribus iudicarent principes, de interioribus ſacerdotes.

E

Iudicium humanū. Quomodo iudicium humanū tribus de cauſis fallit.

Secunda concluſio, De manifeſtis, quæ ſunt ſecundum ſe mala reale & uocale iudicium quod tangit perſonā eſt omnino illicitum. Fallitur enim iudiciū opinatiuum tribus de cauſis. Primo familiaritate. Conſtat enim q̄ nobis familiariores & uiciniores ſunt iudicio noſtro imperfectiores, quàmuis in rei ueritate ſint cęteris meliores. Vnde poeta. Nimia familiaritas parit contemptum. Hinc de quadam domicella Francię dicitur q̄ dum militē uirum ſuum ſub quodam incognito habitu ſemel uideret in quidam facto armorum ſtrenuiſſimè ſe habere: ipſum de ſtrenuitate ſupra modum commendabat, ne ſciens qui eſſet. Tandem cōperiēs ipſum eſſe uirum ſuum, ſtrenuitatem quam primitus commendabat cępit contemnere. Ecce quomodo iudicium illius mulieris præcedens familiaritas turbauit. Talis .n. poteſt dicere illud. 1. Cor. 10. Libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia. Quiſque enim alterius pluſquam ſui abominatur uermes & pediculos, & plus ſordidas alterius quàm ſui ueſtes, & plus alterius ſputum quàm ſuum. Secundo ipſum impedit amoris quantitas. Seneca. Amor iudicium neſcit. Illud enim quod amatur ſemper melius quàm ſit iudicatur. Sicut res propinquior iudicatur eſſe maior, & hoc falſo quam diſtans. Vt luna quamuis minor ſit omnibus ſtellis, quia tamen proximior uidetur & creditur eſſe maior. Et unum granum rotūdum uī eſſe duo, ſi cū duob' primis digitis immediate tāgatur. Sic ſemper fit, q̄ ille q nobis p cognitionem & amorē amplius proximatur, a nobis maior & melior iudicetur. Nam ſi oculus cordis ad conſiderationem bonorum alicuius perſonę per affectionem exceſſiuè ſe dirigat: illud qđ nō eſt niſi unū credet eſſe duo, quia ipſum iudicabit in duplo meliorem quàm ueritas requirat. Quod uidetur in multis prælatis, qui cognatos & nepotes iudicant meliores, ideo faciunt ipſos in dignitatibus potiores. Quando .n. parua & minuta litera uidetur mediante aliquo groſſo medio, ut chryſtallo ſeu uitro; groſſior, & apparentior ab his qui uiſum habent debilem iudicatur

Affinitas iudicium facit corrumpere.

catur; quamuis in veritate litera ſemper eadem perſeueret. Sic praſlarus, vel iudex habens viſum diſcretionis debilem, cum videt mediante aliquo groſſo medio, ideſt mediante carnali affectione, ab ipſo groſſior, melior & perfectior iudicatur; quamuis in ſe paruus imperfectus, & modicus cognoſcatur. Quibus ita carnaliter iudicantibus dicit ſaluator Ioh.8. Vos ſecundum carnem iudicatis. Tales non in pondere, & menſura iudicant, de quo ait dominus per Eſa.28. Ponam iudicium in põdere. De his, quæ venduntur ad pondus non poteſt haberi certitudo niſi ad menſuram. Pondus certiſſimum eſt voluntas & iudicium Dei, quod errare non poteſt. Hodie vero iudicium non eſt in pondere, ſed in affectu, qui habetur ad perſonam; ita ꝙ quando vult, iuxta pondus propriæ uoluntatis perſonam abijcere meſurat ad paruum pondus; quando exaltare ad magnũ, & non ſcd'm iudi. i.i Dei, quod ſecũdum affectum hominum non variatur.

Tertiò verum iudicium impedit odij grauitas. Sicut enim res quamuis in veritate ſit magna, ratione diſtantiæ multoties iudicatur parua. Ille etiam qui eſt in naui, in mari iudicat circunadiacentia littora moueri, quæ in veritate non mouentur, ſed ipſe in naui exiſtens mouetur, & agitatur. Sic qui in mari, ideſt in amaritudine triſtitiæ contra aliquem agitant, illos, qui in veritate ſunt ſtabiles, & magni, id eſt viri nobiles, & perfecti in moribus iudicant illos eſſe mobiles & paruos, ideſt imperfectos, & inconſtantes, & a quantitate virtutum omnimode deſtitutos. Talibus poteſt dici quod dicebat Pilatus Iudæis. Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate. Tales repræhenduntur in pſal.81. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis. Malum enim eſt ſecundum apparentiam ita iudicare, quia ſæpe fit, ꝙ ille qui exterius apparet ex aliquibus accidentibus eſſe malus, eſt intus in conſcientia optimus. Si enim oſſa ex apparentia exteriori iudicarentur intus eſſe ſicut extra duriſſima, non crederentur intus eſſe medulloſa, quia ſæpe fit, ꝙ qui exterius videtur durus & indeuotus, intus eſt in corde, & in conſciẽtia optimus, & medulla charitatis, & gratiæ plenus. Hæc tamen concluſio fallit in tribus. Primo quando fit iudicium publica auctoritate ab eo cui ex officio incumbit. Tali enim auctoritate pręcipitur omnibus mortalibus ſubeſſe. Ad hoc enim maximè intendunt legiſlatores, vt dicitur 3. Ethi. vt puniant malefactores, quod ſine iudicio facere non poſſunt, vnde Guil. Pariſ. de fide & legibus dicit, ꝙ iudices ſunt chirurgici Dei, ſcindentes membra putrida a republica, ne cætera membra inficiantur. Rom.13. Non ſine cauſa gladiũ portat. Secũdo hoc poteſt fieri pro doctrina, & eruditione. Sicut paterfamilias cognoſcens aliquem periculoſum in conuerſatione, poteſt moderatè docere filium ſuum, ne quouiſmodi propter eius maliciam cum eo communicet, non tamen reuelando particulariter eius malitiam, quia hoc videretur non ex amore iuſtitiæ, ſed magis odij & vindictæ procedere. Tertiò hoc poteſt fieri pro emendatione, & correctione. Vt mulier prudens magiſtro filij ſui reuelat mala, quæ nouit vt puniatur. Sic veniens ad iudicem conqueſtus de proximo, qui contra eum male egit, & hoc correctionis cauſa, & non aliter, quia ſi in iſtis intermiſceretur mala intentio, hoc eſſet illicitum.

Et ſi quæratur. Quomodo cognoſcam, ꝙ ego loquor bona affectione iudicando de proximo? Reſpondetur ꝙ in hoc oportet ſequi regulam beati Grego. in homilia loquẽtis de Phariſeis inſultantibus Chriſto. Ait enim quod vera iuſtitia habet cõpaſſionem, & falſa indignationẽ. Si enim quis de alio malum dicat, & compatiatur ei, ſentiens in ſe vnam dulcedinem & cõpaſſionem circa illum de quo malum dicit, & ꝙ cum triſtitia dicat illud ac ſi de ſeipſo loqueretur, & ꝙ mallet ſilere, quàm loqui, niſi eſſet vtilitatis neceſſitas, & de hoc non tenet longum ſermonem, eo ꝙ ſibi diſplicet, tunc ſignum eſt bonę affectionis. Sicut chirurgicus non delectatur in truncando, reſcindendo, & commouendo plagam alterius, niſi pro quanto indiget, & cũ pietate plagam ligat, & vngit

F
Iudicium humanũ. Qũo põt percipere homo, ꝙ bono affectu loquatur.

Signa

Signa vero ſunt in cōtrarium dum in ſua loquacitate delectatur, & prolongat malitiam, ita quòd verbis non poteſt addi finis, immo aſſimulatur aquæ molendini; quæ obice remoto non reſpicit, quo decidat, nec eſt finis fluxus illius aquæ. Et ideo hæc loquacitas ſæpiſſimè malè agitur, quia ex ira, odio, & detractione frequenter hoc agitur. Ariſto. 2. rhetoricę. Ira, amor, & odium peruertunt iudicium. Et quandoque hoc fit ex loquacitate trāſcundo tempus, vel curioſitate ſciendi noua, & rumores; & hoc eſt vitioſum; quia tale verbum non ſolum ocioſum eſt, de quo oportet reddere rationem, ſed etiam ſæpe nocet alterius famæ, quia ibi fit ſermo de abſentibus aliter ſępe, quàm ſi eſſent præſentes. Sicut rana coaxat, & clamat in luto, vel paludibus, ſed ſtatim tacet cum quis ei approximat. Secūdò quia audientes ſæpe cadunt in falſa, & temeraria iudicia de proximo, & in indignationem contra eum, & eius ſtatum & vitam, & ſic garrulatio cadit in detractionem.

Tertia concluſio. De his, qui ſecundum ſe mala ſunt, & aperta, iudicium quod mētem non tranſit non eſt malum. Si enim viderem hominem actu adulterantem aut blaſphemantem, & iudicarem in meipſo ipſum tunc eſſe malum, non peccarem. Si tamen iudicarem tūc propter hoc ipſum determinatè fore malum in tempore futuro, vel etiam damnandum, tunc eſſet peccatum; etiam in ſpiritum ſanctum, quia hoc eſt mihi penitus occultum, & etiam in momento ſpiritus ſanctus poteſt eum facere bonum, vt patuit in Paulo blaſphemo, & Magdalena peccatrice. De huiuſmodi tamen quos ſic videt male agere, debet iudicare cum pietate. Bern. Caue alienæ vitæ eſſe curioſus explorator, vel temerarius iudex. Quia ſi quid peruersè & perperam ab eo factum deprehendas, nec ſic iudices proximum, magis autem excuſat intentionem, Si opus non putas bonum, puta ignorantiam, vel ſurreptionem, vel caſum, quòd ſi omnem diſſimulationé rei certitudo recuſat, dicito apud temetipſum. O quam vehemens nimis fuit illa tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi in me ſimiliter accepiſſet poteſtatem? Hæc Bernard. Exemplum ad hoc de ſene in vitis patrum. Cui cum delatum eſſet de peccato fratris, vt puniretur, cępit flere dicens. Ille hodie, & ego cras. In hoc ſimilis api, quæ amaros ſuccos, & venenoſos in mel dulce conuertit. Quicquid in bonum cor cadit ſicut in bonam terrā, totum bonum, & dulce efficitur. Sed ecōuerſo in corde inuidi, vel odioſi, quicquid cadit inſtar araneæ conuertitur in venenum, de quo pſal. Tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Ita quòd anima eius tabida eſt, & venenoſa ſicut aranea, omnia in venenum conuertens. Eccleſiaſtici 11. Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis ponit maculam. Latro vellet, ꝙ omnes eſſent ſibi ſimiles. Chryſ. Omnis homo, ſecundum ſe alterum iudicat. Quarta concluſio pro ſequenti ſermone relinquetur diſcutienda.

Eadem dominica tertia Sermo ſecūdus. Et in ordine XXIIII. per thema præcedens.

IN hoc maximè diſtant oculi carnis ab oculis mentis, quòd oculi carnis ſeipſos videre nequeant, ſed alia conſpiciunt, econtrario oculi mentis de ſe, non de alijs infallibiliter iudicare poſſunt. Ideo qui alios non ſeipſos iudicant, oculos mentales in carnales conuertunt; de quibus Iob 10. Nunquid oculi carnei tibi ſunt? Tales enim plures hodie inueniuntur, de quibus Aug. 9. confeſſionum. Curioſum eſt genus humanum ad cognoſcendum vitā alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuā. Et Bern. lib. meditationum. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciūt, alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt. Grego. Nazanzenus. Nihil ſuauius videtur hominibus, quàm aliena loqui, & aliena curare, ſed a compoſitæ mentis arbitrio videtur alienum. Iſti ſunt ſicut ſcholaris fatuus, qui habens librum literis latinis conſcriptum, quem bene intelligeret, & in eo ſtudendo multum proficere poſſet, & tamen in eo nunquam

A Oculus. Differentia inter oculos corporis, & oculos mentis.

quam conſpicere vellet, ſed in libro Gręco, vel Hębraico ſibi penitus incognito quotidie muſſitaret. Tales etiam videntur ſpeciem humanam exuere, & diuinã ſpeciem induiſſe, dum dicunt ſe cordium ſecreta videre, cum tamen dicatur. 1. Corinthiorum 2. Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt. Et verè ſtulti ſunt; quia vt dicit Tullius lib. de tuſculanis quæſtionibus. Proprium eſt ſtulti aliena vitia curare, & ſuorum obliuiſci. Aſſimulantur enim furibus, qui arcas apertas negligunt, ideſt conſcientias proprias, quæ eis apertæ ſunt, & notæ, & arcas clauſas, i. aliorum conſcientias quas non vident quærunt. Seneca. Fures ſignata quærunt, aperta prætereunt. Aſſimilantur etiam huiuſmodi dormientibus. Qui .n. dormitat ad ſe claudit oculos dum caput inclinat, ſed ad aliũ oculos aperit dum caput erigit. Qui aũt vult de alijs benè & rectè iudicare, diſcat ambulare cũ Deo. Sicut diſcit gradarius ſuus gradatim ambulare. Cum enim gradarius ſic diſcit ambulare, duæ chordæ ponuntur, in pedibus eius ſic diſpoſitæ, quòd vna laxat pedem, alia reſtringit. Sic volens benè iudicare, & cum Deo proficere, debet habere duas chordas in arcu ſuo, ſcilicet miſericordiam de proximo, & iudiciũ de ſeipſo, verba ſua, & facta dijudicando. Chorda miſericordiæ debet laxari, & extendi, chorda vero iudicij ad ſeipſum reſtringi. Hoc docetur Michęę. 6. Indicabo tibi ô homo, quid bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Ezechi. 1. dicitur facies hominis, & facies leonis. Facies hominis debetur proximo, facies leonis ſibimetipſi in rigore iudicij. Quia enim diabolus eſt ſicut fur, qui dum ſolus eſt peregrinus libenter eũ aggreditur, ideo bonum eſt, vt ſecum habeat peregrinus duos bonos comites, ſcilicet miſericordiã ad proximũ iudicando, de ipſo, & iudiciũ ad ſe, & ſic ſecurè cãtabit in via, iuxta illud pſ. 120. Miſericordiã & iudicium cantabo tibi domine, quæ vt cantare valeamus ad reginã miſericordię, vt apud regem iuſtitiæ pro nobis intercedat conuertamur dicens, Aue.

B Iudicium humanũ. In iudicio humano dicũt eſſe duæ chordæ.

MAlè iudicat homo in quadruplici cauſa. Primo in cauſa ſui in animæ, & carnis litigio, dando contra animam ſententiam, & carni acquieſcendo. Eſai. c. 5. Expectaui vt faceret bonum, & ecce clamor, & ſubdit quomodo. Væ (inquit) qui conſurgitis mane ad ſectandam ebrietatẽ, & potandum vſque ad veſperam, & vino æſtuatis, & ſequitur. Et opus domini non reſpicitis, ideſt opus animæ. Inſtar puerorum, qui non iudicãt aliquid eſſe bonum, niſi quòd placet eis. Et quod iſtud iudicium ſit iniuſtum patet, quia eſt cõtra ius ſcriptum in veteri teſtamento. Eccleſiaſtici. 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Et contra ius ſcriptum in nouo. Gal. 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, ideo pſal. Si verè vtique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum, & ſequitur. Iniquitates manus veſtræ concinnant. Secundo malè iudicat in cauſa Dei, præponendo Deo terrena, & eum poſtponendo. Oculus enim videns rem a remotis, iudicat eſſe paruam, ſi verò de prope, magnam. Peccatores vero, quia a Deo, & cęleſti præmio plurimum elongati (quia lõgè a peccatoribus ſalus) Deum & huiuſmodi præmium paruipendunt, & terrena quibus propinqui ſunt, magnipendunt. Numeri. 24. dixit Balaam homo cuius obſcuratus eſt oculos, qui cadens apertos habet oculos, ſcilicet ad terram. Videbo eũ, ſcilicet Deum, ſed non modo. Intuebor eum, ſed non prope. Peccatores ſiquidem deiecti ad temporalia per amorem, oculos ad terrena apertos habent, & ad cęleſtia obſcuratos; ac Deum, quaſi procul aſpiciunt. Ideo ipſum non ſecundum magnitudinem eius iudicantes, contemnunt. Sed econtrario ſunt, qui contemplantur cęleſtia, quia temporalia à ſe diſtantia reputãt exigua. In quorum perſona dicitur. Eſa. 38. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpiciẽtes in excelſo. De auaris autem dicitur Hiere. 22. Edificabo mihi domum latam, & cęnacula ſpatioſa; & ſequit. Tui enim oculi & cor ad auaritiam, a quibus cęleſtis domus quaſi procul aſpicitur, & inde

C Iudicium humanũ. Malè iudicat homo ĩ quadruplici cauſa.

parua

parua contemnitur; cum tamen dicatur Baruch.3. O quàm magna domus domini,& ingens locus poſſeſſionis eius. Sed econtrario cęleſtis homo illam domum magnam reputat cum pſal.47. Et ego cognoui φ magnus eſt dominus. Et iterum quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Terrena autem eis videntur parua. Hiere.3. Aſpexit terram & ecce vacua erat & nihili. Tertio malè iudicat in cauſa proximi iudicādo ditiorem, meliorem, & honorabiliorem, vt canis ioculatoris melius veſtitum cęteris prælegit. Iacobi.2. Si introierit in conuentum veſtrum vir aureum anulum habens &c. Nonne iudicatis apud voſmetipſos,& facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? quòd autē ſit prauum iſtud iudicium patet, quia a ſuperiori, & magno iudice quaſſabitur in magnis aſſiſijs, quia Eſaiæ.11. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neq; ſecundum auditum aurium arguet, ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, vt patuit in diuite & Lazaro. Lucæ 16. Ideo Hieronymus, Nolite iudicare ſecundum faciem ſicut illi iudicabant dicentes.pſal.143. Promptuaria eorum plena &c.& ſequitur, Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Sed fallit hæc opinio, quoniam magis beatus populus, cuius dominus Deus eius. Quartò in cauſa proximi, & ſuiipſius. Proximi quidem conſcientiam iudicando,& ſuam non. Rom.2. Inexcuſabilis es o homo omnis qui iudicas: In quo enim alium iudicas, teipſum condemnas. Et mirum eſt, φ peccata ſua ſibi proxima non vident contra naturam viſus, & remota proximi vident. Et hoc iudicium prohibet apoſtolus per verba propoſita: Nolite iudicare ante tempus.

D *Iudicium humanū. Quò licitū eſt iudicare de proximo.*

Nunc ad quæſtionem propoſitam tres concluſiones poſuimus, ſupereſt quartam addere cum expoſitione epiſtolæ hodiernæ. Quarta igitur concluſio talis erit. De manifeſtis operibus, quæ tamen indifferentia ſunt, quæ bene & malè fieri poſſunt, nō ſine graui peccato poteſt fieri certum iudicium, ſiue mentale, ſiue vocale, quia tam cito deberent illa iudicari bona ſicut mala, immo iudicia maximè trahi debent in meliorem partem cum iudicatur de proximo. Incertū.n. eſt, quo animo iſta fecit, ideo de illis non eſt certitudinaliter iudicandum, ſed hoc derelinqui debet iudicio Dei, qui oīa nouit. Poteſt tn̄ circa hoc haberi aliqua mala ſuſpitio, vel aliquod leue iudicium, quia hic eſt humana tentatio ſicut dicit glo. hoc tamen melius eſſet vitare. Et in tali caſu cuſtodiat ſe homo, ne alium diffamet propter talem ſuſpitionem. Hanc autem concluſionem maximè proſequitur Apoſtolus in epiſtola cū dicit. Nolite iudicare ante tempus. Et φ ita ſit probat ſex rationibus. Prima ratio tangitur ibi, ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Ac ſi diceret, Chriſtus in hūc mundum non venit iudicare. Inde eſt, φ de duobus contendentibus Lu.12. dicit. Quis me conſtituit iudicem inter vos, & Mat.9. Diſcite quid eſt miſericordiā volo, id eſt hic tantummodo veni facere miſericordiā,& nō iudicium; ſed ipſe venit iudicari. Et Io.8. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. Nos autem debemus eſſe ſerui eius, & miniſtri, & diſpenſatores fideles, in diſpenſando bona data nobis in honorem ſui,& ſi non ſumus tales, tamen tales exiſtimari debemus ab hominibus, ideo debemus poſt eū ambulare, vt ſimus eius imitatores. Sed ipſe non venit hic iudicare, ſed iudicari, igitur non demus proximum iudicare, ſed magis patienter hominum iudicia ſuſtinere; ſicut dicit Ambro.lib.de officijs. Oportet eſſe contentum grauitate morum ſuorum. Nec enim talis debet æſtimare plus ponderis in alieno eſſe conuitio, quàm in ſuo teſtimonio. Et ſi quæratur vtrum quis poſſet iudicare de interioribus cordis alterius; quia ſcientia inuenta non eſt inutilis, ſed Ariſto. ſcripſit librum de phyſionomia, per quem legitur in facie hominis cuius conditionis ſit, & ad hoc eſt ſcriptura. Prouerb 27. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudētibus, igitur homo poteſt cognoſcere occulta cordis alterius, & de his iudicare. In oppoſitum dici-

E *Iudicium humanū. Sex rationes ex epiſtola, φ non eſt iudicandū de proximo.*

F *Iudicium humanū. Vtrūquis poſſit iudicare de interioribus cordis proximi.*

dicitur 1. Regum. 17. Homo videt ea quę patent; Deus autem intuetur cor. Et Actuum. 1. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Pro ſolutione quæſtionis dicitur. Primo quòd homo iudicare poteſt per phyſionomiam hominis & per opera eius quaſi ex quadam coniectura, & præſumptione de inclinatione hominis, hoc docet ſcriptura. 1. Eccleſiaſtici. 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Et Prouerb. 20. Ex ſtudijs intelligitur puer, ideſt præſumitur. Inde Ariſt. Ethicor. 1. dicit quòd pueros beatificamus in ſpe, ideſt ex operibus iudicamus futuros bonæ vitæ, & fęlices; & hoc iudicio præſumptionis, & coniecturæ. Et illa manifeſtatio qua corda dicuntur eſſe nota prudentibus, nō eſt niſi quędam notitia ſecundum coniecturam, propter quam nō debet homo procedere ad iudicium ſecundum certitudinem. Similiter habetur Matt. 7. ꝙ a fructibus eorum cognoſcetis eos. Et hoc loquendo de hypocritis, qui apparent exterius boni, & interius ſunt mali, de quibus ſaluator cōcedit iudicium. Sed per fructus intelligit dominus iudicia manifeſta vel peccata; vt videtur dicere gloſ. ſuper illud Rom. 12. Manducantem non iudicet. Et ad vtriuſque probationem eſt exemplum ex vitis philoſophorum. Nam cum quidam phyſionomus per artem ſuam iudicaret de ſingulorum conditionibus, pinxerunt diſcipuli hypocratis faciem eius ſuper viuo; portanteſque illi phyſionomo effigiem eius interrogauerunt de magiſtro, qui iudicauit eum eſſe furem, latronem, lubricum cum pluribus alijs malis conditionibus, quibus auditis voluerunt ipſum verberibus afficere dicentes ipſum eſſe mentitum, deceptorem, & fallacem. Et redeūtibus illis cum interrogati eſſent ab Hyppocrate quænam de eo præſagijſſet, & narraſſent audita quomodo eum latronem, blaſphemum, & lubricum iudicaſſet. Reſpondit. Sum, ſed contineo. Ex quo patet, quòd de inclinationibus cōiecturare poſſunt per lineamenta & protractiones figurales faciei hominis; non tamen de operibus eius certitudinaliter iudicare. Secunda ratio tangitur ibi; hîc quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, quia qui alium iudicat debet eſſe immunis a delicto. Ambro. ſuper beati immaculati, & recitatur 3. q. 7. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in ſeipſo condemnet, ne cum de alio iudicat, de ſeipſo ſententiam ferat; Et dicatur illi quod ſcribitur Lu. 19. De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sic depræhenſus eſt Alexander magnus, qui cum interrogaret aliquē Piratam nomine Diomedem in materia criminis cur furaretur nauiculas mercatorum ſuorum ſibi & ſuo exercitui eſcas deportantium, libere multum reſpondit, ꝙ quia furabatur paruas naues Pirata dicebatur; ipſe vero Alexander ſe ita libere repræhenſum continuit a vindicta, eumque ſuum domeſticum fecit. In hac autem vita nemo mundus a crimine. 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Vnde & hic quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, quaſi dicat nullus. Nullus igitur ex propria auctoritate debet ſibi de altero vſurpare iudicium. Signum enim eſt peruerſe mentis ſic alterum iudicare. Sap. 6. Semper præſumit ſeua perturbata conſcientia, ſcilicet de aliis iudicare. Vitium enim oculi facit ipſum malè de alijs rebus iudicare. Virga recta oculo infirmo videtur curua, oculis ſanguine plenis videntur cœlum & aliæ res viſæ rubeæ exiſtentibus in naui mota videntur montes moueri, cum tamen in veritate ſtent immoti. Sic fumus malitiæ exiſtens in oculis mentis mentem peruertit. Sic phreneticus in patientibus iudicat eſſe imagines, quæ tamen ſunt intus in phantaſia ſua in cerebri concauitate. Sic mali iudicant de negocijs aliorum ſcdm ſuam malā opinionem, & quod in ſe ſentiunt, in aliis eſſe credūt. Ad hoc eſt exemplum in vitis patrum. Cum ſenex probatiſſimus grauiſſimam, & longiſſimam incurriſſet infirmitatem; nec haberent fratres, vnde ei ſubuenirent; quædam ancilla Dei habitans in ciuitate rogauit patrem monaſterij, vt eius curam ei committeret. Quod cum feciſſet, & ad eius cellam deportatum reuerenter tractaret;

Iudicium poteſt fieri ab homine per phyſionomiam faciei, & quomodo.

G Iudicium humanū. Signum peruerſæ mētis eſt de alia re malè iudicare.

ctaret; & neceſſaria ei loco Chriſti miniſtraret; & hoc per triennium homines corporei mente ceperunt male iudicare de ſene & virgine. Senex hoc audiens rogabat Deum vt virgini retribueret, & ſuſpitionem tolleret. Cumque in eius obitu multi fratres conueniſſent, rogauit eos, vt baculum ſuum ſupra ſepulchrum ſuum plantarent, dicens, quod ſi radices miſerit & fructum fecerit, quòd ſcirent conſcientiam ſuam mundam a famula Dei. Quod cum factum fuiſſet eo mortuo baculus frõduit & floruit, & ſuo tempore fructum fecit; & ſubdit Hiero. Ad hoc miraculum multis de vicinis vrbibus venientibus, noſipſi uidimus miraculum, & cum ipſis glorificauimus Deum. Tertia ratio tangitur ibi. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, quia rationabilis homo non debet tempus ſuum occupare in rebus inutilibus, & nullius valoris; alioquin fatuus reputaretur, ſed iudicia humana de proximo in rebus incertis, dubijs, aut occultis nullius ſunt reputationis apud Deũ, & homines, propter quod dicebat Paulus. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, id eſt non multum curo de iudicio veſtro. Sententia enim a non ſuo iudice lata non tenet. Gen. 49. Dan. iudicabit populum ſuum non alienum; igitur non debet homo facere iudicia iſta cum ſint temeraria & inutilia. Minor autem huius rationis patet, quia tales iudicant cito, & indiſcretè, & inaudita parte. Propter quod vulgo dicitur, de fatuo iudice procedit breuis ſententia. In quo iudicio Deus habet magnum intereſſe, quia talis ſępe iudicat, quod ei eſt, eſſe diaboli; ſicut qui deuotum hominem iudicat hypocritam. Deus autem ab illa ſententia appellat, & ſemel dicetur. Male iudicatum, & bene appellatum. Primò quia hoc iudicium fit ſine examinatione teſtiũ, ſcilicet conſcientię proximi, & Dei quem tibi non licet examinare. Cum enim quidam monachus beatum Baſilium iudicaret eſſe ſuperbũ, quia magnum apparatũ in epiſcopatu ſuo videbatur habere, dictũ eſt ei ab Angelo, quòd de eo non iudicaret, quia plus delectabatur monachus ille

H Iudicium humanũ. Iudicare de occultis eſt inutile, & damnoſum.

iudicans in ſuo cucullo, quàm ille in ſuo ornatu. Secundò, quia de incertis iudicãt tanquam de certis; quia qui hodie optimus eſt, cras forſitan fiet peſſimus. 1. Cor. 10. Qui ſtat videat ne cadat; & econuerſo, quia hodie peſſimus eſt, cras poteſt fieri ſummus; vt Paulus qui Deo operante factus eſt de Saulo Paulus, de lupo agnus, de perſecutore prędicator, & Matthęus de telonear io euangeliſta, econtrario Iudas de apoſtolo diabolus. Ro. 9. Vaſa iræ apta in interitu, fecit Deus vaſa gloriæ, quæ præparauit in gloriam. Tertiò, quia quod optimè fit Deo iudicãte iudicio hominum male fit; vt factum Oſeæ ſumendo fornicariam. Oſeæ. 1. Et factum Samſonis ſumendo de filiabus Phyliſtinorũ. Quartò quia beatæ Trinitati iniuriam faciunt, eius potentiam, cognitionem, & clementiam vſurpando; colligentes mala in vaſis ſuis, & bona foras mittentes contra doctrinam Chriſti. Quintò quia ſic iudicando laqueum ſibi acquirunt damnationis. Sufficit vnus laqueus ad ſtrangulãdam auem, & vnum foramen ad ſubmergandum nauem, & vnum malum iudiciũ ad ſe damnandum. Luc. 18. Phariſæus alium iudicans, licèt gulám, cupiditatem, & alia mala obturaſſet, vnico tamen iudicio ſe præcipitauit. Stultum enim eſt habenti mortuum ſuum ire ad flendum alienum. Sextò quia more capræ ioculatoris ſtultè iudicant; quia melius veſtium parẽtibus, & amicis excelſiorem vrbis iudicãt nudum vero talibus nihilum. Fatuus eſt autem qui empturus equum, non magis conſiderat equum, quàm ſellam, vel fręnum. Sic qui hominem ex veſte præcioſa, vel exteriori conuerſatione conſiderat; quia fręnum ex auro non meliorat equum, & ſub vili ſarpilena latent merces præcioſè, & ſub pictura aurea lignum putridum. Quarta ratione tangitur ibi; ſed neque meipſum iudico. Nihil mihi cõſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et ſic formari poteſt ratio. Nullus alius à Deo me ſic poteſt iudicare ſicut ego, quia nullus ſic me nouit ſicut ego, ſed ego me non poſſum bene iudicare, id eſt aſſerere eſſe iuſtum, quia nihil mihi conſcius ſum,

ideſt

ideſt nullius peccati conſcientiam habeo de quo non pœniteam, aut de quo remordeat conſcientia, vel quod cōmiſiſſe credam; nec propter hoc iuſtificatus ſum, id eſt iuſtus apud Deum. pſalm. 18. Delicta quis intelligit. q. d. nullus, propter hoc rogat ab occultis meis munda me. Et tamē non habere remorſum conſcientiæ alicuius criminis eſt argumētum maius, quòd homo poſſit habere in hac vita de iuſtitia ſua; ergo a fortiori nec alius. Exemplum ad hoc de ſancto heremita Agathone, qui veniens ad extrema vitæ ſtetit tremens & immobilis, & cum a fratribus ei diceretur. Tu times pater? ait. In veritate timeo. Et cum iterum ei dixiſſent fratres: Nunquid confidis in operibus tuis? Reſpondit, Non vtique, ſed in domino meo, quia alia ſunt hominum, alia Dei iudicia. Quid ergo quærimus de aliorum conſcientia iudicare; qui de noſtra non poſſumus? Chryſoſtomus. Sic cupiditate iudicandi iudex eſſe velis, ſedem ego tibi oſtēdam, quæ magnum quæſtum tibi conferet, & nulla criminis ſorde maculabitur. Sedeat mens atque cogitatio tua iudex in animam, atque conſcientiam tuam adducas omnia delicta, ſcrutare & ſingulorum pœnas, & dicas tecum aſſidue; quare hoc atque hoc feciſti? Et ſi quæratur. Vtrum homo poteſt iudicare de occultis cordis ſui? Et videtur, quòd non, quia dicit apoſtolus in epiſtola hodierna, neque meipſum iudico, vbi gloſ. Periculoſum eſt nobis de occultis cordis noſtri vel aliorum iudicare. Tāta enim profunditas credenda eſt in ipſo homine, quæ etiam lateat ipſum hominē. Et hoc oſtenditur per Petrum, qui dixit. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, qui tamen ſcandalizatus eſt. Ad oppoſitū. 1. Cor. 2. Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Si ergo ſciat, quæ ſunt ipſo, de ipſis poterit iudicare. Secundo ibidē dicitur ſpiritualis homo omnia iudicat, igitur. Reſpondet Alexan. de Hall. in ſecunda parte, quòd duplex eſt iudicium, quoddam examinationis, quo poteſt, & debet homo iudicare occulta cordis ſui præſentia & præterita, iuxta illud

I Iudicium humanū. Quō pōt quis iudicare de occultis cordis ſui.

1. Cor. 11. Si noſipſos iudicaremus, nō vtique iudicaremur. Aliud eſt iudicium diffinitionis de re præſenti, & de re futura, quando quis diffinitiuè ſententiat. Si de re futura, aut de eo quod pertinet ad fragilitatem ſuam, vt eſt labi in peccatum, vel eſſe variabilem, & ſic de alijs, & ſic ſatis de ſe certam poteſt proferre ſententiā. Aut eius, quod pertinet ad virtutem, vt ꝙ tunc ſit bonus, vel virtuoſus, & ſic vix aut nunquam poteſt de ſe ferre ſententiā. Hiere. 17. Prauum cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda. Tantæ enim tenebræ poſitæ ſunt ſuper faciem abyſſi, ideſt cordis humani, vt nec etiam homo propriā poſſit ſcrutari conſcientiam. Prouerb. 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meū? purus ſum a peccato, & poſt pauca. Quis hominum poteſt intelligere viam ſuam? Si de præſenti fiat iudicium diſcretionis; aut quantum ad factum & opus; & ſic certam poteſt dare ſententiam ꝙ opus factū eſt bonum malum vel indifferēs. Sic quoad perſonam an ſit bona, an mala, poteſt iudicare ꝙ ſit mala; ſed non diffinitiuè de bono, niſi hoc fuerit a domino datum ſpecialiter, ſicut quando dixit apoſtolus. Certus ſum, quòd neque mors, neque vita, neque præſentia, neque futura ſeparabunt nos a charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Dicitur ſecundò, quòd ſpiritualis homo iudicat omnia, quæ ad ſalutem ſuam pertinent ſufficienter iudicio examinationis. Nec eſt contrarium ei, quod dixit apoſtolus. Sed neque meipſum iudico, ideſt non me diffinio eſſe bonum, etiam ſi non habeam conſcientiam mali. Poteſt tamen homo habere certitudinem confidentiæ de futuris, & ſi non certitudinem iudicij, iuxta illud. 1. Ioan. 3. Si cor noſtrum non repræhenderit nos; fiduciam habemus ad Deum, ꝙ quicquid petierimus accipiemus. Vel poſſet ſic formari iſta quarta ratio; quia nullus niſi literatus, & doctus in eo quod vult iudicare non debet ſe de iudicio intromittere. Vnde & quidam Papa ſcripſit Roberto Francorum regi, ꝙ rex ſine literis eſt aſinus coronatus, ſed nos non ſumus literati in literis cordium alieno-

alienorum. Inde eſt, quòd dicit Paulus. Sed neque meipſum iudico, etiam in literis cordis mei indoctus, quare de aliorum factis non habeo iudicare. Quinta ratio ſubditur cum dicitur. Qui autem me iudicat, dominus eſt. Quæ ſic formari poteſt. Ille iudicare non debet, qui auctoritatē iudicandi non habet; ſed non habes auctoritatem iudicandi de proximo; igitur de ipſo iudicare non debes. Minor probatur; quia hoc ſolius Dei eſt. Vnde Apoſtolus, qui me iudicat dominus eſt, ergo vſurpas eius officium. Secundò quia ſcribitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, ſcilicet ſeorſum a filio, ſed omne iudicium dedit filio. Si ergo pater non vſurpat ſibi ſoli iudicium, a fortiori, nec tu debes. Tertiò quia vult dominus, vt quilibet proximus ſe opponat pro proximo ſuo iudicio Dei; vt patet de Moyſe Exo. 32. ſe opponente pro populo quem dominus volebat delere. Ezech. 22. Quæſiui de eis virum, qui ſe interponeret ſæpem, & ſtaret oppoſitus contra me, & non inueni. Vult enim dominus, vt per præces, & ſuffragia tua ſubleuet frater tuus contra iudicium domini; & tamē tu præuenis eius iudicium. Vnde cum quidam frater grauiter infirmatus putaretur obijſſe, quidam fratres aſtantes cœperunt de eo male iudicare; mala eius opera recitando, qui ex extaſi ſubito rediens ait. Parcat vobis Deus fratres. Ego iudicio Dei aſſiſtens non ſolum dæmones habui accuſatores, ſed & vos.

K Iudicium humanū. Quare iudiciū hominis eſt fallax & mendax.

Quartò, quia iudicium Dei verax eſt, iudicium hominis mendax. Roma. 3. Deus verax, omnis autem homo mendax. Et ratio eſt; quia res non poteſt perfectè cognoſci, niſi vnde & immediatè tangatur. Ideo Gen. 28. Iſaac volens tangere filium ſuū, & cognoſcere dixit. Accede huc fili mi, vt tangam te. Quia tamen non tetigit eum nudè & immediate, ſed mediante pelle piloſa, qua erat inuolutus; non cognouit eū. Iudicium autem mundi non accipit perſonas nudè & immediatè, ſed mediātè exteriori habitu vel affinitate, vel cognitione. Ideo frequenter a mundo iudicatur magnus, qui apud Deum eſt paruus. Cum enim ſecundum Aug. in ſpiritualibus idē ſit magnum & bonū, quilibet apud Deū tam magnus eſt, quàm bonus. Nudus. n. ſibi apparet quilibet; non autem mundo, ideo fallax eſt iudicium eius, non Dei. Hieronymus ad Pāmachium. Non æquè inimici audiunt & amici. Qui inimicus eſt, etiam nodum in ſcirpo quærit, amicus quoque praua recta iudicat. Scribunt ſeculi literæ, amantium cæca eſſe iudicia. Hæc Hieron. Quinto, quia ſic iudicando Deo facis iniuriam, cum a ſeruo prius procedit ſententia, quàm a domino. Et adhuc quod peſſimum eſt ſumunt homines auctoritatem iudicandi de ſuis ſuperioribus, ita vt in quolibet conuiuio dentibus lacerentur. Sed talibus malè continget. Cham inebriati patris pudenda deruſit, & maledictionem pro ſe, & ſua poſteritate retulit; quantomagis de patre ſpirituali? Maria contra Moyſen locuta, lepra percuſſa eſt. Exod. 22. Dijs non detrahes; & principi populi tui non maledices. Hoc diſputat Gregorius. vigeſimoquinto moralium. Magna (inquiens) cautela ſubditis cauendum eſt, ne ſuperiorum vitam iudicare præſumant. Habent enim illi iudicem ſuum Deum, qui per magiſtros vitam iudicat plebium; per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum; quàmuis & ſubditi quos modo magiſtri diſcutere, vel negligunt, vel non poſſunt, eius iudicio reſeruentur. Nam perlatos a ſe ſolo iudicandos innuit, cum cathedras vendentium columbas ſua manu euertit. Si autem rectores mali ſint, ſubditi ſeipſos, & non illos tantum accuſent; quia eorum culpa eſt, quòd talibus ſubijciuntur. Dabo (inquit dominus) eis regem in furore meo. Item & regnare facit hypocritam, propter peccata populi. Vnde in ſcriptis de ſolis prælatis legitur vita ponderata & diuinæ ſententiæ per prophetas, vt communius ad reges & principes referūtur. Hæc Grego. Sexta ratio tangitur ibi, quouſque ueniat dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quia temerarium eſt de aliquo iudicare, quouſque merita cauſæ cognoſcantur, ſed nunc non eſt poſſibile cognoſcere determinatè, qui ſunt boni vel qui mali,

L Iudicium humanū. Nō debēt ſubditi de ſuis ſuperioribus iudicare.

Deus malos principes ob populi peccata permittit.

mali, quo aduſque veniat dominus qui reuelabit cogitationes cordium, igitur nunc temerarium eſt iudicare. Eſt enim hoc ſignum venenoſi cordis. Gen.49. Fiat Dan qui interpretatur iudiciũ quod fugiẽdum eſt ſicut coluber in via cõmuni ſecularium, & ſicut ceraſtes in ſemita religionis, quia in neutro debẽt talia fieri iudicia, quoaduſque veniat dñs, qui illuminabit abſcondita tenebrarum.

Eadem dominica Tertia aduentus, Sermo III. & in ordine XXV. per thema.

A Reuerti. Multa inducere debent peccatorem vt reuertatur ad dominũ.

Veniet dominus qui illuminabit abſcõdita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiũ. 1.Cor.4. Qui receſſit a Deo ſalutari ſuo, multum debet deſiderare vt ad eum reuertatur & veniat: ad cuius deſiderium augendũ multa valere poſſunt. Primum vt cogitet quem reliquit. Siquidem patrem ſuum negauit, & reliquit liberatorem ſuum. Deut.32. Deum qui te genuit dereliquiſti. Naturalis eſt amor filij in patrem, & naturalis dolor de eius offenſa, & maximè de offenſa patris cæleſtis. Auguſtinus. Amandus eſt genitor, ſed præponendus eſt creator. Magnum eſt opprobrium negare dñm ſuum: maximè a quo omnia bona ſua quis obtinet, & a quo victum habet & veſtimentum. Diabolus autem non habet feſtucam quam poſſit homini dare, ſed dñs eſt terra & plenitudo eius. pſ.23. Ideo Ioſuæ.24. Abſit a nobis hoc ſcelus, vt recedamus a domino. Multum dolere debet, qui ſe receſſiſſe videt ab eo qui morte propria cum a morte æterna liberauit. Eccl.29. Ingratus ſenſu dereliquit liberantem ſe. Secundò vt cogitet cauſam quare dereliquit eum. Hiere.2. Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, quia elongauerunt ſe a me, & ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt? Propter enim ſtercus & viliſſimum peccati fimum dereliquit aurum. Tertiò cogitet quid cũ eo reliquerit quia omne bonum. Oſeæ.7. Proiecit Iſrael omne bonum. Vnde Lucę.10. Ille qui incidit in latrones ſpoliatus eſt, & filius prodigus bona ſua diſſipauit. Perdiderunt enim omne delectabile & honeſtum bonum. Hiere. 2. Me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ideſt creaturas in quibus delectati ſunt, nec tamen in eis inuenitur perſeuerans iocunditas, & ideo ſubditur, diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Aqua enim voluptatis eſt quaſi aqua corrupta & mortua, quæ inuenitur in creaturis tanquã in ciſternis, & tamen adhuc illa aqua voluptatis cito abſorbetur. Quartum vt cogitet cui adhæſerit. Ioan.6. dixit Petrus Ieſu, Domine ad quẽ ibimus niſi ſupple ad te, & tamen diabolo adheret. Gregorius. Stultum eſt ſeruire diabolo offenſo, qui nullo placatur obſequio. Bernar. in perſona domini. Quid cauſę eſt ꝙ inimico meo veſtroque potius ſeruire vultis quàm mihi? Quintum eſt, vt cogitet quid diabolo adhærendo inuenit, quia omnem miſeriã. Oſeę.7. Væ eis qui receſſerunt a me. Nõ eſt ſine miſeria quem vermis conſciẽtiæ mordet, qui in ſpinis vitiorum iacet, qui continuè ſuper ſe onus diaboli habet. Eſa. 3. Dicite iuſto quoniã bene, & per conſequens iniuſto ſemper eſt male. Hiere.17. dñe omnes qui te derelinquunt, confundentur. Sextum eſt vt cogitet ꝙ niſi aduenat Deus nõ recedet diabolus. pſ.14. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Nec enim ſimul eſſe poſſunt. Eſaię.28. Coanguſtatum eſt ſtratum eius, ita vt alter decidat, & pallium eius breue vtrunque operire non poteſt. Cor .n. hominis ita arctũ eſt, vt nõ niſi alterũ .ſ. vel Deũ vel diabolũ capere poſſit. Recipiamus igitur intra cor noſtrũ dñm, ſicut & Maria in cor & in vterum, ad quã recurrentes dicamus, Aue.

Dominus in primo Aduẽtu ſeptem reuelauit abſcondita.

IN hoc ſermone primò videbitur quid primo aduentu ſuo in carnem reuelauerit dominus. Secundo quæ & quanta reuelabit in ſecũdo aduentu, ſcilicet ad iudicium.

Pro primi expeditione nota ꝙ dñs in primo ſuo aduẽtu ſeptem reuelauit prius

abſcondita. Primum eſt abſcondita erat ſui conſilij profunditas ſuper ſalute generis humani. Eſa. 19. Vbi nunc ſunt ſapientes tui annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit dominus ſuper Aegyptum .i. ſuper humanum genus. Sed illud abſconditũ reuelauit nobis in ſua incarnatione. Primò ipſum per fact euidentiã propalando. Irritabat. n. dñm per ſuos errores & idololatriã genus humanũ, & ex aduerſo Deus irritatus nunc diluuium, nunc gladios ſuos vibrabat contra ipſum. Et ſicut dicitur Iob. 9. Nõ erat qui arguere poſſet vtrunque & ponere manum in ambobus, donec ipſe dominus cogitaret de pace dicens per Hieremiam. Hie. 29. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, facienſque nuptias filio ſuo copulauit naturam humanam cum diuina, vt eſſet ipſe Deus & homo, & in eo cõpromittere volens de pace dixit quod in pſ. Ponam in ſalutari. Cui concordans humana natura ait. Fiducialiter agã in eo: & ſic dñs manũ miſit in ambobus, & hoc neceſſariũ erat. Nam tripliciter homo degradatus erat propter præuaricationis ſuæ culpam. Primo a gloria incorruptionis factus mortalis, cui dictum erat quacunque hora comederis &c. Secundò a prærogatiua dignitatis, quando detractus ab illa ſublimitate ſimilitudinis Dei, cecidit in ſimilitudinem iumenti, quando homo cum in honore eſſet non intellexit, ſed comparatus eſt iumentis &c. pſ. 48. Tertio cecidit ab abundantia plenitudinis, qñ de loco voluptatis in quo erat poſitus eiectus eſt in terram laboris & vallem lachrymarũ, euacuatus ab illa abundantia bonorũ, qñ dictum eſt ei. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex eo. Sed noluit dñs in ira continere miſericordias ſuas quia ſecũdum diuitias bonitatis ſuæ reſtaurauit vniuerſa, iuxta enim illud triplex dãnum, accepit homo a Deo triplex promiſſum. Primo promiſſum recuperandæ immortalitatis. Eſa. 26. Viuent mortui, interfectique mei reſurgent. Secundò promiſſum recuperandæ dignitatis. Eſa. 56. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomẽ melius a filijs & filiabus &c. Tertio promiſſum recuperandę beatitudinis. Eſa. 64. Oculus non vidit abſque te Deus, quæ p̃paraſti diligẽtibus te. Et hæc tria tanguntur. Eſa. 11. Ecce virgo concipiet & pariet filium. In matre Dei habemus ſignũ, & arras incorruptionis, cum Maria virgo incorrupta concepit & permanſit, & ſubditur. Et vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt nobiſcum Deus, intelligitur ipſa Dei dignitas nobiſcum permanere. Et tertium completum habetur in prole cum dicitur, Butyrũ & mel comedet, vbi de electione bonorũ ad beatitudinẽ loquitur propheta. Qñ Deus butyrũ humanitatis, quod eſt precioſiſſimũ in lacte: ſic precioſiſſimã inter ceteras humanitatem aſſumens, etiam mel diuinitatis ſibi incorporauit, q̃ mel ſurſum deſcendit, vt in ea humanitate deitas ipſa ſciat reprobare malos, & eligere bonos ad ęternã hęreditatem. Secundo hoc idẽ reuelauit per apoſtolos ſuos apertius hoc manifeſtando. Hoc enim eſt illud abſconditũ de quo apoſtolus. Eph. 4. Mihi autẽ ſanctorum minimo data eſt gratia hęc. Et ſequitur, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in Deo. Et Col. 1. Myſterium quod abſconditum fuit a ſeculis & generationibus, nunc autem manifeſtũ eſt ſanctis eius. Et Roma. vlt. Potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti ſecũdũ reuelationem myſterij tẽporibus æternis taciti, quod nunc patefactum eſt.

Homo tripliciter degradatus erat propter culpam.

B Remediũ. Miſericordiæ. Triplex remediũ attulit dominus cõtra triplex damnum peccati adæ.

Chriſtus quomodo Butyrum & mel comedit.

Secundum abſconditum a nobis erat ſuæ viſionis iocunditas. Peccata enim noſtra fecerant murum inter nos & Deũ noſtrum, iuxta illud Eſa. 49. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos, & Deum. Abſconderunt enim faciem eius nobis, iuxta ſententiam quam dedit Dauid Abſalon. Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat 2. Regum. 14. Vnde & Moyſi dixit. Exo. 33. Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Multi enim reges & prophetæ. vt ait ſaluator, Lucæ. 10. voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Sed in natiuitate ſua nobis reuelauit illam faciem ſuam nube carnis tectam,

C Peccatũ. Peccata faciũt diuiſionem inter nos, et Deum.

ctam, vt oculis noſtris illam contempera ret, de qua reuelatione. Exodi. 2. Videns ſcilicet Deus pater eum, ideſt filium ſuũ elegantem, quia ipſe eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantię eius, abſcondit eum tribus menſibus, ideſt tribus tẽporibus. ſ. tẽpore naturæ inſtitutæ, tẽpore legis naturæ poſt peccatũ, & tempore legis ſcriptæ. Sed cũ iam celare non poſſet propter generis humani neceſſitatẽ, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, ideſt virginem Mariã elegit, & liniuit eam bitumine charitatis interius, & pice caſtitatis in corpore exterius, poſuitque intus infantulum, & expoſuit eũ huius mũdi tribulationibus, & pęnis, ſed nõ culpis. Iſte enim ſunt ripæ hui⁹ maris magni ſcilicet mundi, culpa videlicet & pęna, & ipſum manifeſtauit filię Pharaonis, ideſt eccleſiæ. Et hic eſt mirabilis modus manifeſtãdi, quia abſcõdẽdo ſe manifeſtauit. Propter quod dicebat propheta. Eſa. 44. Verè tu es Deus abſconditus Deus Iſrael, id eſt verè tu es Deus qui te abſcondendo in carne teipſum feciſti viſibilem. Iſtius autem abſconditi illuminationem deſiderabat. Pſal. 83. cum diceret, Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos. Et iterum. Oſtende nobis faciem tuam &c. Si ergo voluerimus ipſam beatiſſimam faciem nunc abſconditam videre, oſtendamus ei primũ faciem conſcientiæ noſtrę, vult enim eam primũ videre, iuxta illud Cant. 2. Oſtende mihi faciem tuam. Facies enim tua decora tunc primũ cũ oſtẽderis eã. Puero lachrymãti oſtẽdit nutrix faciẽ ſuã. Lachrymabitur puer Ieſus in die natiuitatis ſuæ, ſicut ſolent infantes recenter nati, nec poterit melius pacari quàm illo die, oſtendendo ſibi faciẽ conſcientiæ noſtræ mundatam.

D Manifeſtare. Deus ſe manifeſtauit abſcõdendo ſe.

Tertium abſconditum erat ſcripturarũ veritas ſub nubilo ſcilicet figura. Omnia enim in figura cõtingebant illis. 1. Cor. 10. Sed iſtud abſconditum reuelauit. Primò in figurarum adimpletione. Gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt, i. reuelata. Ioan. 1. Ille enim fuit clauis Dauid, qui aperit, & nemo claudit. Aperit ſiquidem librum ſacræ ſcripturæ qui clauſus & ſignatus erat, qui Eſa. 29. datus eſt populo Iudæorum ſcienti literas, nec potuit legere, quia ſignatus erat ei. Sed poſtmodum populo gentili neſcienti literas datus eſt, & illi aperuit ſenſum vt intelligeret ſcripturas. Secundò per ſuam prædicationem. Iob. 28. Profunda fluuiorũ ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Matth. 13. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Eccleſiaſtici. 24. Doctrinam quaſi ante lucanum illumino omnibus. Ante lucanum, id eſt ante auroram, quia dum adhuc tenebræ errorum erant ſuper terram, effudit doctrinam in abundantia. Tertio per prædicationem, Apoſtolorum, & ſanctorum doctorum ſubſequentium. Sicut enim in candelabro templi erãt infuſoria, extinctoria, & emũctoria, vt dicitur Exo. 25. Et Zacha. 4. Sic in ſacra ſcriptura voluit dominus eſſe infuſores, ideſt expoſitores doctos, quia qui natare neſcit, non debet appropinquare paſſui profundo. Sic indoctus in ſcripturis non debet ſcripturæ paſſus difficiles enodare, ne forte inuoluatur profunditate ſermonis, vnde & Moyſi adhuc indocto in diuinis agendis dum doluit accedere ad videndum viſionem magnã dictum eſt, ne appropies huc. Qui vero docti ſunt, ad exponẽdum eam apti ſunt. Inde Grego. ſuper illud Iob. Habet argentum venarum ſuarum principia. Qui norunt eruere de minerijs, vbi vena diues arriſerit, plus impendunt operis, & laboris, & dum profundius occulta rimantur, copioſior, redundantia metalli materia miniſtratur, vt tandem palam appareat, quod prius in abditis fodicinæ latebat. Sic quanto ſcriptura copioſior inuenitur, tanto intellectus doctorum inſudat ad inueniendum. Secundò voluit eſſe extinctoria. Extinctores enim fuerunt malleí hæreticorum, qui extinxerunt doctrinam eorum, vt Hilarius, Auguſtinus, & ſic de alijs. Iſti erant ſagittarij quorum ſagittæ acutæ tranſibant in corda inimicorum regis. Directè enim ſagittas emittebant in doctrinam inimicorum Dei. Inſuper & validè, quia aliter

E Scriptura ſacra. Soli docti dicunt ſe intromittere de ſcriptura ſacra exponenda.

emittendæ ſunt ſagittæ contra armatos, aliter contra nudos. Armati erant hæretici rationibus & auctoritatibus, nudi vero erant populi gentiles, & alii populares. Tertiò voluit eſſe ibidem emunctoria. Hi ſunt prædicatores verbi qui ſciunt emungere & ſeparare precioſa & difficilia a minoribus, & minus præcioſis, vt maioribus maiora, minoribus minora prædicent. Eſt enim liber ſacræ ſcripturæ ſcriptus intus & foris. Ap. ca. 5. Intus quantum ad ſenſum ſpiritualem, foris quantum ad literalem, dum maiores ſpiritua li, minores ſimplici prædicator paſcit hiſtoria. pſ. 103. Môtes excelſi ceruis, i. ſpiritualis intelligentia refugium eſt perfectis, & prouectis, petra, id eſt ſimplex hiſtoria refugium eſt erinatiis in qua ſimplices requieſcunt. Vel prædicator qui habet ſeparare ea quæ ſunt ſcripturæ quo ad mores, & q̃ ſunt ad ſpeculationẽ fidei apta.

Scriptura ſacra. Prædicator. Prædicatores ſunt emunctoria ſcripturæ ſacræ.

Quartum abſconditum erat viæ veniẽdi ad cęlum compendioſitas. Quot enim circumitus fecerunt filij Iſrael priuſquã intrarent terram promiſſionis, vt patet vbique in Exodo, & libro Numerorũ, ut de ipſis bñ dicat pſal. 105. Errauerant in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: de quo abſcondito dicitur Iob. 3. Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tenebris. Sed iſtud abſconditum reuelauit nobis in ſua conuerſatione. Tunc enim exemplum dedit nobis, vt quemadmodũ ipſe fecit, ita & nos faciamus. De cuius abſconditi illuminatione dicitur Lucæ. 1. Viſitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui tenebris ſedent. Pſal. 24. Vniuerſę viæ domini miſericordia & veritas. Breuis eſt via miſericordiæ, breuior via veritatis & iuſtitiæ. Breuis via per pęnitentiã, per quam conſequimur miſericordiã, ſed multo breuior per baptiſmũ, quando innocentiæ & veritati iuſtitiæ reſtitutus, ſtatim euolat ad cęlum.

Quintũ abſcõditũ erat ipſius ad hominẽ mia & charitas. De hoc quærebat qui dicebat. Vbi ſunt miæ tuæ antique dñe, & qui dicebat. Dñe in cęlo mia tua, & veritas tua, id eſt ſeueritas iuſtitiæ vſque ad nubes. i. peccatores. Nubes enim fumi sũt valde volubiles. Sic peccatores ſunt fumi ad omne malum vertibiles. Pſal. 36. Sicut fumus deficient. Sed iſtud abſconditum reuelauit, primo in ſua incarnatione, quãdo ſibi hominem inſeparabiliter vniuit. Dilectio enim dicitur quaſi duo ligans, amantem ſcilicet cum amato. Sic amor Deum ſic vniuit homini, vt nunquam ſeparetur ab eo. Vt enim diligeretur magnus Alexander a Perſis, poſtquam ſub iecit eos vi armorum, habitu eorum ſe ve ſtiuit, vt eorum amorem & obedientiã & corda ſibi attraheret. Sic fecit Deus nobis. Secũdò in ſua paſſione, qñ non q̃ fuit ſe abſcõderet a calore eius. Io. 4. Apparuit charitas Dei in nobis, quoniã miſit filium ſuum vt viuamus per eum. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Inde dicit in pſal. 35. Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam a conſilio multo; qñ in cõſiliũ Iudęorũ in ſua paſſione euocatus eſt.

Chriſtus uenit ut miſericordiam te faceret ſuam.

Sextũ abſcõditũ erat in limbo humani generis captiuitas. Eſaia. 43. In domibus carceris abſcõditi ſunt, facti ſunt in rapinã, nõ eſt qui eruat in direptionẽ, non eſt qui dicat redde. Iſtud abſconditum reuelauit a limbum deſcendendo, & ſanctos patres educendo. Eſaiæ. 9. Populus gentium qui ambulabat in tenebris &c. Eccleſiaſtici. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & illuminabo omnes ſperantes in domino.

Septimum abſconditũ erat vitæ æternæ iocunditas. Mat. 13. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro, quod abſconditum manifeſtauit in reſurrectione, & etiam in transfiguratione. Vnde dicebat Ioannes qui transfigurationi interfuit. Annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. 1. Ioan. 1. Cuius abſconditi illuminationem deſiderabat Paulus Epheſijs, qui dicebat Ephe. 1. Pater glorię det vobis ſpiritum ſapientiæ, & illuminationis in agnitionem eius, & illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius

tis eius in ſanctis. Hęc ſeptem abſcondita reuelauit dominus in primo aduentu, non quibuſcũ que, ſed tantũ humilibus. Quod habetur Mat. 11. Confiteor tibi pater dñe cęli & terræ, qui abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

G
Iudicium futurum. Reſpondere. In iudicio futuro oportebit reſpondere iudici.

Secundo in ſecundo aduentu, ſcilicet ad iudicium ſeptem reuelabit. Primò hoſtis aſtutiam & calliditatem, quæ modo eſt abſcōdita. Iob. 18. Abſcōdita eſt in terra pedica eius, Et pſ. 10. Inſidiatur in abſcōdito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Eccl. 7. Fecit Deus hominē rectũ, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quæſtionib⁹ propter aſtutias hoſtis antiqui, quæ dicuntur quæſtiones, quia de eis in die iudicij oportebit reſpondere. Eccl. 8. Tēpus & reſponſionem cor ſapientis intelligit, idest quid & quando reſpōdere debeat, ſcilicet futuro i iudicio. Cor vero ſtulti neutrum intelliget. Eſa. 3. Vultus eorũ reſpōdebit eis, hoc eſt ipſa operum euidentia reſpondebit. Sap. 6. Ipſe interrogabit opera mea. Optimus diſputator erit qui ibi laudabiliter reſpondebit. Seneca. Optimum oratorem te reputo, ſi quod rectum eſt ibi ipſi ſuaſeris. Vę illis qui præſentium bonorum fallacijs paralogizantur, quia in illa extrema diſputatione, æternæ mortis illatione concludentur. Væ illis qui tunc argumentis malitiæ ſuæ & increpationibus auerſionis ſuæ, vel neſcient, vel non poterunt reſpondere, Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Hi ſunt qui errores pro veritate, & falſa bona pro veris, ideſt præſentia pro futuris, veritatem, & quæ veritatis ſunt reijcientes, merito ſequitur eos quaſi de falſis & inconuenientibus receptis, & veris & conuenientibus negatis ignominia & opprobrium. Prouer. 29. Viro qui corripientem ſe dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interius. Prouer. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, &c. Et ibidem. Non recipit ſtultus verba prudentiæ. Et ideo contra tales dicit dominus in pſ. 77. Loquar propoſitiones ab initio, quia a beneficio creationis incipiet dicens. Quid tibi debui facere & non feci? Bern. Proponet ei legem naturalē a principio, & leges diuinas quas conſequenter dedit, & hoc pro maiore propoſitione, & aſſumet tranſgreſſiones pro minore, & exinde concludet æternam damnationem. Hoc autem abſconditum manifeſtabit in aperta ipſius condemnatione. 1. Theſſal. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tunc enim decipula eius quæ ſub folio delectationis nunc abſconditur, manifeſtabitur. Iob. 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius ſuper ſemitam. Sicut enim laqueus ſub grano, ſic ſub delectatione venenum abſcondit, & maximè in via qua ambulamus. pſal. 141. In via hac qua ambulabam, ideſt in quo pronior eram &c. Aucupes enim ſolent laqueos ponere, vbi frequentant aues.

H
Diabolus. Abſcondere. Diabolus nunc abſcondit decipulā ſub delectatione.

Secundò reuelabit ſuam inuiſibilem poteſtatem quæ ſpecialiter fuit abſcondita in paſſione, iuxta illud Abac. 4. Cornua, ideſt brachia crucis in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Et Eſaia. 53. Abſconditus eſt vultus eius terribilis, ſcilicet quia tunc apparuit humilis & mitis, vnde nec reputauimus eum. Sed iſtud abſconditum reuelabit in terribilium ſignorum oſtenſione, quando erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis, quando videbũt filium hominis venientē in nubibus cęli cũ poteſtate magna & maieſtate. Tũc .n. ſicut ſerpentes de cauernis ſuis eiecti, huc & illuc quaſi ſtupefacti vagantur. Sic reprobi tunc de ædibus ſepulcrorum eiecti, perteriti & ſtupefacti, nullum apud ſe conſilium habebunt, quo fugere debeant a facie irę Dei. Tunc enim (vt dicit Guil. Pariſ.) euaneſcent omnia regna mũdi. 1. Cor. 15. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, & euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, ſicut ſol in ortu ſuo omnium ſtellarum lumina euaneſcere facit. Eſa. 2. Exaltabitur Deus ſolus in die illa, & humiliabitur omnis altitudo virorum.

Tertiò reuelabit iuſtitię ſuę ęquitatē, quę

fuit abſcōdita in ſuæ miſericordiæ exhibitione vſq; ad tēpus illud, tēpus miſerendi & annus benignitatis. Sed cum acceperit tempus iuſtitiæ, ipſe iuſtitias iudicabit. Sed iſtud abſconditum reuelabit in iudicij ſui diſtrictione. Eſa.56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Tunc enim reprobi diſtrictè iudicabūtur. pſ.17. Vt lutum platearū delebo eos. Sicut in aduentu principis lutum tollitur de plateis ciuitatis, & projcitur in locum immundum, ſic in aduentu Dei tollentur impij de medio iuſtorum. Matth.13. Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. In primo aduentu armauit ſe armis miſericordiæ. pſ.34. Appræhende arma, & ſcutum, & exurge &c. In ſecundo armis iuſtitiæ. Sap.7. Accipiet armaturā zelus eius, & armabit creaturā ad vltionem inimicorum, & pugnabit contra inſenſatos orbis terrarum, immo & cęleſtium, quia Apoc.19. Exercitus qui in cęlo ſunt ſequebantur eum.

I Reuelare. Quare dominus i iudicio reuelabit merita bonorum.

Quarto reuelabit bonorum merita, & ſanctitatem in ipſorum aperta remuneratione. Tunc enim erit vnicuique laus a Deo. Primo quia nunc non apparent merita bonorum, quia ea abſconduntur per humilitatem, iuxta conſiliū domini Matth.6. Ora patrem tuū in abſcondito. Ideo oportebit ea in iudicio per Deum commendari. Iuxta illud Col.3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cū aūt apparuerit Chriſtus vita ueſtra, tunc & vos apparebitis cū ipſo in gloria, quam reuelabit propter opera abſcondita, & quæ abſcondunt iuſti ab adulatoribus & laudatoribus, ſicut ſemen in terra ne volucres cęli, ideſt adulatores illud conſumant, ſicut trutannus primam eleemoſynam, vt ſecundam accipiat, ſicut denariata a malis ſolutoribus. Secundo hoc faciet ad conſolandum bonos, qui nūc apud mundum nullius ſunt ponderis, ſed ſolum mundani & mundū diligentes. Abac.1. Impius præualet aduerſus iuſtum. Apud vero Deum mali nullius ſunt ponderis, ſed ſunt ſicut puluis quem projcit ventus a facie terrę. pſ.1. Et ſicut puluis præ multitudine & vilitate non numeratur, ſic tales pro vilitate vitæ & multitudine inter electos non numerabūtur. vñ Nume.1. Maſculi & fortes præcipiuntur numerari, quia apud Deum ſoli electi & eorum opera numerabuntur. 1. Petri.1. Probatio fidei veſtrę multo prætioſior auro quod per ignem probatur. inuenitur in laudem & gloriā & honorem in tempore retributionis. Hinc Prouerb. vlti. Purpurā, & byſſus, ideſt ornatus operum bonorum indumentum eius, & ideo ridebit, ideſt conſolabitur a Deo in die nouiſſimo. Si enim iuxta pſal.10. laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & hoc a mundo, quantomagis iuſtus a Deo? Iuxta illud Prouer. vlti. Laudent eum in portis, ideſt in iudicio quod ſolebat fieri in porta, opera eius. Tertiò laudabit eos Deus, magnificiendo iuſtos, qui propter eum hic fuerunt oppreſſi. Pſal.21. Apud te laus mea in eccleſia magna, ſcilicet in congregatione omnium iuſtorum. Apud enim homines laudari non eſt magnum, Immo vt dicit Auguſtinus de verbis domini. De cuius puritate conſcientiæ procedit aliquid, tanto eſt laudabilius, quanto laudes humanas minus deſiderat. Sed ſic viuere vt apud Deum ſit laus tūa, hoc maximum eſt. Nam ſecundum Ariſtote. 1. Rhetoricæ, intendere debet quis apud quos laus fiat, quia (vt dicit Socrates) non eſt difficile Athenienſes inter Athenienſes laudari. Sic hominem ab homine laudari non eſt difficile, quia ex leui occaſione & affectione potius, quām ratione mouentur homines ad aliquem laudandum. Sed apud Deum, & Angelos laudabilem eſſe eſt difficile, quia non competit niſi virtuoſe. Virtus autem eſt circa difficile. 2. Ethicorum. vnde Vegetius. Sicut nefas eſt non meruiſſe laudari: ſic crimen eſt ſine meritis fuiſſe laudatum. Hinc & Ambroſius. Laudanti adulatio nocere poteſt, & laudatum elatio tentare. Lauda ergo poſt periculum, prędica ſecurum. Lauda nauigantis fælicitate, ſed cum venerit ad portum, ſcilicet in nouiſſimo die.

K Laudari. Ab homine laudari non eſt magnum, ſed ſolum a Deo.

Quinto reuelabit reproborum malitiam in eorum publica, & aperta repręhenſione,

ne, quando dicet, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c. Tunc hypocriſis, fraus, & ſimulatio manifeſtabuntur. Propter quod dicitur Eccleſiaſt. 1. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Et ſubdit cauſam. Ne adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te. Tunc etiam turpitudo luxurioſorum reuelabitur, & hoc dicebat Nathã. 2. Regum. 12. Tu feciſti abſconditè, ego vero faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, de quo Eccleſiaſtici. 23. Omnis qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam, & dicens, quis me ſvidet quem vereor, delictorum meorum non memorabitur altiſſimus. Et ſequitur. Et non cognouit quia oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circunſpicientes omnes vias hominum, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Et ſubditur. Hic in plateis ciuitatis uindicabitur, & vbi non ſperauit comprehendetur, & eſt dedecus omnibus eo ꝙ non intellexerunt timorem domini. Tũc oſtendetur quod modo latet in cordibus adulatorum, & reuelabit odium. Prouerbiorum. 16. Qui operit odium fraudulenter reuelabitur eius malitia in conſilio. i. in iudicio. Tunc etiam reuelabuntur theſauri abſconditi auarorum, vt erugo eorũ ſit eis in teſtimonium ad eorum dannationem. Iacobi. 2. Tunc apparebit ꝙ melior eſt eleemoſyna, quàm theſauros auri condere. Tob. 12. Et tunc nihil proderunt theſauri impietatis. Prouerbiorum. 10. Tunc vt dicitur Iob. 20. Apertum erit germen domus illius, quod creuit in terra inculta. Tunc vt dicitur Sopho. 1. In die illa erit vox clamoris a porta piſcium, & vlulatus a ſecunda. Prima eſt oculorum quæ aperiuntur ad concupiſcendum. Secunda auriũ pro delectatione cantilenarum. In futuro cum aperientur libri, imago antiquorum ſcelerum exhibebitur ante oculos reorum. Et tunc erit clamor a prima porta, ſed inutilis, ſicut cum capta eſt ciuitas ſit clamor populi capti, ſed inutilis. Sed erit vlulatus a ſecunda porta, ſcilicet aurium, quia tunc illicita quę audierunt ad memoriam & confuſionem reuelabuntur.

In Iudicio reuelabuntur abſcondidita peccata.

Sed quæritur vtrum in die iudicij omnia tam bona quàm mala in libris omniũ conſcientiarum legentur? Et videtur ꝙ non, quia mala bonorum deleta ſunt per pęnitentiam, & charitas operit multitudinem peccatorum. Et bona malorum deleta ſunt per culpam. Quod autem deletum eſt in conſcientia, iam non eſt in ea ſcriptum, igitur in ea non legentur talia. Secundo, ſi repręhenſibile eſt in homine denudare amici ſecretum, cum Deus ſit fidelior amicus quàm quicunque homo, ſequitur quod nõ denudabit peccata amicorum, maximè cum Deus comminetur in pęnam denudare pudẽda alicuius, in bonis autem aberit omnis pęna. Tertiò, tunc malis eſſet ſolatium, ſi legerent mala bonorum. Solatium enim & excuſatio eſt alicui cum videt multos ſe ſocios habere in ſcelere. In oppoſitum eſt Auguſtinus. 20. de ciuitate Dei, dicens. Vis diuina aderit, qua fiet vt omnia ad memoriam reuocentur. Et Grego. Vnius mentẽ ab alterius oculis corpulentia non abſcondet.

Reuelari. Omnia tam bona quàm mala reuelabuntur ĩ vltimo iudicio.

Pro reſponſione ſit prima veritas. Omnia tam bona quàm mala legentur in conſcientijs tam bonorũ quàm malorũ, quia ſecundũ Apoſtolũ Roma. 2. Erunt cogitationes accuſantes, & defedentes in qua iudicabit dominus occulta cordiũ, malæ quidem accuſantes, bonæ vero defendentes, & ſic bonæ & malæ patebunt. Et hoc ſiet vt dicit Bonaue. 4. diſtin. 41. ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ ſecundum ſtatum illum, & miſericordiæ ſecundum ſtatum præteritum, quia propter oſtenſionem iuſtitiæ in retribuendo, memorabuntur bonorum & malorum in quibus finaliter permanſerunt, quia hęc ſola digna ſunt retributione. Sed propter oſtenſionem miſericordię de præterito memorabuntur, tunc mala bonorum a quibus ſunt miſericorditer liberati, & bona malorum quæ in eis miſericorditer operatus eſt Deus, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Tunc enim virtus diuina hoc demonſtrabit, ſicut lux differentias co-

lorum. 1. Corinthiorum. 3. Opus vniuſcuiuſque manifeſtum erit, dies enim domini declarabit.

Secunda veritas. Mala bonorum & bona malorum delecta ſunt quantum ad pęnas & prǣmia, non quātum ad notam vel ſimilitudinem impreſſam in anima. Sicut patet in eo qui amiſit charitatem, & recordatur ſe eam habuiſſe, adhuc remanent in eo ſpecies charitatis. Vnde gloſ. ſuper illud Rom. 2. Cogitationum accuſantium &c. Sciendum quòd illa die cogitationes accuſabunt animam & defendent, non illę quæ tunc erunt, ſed iſtę quæ modo in nobis ſunt, quarum notæ, & ſignacula relinquuntur in corde noſtro, velut viſcera quę in occulto tunc ſunt poſita. Hinc quidam dicunt quòd ſicut cicatrices corporales in martyribus remanent ad gloriam, ſic cicatrices ſpirituales in pęnitentibus, quia vicerunt culpam, ſicut martyres pęnam. Et dato quòd ſimilitudo illa deleatur ꝙ difficile eſt, tamen virtute diuina reparabitur ad Dei gloriam vindictam malorum, & laudem bonorum. Si enim debeāt ibi iuſtitia Dei quo ad pręmia & pęnas ſūmè declarari, ſequitur ꝙ oīa merita, & demerita ibi ſummè debeant manifeſtari.

Tertia veritas. Tam videre mala bonorum quàm etiam bona eorum erit reprobis in pęnam, quia videntes mala bonorum per pęnitentiam deleta ſeipſos arguent de negligentia, quod pro temporali & modica pęnitentia ſua deleuiſſent ſcelera, pro quibus eis remanet pęnitentia ęterna, & videntes bona bonorum ſeipſos condemnabunt quòd non ſimilia fecerunt. Videbunt in alijs reprobis mala, & ſuum inde iudicabunt opprobrium, quia in opprobriū ſūt ꝑpter ipſa. Videbūt bona bonorū, & ex inde inuidunt & triſtabuntur de perditione eorum, & ꝙ non ſimilia fecerunt.

Quarta veritas. Reprobis & ſi cōplaceant bona quæ fecerunt, quia ſcient ſe minus punitos quàm ſi ea non feciſſent, illa tamen complacētia nullum in eis poterit generare gaudium, quia a pęna perfecte poſſeſſi erunt, & quia ea perdiderunt, vnde Boetius, Summum infortunij genus eſt fuiſſe felicem.

Quinta veritas. Nō triſtabuntur boni de malis quæ fecerunt. Primò quia hoc diuina virtute fiet, quæ potens eſt in igne ſeparare lucem a caliditate, vt dicit Baſilius ſuper illud pſ. 28. Vox dn̄i intercidentis flāmā ignis. Sic a mali cogitatione ſeparabit iuſtitiā. Secūdò hoc erit propter dignitatē ſtatus. Sicut. n. Angeli ſancti & ſi nos ament, tamen propter mala noſtra non triſtantur, eo ꝙ ſunt abſorpti a gloria, ſic ſancti de quibus pſ. 40. Abſorpti ſunt, ſcilicet a gloria iuncti petre, id eſt Chriſto. Tertiò hoc fit propter modū cōſiderandi illa mala, quia nunquam recogitabunt illa abſolutè, ſed ſemper in conſideratione ad Deum liberātem. Et hęc conſideratio non generat triſtitiam, ſed magis gaudiū, ſicut lętat quis de euaſione periculi, hęc Bonauen. Grego. 4. mora, verſus finem exponens illud pſ. 88. Miſericordias domini in eternū cantabo. Qūo mīas in ęternum cantat ſi ſe miſerū fuiſſe ignorat? Et ſi miſerię trāſactę nō meminit, vnde largitati eius miſericordiæ laudes reddit?

Sexta veritas. Non erubeſcent iuſti de eorum malis omnibus reuelatis, quia ſecundum Philoſophum. 4. Ethicorum, erubeſcentia eſt timor inglorationis in expectatione iudicij hominum. Tunc autem in bonis non cadet timor ille, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Secundo ex parte videntiū, quia nullus ſanctus ibi alium vituperabit, aut ſpernet, ſed potius Deum laudabit, attendens virtutem Dei in tali permanſiſſe. Exemplū in Magdalena, cuius peccata publicè recitamus, non tamen facimus ei contumeliam, quia non recitamus ad eius ignominiā, ſed ad laudem Dei & ſuam. Nec ipſa de hoc erubeſcit, quia nec de ipſa cogitamus tāquā de meretrice, ſed tāquā de nobiliſſima dn̄a a multis malis erepta. Ad hoc etiam eſt exemplum de bono confeſſore, & de pęnitente, quia bonus confeſſor feruētius diligit eū q clarius, verius, & fidelius ſua peccata & ignominias detegit, maximè dū attēdit peccata pęnitētis diſſolui p gratiam Dei, & hoc ibi multomagis appa-

M Iudiciū futurum. Non triſtabuntur boni de malis quæ fecerunt in iudicio.

N Iudicium futurū. Non erubeſcēt boni de malis eorum reuelatis i iudicio.

apparebit, quando omnes cogitationes erunt ordinatiſſimę. Tertio quia cum homo omnia ſua ſecreta ſine verecundia cōmunicet amico, & ibi omnes iuſti erimus amiciſſimi, quando vnus alium ſicut ſe diliget, quomodo vnus de alio erubeſceret. Immo ſicut dicit Anſel. ſicut homo tunc gratias aget pro ſe Deo, quia liberatus a periculo peccatorum ſuorum, ſic & ſocius eius pro illo gratias reddet.

Sexto reuelabit reprobis gehennalis pęnæ acerbitatem ipſorum punitione, quæ modo eſt abſcondita ab eis. Lucæ. 19. Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcōdita ſunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & c. Deut. 32. Vua eorum vua fellis, & c. & ſequitur. Nonne hæc abſcondita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Gloſ. interli. in futuro iudicio reuelanda. Amos. 5. Reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis, id eſt tanta erit abundantia pęnarum ſicut aquæ, & tantus impetus ſicut torrentis. In pœna enim illa claudetur eis cœlum ne intrent, ſecundo infernus ne exeant, quando dicent aperi nobis, & dicet, non noui vos.

Septimo reuelabit bonis ſingulariter ſuæ viſionis iocunditatem, & præmiorum ęternitatem. Tunc enim Ioſeph expulſis Aegyptijs oſtendet ſe fratribus præcipiēs aſtantibus, id eſt Angelis bonis, vt omnes mali egrediantur foras, & nullus interſit agnitione mutuę, vt dicitur Gen. 45. quādo dicetur. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Tunc dicent mali illud Eſa. 26. Abſcondiſti faciem tuam a nobis; & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtrę. Sed iſtam faciem reuelabit bonis. Apoca. 2. Qui vicerit dabo ei manna abſconditum, quod tunc demonſtrabitur quando dominus ſeparabit agnos ab hædis, quando in torculari vinum ab aciuis, & oleum ab amurca ſeparabitur, manentibus ſub torculari aciuis, & amurca, & vino ſolicitè repoſito in dolijs.

Eadem dominica tertia Aduentus Sermo IIII. & in ordine, XXVI. factus Pariſius in proceſſione rectoris.

Veniet dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. 1. Cor. 3. Magna certè res eſt de homine, quem ſic dominus appreciatus eſt. pſal. Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? Nam cum cætera omnia fecerit dominus ſine conſilio, iuxta illud Eſaię. 40 Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Voluit tamen hominem quaſi cum conſilio facere, cum conſilio refacere, & cum conſilio defacere. Primo enim dum creaturus eſſet hominem ait Gen. 1. quaſi conſultando. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Secundò pro recreatione facienda quaſi opus eſſet magno conſilio, miſſus eſt ad nos Angelus magni conſilij, & admirabilis conſiliarius, de quo Eſa. 9. Et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius. Hoc fuit cōſilium quo decreuit dominus, vt contereret Aſſyrium, id eſt diabolum de terra. Eſa. 14. De hoc etiam dicitur Eſa. 28. Cōſummationem & abbreuiationem audiui a domino exercituum ſuper vniuerſam terram, id eſt verbum conſummatum & abbreuiatum, quando verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sequitur enim. Et hoc a domino Deo exijt, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam. Tertiò dum veniet dominus ad iudicium ad deſtruendum, & perdendum malos, hoc non faciet ſine conſilio. Eſa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui. In hoc multum edocemur nihil agere præcipitanter, & ſine conſilio, nihil deſtruere præcipitanter; ſecundum illud Eccl. 32. Omnia fac cum cōſilio, & poſt factum non pœnitebis. Et maximè coram prælatis principibus, & adminiſtratoribus alicuius magnæ communitatis

A Cōſilium. Viſus eſt Deus hominem ſeciſſe, et reparaſſe in conſilio.

B Conſiliū. Nihil faciendum eſt ſine conſilio.

tatis debet eſſe ſolidum conſilium, & homines oculati. Licèt enim ſtella, quæ eſt axis mundi parua ſit, & ſuper eam voluatur cęlum; tamen circa ſe habet ſeptem micantes plyades. Ita licet plerunque prę latus vel princeps ſit paruæ intelligentiæ; oportet tamen ad ſupplendum defectum habere ante ſe plures ſcientiæ lumine prę pollẽtes. Aſtant enim ſemper throno Dei cherubin, qui interpretatur ſcientes. Throno enim pontificali vel regio debent ſemper aſtare viri literati, qui quidem ſunt velut oculus regni, ad oſtendendum viã in agendis & fugiendis. Inde conſiderantes reges & principes, quàm neceſſaria ſit literatorum virorũ multitudo in regnis; ſoliti ſunt plurimum colere, & ſuis priuilegijs decorare vniuerſitates, in quibus ſtudio literarum vacatur, ita quòd iſta vniuerſitas Pariſien. dicitur filia primogenita regis Franciæ, & vtinam magis ipſa ſit filia regis ſummi, digna conſequi hæreditatem cęli, & priuilegia paradiſi. Hoc autẽ fiet ſi debitè excoluerit veram ſapientiam & increatam. Ipſa eſt enim, quæ dedit hominibus poteſtatem filios Dei fieri. Sed ad hoc plurimum operatur Maria, vtpotè mater filiorum gratię, mater filiorum miſericordiæ, quia mater eius, qui nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit & faciet. Ad quam recurremus dicentes, Aue.

Qvia in themate fit mentio, quòd dominus in ſecundo aduentu, ſcilicet in iudicio, manifeſtabit conſilia cordium, ideo in præſenti ſermone dicemus, quàm multiplex ſit conſilium. Itaque dicemus, quòd primum eſt conſilium, quod debet quis audire: Secundum eſt, quod debet fugere. Tertium eſt, quod debet tegere. Quartum eſt, quod debet detegere.

C
Cõſilium. De multiplici differentia cõſiliorum.

Primum conſilium, quod debemus audire, iſtud eſt de ſalute animæ noſtræ, quã ſalutem operari poterimus ſi multorum bonorum virorum conſilia ſolicitè inquiramus, quia Prouer. 24. ibi ſalus vbi multa conſilia. Si enim magni viri non ſolum vnius medici conſilio vtuntur, ſed multorum, vt ſalutem corporis conſequãtur, multo magis debemus vti conſilijs plurimorum pro ſalute ſpirituali. Cauſa enim, quæ per vnius conſiliorum perditur, per conſilium alterius lucratur. Primo igitur debemus credere bono conſilio propter ſalutem noſtram, quia ſalus. Secundò propterea, quia nihil conſtat. Dicitur enim Deus 3. Reg. 1. Accipe conſilium a me, & ſalua animam tuam. Medici enim & aduocati care vendunt conſilia ſua, ſed non Deus. Nam dicit accipe, non conſtat, niſi accipere. Vulgo dicitur. Bonum forum trahit argentũ de burſa, & ſic debet quilibet accipere & facere illud bonum forũ cõſilij. Salua animam tuam, qui enim vnicã habes; nec plus habere potẽs, nec perdere niſi velis. Inde & communiter ſoli doctores theologi, qui ſunt conſiliarij animæ dicuntur magiſtri noſtri, quia ſunt cõmunes omnibus, ſunt a communi quot, & nihil conſtat eorum conſilium, ſed eorum conſilio habito ſufficit dicere gratias. Nõ ſic de doctoribus medicinæ vel decretorum, quia non ſunt noſtri; ſed oportet eorum conſilia emere magno precio, & implere manus eorũ auro vel argento. Alias non oporteret reuerti ſecunda vice. Tertiò, quia per hoc ſapientiores efficimur. Prouerb. 1. Audiens ſapiens ſapiẽtior erit, & alibi, Prouer. Audi conſilium meum, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiẽs in nouiſſimis temporibus. Sunt enim, qui ſemper volunt dare conſilium, & nunquam audire. Sed tales decipiuntur, iuxta illud Eſa. 47. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Nam canale nõ poteſt effundere aquam, niſi prius eã receperit. Sic nec dare conſilium niſi qui prius audierit. Et propterea poſuit dominus aures ſuper linguam, vt prius audias, quàm loquaris. Dedit inſuper duas aures & vnam linguam, vt diſcamus plus audire, quàm loqui, vt ſis ſapiens in nouiſſimis, quia tempore illo debet eſſe homo ſapiens, quando habet omnia nouiſſima ſua ordinare. Sicut quãdo quis habet condere teſtamentum ſuũ; tunc enim debet prius prouidere de ſalute animæ ſuæ, & conſequenter de alijs.

D
Cõſilium. Propter multa debemus credere bono conſilio.

Magiſtri veri qui ſint.

Cur dominus aures duas ſuper linguam poſuerit, & duas aures vnam linguam dederit.

Sed quærens. A quo quæremus, & audiemus

diemus conſilium? Reſpondeo a miniſtris Chriſti, ideo debent diſcere bene cōſiliari, vt faciant quòd verificetur dictum apoſtoli in epiſtola hodierna de ipſis. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, id eſt facere ſicut ille fecit, qui dedit bonum conſilium, ideo vocatur admirabilis conſiliarius. Eſaiæ. 9. Et quia fortè diceretur, ꝙ non crederetur ei, reſpondetúr, quòd filius debet credere patri. Non enim credendū eſt, quòd pater decipiat filium; ideo dicitur pater futuri ſeculi. Nos autem cum ſimus filij futuri ſeculi, debemus illi tanquam patri noſtro credere, maxime qui nutrit nos, non rebus ſuis, ſed propria carne & propria doctrina, nō per os alienum tradita. Sed nunc pauci ſunt imitatores Chriſti. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Volunt modo aliqui eſſe diſpenſatores antequam ſciant voluntatem pedagogi vel magiſtri. Volunt enim ad prælationes & curas animarum extolli, & neſciunt facere ſicut oſtendit eis magiſter ille, qui dicit. Vos vocatis me magiſter, & domine, & bene dicitis. Et inde modo ſunt multi mali diſpēſatores, qui perdunt collegia & eccleſiam Chriſti; & paucos habent ſcholares. Sunt autem quatuor modi ſcholarium. Quidā ſunt magni portioniſtæ, quidam parui, quidam cameriſtæ, & quidam martinetę. Antiquitus omnes fere currebant ad collegia Chriſti propter bonos diſpenſatores, vt magna multitudo eſſet de magna portione, quæ eſt duplex, ſcilicet bonæ vitæ, & doctrinæ. Et illi ita magna auiditate comedebant & vorabant, quòd ad martyriū currebant. Poſtea diſpenſatores tales fuerunt, quòd bonam doctrinam, vel bonam vitam habuerunt, in altero autem deficiebant. Nihil autem dat quod non habet; ideo ſubditi erant de parua portione; & inde refrigeſcebat charitas. Nunc vero, nec habēt vitam, nec doctrinam, nihil eſt in eorum diſpenſa, ita quòd conuenit huic tempori illa Hieremiæ lamentatio. Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & nō erat qui frangeret eis. Paruuli eorum interierunt famæ, conſumpti ſunt a ſterilitate terræ. Ideo nulli aut pauci ſunt portioniſtæ. Non enim habent vnde ſubditis miniſtrent, ſed oportet quòd a pauperibus theologis mutuent, & tamen nihil inde volunt eis ſoluere, ſed magis irrident, & detrahunt pſal. 36. Mutuabitur peccator, & non ſoluet. Vult autem magiſter diues, & liberalis, quòd ſcholares ſui ſint benè paſti, & tamen non habent diſpēſatores ſui, vnde eòs paſcāt. Oportebit ergo recurrere ad magiſtrum, qui ſemper habet abundanter, vt repleat in bonis deſiderium noſtrum, quia ab eo nihil conſtabit portio. Immo dicit Eſaiæ. 45. Venite emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac. Inſuper & ipſe emit nos promittendo portionem illam ſuperiorem, de qua. Pſal. 118. Portio mea domine ſit in terra viuentium. Nunc autem poſtquam non ſunt portioniſtæ, oportet, ꝙ ſint cameriſtæ, vel martinetæ. Sed pauci ſunt, qui ſint cameriſtæ, quia pauci ſunt, qui ſciunt ſe regere, & facere ſibi portionem, pauci qui habeant doctrinam, & per eam ſciant ſe regere, multi autē ſunt martinetæ. Fędant enim nidos ſuos, & inceſſanter diſcurrunt. Nam fere omnes modo ad fęda & ſtercora Pauli diſcurrunt. Nec mirum, quia ſui prælati ſunt etiam martinetæ, non Martini, qui nunquam aut vix intrant eccleſiam ſuam, ſed ſunt Neapoli, quia infecti morbo Neapolitano, & fędāt totam eccleſiam ſua mala vita. Antiquitus ſolebant denidificari, ſed nunc nidificantur. Olim ſecundum pſal. 103. cedri libani quas plantauit Deus, id eſt nobiles & magni principes & plāti a Deo enocāti, & plantati florebant in eccleſia, ſed modo ali nidificantúr non magnæ aues, ſed paſſeres parui. Atque vtinam eſſent Martini. Sunt etiam diſpenſatores qui malam vitam cūm bona doctrina miſcent, de quibus dicit Eſaias. Caupones tui miſcent aquam vino, & propter hoc ſe plangūnt, & conqueruntur portioniſtæ.

E

Scholaris.

De quadruplici genere ſcholariū.

Secundum conſiliū eſt, quod debemus fugere, & illud eſt conſilium impiorum, de quo Pſal. 1. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum. Non enim poteſt bene fieri, quod malo fit conſilio. Nam ſicut ex malo ouo malus pullus, ſic ex malo conſilio

lio

ſtaret; & neceſſaria ei loco Chriſti miniſtraret; & hoc per triennium homines corporei mente ceperunt male iudicare de ſene & virgine. Senex hoc audiens rogabat Deum vt virgini retribueret, & ſuſpitionem tolleret. Cumque in eius obitu multi fratres conueniſſent, rogauit eos, vt baculum ſuum ſupra ſepulchrum ſuum plãtarent, dicens, q ſi radices miſerit & fructum fecerit, quòd ſcirent conſcientiam ſuam mundam a famula Dei. Quod cum factum fuiſſet eo mortuo baculus frõduit & floruit; & ſuo tempore fructum fecit; & ſubdit Hiero. Ad hoc miraculum multis de vicinis vrbibus venientibus, noſipſi uidimus miraculum, & cum ipſis glorificauimus Deum. Tertia ratio tangitur ibi. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, quia rationabilis homo non debet tempus ſuum occupare in rebus inutilibus, & nullius valoris; alioquin fatuus reputaretũ, ſed iudicia humana de proximo in rebus incertis, dubijs, aut occultis nullius ſunt reputationis apud Deũ, & homines, propter quod dicebat Paulus. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, id eſt non multum curo de iudicio veſtro. Sententia enim a non ſuo iudice lata non tenet. Gen. 49. Dan. iudicabit populum ſuum non alienum; igitur non debet homo facere iudicia iſta cum ſint temeraria & inutilia. Minor autem huius rationis patet, quia tales iudicant cito, & indiſcretè, & inaudita parte. Propter quod vulgo dicitur, de fatuo iudice procedit breuis ſententia. In quo iudicio Deus habet magnum intereſſe, quia talis ſępe iudicat, quod ei eſt, eſſe diaboli; ſicut qui deuotum hominem iudicat hypocritam. Deus autem ab illa ſententia appellat, & ſemel dicetur. Male iudicatum, & bene appellatum. Primò quia hoc iudicium fit ſine examinatione teſtiũ, ſcilicet conſcientię proximi, & Dei quem tibi non licet examinare. Cum enim quidam monachus beatum Baſilium iudicaret eſſe ſuperbũ, quia magnum apparatũ in epiſcopatu ſuo videbatur habere, dictũ eſt ei ab Angelo, quòd de eo non iudicaret, quia plus delectabatur monachus ille iudicans in ſuo cuculło, quàm ille in ſuo ornatu. Secundò, quia de incertis iudicãt tanquam de certis; quia qui hodie optimus eſt, cras forſitan fiet peſſimus. 1. Cor. 10. Qui ſtat videat ne cadat; & econuerſo, quia hodie peſſimus eſt, cras poteſt fieri ſummus; vt Paulus qui Deo operante factus eſt de Saulo Paulus, de lupo agnus, de perſecutore prædicator, & Mathęus de teloneario euangeliſta, econtrario Iudas de apoſtolo diabolus. Ro. 9. Vaſa iræ apta in interitu, fecit Deus vaſa gloriæ, quæ præparauit in gloriam. Tertiò, quia quod optimè fit Deo iudicãte iudicio hominum male fit; vt factum Oſeæ ſumendo fornicariam. Oſeæ. 1. Et factum Samſonis ſumendo de filiabus Phyliſtinorũ. Quartò quia beatæ Trinitati iniuriam faciunt, eius potentiam, cognitionem, & clementiam vſurpando; colligentes mala in vaſis ſuis, & bona foras mittentes contra doctrinam Chriſti. Quintò quia ſic iudicando laqueum ſibi acquirunt damnationis. Sufficit vnus laqueus ad ſtrangulãdam auem, & vnum foramen ad ſubmergandum nauem; & vnum malum iudiciũ ad ſe damnandum. Luc. 18. Phariſæus alium iudicans, licèt gulam, cupiditatem, & alia mala obturaſſet, vnico tamen iudicio ſe præcipitauit. Stultum enim eſt habenti mortuum ſuum ire ad flendum alienum. Sextò quia more capræ ioculatoris ſtultè iudicant; quia melius veſtium parẽtibus, & amicis excelſiorem vrbis iudicãt nudum vero talibus nihilum. Fatuus eſt autem qui empturus equum, non magis conſiderat equum, quàm ſellam, vel fręnum. Sic qui hominem ex veſte præcioſa, vel exteriori conuerſatione conſiderat; q a fręnum ex auro non meliorat equum, & ſub vili ſarpilena latent merces præcioſè, & ſub pictura aurea lignum putridum. Quarta ratione tangitur ibi; ſed neque meipſum iudico. Nihil mihi cõſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et ſic formari poteſt ratio. Nullus alius a Deo me ſic poteſt iudicare ſicut ego, quia nullus ſic me nouit ſicut ego, ſed ego me non poſſum bene iudicare, id eſt aſſerere eſſe iuſtum, quia nihil mihi conſcius ſum, ideſt

H Iudicium humanũ. Iudicare de occultis eſt inutile, & damnoſum.

ideſt nullius peccati conſcientiam habeo de quo non pœniteam, aut de quo remordeat conſcientia, vel quod cõmiſiſſe credam; nec propter hoc iuſtificatus ſum, id eſt iuſtus apud Deum. pſalm. 18. Delicta quis intelligit. q.d. nullus, propter hoc rogat ab occultis meis munda me. Et tamẽ non habere remorſum conſcientiæ alicuius criminis eſt argumẽtum maius, quòd homo poſſit habere in hac vita de iuſtitia ſua; ergo a fortiori nec alius. Exemplum ad hoc de ſancto heremita Agathone, qui veniens ad extrema vitæ ſtetit tremens & immobilis, & cum a fratribus ei diceretur. Tu times pater. ait. In veritate timeo. Et cum iterum ei dixiſſent fratres: Nunquid confidis in operibus tuis? Reſpondit, Non vtique, ſed in domino meo, quia alia ſunt hominum, alia Dei iudicia. Quid ergo quærimus de aliorum conſcientia iudicare; qui de noſtra non poſſumus? Chryſoſtomus. Sic cupiditate iudicandi iudex eſſe velis, ſedem ego tibi oſtẽdam, quæ magnum quæſtum tibi conferet, & nulla criminis ſorde maculabitur. Sedeat mens atque cogitatio tua iudex in animam, atque conſcientiam tuam adducas omnia delicta, ſcrutare & ſingulorum pœnas, & dicas tecum aſſidue; quare hoc atque hoc feciſti? Et ſi quæratur. Vtrum homo poteſt iudicare de occultis cordis ſui? Et videtur, quòd non, quia dicit apoſtolus in epiſtola hodierna, neque meipſum iudico, vbi gloſ. Periculoſum eſt nobis de occultis cordis noſtri vel aliorum iudicare. Tãta enim profunditas credenda eſt in ipſo homine, quæ etiam lateat ipſum hominẽ. Et hoc oſtenditur per Petrum, qui dixit. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, qui tamen ſcandalizatus eſt. Ad oppoſitũ. 1. Cor. 2. Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Si ergo ſciat, quæ ſunt ipſo, de ipſis poterit iudicare. Secundo ibidẽ dicitur ſpiritualis homo omnia iudicat, igitur. Reſpondet Alexan. de Hall. in ſecunda parte, quòd duplex eſt iudicium, quoddam examinationis, quo poteſt, & debet homo iudicare occulta cordis ſui præſentia & præterita, iuxta illud.

I Iudicium humanũ. Quõ põs quis iudicare de occultis cordis ſui.

1. Cor. 11. Si nos ipſos iudicaremus, nõ vtique iudicaremur. Aliud eſt iudicium diffinitionis de re præſenti, & de re futura, quando quis diffinitiuè ſententiat. Si de re futura, aut de eo quod pertinet ad fragilitatem ſuam, vt eſt labi in peccatum, vel eſſe variabilem, & ſic de alijs, & ſic ſatis de ſe certam poteſt proferre ſententiã. Aut eius, quod pertinet ad virtutem, vt ꝙ tunc ſit bonus, vel virtuoſus, & ſic vix aut nunquam poteſt de ſe ferre ſententiã. Hiere. 17. Prauum cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda. Tantæ enim tenebræ poſitæ ſunt ſuper faciem abyſſi, ideſt cordis humani, vt nec etiam homo propriã poſſit ſcrutari conſcientiam. Prouerb. 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meũ? purus ſum a peccato, & poſt pauca. Quis hominum poteſt intelligere viam ſuam? Si de præſenti fiat iudicium diſcretionis; aut quantum ad factum & opus, & ſic certam poteſt dare ſententiam ꝙ opus factũ eſt bonum malum vel indifferẽs. Sic quoad perſonam an ſit bona, an mala, poteſt iudicare ꝙ ſit mala; ſed non diffinitiuè de bono, niſi hoc fuerit a domino datum ſpecialiter, ſicut quando dixit apoſtolus. Certus ſum, quòd neque mors, neque vita, neque præſentia, neque futura ſeparabunt nos a charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Dicitur ſecundò, quòd ſpiritualis homo iudicat omnia, quæ ad ſalutem ſuam pertinent ſufficienter iudicio examinationis. Nec eſt contrarium ei, quod dixit apoſtolus. Sed neque meipſum iudico, ideſt non me diffinio eſſe bonum, etiam ſi non habeam conſcientiam mali. Poteſt tamen homo habere certitudinem confidentiæ de futuris, & ſi non certitudinem iudicij, iuxta illud. 1. Ioan. 3. Si cor noſtrum non repræhenderit nos; fiduciam habemus ad Deum, ꝙ quicquid petierimus accipiemus. Vel poſſet ſic formari iſta quarta ratio; quia nullus niſi literatus, & doctus in eo quod vult iudicare non debet ſe de iudicio intromittere. Vnde & quidam Papa ſcripſit Roberto Francorum regi, ꝙ rex ſine literis eſt aſinus coronatus, ſed nos non ſumus literati in literis cordium

alieno-

alienorum. Inde eſt, quòd dicit Paulus. Sed neque meipſum iudico, etiam in literis cordis mei indoctus, quare de aliorum factis non habeo iudicare. Quinta ratio ſubditur cum dicitur. Qui autem me iudicat, dominus eſt. Quæ ſic formari poteſt. Ille iudicare non debet, qui auctoritaté iudicandi non habet; ſed non habes auctoritatem iudicandi de proximo; igitur de ipſo iudicare non debes. Minor probatur; quia hoc ſolius Dei eſt. Vnde Apoſtolus, qui me iudicat dominus eſt, ergo vſurpas eius officium. Secundò quia ſcribitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, ſcilicet ſeorſum a filio, ſed omne iudicium dedit filio. Si ergo pater non vſurpat ſibi ſoli iudicium, a fortiori, nec tu debes. Tertiò quia vult dominus, vt quilibet proximus ſe opponat pro proximo ſuo iudicio Dei; vt patet de Moyſe Exo. 32. ſe opponente pro populo quem dominus volebat delere. Ezech. 22. Quæſiui de eis virum, qui ſe interponeret ſæpem, & ſtaret oppoſitus contra me, & non inueni. Vult enim dominus, vt per præces, & ſuffragia tua ſubleuet frater tuus contra iudicium domini; & tamé tu præuenis eius iudicium. Vnde cum quidam frater grauiter infirmatus putaretur obijſſe, quidam fratres aſtantes cęperunt de eo male iudicare; mala eius opera recitando, qui ex ectaſi ſubito rediens ait. Parcat vobis Deus fratres. Ego iudicio Dei aſſiſtens non ſolum dęmones habui accuſatores, ſed & vos.

K Iudicium humanũ. Quare iudiciũ hominis eſt fallax & mendax.

Quartò, quia iudicium Dei verax eſt, iudicium hominis mendax. Roma. 3. Deus verax, omnis autem homo mendax. Et ratio eſt; quia res non poteſt perfectè cognoſci, niſi vnde & immediaté tangatur. Ideo Gen. 28. Iſaac volens tangere filium ſuũ, & cognoſcere dixit. Accede huc fili mi, vt tangam te. Quia tamen non tetigit eum nudè & immediate, ſed mediante pelle piloſa, qua erat inuolutus; non cognouit eũ. Iudicium autem mundi non accipit perſonas nudè & immediate, ſed mediatè exteriori habitu vel affinitate, vel cognitione. Ideo frequenter a mundo iudicatur magnus, qui apud Deum eſt paruus. Cum enim ſecundum Aug. in ſpiritualibus idé ſit magnum & bonũ, quilibet apud Deũ tam magnus eſt, quàm bonus. Nudus. n. ſibi apparet quilibet; non autem mundo, ideo fallax eſt iudicium eius, non Dei. Hieronymus ad Pămachium. Non ęquè inimici audiunt & amici. Qui inimicus eſt, etiam nodum in ſcirpo quærit, amicus quoque praua recta iudicat. Scribunt ſeculi literæ, amantium cęca eſſe iudicia. Hæc Hieron.

L Iudicium humanũ. Nõ debẽt ſubditi de ſuis ſuperioribus iudicare.

Quinto, quia ſic iudicando Deo facis iniuriam, cum a ſeruo prius procedit ſententia, quàm a domino. Et adhuc quod pcſſimum eſt ſumunt homines auctoritatem iudicandi de ſuis ſuperioribus, ita vt in quolibet conuiuio dentibus lacerentur. Sed talibus malè continget. Cham inebriati patris pudenda deriſit, & maledictionem pro ſe, & ſua poſteritate retulit; quantomagis de patre ſpirituali? Maria contra Moyſen locuta, lepra percuſſa eſt. Exod. 22. Dijs non detrahes; & principi populi tui non maledices. Hoc diſputat Gregorius. vigeſimoquinto moralium. Magna (inquiens) cautela ſubditis cauendum eſt, ne ſuperiorum vitam iudicare præſumant. Habent enim illi iudicem ſuum Deum, qui per magiſtros vitam iudicat plebium; per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum; quàmuis & ſubditi quos modo magiſtri diſcutere, vel negligunt, vel non poſſunt, eius iudicio reſeruentur. Nam pęrlatos a ſe ſolo iudicandos innuit, cum cathedras vendentium columbas ſua manu euertit. Si autem rectores mali ſint, ſubditi ſeipſos, & non illos tantum accuſent; quia eorum culpa eſt, quòd talibus ſubijciuntur. Dabo (inquit dominus) eis regem in furore meo. Item & regnare facit hypocritam, propter peccata populi. Vnde in ſcriptis de ſolis prælatis legitur vita ponderata & diuinæ ſententiæ per prophetas, vt communius ad reges & principes referũtur. Hęc Grego.

Deus malos principes ob populi peccata permittit.

Sexta ratio tangitur ibi, quouſque ueniat dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quia temerarium eſt de aliquo iudicare, quouſque merita cauſæ cognoſcantur, ſed nunc non eſt poſſibile cognoſcere determinatè, qui ſunt boni vel qui

mali,

mali, quo aduſque veniat dominus qui reuelabit cogitationes cordium, igitur nunc temerarium eſt iudicare. Eſt enim hoc ſignum venenoſi cordis. Gen.49. Fiat Dan qui interpretatur iudiciū quod fugiēdum eſt ſicut coluber in via cōmuni ſecularium, & ſicut ceraſtes in ſemita religionis, quia in neutro debet talia fieri iudicia, quoaduſque veniat dñs, qui illuminabit abſcondita tenebrarum.

Eadem dominica Tertia aduentus, Sermo III. & in ordine XXV. per thema.

Reuerti. Multa inducere debent peccatorem vt reuertatur ad dominū.

Venietdominus qui illuminabit abſcōdita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiū. 1.Cor.4. Qui receſſit a Deo ſalutari ſuo, multum debet deſiderare vt ad eum reuertatur & veniat ad cuius deſiderium augendū multa valere poſſunt. Primum vt cogitet quem reliquit. Siquidem patrem ſuum negauit, & reliquit liberatorem ſuum. Deut.32. Deum qui te genuit dereliquiſti. Naturalis eſt amor filij in patrem, & naturalis dolor de eius offenſa, & maximè de offenſa patris cæleſtis. Auguſtinus. Amandus eſt genitor, ſed præponendus eſt creator. Magnum eſt opprobrium negare dñm ſuum: maximè a quo omnia bona ſua quis obtinet, & a quo victum habet & veſtimentum. Diabolus autem non habet feſtucam quam poſſit homini dare, ſed dñi eſt terra & plenitudo eius. pſ.23. Ideo Ioſuæ.24. Abſit a nobis hoc ſcelus, vt recedamus a domino. Multum dolere debet, qui ſe receſſiſſe videt ab eo qui morte propria cum a morte æterna liberauit. Eccl.29. Ingratus ſenſu dereliquit liberantem ſe. Secundò vt cogitet cauſam quare dereliquit eum. Hiere.2. Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, quia elongauerunt ſe a me, & ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt? Propter enim ſtercus & viliſſimum peccati fimum dereliquit aurum. Tertiò cogitet quid cū eo reliquerit quia omne bonum. Oſeæ.7. Proiecit Iſrael omne bonum. Vnde Luc.10. Ille qui incidit in latrones ſpoliatus eſt, & filius prodigus bona ſua diſſipauit. Perdiderunt enim omne delectabile & honeſtum bonum. Hiere.2. Me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, id eſt creaturas in quibus delectati ſunt, nec tamen in eis inuenitur perſeuerans iocunditas, & ideo ſubditur, diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Aqua enim voluptatis eſt quaſi aqua corrupta & mortua, quæ inuenitur in creaturis tanquā in ciſternis, & tamen adhuc illa aqua voluptatis cito abſorbetur. Quartum vt cogitet cui adhæſerit. Ioan.6. dixit Petrus Ieſu, Domine ad quē ibimus niſi ſupple ad te, & tamen diabolo adhęret. Gregorius. Stultum eſt ſeruire diabolo offenſo, qui nullo placatur obſequio. Bernar. in perſona domini. Quid cauſę eſt ꝙ inimico meo veſtroque potius ſeruire vultis quàm mihi? Quintum eſt, vt cogitet quid diabolo adhærendo inuenit, quia omnem miſeriā. Oſeę.7. Væ eis qui receſſerunt a me. Nō eſt ſine miſeria quem vermis conſciētiæ mordet, qui in ſpinis vitiorum iacet, qui continuè ſuper ſe onus diaboli habet. Eſa.3. Dicite iuſto quoniā bene, & per conſequens iniuſto ſemper eſt male. Hiere.17. dñe omnes qui te derelinquunt, confundentur. Sextum eſt vt cogitet ꝙ niſi adueniat Deus nō recedet diabolus. pſ.14. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Nec enim ſimul eſſe poſſunt. Eſaię.28. Coanguſtatum eſt ſtratum eius, ita vt alter decidat, & pallium eius breue vtrunque operire non poteſt. Cor .n. hominis ita arctū eſt, vt nō niſi alterū .ſ. vel Deū vel diabolū capere poſſit. Recipiamus igitur intra cor noſtrū dñm, ſicut & Maria in cor & in vterum, ad quā recurrentes dicamus, Aue.

Dominus in primo Aduētu ſeptem reuelauit abſcondita.

IN hoc ſermone primò videbitur quid primo aduentu ſuo in carnem reuelauerit dominus. Secundo quæ & quanta reuelabit in ſecūdo aduentu, ſcilicet ad iudicium.

Pro primi expeditione nota ꝙ dñs in primo ſuo aduētu ſeptem reuelauit prius

abſcondita. Primum eſt abſcondita erat ſui conſilij profunditas ſuper ſalute generis humani. Eſa. 19. Vbi nunc ſunt ſapientes tui annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit dominus ſuper Aegyptum .i. ſuper humanum genus. Sed illud abſconditū reuelauit nobis in ſua incarnatione. Primò ipſum per facti euidentiā propalando. Irritabat.n. dñm per ſuos errores & idololatriā genus humanū, & ex aduerſo Deus irritatus nunc diluuium, nunc gladios ſuos vibrabat contra ipſum. Et ſicut dicitur Iob. 9. Nō erat qui arguere poſſet vtrunque & ponere manum in ambobus, donec ipſe dominus cogitaret de pace dicens per Hieremiam. Hie. 29. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, faciensque nuptias filio ſuo copulauit naturam humanam cum diuina, vt eſſet ipſe Deus & homo, & in eo cōpromittere volens de pace dixit quod in pſ. Ponam in ſalutari. Cui concordans humana natura ait. Fiducialiter agā in eo: & ſic dñs manū miſit in ambobus, & hoc neceſſariū erat. Nam tripliciter homo degradatus erat propter præuaricationis ſuæ culpam. Primo a gloria incorruptionis factus mortalis, cui dictum erat quacunque hora comederis &c. Secundò a prærogatiua dignitatis, quando detractus ab illa ſublimitate ſimilitudinis Dei, cecidit in ſimilitudinem iumenti, quando homo cum in honore eſſet non intellexit, ſed comparatus eſt iumentis &c. pſ. 48. Tertio cecidit ab abundantia plenitudinis, qñ de loco voluptatis in quo erat poſitus eiectus eſt in terram laboris & vallem lachrymarū, euacuatus ab illa abundantia bonorū, qñ dictum eſt ei. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex eo. Sed noluit dñs in ira continere miſericordias ſuas quia ſecūdum diuitias bonitatis ſuæ reſtaurauit vniuerſa, iuxta enim illud triplex dānum, accepit homo a Deo triplex promiſſum. Primo promiſſum recuperandæ immortalitatis. Eſa. 26. Viuent mortui, interfectique mei reſurgent. Secundò promiſſum recuperandæ dignitatis. Eſa. 56. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomē melius a filijs & filiabus &c. Tertio promiſſum recuperandę beatitudinis. Eſa. 64. Oculus non vidit abſque te Deus, quæ ꝑparaſti diligētibus te. Et hæc tria tanguntur. Eſa. 11. Ecce virgo concipiet & pariet filium. In matre Dei habemus ſignū, & arras incorruptionis, cum Maria virgo incorrupta concepit & permanſit, & ſubditur. Et vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt nobiſcum Deus, intelligitur ipſa Dei dignitas nobiſcum permanere. Et tertium completum habetur in prole cum dicitur, Butyrū & mel comedet, vbi de electione bonorū ad beatitudinē loquitur propheta. Qñ Deus butyrū humanitatis, quod eſt precioſiſſimū in lacte: ſic precioſiſſimā inter ceteras humanitatem aſſumens, etiam mel diuinitatis ſibi incorporauit, q̄ mel ſurſum deſcendit, vt in ea humanitate deitas ipſa ſciat reprobare malos, & eligere bonos ad ęternā hęreditatem. Secundo hoc idē reuelauit per apoſtolos ſuos apertius hoc manifeſtando. Hoc enim eſt illud abſconditū de quo apoſtolus. Eph. 4. Mihi autē ſanctorum minimo data eſt gratia hęc. Et ſequitur, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in Deo. Et Col. 1. Myſterium quod abſconditum fuit a ſeculis & generationibus, nunc autem manifeſtū eſt ſanctis eius. Et Roma. vlt. Potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti ſecūdū reuelationem myſterij tēporibus æternis taciti, quod nunc patefactum eſt.

Homo tripliciter degradatus erat propter culpam.

B Remediū. Miſericordia. Triplex remediū attulit dominus cō tra triplex damnum peccati adæ.

Chriſtus quomodo Butyrum & mel comedit.

Secundum abſconditum a nobis erat ſuæ viſionis iocunditas. Peccata enim noſtra fecerant murum inter nos & Deū noſtrum, iuxta illud Eſa. 49. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos, & Deum. Abſconderunt enim faciem eius nobis, iuxta ſententiam quam dedit Dauid Abſalon. Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat 2. Regum. 14. Vnde & Moyſi dixit. Exo. 33. Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Multi enim reges & prophetæ. vt ait ſaluator, Lucæ. 10. voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Sed in natiuitate ſua nobis reuelauit illam faciem ſuam nube carnis tectam,

C Peccatū. Peccata faciūt diuiſionem inter nos, et Deum.

ctam, vt oculis noſtris illam contempera ret, de qua reuelatione. Exodi.2. Videns ſcilicet Deus pater eum, id eſt filium ſuũ elegantem, quia ipſe eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantię eius, abſcondit eum tribus menſibus, id eſt tribus tẽporibus.ſ. tẽpore naturæ inſtitutæ, tẽpore legis natu ræ poſt peccatũ, & tempore legis ſcriptæ. Sed cũ iam celare non poſſet propter gene ris humani neceſſitatẽ, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, id eſt virginem Mariã elegit, & liniuit eam bitumine charitatis interius, & pice caſtitatis in corpore exterius, poſuitque intus infantulum, & expoſuit eũ huius mũdi tribulationibus, & pęnis, ſed nõ culpis. Iſte enim ſunt ripæ hu⁹ maris magni ſcilicet mundi, culpa videlicet & pęna, & ipſum manifeſtauit filię Pharaonis, id eſt eccleſiæ. Et hic eſt mirabilis mo dus manifeſtãdi, quia abſcõdẽdo ſe manifeſtauit. Propter quod dicebat propheta. Eſa.44. Verè tu es Deus abſconditus Deus Iſrael, id eſt verè tu es Deus qui te abſcondendo in carne teipſum feciſti viſibilem. Iſtius autem abſconditi illuminationem deſiderabat. Pſal.83. cum diceret, Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos. Et iterum. Oſtende nobis faciem tuam &c. Si ergo voluerimus ipſam beatiſſimam faciem nunc abſconditam videre, oſtendamus ei primũ faciem conſcientiæ noſtrę, vult enim eam primũ videre, iuxta illud Cant.2. Oſtende mihi faciem tuam. Facies enim tua decora tunc primũ cũ oſtẽderis eã. Puero lachrymãti oſtẽdit nutrix faciẽ ſuã. Lachrymabitur puer Ieſus in die natiuitatis ſuæ, ſicut ſolent infantes recenter nati, nec poterit melius pacari quàm illo die, oſtendendo ſibi faciẽ conſcientiæ noſtræ mundatam.

D
Manifeſtare.
Deus ſe manifeſtauit abſcondendo ſe.

Tertium abſconditum erat ſcripturarũ veritas ſub nubilo ſcilicet figura. Omnia enim in figura cõtingebant illis.1.Cor.10. Sed iſtud abſconditum reuelauit. Primò in figurarum adimpletione. Gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt, i. reuelata. Ioan.1. Ille enim fuit clauis Dauid, qui aperit, & nemo claudit. Aperit ſi quidem librum ſacræ ſcripturæ qui clauſus & ſignatus erat, qui Eſa.29. datus eſt populo Iudæorum ſcienti literas, nec potuit legere, quia ſignatus erat ei. Sed poſtmodum populo gentili neſcienti literas datus eſt, & illi aperuit ſenſum vt intelligeret ſcripturas. Secundò per ſuam prædicationem. Iob.28. Profunda fluuiorũ ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Matth.13. Aperiam in parabolis os meum, reructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Eccleſiaſtici.24. Doctrinam quaſi ante lucanum illumino omnibus. Ante lucanum, id eſt ante auroram, quia dum adhuc tenebræ errorum erant ſuper terram, effudit doctrinam in abundantia. Tertio per prædicationem, Apoſtolorum, & ſanctorum doctorum ſubſequentium. Sicut enim in candelabro templi erãt infuſoria, extinctoria, & emũctoria, vt dicitur Exo.25. Et Zacha.4. Sic in ſacra ſcriptura voluit dominus eſſe infuſores, id eſt expoſitores doctos, quia qui natare neſcit, non debet appropinquare paſſui profundo. Sic indoctus in ſcripturis non debet ſcripturæ paſſus difficiles enodare, ne forte inuoluatur profunditate ſermonis, vnde & Moyſi adhuc indocto in diuinis agendis dum doluit accedere ad videndum viſionem magnã dictum eſt, ne appropies huc. Qui vero docti ſunt, ad exponẽdum eam apti ſunt. Inde Grego. ſuper illud Iob. Habet argentum venarum ſuarum principia. Qui norunt eruere de mineriis, vbi vena diues arriſerit, plus impendunt operis, & laboris, & dum profundius occulta rimantur, copioſior, redundantia metalli materia miniſtratur, vt tandem palam appareat, quod prius in abditis fodicinæ latebat. Sic quanto ſcriptura copioſior inuenitur, tanto intellectus doctorum inſudat ad inueniendum. Secundò voluit eſſe extinctoria. Extinctores enim fuerunt mallei hæreticorum, qui extinxerunt doctrinam eorum, vt Hilarius, Auguſtinus, & ſic de aliis. Iſti erant ſagittarii quorum ſagittæ acutæ tranſibant in corda inimicorum regis. Directè enim ſagittas emittebant in doctrinam inimicorum Dei. Inſuper & validè, quia aliter

E
Scriptura ſacra.
Soli docti dicunt ſe intromittere de ſcriptura ſacra exponenda.

emittendæ ſunt ſagittæ contra armatos, aliter contra nudos. Armati erant hæretici rationibus & auctoritatibus, nudi vero erant populi gentiles, & alii populares. Tertiò voluit eſſe ibidem emunctoria. Hi ſunt prædicatores verbi qui ſciunt emungere & ſeparare precioſa & difficilia a minoribus, & minus præcioſis, vt maioribus maiora, minoribus minora prædicent. Eſt enim liber ſacræ ſcripturæ ſcriptus intus & fories. Ap. ca. 5. Intus quantum ad ſenſum ſpiritualem, foris quantum ad literalem, dum maiores ſpiritua li, minores ſimplici prædicator paſcit hiſtoria. pſ. 103. Mõtes excelſi ceruis, i. ſpiritualis intelligentia refugium eſt perfectis, & prouectis, petra, ideſt ſimplex hiſtoria refugium eſt erinatus in qua ſimplices requieſcunt. Vel prædicator qui habet ſeparare ea quæ ſunt ſcripturæ quo ad mores, & q̃ ſunt ad ſpeculationẽ fidei apta.

Scriptura ſacra. Prædicator. Prædicatores ſunt emunctoria ſcripturæ ſacræ.

Quartum abſconditum erat viæ veniẽdi ad cęlum compendioſitas. Quot enim circum itus fecerunt filij Iſrael priuſquã intrarent terram promiſſionis, vt patet vbique in Exodo, & libro Numerorũ, ut de ipſis bñ dicat pſal. 105. Errauerant in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: de quo abſcondito dicitur Iob. 3. Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tẽnebris. Sed iſtud abſconditum reuelauit nobis in ſua conuerſatione. Tunc enim exemplum dedit nobis, vt quemadmodũ ipſe fecit, ita & nos faciamus. De cuius abſconditi illuminatione dicitur Lucæ. 1. Viſitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui tenebris ſedent. Pſal. 24. Vniuerſę viæ domini miſericordia & veritas. Breuis eſt via miſericordiæ, breuior via veritatis & iuſtitiæ. Breuis via per pęnitentiã, per quam conſequimur miſericordiã, ſed multo breuior per baptiſmũ, quando innocentiæ & veritati iuſtitiæ reſtitutus, ſtatim euolat ad cęlum.

Chriſtus venit ut miſericordiam te faceret ſuam.

Quintũ abſcõditũ erat ipſius ad hominẽ mĩa & charitas. De hoc quærebat qui dicebat. Vbi ſunt mĩæ tuæ antique dñe, & qui dicebat. Dñe in cęlo mĩa tua, & veritas tua, ideſt ſeueritas iuſtitiæ vſque ad nubes. i. peccatores. Nubes enim fumi ſũt valde volubiles. Sic peccatores ſunt fumi ad omne malum vertibiles. Pſal. 36. Sicut fumus deficient. Sed iſtud abſconditum reuelauit, primo in ſua incarnatione, quãdo ſibi hominem inſeparabiliter vniuit. Dilectio enim dicitur quaſi duo ligans, amantem ſcilicet cum amato. Sic amor Deum ſic vniuit homini, vt nunquam ſeparetur ab eo. Vt enim diligeretur magnus Alexander a Perſis, poſtquam ſubiecit eos vi armorum, habitu eorum ſe veſtiuit, vt eorum amorem & obedientiã & corda ſibi attraheret. Sic fecit Deus nobis. Secũdò in ſua paſſione, qñ non q̃ fuit ſe abſcõderet a calore eius. Io. 4. Apparuit charitas Dei in nobis, quoniã miſit filium ſuum vt viuamus per eum. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Inde dicit in pſal. 35. Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam a conſilio multo; qñ in cõſiliũ Iudęorũ in ſua paſſione euocatus eſt.

Sextũ abſcõditũ erat in limbo humani generis captiuitas. Eſaia. 43. In domibus carceris abſcõditi ſunt, facti ſunt in rapinã, nõ eſt qui eruat in direptionẽ, non eſt qui dicat redde. Iſtud abſconditum reuelauit a limbum deſcendendo, & ſanctos patres educendo. Eſaiæ. 9. Populus gentium qui ambulabat in tenebris &c. Eccleſiaſtici. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & illuminabo omnes ſperantes in domino.

Septimum abſconditũ erat vitæ æternæ iocunditas. Mat. 13. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro, quod abſconditum manifeſtauit in reſurrectione, & etiam in transfiguratione. Vnde dicebat Ioannes qui transfigurationi interfuit. Annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. 1. Ioan. 1. Cuius abſconditi illuminationem deſiderabat Paulus Epheſijs, qui dicebat Ephe. 1. Pater glorię det vobis ſpiritum ſapientiæ, & illuminationis in agnitionem eius, & illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius

tis eius in ſanctis. Hęc ſeptem abſcondita reuelauit dominus in primo aduentu, non quibuſcū que, ſed tantū humilibus. Quod habetur Mat. 11. Confiteor tibi pater dñe cęli & terræ, qui abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

G *Iudicium futurum. Reſpondere. In iudicio futuro oportebit reſpondere iudici.*

Secundo in ſecundo aduentu, ſcilicet ad iudicium ſeptem reuelabit. Primò hoſtis aſtutiam & calliditatem, quæ modo eſt abſcōdita. Iob. 18. Abſcōdita eſt in terra pedica eius. Et pſ. 10. Inſidiatur in abſcōdito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Eccl. 7. Fecit Deus hominē rectū, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quæſtionib⁹ propter aſtutias hoſtis antiqui, quæ dicuntur quæſtiones, quia de eis in die iudicij oportebit reſpondere. Eccl. 8. Tēpus & reſponſionem cor ſapientis intelligit, id eſt quid & quando reſpōdere debeat, ſcilicet futuro ī iudicio. Cor vero ſtulti neutrum intelliget. Eſa. 3. Vultus eorū reſpōdebit eis, hoc eſt ipſa operum euidentia reſpondebit. Sap. 6. Ipſe interrogabit opera mea. Optimus diſputator erit qui ibi laudabiliter reſpondebit. Seneca. Optimum oratorem te re puto, ſi quod rectum eſt ibi ipſi ſuaſeris. Vę illis qui præſentium bonorum fallacijs paralogizantur, quia in illa extrema diſputatione, æternæ mortis illatione concludentur. Væ illis qui tunc argumentis malitiæ ſuæ & increpationibus auerſionis ſuæ, vel neſcient, vel non poterunt reſpondere. Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Hi ſunt qui errores pro veritate, & falſa bona pro veris, id eſt præſentia pro futuris, veritatem, & quæ veritatis ſunt reijcientes, merito ſequitur eos quaſi de falſis & inconuenientibus receptis, & veris & conuenientibus negatis ignominia & opprobrium. Prouer. 29. Viro qui corripientem ſe dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus. Prouer. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, &c. Et ibidem. Non recipit ſtultus verba prudentiæ. Et ideo contra tales dicit dominus in pſ. 77. Loquar propoſitiones ab initio, quia a beneficio creationis incipiet dicens.. Quid tibi debui facere & non feci? Bern. Proponet ei legem naturalē a principio, & leges diuinas quas conſequenter dedit, & hoc pro maiore propoſitione, & aſſumet tranſgreſſiones pro minore, & exinde concludet æternam damnationem. Hoc autem abſconditum manifeſtabit in aperta ipſius condemnatione. 1. Theſſal. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tunc enim decipula eius quæ ſub folio delectationis nunc abſconditur, manifeſtabitur. Iob. 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius ſuper ſemitam. Sicut enim laqueus ſub grano, ſic ſub delectatione venenum abſcondit, & maximè in via qua ambulamus. pſal. 141. In via hac qua ambulabam, id eſt in quo pronior eram &c. Aucupes enim ſolent laqueos ponere, vbi frequentant aues.

H *Diabolus. Abſcondere. Diabolus nunc abſcondit decipulā ſub delectatione.*

Secundò reuelabit ſuam inuiſibilem poteſtatem quæ ſpecialiter fuit abſcondita in paſſione, iuxta illud Abac. 4. Cornua, id eſt brachia crucis in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Et Eſaia. 53. Abſconditus eſt vultus eius terribilis, ſcilicet quia tunc apparuit humilis & mitis, vnde nec reputauimus eum. Sed iſtud abſconditum reuelabit in terribilium ſignorum oſtenſione, quando erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis, quando videbūt filium hominis venientē in nubibus cęli cū poteſtate magna & maieſtate. Tūc enim ſicut ſerpentes de cauernis ſuis eiecti, huc & illuc quaſi ſtupefacti vagantur. Sic reprobi tunc de ædibus ſepulcrorum eiecti, perteriti & ſtupefacti, nullum apud ſe conſilium habebunt, quo fugere debeant a facie irę Dei. Tunc enim (vt dicit Guil. Pariſ.) euaneſcent omnia regna mūdi. 1. Cor. 15. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, & euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, ſicut ſol in ortu ſuo omnium ſtellarum lumina euaneſcere facit. Eſa. 2. Exaltabitur Deus ſolus in die illa, & humiliabitur omnis altitudo virorum.

Tertiò reuelabit iuſtitię ſuę ęquitatē, quę

fuit abſcōdita in ſuæ miſericordiæ exhibitione vſq; ad tēpus illud, tēpus miſerendi & annus benignitatis. Sed cum acceperit tempus iuſtitiæ, ipſe iuſtitias iudicabit. Sed iſtud abſconditum reuelabit in iudicij ſui diſtrictione. Eſa. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Tunc enim reprobi diſtrictè iudicabūtur. pſ. 17. Vt lutum platearū delebo eos. Sicut in aduentu principis lutum tollitur de plateis ciuitatis, & proijcitur in locum immundum, ſic in aduentu Dei tollentur impij de medio iuſtorum. Matth. 13. Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. In primo aduentu armauit ſe armis miſericordiæ. pſ. 34. Appræhende arma, & ſcutum, & exurge &c. In ſecundo armis iuſtitiæ. Sap. 7. Accipiet armaturā zelus eius, & armabit creaturā ad vltionem inimicorum, & pugnabit contra inſenſatos orbis terrarum, immo & cęleſtium, quia Apoc. 19. Exercitus qui in cęlo ſunt ſequebantur eum.

I Reuelare. Quare dominus iudicio reuelabit merita bonorum.

Quarto reuelabit bonorum merita, & ſanctitatem in ipſorum aperta remuneratione. Tunc enim erit vnicuique laus a Deo. Primo quia nunc non apparent merita bonorum, quia ea abſconduntur per humilitatem, iuxta conſiliū domini Matth. 6. Ora patrem tuū in abſcondito. Ideo oportebit ea in iudicio per Deum commendari. Iuxta illud Col. 3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cū aūt apparuerit Chriſtus vita ueſtra, tunc & vos apparebitis cū ipſo in gloria, quam reuelabit propter opera abſcondita, & quæ abſcondunt iuſti ab adulatoribus & laudatoribus, ſicut ſemen in terra ne volucres cęli, ideſt adulatores illud conſumant, ſicut trutannus primam eleemoſynam, vt ſecundam accipiat, ſicut denariata a malis ſolutoribus. Secundo hoc faciet ad conſolandum bonos, qui nūc apud mundum nullius ſunt ponderis, ſed ſolum mundani & mundū diligentes. Abac. 1. Impius præualet aduerſus iuſtum. Apud vero Deum mali nullius ſunt ponderis, ſed ſunt ſicut puluis quem proijcit ventus a facie terrę. pſ. 1. Et ſicut puluis præ multitudine & vilitate non numeratur, ſic tales pro vilitate vitæ & multitudine inter electos non numerabūtur. vn̄ Nume. 1. Maſculi & fortes præcipiuntur numerari, quia apud Deum ſoli electi & eorum opera numerabuntur. 1. Petri. 1. Probatio fidei veſtrę multo pretioſior auro quod per ignem probatur: inuenitur in laudem & gloriā & honorem in tempore retributionis. Hinc Prouerb. vlti. Purpurā, & byſſus, ideſt ornatus operum bonorum indumentum eius, & ideo ridebit, ideſt conſolabitur a Deo in die nouiſſimo. Si enim iuxta pſal. 10. laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & hoc a mundo, quantomagis iuſtus a Deo. Iuxta illud Prouer. vlti. Laudent eum in portis, ideſt in iudicio quod ſolebat fieri in porta, opera eius. Tertiò laudabit eos Deus, magnificiendo iuſtos, qui propter eum hic fuerunt oppreſſi. Pſal. 21. Apud te laus mea in ecclesia magna, ſcilicet in congregatione omnium iuſtorum. Apud enim homines laudari non eſt magnum, Immo vt dicit Auguſtinus de verbis domini. De cuius puritate conſcientiæ procedit aliquid, tanto eſt laudabilius, quanto laudes humanas minus deſiderat. Sed ſic viuere vt apud Deum ſit laus tūa, hoc maximum eſt. Nam ſecundum Ariſtote. 1. Rhetoricæ, intendere debet quis apud quos laus fiat, quia (vt dicit Socrates) non eſt difficile Athenienſes inter Athenienſes laudari. Sic hominem ab homine laudari non eſt difficile, quia ex leui occaſione & affectione potius, quàm ratione mouentur homines ad aliquem laudandum. Sed apud Deum, & Angelos laudabilem eſſe eſt difficile, quia non competit niſi virtuoſe. Virtus autem eſt circa difficile. 2. Ethicorum. vnde Vegetius. Sicut nefas eſt non meruiſſe laudari: ſic crimen eſt ſine meritis fuiſſe laudatum. Hinc & Ambroſius. Laudanti adulatio nocere poteſt, & laudatum elatio tentare. Lauda ergo poſt periculum, prędica ſecurum. Lauda nauigantis fęlicitate, ſed cum venerit ad portum, ſcilicet in nouiſſimo die.

K Laudari. Ab homine laudari non eſt magnum, ſed ſolum a Deo.

Quinto reuelabit reproborum malitiam in eorum publica, & aperta repręhenſione,

ne, quando dicet, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c. Tunc hypocriſis fraus, & ſimulatio manifeſtabuntur. Propter quod dicitur Eccleſiaſt. 1. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Et ſubdit cauſam. Ne adducas animæ tuæ in honorationem, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te. Tunc etiam turpitudo luxurioſorum reuelabitur, & hoc dicebat Nathã. 2. Regum. 12. Tu feciſti abſconditè, ego vero faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, de quo Eccleſiaſtici. 23. Omnis qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam, & dicens, quis me ſvidet quem vereor, delictorum meorum non memorabitur altiſſimus. Et ſequitur. Et non cognouit quia oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circunſpicientes omnes vias hominũm, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Et ſubditur. Hic in plateis ciuitatis uindicabitur, & vbi non ſperauit comprehendetur, & eſt dedecus omnibus eo quod non intellexerunt timorem domini. Tũc oſtendetur quod modo latet in cordibus adulatorum, & reuelabit odium. Prouerbiorum. 16. Qui operit odium fraudulenter reuelabitur eius malitia in conſilio. i. in iudicio. Tunc etiam reuelabuntur theſauri abſconditi auarorum, vt erugo eorũ ſit eis in teſtimonium ad eorum dannationem. Iacobi. 2. Tunc apparebit quod melior eſt eleemoſyna, quàm theſauros auri condere. Tob. 12. Et tunc nihil proderunt theſauri impietatis. Prouerbiorum. 10. Tunc vt dicitur Iob. 20. Apertum erit germen domus illius, quod creuit in terra inculta. Tunc vt dicitur Sopho. 1. In die illa erit vox clamoris a porta piſcium, & vlulatus a ſecunda. Prima eſt oculorum quæ aperiuntur ad concupiſcendum. Secunda auriũ pro delectatione cantilenarum. In futuro cum aperientur libri, imago antiquorum ſcelerum exhibebitur ante oculos reorum. Et tunc erit clamor a prima porta, ſed inutilis, ſicut cum capta eſt ciuitas ſit clamor populi capti, ſed inutilis. Sed erit vlulatus a ſecunda porta, ſcilicet aurium, quia turpe illicita quę audierunt ad memoriam & confuſionem reuelabuntur.

In Iudicio reuelabuntur abſcondita peccata.

Sed quæritur vtrum in die iudicij omnia tam bona quàm mala in libris omniũ conſcientiarum legentur? Et videtur quod non, quia mala bonorum deleta ſunt per pęnitentiam, & charitas operit multitudinem peccatorum. Et bona malorum deleta ſunt per culpam. Quod autem deletum eſt in conſcientia, iam non eſt in ea ſcriptum, igitur in ea non legentur talia. Secundo, ſi reprehenſibile eſt in homine ſdenudare amici ſecretum, cum Deus ſit fidelior amicus quàm quicunque homo, ſequitur quod nõ denudabit peccata amicorum, maximè cum Deus comminetur in pęnam denudare pudẽda alicuius, in bonis autem aberit omnis pęna. Tertiò, tunc malis eſſet ſolatium, ſi legerent mala bonorum. Solatium enim & excuſatio eſt alicui cum videt multos ſe ſocios habere in ſcelere. In oppoſitum eſt Auguſtinus. 20. de ciuitate Dei dicens. Vis diuina aderit, qua fiet vt omnia ad memoriam reuocentur. Et Grego. Vnius mentẽ ab alterius oculis corpulentia non abſcondet.

Reuelari. Omnia tam bona quàm mala reuelabuntur ĩ vltimo iudicio.

Pro reſponſione ſit prima veritas. Omnia tam bona quàm mala legentur in conſcientijs tam bonorũ quàm malorũ, quia ſecundũ Apoſtolũ Roma. 2. Erunt cogitationes accuſantes, & defendentes in qua iudicabit dominus occulta cordiũ, male quidem accuſantes, bonæ vero defendentes, & ſic bonæ & malæ patebunt. Et hoc ſiet vt dicit Bonaue. 4. diſtin. 41. ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ ſecundum ſtatum illum, & miſericordiæ ſecundum ſtatum præteritum, quia propter oſtenſionem iuſtitiæ in retribuendo, memorabuntur bonorum & malorum in quibus finaliter permanſerunt, quia hęc ſola digna ſunt retributione. Sed propter oſtenſionem miſericordię de præterito memorabuntur, tunc mala bonorum a quibus ſunt miſericorditer liberati, & bona malorum quæ in eis miſericorditer operatus eſt Deus, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Tunc enim virtus diuina hoc demonſtrabit, ſicut lux differentias colorum

lorum. 1. Corinthiorum. 3. Opus vniuſcuiuſque manifeſtum erit, dies enim domini declarabit.

Secunda veritas. Mala bonorum & bona malorum delecta ſunt quantum ad pœnas & præmia, non quantum ad notam vel ſimilitudinem impreſſam in anima. Sicut patet in eo qui amiſit charitatem, & recordatur ſe eam habuiſſe, adhuc remanent in eo ſpecies charitatis. Vnde gloſ. ſuper illud Rom. 2. Cogitationum accuſantium &c. Sciendum quòd illa die cogitationes accuſabunt animam & defendent, non illæ quæ tunc erunt, ſed iſtæ quæ modo in nobis ſunt, quarum notæ, & ſignacula relinquuntur in corde noſtro, velut viſcera quę in occulto tunc ſunt poſita. Hinc quidam dicunt quòd ſicut cicatrices corporales in martyribus remanent ad gloriam, ſic cicatrices ſpirituales in pęnitentibus, quia vicerunt culpam, ſicut martyres pęnam. Et dato quòd ſimilitudo illa deleatur ꝙ difficile eſt, tamen virtute diuina reparabitur ad Dei gloriam vindictam malorum, & laudem bonorum. Si enim debeāt ibi iuſtitia Dei quo ad pręmia & pęnas ſũmè declarari, ſequitur ꝙ oīa merita, & demerita ibi ſummè debeant manifeſtari.

Tertia veritas. Tam videre mala bonorum quàm etiam bona eorum erit reprobis in pęnam, quia videntes mala bonorum per pęnitentiam deleta ſeipſos arguent de negligentia, quod pro temporali & modica pęnitentia ſua deleuiſſent ſcelera, pro quibus eis remanet pęnitentia ęterna, & videntes bona bonorum ſeipſos condemnabunt quòd non ſimilia fecerunt. Videbunt in alijs reprobis mala, & ſuum inde iudicabunt opprobrium, quia in opprobriũ ſũt ꝓpter ipſa. Videbũt bona bonorũ, & ex inde inuidunt & triſtabuntur de perditione eorum, & ꝙ non ſimilia fecerunt.

Quarta veritas. Reprobis & ſi cōplaceant bona quæ fecerunt, quia ſcient ſe minus punitos quàm ſi ea non feciſſent, illa tamen complacētia nullum in eis potuerit generare gaudium, quia a pęna perfectè poſſeſſi erunt, & quia ea perdiderunt, vnde Boetius, Summum infortunij genus eſt fuiſſe felicem.

Quinta veritas. Nō triſtabuntur boni de malis quæ fecerunt. Primò quia hoc diuina virtute fiet, quæ potens eſt in igne ſeparare lucem a caliditate, vt dicit Baſilius ſuper illud pſ. 28. Vox dñi intercidentis flāmā ignis. Sic a mali cogitatione ſeparabit iuſtitiā. Secūdò hoc erit propter dignitatē ſtatus. Sicut.n. Angeli ſancti & ſi nos ament, tamen propter mala noſtra non triſtantur, eo ꝙ ſunt abſorpti a gloria, ſic ſancti de quibus pſ. 140. Abſorpti ſunt, ſed licet à gloria iuncti petre, id eſt Chriſto. Tertiò hoc fit propter modū cōſiderandi illa mala, quia nunquam recogitabunt illa abſolutè, ſed ſemper in conſideratione ad Deum liberātem. Et hęc conſideratio non generat triſtitiam, ſed magis gaudiū, ſicut lętať quis de euaſione periculi, hęc Bonauen. Grego. 4. mora, verſus finem exponens illud pſ. 88. Miſericordias domini in eternū cantabo. Qūo mīas in ęternum cantat ſi ſe miſerū fuiſſe ignorat? Et ſi miſerię trāſactę nō meminit, vnde largitati eius miſericordiæ laudes reddit?

Sexta veritas. Non erubeſcent iuſti de eorum malis omnibus reuelatis, quia ſecundum Philoſophum. 4. Ethicorum, erubeſcentia eſt timor ingloriationis in expectatione iudicij hominum. Tunc autem in bonis non cadet timor ille, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Secundo ex parte videntiū, quia nullus ſanctus ibi alium vituperabit, aut ſpernet, ſed potius Deum laudabit, attendens virtutem Dei in tali permanſiſſe. Exemplū in Magdalena, cuius peccata publicè recitamus, non tamen facimus ei contumeliam, quia non recitamus ad eius ignominiā, ſed ad laudem Dei & ſuam. Nec ipſa de hoc erubeſcit, quia nec de ipſa cogitamus tāquā de meretrice, ſed tāquā de nobiliſſima dña a multis malis erepta. Ad hoc etiam eſt exemplum de bono confeſſore, & de pęnitente, quia bonus confeſſor feruētius diligit eū q clarius, verius, & fidelius ſua peccata & ignominias detegit, maximè dū attēdit peccata pęnitētis diſſolut ꝑ miām Dei, & hoc ibi multomagis appa-

M Iudiciū futurum. Non triſtabuntur boni de malis quæ fecerunt in iudicio.

N Iudicium futurū. Non erubeſcēt boni de malis eorum reuelatis ī iudicio.

apparebit, quando omnes cogitationes erunt ordinatiſſimę. Tertio quia cum homo omnia ſua ſecreta ſine verecundia cõmunicet amico, & ibi omnes iuſti erimus amiciſſimi, quando vnus alium ſicut ſe diliget, quomodo vnus de alio erubeſceret. Immo ſi cut dicit Anſel. ſicut homo tunc gratias aget pro ſe Deo, quia liberatus a periculo peccatorum ſuorum, ſic & ſocius eius pro illo gratias reddet.

Sexto reuelabit reprobis gehennalis pœnæ acerbitatem ipſorum punitione, quæ modo eſt abſcondita ab eis. Lucæ. 19. Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcõdita ſunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & c. Deut. 32. Vua eorum vua fellis, & c. & ſequitur. Nonne hæc abſcondita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Gloſ. interli. in futuro iudicio reuelanda. Amos. 5. Reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis, id eſt tanta erit abundantia pœnarum ſicut aquæ, & tantus impetus ſicut torrentis. In pœna enim illa claudetur eis cœlum ne intrent, ſecundo infernus ne exeant, quando dicent aperi nobis, & dicet, non noui vos.

Septimo reuelabit bonis ſingulariter ſuæ viſionis iocunditatem, & præmiorum æternitatem. Tunc enim Ioſeph expulſis Aegyptijs oſtendet ſe fratribus præcipiẽs aſtantibus, id eſt Angelis bonis, vt omnes mali egrediantur foras, & nullus interſit agnitione mutuæ, vt dicitur Gen. 45. quãdo dicetur. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Tunc dicent mali illud Eſa. 26. Abſcondiſti faciem tuam a nobis; & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtrę. Sed iſtam faciem reuelabit bonis. Apoca. 2. Qui vicerit dabo ei manna abſconditum, quod tunc demonſtrabitur quando dominus ſeparabit agnos ab hædis, quando in torculari vinum ab aciuis, & oleum ab amurca ſeparabitur, manentibus ſub torculari aciuis, & amurca, & vino ſolicitè repoſito in dolijs.

Eadem dominica tertia Aduentus Sermo IIII. & in ordine, XXVI. factus Pariſius in proceſſione rectoris.

VEniet dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. 1. Cor. 3. Magna certè res eſt de homine, quem ſic dominus appreciatus eſt. pſal. Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? Nam cum cætera omnia fecerit dominus ſine conſilio, iuxta illud Eſaie. 40 Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Voluit tamen hominem quaſi cum conſilio facere, cum conſilio refacere, & cum conſilio defacere. Primo enim dum creaturus eſſet hominem ait Gen. 1. quaſi conſultando. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Secundò pro recreatione facienda quaſi opus eſſet magno conſilio, miſſus eſt ad nos Angelus magni conſilij, & admirabilis conſiliarius, de quo Eſa. 9. Et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius. Hoc fuit cõſilium quo decreuit dominus, vt contereret Aſſyrium, id eſt diabolum de terra. Eſa. 14. De hoc etiam dicitur Eſa. 28. Cõſummationem & abbreuiationem audiui a domino exercituum ſuper vniuerſam terram, id eſt verbum conſummatum & abbreuiatum, quando verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sequitur enim. Et hoc a domino Deo exijt, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam. Tertiò dum veniet dominus ad iudicium ad deſtruendum, & perdendum malos, hoc non faciet ſine conſilio. Eſa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui. In hoc multum edocemur nihil agere præcipitanter, & ſine conſilio, nihil deſtruere præcipitanter, ſecundum illud Eccl. 32. Omnia fac cum cõſilio, & poſt factum non pœnitebis. Et maximè coram prælatis principibus, & adminiſtratoribus alicuius magnæ communitatis

A Cõſilium. Viſus eſt Deus hominem feciſſe, et reparaſſe cũ conſilio.

B Conſiliũ. Nihil faciendum eſt ſine conſilio.

ratis debet eſſe ſolidum conſilium, & homines oculati. Licèt enim ſtella, quæ eſt axis mundi parua ſit, & ſuper eam voluatur cęlum; tamen circa ſe habet ſeptem micantes plyades. Ita licet plerunque prę latus vel princeps ſit paruæ intelligentiæ, oportet tamen ad ſupplendum defectum habere ante ſe plures ſcientiæ lumine prę pollẽtes. Aſtant enim ſemper throno Dei cherubin, qui interpretatur ſcientes. Throno enim pontificali vel regio debent ſemper aſtare viri literati, qui quidem ſunt velut oculus regni, ad oſtendendum viã in agendis & fugiendis. Inde conſiderantes reges & principes, quàm neceſſaria ſit literatorum virorũ multitudo in regnis; ſoliti ſunt plurimum colere, & ſuis priuilegijs decorare vniuerſitates, in quibus ſtudio literarum vacatur, ita quòd iſta vniuerſitas Pariſien. dicitur filia primogenita regis Franciæ, & vtinam magis ipſa ſit filia regis ſummi, digna conſequi hæreditatem cæli, & priuilegia paradiſi. Hoc autẽ fiet ſi debitè excoluerit veram ſapientiam & increatam. Ipſa eſt enim, quæ dedit hominibus poteſtatem filios Dei fieri. Sed ad hoc plurimum operatur Maria, vtpotè mater filiorum gratię, mater filiorum miſericordiæ, quia mater eius, qui nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nós fecit & faciet. Ad quam recurremus dicentes, Aue.

QVia in themate fit mentio, quòd dominus in ſecundo aduentu, ſcilicet in iudicio, manifeſtabit conſilia cordium, ideo in præſenti ſermone dicemus, quàm multiplex ſit conſilium. Itaque dicemus, quòd primum eſt conſilium, quod debet quis audire: Secundum eſt, quod debet ſugere. Tertium eſt, quod debet tegere. Quartum eſt, quod debet detegere.

C Cõſilium. De multiplici differentia cõſiliorum.

Primum conſilium, quod debemus audire, iſtud eſt de ſalute animæ noſtræ, quã ſalutem operari poterimus ſi multorum bonorum virorum conſilia ſolicitè inquiramus, quia Prouer. 24. ibi ſalus vbi multa conſilia. Si enim magni viri non ſolum vnius medici conſilio vtuntur, ſed multorum, vt ſalutem corporis conſequátur, multo magis debemus vti conſilijs plurimorum pro ſalute ſpirituali. Cauſa enim, quæ per vnius conſiliorum perditur, per conſilium alterius lucratur. Primo igitur debemus credere bono conſilio propter ſalutem noſtram, quia ſalus. Secundò propterea, quia nihil conſtat. Dicitur enim Deus 3. Reg. 1. Accipe conſilium a me, & ſalua animam tuam. Medici enim & aduocati care vendunt conſilia ſua, ſed non Deus. Nam dicit accipe, non conſtat, niſi accipere. Vulgo dicitur. Bonum forum trahit argentũ de burſa, & ſic debet quilibet accipere & facere illud bonum forũ cõſilij. Salua animam tuam, qui enim vnicã habes; nec plus habere potẽs, nec perdere niſi velis. Inde & communiter ſoli doctores theologi, qui ſunt conſiliarij animæ dicuntur magiſtri noſtri, quia ſunt cõmunes omnibus, ſunt a communi quot, & nihil conſtat eorum conſilium, ſed eorum conſilio habito ſufficit dicere gratias. Nõ ſic de doctoribus medicinæ vel decretorum, quia non ſunt noſtri; ſed oportet eorum conſilia emere magno precio, & implere manus eorũ auro vel argento. Alias non oporteret reuerti ſecunda vice. Tertiò, quia per hoc ſapientiores efficimur. Prouerb. 1. Audiens ſapiens ſapiẽtior erit, & alibi, Prouer. Audi conſilium meum, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiẽs in nouiſſimis temporibus. Sunt enim, qui ſemper volunt dare conſilium, & nunquam audire. Sed tales decipiuntur, iuxta illud Eſa. 47. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Nam canale nõ poteſt effundere aquam, niſi prius eã receperit. Sic nec dare conſilium niſi qui prius audierit. Et propterea poſuit dominus aures ſuper linguam, vt prius audias, quàm loquaris. Dedit inſuper duas aures & vnam linguam, vt diſcamus plus audire, quàm loqui, vt ſis ſapiens in nouiſſimis, quia tempore illo debet eſſe homo ſapiens, quando habet omnia nouiſſima ſua ordinare. Sicut quãdo quis habet condere teſtamentum ſuũ; tunc enim debet prius prouidere de ſalute animæ ſuæ, & conſequenter de alijs.

D Cõſilium. Propter multa debemus credere bono conſilio.

Magiſtri veri qui ſint.

Cur dominus aures duas ſuper linguam poſuerit, & duas aures vnam linguam dederit.

Sed quærens. A quo quæremus, & audiemus

diemus conſilium? Reſpondeo a miniſtris Chriſti, ideo debent diſcere bene cõſiliari, vt faciant quòd verificetur dictum apoſtoli in epiſtola hodierna de ipſis. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, id eſt facere ſicut ille fecit, qui dedit bonum conſilium, ideo vocatur admirabilis conſiliarius. Eſaiæ. 9. Et quia fortè dicetur, ꝙ non crederetur ei, reſpondetur, quòd filius debet credere patri. Non enim credendũ eſt, quòd pater decipiat filium; ideo dicitur pater futuri ſeculi. Nos autem cum ſimus filij futuri ſeculi, debemus illi tanquam patri noſtro credere, maxime qui nutrit nos, non rebus ſuis, ſed propria carne & propria doctrina, nõ per os alienum tradita. Sed nunc pauci ſunt imitatores Chriſti. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Volunt modo aliqui eſſe diſpenſatores antequam ſciant voluntatem pedagogi vel magiſtri. Volunt enim ad prælationes & curas animarum extolli, & neſciunt facere ſicut oſtendit eis magiſter ille, qui dicit. Vos vocatis me magiſter, & domine, & bene dicitis. Et inde modo ſunt multi mali diſpẽſatores, qui perdunt collegia & eccleſiam Chriſti; & paucos habent ſcholares. Sunt autem quatuor modi ſcholarium. Quidã ſunt magni portioniſtæ, quidam parui, quidam cameriſtæ, & quidam martinetę. Antiquitus omnes fere currebant ad collegia Chriſti propter bonos diſpenſatores, vt magna multitudo eſſet de magna portione, quæ eſt duplex, ſcilicet bonæ vitæ, & doctrinæ. Et illi ita magna auiditate cõmedebant & vorabant, quòd ad martyriũ currebant. Poſtea diſpenſatores tales fuerunt, quòd bonam doctrinam, vel bonam vitam habuerunt, in altero autem deficiebant. Nihil autem dat quod non habet; ideo ſubditi erant de parua portione; & inde refrigeſcebat charitas. Nunc vero, nec habẽt vitam, nec doctrinam, nihil eſt in eorum diſpenſa, ita quòd conuenit huic tempori illa Hieremiæ lamentatio. Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & nõ erat qui frangeret eis. Paruuli eorum interierunt famæ, conſumpti ſunt a ſterilitate terræ. Ideo nulli aut pauci ſunt portioniſtæ. Non enim habent vnde ſubditis miniſtrent, ſed oportet quòd a pauperibus theologis mutuent, & tamen nihil inde volunt eis ſoluere, ſed magis irrident, & detrahunt pſal. 36. Mutuabitur peccator, & non ſoluet. Vult autem magiſter diues, & liberalis, quòd ſcholares ſui ſint benè paſti, & tamen non habent diſpẽſatores ſui, vnde eòs paſcãt. Oportebit ergo recurrere ad magiſtrum, qui ſemper habet abundanter, vt repleat in bonis deſiderium noſtrum, quia ab eo nihil conſtabit portio. Immo dicit Eſaiæ. 45. Venite emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac. Inſuper & ipſe emit nos promittendo portionem illam ſuperiorem, de qua. Pſal. 118. Portio mea domine ſit in terra viuentium. Nunc autem poſtquam non ſunt portioniſtæ, oportet, ꝙ ſint cameriſtæ, vel martinetæ. Sed pauci ſunt, qui ſint cameriſtæ, quia pauci ſunt, qui ſciunt ſe regere, & facere ſibi portionem, pauci qui habeant doctrinam, & per eam ſciant ſe regere, multi autẽ ſunt martinetæ. Fędant enim nidos ſuos, & inceſſanter diſcurrunt. Nam fere omnes modo ad fęda & ſtercora Pauli diſcurrunt. Nec mirum, quia ſui prælati ſunt etiam martinetæ, non Martini, qui nunquam aut vix intrant eccleſiam ſuam, ſed ſunt Neapoli, quia infecti morbo Neapolitano, & fędãt totam eccleſiam ſua mala vita. Antiquitus ſolebant denidificari, ſed nunc nidificantur. Olim ſecundum pſal. 103. cedri libani quas plantauit Deus, id eſt nobiles & magni principes & plãti a Deo euocati, & plantati florebant in eccleſia, ſed modo aliæ nidificantur non magnæ aues, ſed paſſeres parui. Atque vtinam eſſent Martini. Sunt etiam diſpenſatores qui malam vitam cum bona doctrina miſcent, de quibus dicit Eſaias. Caupones tui miſcent aquam vino, & propter hoc ſe plangunt, & conqueruntur portioniſtæ.

E Scholaris. De quadruplici genere ſcholariũ.

Secundum conſiliũ eſt, quod debemus fugere, & illud eſt conſilium impiorum, de quo Pſal. 1. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum. Non enim poteſt bene fieri, quod malo fit conſilio. Nam ſicut ex malo ouo malus pullus, ſic ex malo conſilio

lic, malum procedit opus. Eſa. 59. Quod conſotum eſt ouum erumpet in regulum, idest fœtus malus in mente erumpet in prauum opus, quia de radice colubri egre dicitur regulus. Inde vt ait Valerius. lib. 2. c. 2. Dux Carthaginen. prauo conſilio bella gerens, etiam ſi proſpera fortuna ſecuta fuiſſet, mandato tamen ſenatus cruci affigebatur. Ideo Eccleſiaſtici. 37. monet ſapiens, a conſilio maligno ſerua animam tuam. Conſilium carnis, & mundi debemus fugere, quia ſunt duo mali conſiliarij, ſicut conſilium, quod Balaam dedit Balach. Conſilium carnis eſt quærere voluptates, quæ tamen fugiendæ ſunt. Eccleſiaſtici. 18. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ſuas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Vnde prouerbium erat antiquũ, vt dicitur. 2. Reg. 20. Qui interrogant, in terrogent in Abela. Abela interpretatur lugẽs. Erat enim locus conſilij vbi luctus, non vbi gaudi flores. Hoc eſt conſilium ſenum contra Suſannam. Dan. 13. Commiſcere nobiſcum. Per Suſannam enim quæ ſe lauabat in pomerio intelligitur anima fidelis, quæ ſe lauat in ardore pœnitentiæ. Senes caro & ſenſualitas, quæ dicuntur ſenes ab effectu, quia æneruant cito hominem, & reddunt hominem impotentem ac ſi eſſet ſenex. Hoc etiam eſt conſilium Vagao. Iudith. 2. quia cum dixiſſet Holofernes ad Vagao. Vade & ſuade Hebrę illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum. Intrauit Vagao ad Iudith, & dixit. Non vereatur bona puella intrare ad dominum meum. Conſilium mundi eſt multiplicare diuitias, ſpoliare innoxios, vindicare iniurias proprias. Hoc eſt conſilium, quod dederunt adoleſcentes Roboam regi. 3. Reg. 12. De quo debet dicere quilibet noſtrum cum Iacob. Gen. pen. In conſilium eorum non veniat anima mea. Cõſilium diaboli eſt appetere honores & dignitates. Hoc eſt conſilium Achithofel. 2. Reg. 17. qui interpretatur ruina fratris mei; quia frequenter tale conſilium eſt occaſio ruinæ, & lapſus in varia peccata. Nã ſępius & facilius cadunt ſubleuati ad honores, quàm exiſtentes in baſſo & humili ſtatu, & quanto ſtatus eorum altior, tanto

F Cõſilium. Conſilia mũdi, carnis, et diaboli ſunt fugiẽda.

Honores fugiendi ſunt.

caſus grauior. Plus enim abeſt a caſu, qui eſt ſuper terram & minus lęditur ſi cadat, quam qui eſt ſuper eccleſiam, vel campanile. Prædicta ergo conſilia ſunt fugiẽda. Nam ſi conſulerem alicui, quòd quadrigam poneret in ſtabulo, & equum in luto, fugiendum eſſet conſilium meum. Sic cõſulunt caro & mundus, quòd corpus benè tractetur, & anima relinquatur in luto peccati, & multi eorum conſilia ſequuntur, de quibus Iob interrogando & admirando ait Iob. 21. Quare impij viuunt ſuper terram ſublimati, confortatique diuitijs, id eſt quare impij pauperibus vitam tollũt? Aliter enim ſublimat mundus, aliter Deus. Mundus res nullius valoris ſublimat, vt plumas, & paleas, & res valoris dimittit in vaſæ; ſicut aurum granum, & fructum. Sed econuerſo Deus facit, quia paleas dimittit, & fructum eleuat, & ideo dicitur Eſaiæ. 4. Erit fructus terræ ſublimis. Similiter in nullo confortantur mundani, niſi in diuitijs. Si enim habeant litẽ, bellum, aut infirmitatem confortantur in pecunijs, vnde aggregant ſibi aduocatos, aut medicos, ducunt in bonis dies ſuos, tenent tympanum, & organum, quod fiat, quia flatu adulatorum delectantur, & credunt habere voluptatem ſibi in matrimonio copulatam indiſſolubiliter. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, quia in puncto ad inferna deſcendunt. Et ſubdit Iob. Conſilium eorum longe ſit a me. Propterea dé illo conſilio non curat Apoſtolus dicens. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque meip ſum iudico. Qui autem me iudicat dominus eſt. Quaſi diceret illud Eccleſiaſt. 8. Ego os regis obſeruo, id eſt timeo iudiciũ Dei, in quo iudicabit, & proferet ſententiam contra malos, & ſua vereos conſilia non impiorum, qui detrahunt iudicant, & obloquuntur. Illa enim non obſeruo, nec curo.

G Sublimare. Differenter ſublimant, & eleuant mundus, & Deus.

Tertium conſilium eſt, quod debemus tegere quãdo tempus eſt, & poſſumus detegere opportunitate occurrente. Et primo ſunt opera noſtra bona, quæ a ſpiritu ſancto procedunt, qui eſt ſpiritus conſilij; & illa debemus tegere & abſcondere. Primò

H Abſcondere. Debemus abſcondere bona noſtra multipliciter.

mò vt femella pauonis abſcōdit oua a pauone quærente illa, vt ſuæ vacet libidini. Et ideo dicitur in figura Matthei. 3. quòd Maria fugit in Aegytum, ne Herodes occideret puerum, id eſt ne diabolus faceret perdi meritum operis. Sed multi ſunt, vt ſtruthio, de quo Iob. 39. Dereliquit oua ſua in terra, & poſt obliuiſcitur, quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. Secundò, vt ſemen ne volucres cęli, ideſt ne adulatores conſumant. Mat. 13. & Mar. 6. Attēdite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Tertiò, vt lumen in manibus, ne vento inanis gloriæ extinguatur. Iob. 36. In manibus abſcondit lucē. Quartò vt trutannus primam eleemoſynam, vt aliam accipiat. Et ideo Lucæ 17. Phariſeus iactans ſe de bonis operibus ſuis non habuit eleemoſynam, ſed Publicanus. Quintò vt theſaurus in via propter latrones Grego. Deprædari deſiderat, qui theſaurū publicè portat in via. Sextò vt quis nares ab anhelitu leproſi, nc corrūpatur. In figura huius Exo. 3. Manus Moyſi in ſinu eius erat ſana, extracta leproſa, & alba, vt nix quæ modico tactu exterminatur. Sed quidam, vt negociatores ad feneſtram nobilitatem, & ſcientiam oſtendūt, vnde patet, quòd eam habeant ad vendēdū, qualis putabatur ille cui dicitur Iob. 26. Prudentiam oſtendiſti plurimam. Septimò, vt denarius a malis ſolutoribus, quia ſecundum Grego. valde bona ſua vilipendunt, qui ad remunerationem hominem ſufficere credunt. Secundò celanda ſunt conſilia, & ſecreta ſocialia amicorum quando tempus eſt. Nam Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt celat amici commiſſum. Sicut enim cęlum cęlat, & occultat nobis gloriam, ita quòd eam non videmus, licèt ab eo multas conſolationes recipiamus; ſic debet cęlari conſilium, vt non videatur, & vt a conſiliario conſolatio reportetur. Et in hoc adhibenda eſt bona cuſtodia cordi, vt ſit ſicut illud de quo Eccleſiaſtici. 22. Cor confirmatum in cogitatione conſilij non diſſoluetur. Sicut autem ſera non habens bonas gardas, non bene firmari poteſt, ſic nec cor hōis hñs malā gardā, ideſt malam linguam. Et quemadmodum de re diſſoluta videntur interiora, ſic in corde non habente bonam ſeram linguæ, videntur omnia, quæ intus latent. Tale fuit conſilium domini noſtri Ieſu Chriſti ſuper ſalute generis humani, quod fuit ſacramentum abſconditum a ſeculis. Sacramentum illud, de quo Angelus ad Tobiam eiuſdem. 12. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt. Et propterea dicebat Paulus. Nolite iudicare ante tempus quoadusque veniat dominus. Erit enim tunc tempus reuelandi omnia abſcondita, & omnia conſilia cordium, non autem nunc.

Quartum conſilium, quod debemus detegere, eſt conſilium diaboli, mala deſideria, cogitationes prauæ in confeſſione. Si aliquis diceret mihi in conſilio, quòd vellet me occidere non deberem illud celare, ſed deberem illud dicere illi, qui poſſet mihi ſuccurrere. Sic quando diabolus mihi conſuluit peccatum, debeo ſacerdoti illud dicere. Eccleſiaſtici. 25. Quàm ſpecioſum eſt presbyteris cognoſcere cōſilium. Talibus enim eſt confeſſio facienda. Sed mirum eſt, quòd aliqui ſcienter eligunt malos conſiliarios & ignorantes. Mirabile enim eſſet, quòd quis quęreret viam a cęco, & certè talis malè dirigeretur. Vnde debemus detegere peccata noſtra, nec ea abſcondere. Primo ſicut nec ignem. Ignis enim in ſtupis cito inflammatur, & totum comburit, nec poſtea facile extinguitur. Sic nec peccatum diu abſconditum. Prouerb. 6. Nunquid poteſt quis abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta eius non ardeant? Secundò ſicut nec latrocinium poſitum in domo ſua. Tales enim ſunt rei ſicut ipſi fures. Iob. 31. Si abſcondi ſicut homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. Tertiò ſicut nec infirmitatem. Quæ enim in principio ſanari poteſt faciliter, diu abſcondita ſit inſanabilis. Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit ea miſericordiam conſequetur. Iſta bene conſiderauerat Pſal. 31. quæ ait. Delictum meum cognitum tibi feci; & iniuſtitiam meam non abſcondi. Et certè ſit

1 Peccatū. Detegere debemus peccata ī confeſſione multipliciter.

ſi nunc non detegamus ea, veniet dominus in iudicio, & ad confuſionem noſtrã illuminabit tunc abſcondita opera tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium. Tunc.n vbi erit laus bonis a Deo erit nobis confuſio inexplicabilis, ſi inueniamur cũ peccato abſcõdito. Hæc p̃dicta sũt, q̃ debent diſcere ſcholares in iſta vniuerſitate & opere cõplere, & tunc de ea verificabitur illud Pſal. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo, Deus in medio eius non commouebitur. Quomodo enim in medio vteri vniuerſitatis cõmoueretur dominus, vbi de ignorantibus generantur ſcientes, de aſinis homines. Dat enim bona mater ſuis alumnis butyrum & mel, vt ſciant reprobare malum & eligere bonum. Et hoc faciunt boni filij, non adulterini.

Sermo Quintus Tertiæ dominicę aduentus,& in ordine XXVII. per thema Euangelij.

A Ioãnes Baptiſta. *De laude Ioãnis Baptiſtæ, ſecũdum quatuor virtutes Cardinales.*

BEatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Matth. 11. In pręſenti aduentu non ſine cauſa recitantur, quæ pertinent ad laudem regis aduenientis. Et quia laus percurſoris laus eſt regis. Glorioſus enim eſt Deus in ſanctis ſuis. Ideo in hac tertia dominica legitur euangelium, in quo laudatur eius præcurſor, in cuius laude continentur quatuor Cardinales virtutes. Primo fortitudo, cum negatur arundini ſimilis. Secundo temperantia, cum ab eo mollicies veſtium remouetur. Tertio prudentia, cum dicitur eſſe pluſquam propheta. Quarto iuſtitia, cum dicitur eſſe Angelus miſſus ad præparandum viam ante Chriſtum. Ad iuſtitiam enim pertinet fidele miniſteriũ. Matthęi. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Hæ virtutes ſunt veræ diuitiæ, quia ab his habet homo precioſitatem ſuam. Se enim habent in homine ſicut virtutes in gemmis, quæ nullius precij ſunt ſine virtutibus. Plus enim valet vnus lapis precioſus, quàm multi magni communes. Sic vnus homo habens virtutes iſtas, quàm multi non habentes. Eccleſiaſtici. 16. Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Secundo, quia ab huiuſmodi habet homo, quòd tẽporalia ſint ei bona. Seneca. Nihil eſt homini bonum ſine ſe bono. Temporalia ei qui non habet gratiam ſunt materia infirmitatis & ruinæ, ideo non ſunt ei bona, ſicut ſanguis non eſt bonus hoĩ, quando eſt ei infirmitatis materia. Ei autem qui habet gratiam, & ſecundum gratiam ipſam illis vtitur, bonam ſunt temporalia. Indigentes ergo iſta gratia ad illam recurramus cuius medio acquiritur dicentes, Aue.

Temporalia ſunt bona bonis, & mala malis.

In hoc ſermone dicetur ſecundũ Euangelium quomodo dominus duo deſtruit ſcandala. Primo ſcandalum euacuat diſcipulorum Ioannis, qui in eo erant ſcandalizati. Secundo aufert ſcandalum populi, qui poterat ſcandalizari de doctrina Ioannis.

B Vincula. Exiſtentes in curijs plerũque ſunt in vinculis ne dicant veritatem.

Quia igitur diſcipuli Ioannis non credebant de Chriſto, quòd eſſet filius Dei, immo nec quòd maior ipſo Ioanne, ideo hoc videns Ioannes, cum eſſet in vinculis Herodis miſit ad eum diſcipulos ſuos ad tollendum ſcandalum ipſum. In quo notatur, quòd qui curijs regum, & principũ deſeruiunt, ſunt omnes in vinculis, nec audent profiteri veritatem. Cum Achior locutus eſt veritatem in conſpectu Holofernis, irati ſunt omnes magnates ipſius. Iudith. 5. Et ideo Eccleſiaſtici. 32. Docentur aulici, quid agere debeãt, vt inde aliquod officium, aut aliquam bonam penſionem conſequantur. Audi (inquit) tacens ſimul & quærens, quia niſi quæreret nihil haberet propter multitudinem, quærentium. Et ſequitur. In medio magnatorum loqui non præſumas, quia loquendo forſitan nimium diceret de veritate. Eſt enim veritas, aqua, quæ mixta vino mendacij, quo potantur maiores, ſæpius reijcitur. Pſ. 84. Veritas de terra orta eſt, ſcilicet cordis noſtri, ſicut fons de terra oritur. Fuit autẽ Ioãnes in vinculis poſitus duplici de cauſa. Prima fuit occaſionalis, ſcilicet correctio Herodis, non quidem in palam facta, ſed ſæpiſſimè clam & in occulto. Secunda fuit principalis, quam tangit Ioſephus, ne

Ioannes duplici cauſa fu in vinc lis poſitus.

ne populus eum exaltaret in regem. Poterat.n.dicere Herodes, Forte iſte ad quem ſic concurrit populus eſt ille, quem pater meus voluit zelo regni interficere,& non potuit,ſed euaſit.

C Vincula. Multiplicia ſunt vincula, quibus ligatur Ioãnes, id eſt quilibet homo.

Multiplicia autẽ vincula inueniuntur quibus ligatur Ioannes,id eſt quilibet homo.Prima ſunt vincula naturę,ſcilicet pęnalitates & miſeriæ quas natura nobis infligit.Et ſecundum Aug.compedes & vincula iſta magis aggrauat homo,quanto diuitias vltra neceſſaria ſibi magis accumulat. Qui enim multa poſſidet, in multas miſerias incidit,vt apparet in regibus, & principibus. Secunda vincula ſunt vincula Chriſti præcepta,ſcilicet quibus non ſolum vinculatus erat Ioannes,ſed etiã doctrina ſua,& vita cęteros pro viribus alligabat.Hæc non ſunt rumpenda, quia non ſunt vincula ſeruitutis,ſed potius ſanitatis,quibus vulnera ligantur peccatorum. Eccleſiaſtici 6.Vincula illius alligatura ſalutaris.Et ideo qui vincula iſta diſrumpir, ſignum eſt,quod furioſus ſit, vel dęmoniacus,ſicut ille de quo Luc.8.Ruptis vinculis agebatur a dęmonio in deſertum. A diabolo enim & contra rationem eſt iſta præceptorum fractura.Pſal. Ad alligãdos reges eorum in compedibus. Quibus voluit Ioannes alligare regem Herodẽ, nec potuit. Sicut enim vincula materialia ligant hominem ne poſſit ire,quo vellit,ſic præcepta mentem ne poſſit ire poſt concupiſcentias & deſideria ſua.Tertia vincula ſunt peccatorum vincula,de quibus Pſ. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & hęc ſecundum vitiorum varietatẽ multiplicantur.Quidam enim vinculãtur cupiditate, quæ ligat cor & burſam. Diues enim,qui pauperi denegat eleemoſynam, nonne corde,& burſa ligatur, nonne ipſe eſt Ioannes in vinculis? Nec ſolum cor & burſam ligat,ſed etiam quandoq; os, quia propter officia, & beneficia quidã ſic vinculantur,quòd cum magnatibus deberẽt dicere veritatem,tacent,habẽtes ſicut catulus os in ore ad rodendũ, propter quod loqui non audent,& ibi inuenitur Ioãnes in vinculis.Non ſic Ioannes, qui propter veritatem regi dictã vinctus eſt materialibus vinculis. Ligantur enim cupidi ſicut aſini mercatorum, qui capiſtris ſuis, quandoque taliter inuoluuntur, quòd a comedendo coercentur. Ita vinculum tenacitatis,& auaritiæ ſic homines ligat, ꝙ de bonis ipſis ad ſatietatem comedere nõ ſunt auſi. Non ſic Paulus, qui dicebat. Ephe. vltimo, pro quo legatione fungor, in catena iſta,ita vt ipſo audeã prout oportet me loqui. Aliquando vinculantur carnalitate; quæ ligat corpus & carnem, in Samſone ligato a Dalila figurati,qui tondẽtur per depauperationem,cęcantur per obſtinationem, incarcerantur per malam conſuetudinem. Eccleſiaſtices. 7. Inueni amariorẽ morte mulierem, vincula ſunt manus illius. His vinculis non erat alligatus Ioannes,quibus ligatur leno cũ meretrice ſua,ſicut maſtinus cum liciſſa,ſed vt diſſoluere vincula illa meretricia, alligatus eſt.Alij tepiditate vinculantur, & pigritia de quo Matt.22. Ligati pedibus & manibus mittite eum,&c.Sicut enim homo ligatus non poteſt ſe mouere, nec fugere,nec laborare, ſic q vitio deſidiæ ſunt ligati ad nullum bonum opus ſe mouere poſſunt.Qui enim ſtetit in lecto, nec venit prout debet ad Dei ſeruitium,Nonne Ioannes eſt in uinculis? Prælatus ludens ad talos, nec faciens id quod tenetur, nõne ipſe eſt Ioannes in vinculis? Artifex q artem ſuam non exercet, vt comedat panem,ſed ludit & inebriatur, nõne ipſe eſt Ioannes in vinculis? Et generaliter cum aliqua gratia aliquo vinculo,carnis,mundi, vel peccati ligata tenetur,ne proficiat, tunc Ioannes in vinculis tenetur,vt nunc in pluribus locis videmus.Roma. 1. Qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent.Hæc autem vincula quãdoque ſunt ſoluenda, quandoque rumpenda, quandoque præſcindenda.Hiero.Si non potes ſoluere,rũpe,ſi non potes rumpere,incide.Si in præſenti ruperis vincula culpæ,rumpentur in futuro vincula pęnæ. Soluta vincula manent integra, & adhuc poteſt quis illis ligari. Rupta vero non ſunt apta ad ligandum, niſi reuniantur partes & innodẽtur, præciſa vero in minimas partes omnino ſunt ad ligandum inutilia.Soluitur homo

D Vincula. Vincula peccatorũ ſunt ſoluenda, rũpẽda, uel præſcindẽda.

a pec-

a peccatis, cum ea ad tempus dimittit, ſed ſemper remanet inclinatio & promptitudo ad peccandum qua facilè iterum ligatur. Rumpuntur autem cum per contraria opera peccatis quodammodo deſtruitur conſuetudo, nihilominus operibus bonis derelictis renodantur, & ſic iterum ligant hominem. Sed cum conſuetudine bonorum operum totaliter diſſoluitur cõſuetudo contraria peccatorum, tunc præſcinduntur peccata in minutias, vt nihil remaneat quod amplius ligare poſſit. Et valde vituperabile eſt talibus vinculis hominem arctari, quia vincula peccatorum ſunt telæ aranearum. Eſa. 29. Telas araneę texuerunt, quæ non dicam pulſu, aut aliquo diſtractu, ſed ſola voluntate rumpuntur. Quis autem dubitaret eis poſſe teneri inuitum? Qui autem ſe tenere eis patiuntur, non dubium eſt eos non eſſe muſculis fortiores. Et valde erubeſcendum eſt homini filis aranearum vinctũm teneri, nec ab his ſe explicare, aut eã diſrumpere poſſe. Non enim fortitudine vinculorum tenetur, ſed infirmitate & peruerſitate volũtatis, & tandem ab araneis diabolicis tales ſe deuorari patiuntur.

Miſit autem duos ex diſcipulis ſuis, vt interrogarent eum. Tu es qui venturus es &c. Non quòd dubitaret de Chriſti aduentu ad inferos, licèt hoc velit Gregorius, ſed magis ad tollendam dubitationẽ ſuorum diſcipulorum, qui pro magiſtro ſuo zelantes inuidebant Chriſto. Vnde Ioanni dicunt illud. Io. 3. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum, ſicut & Ioſue zelauit pro Moyſe. Numeri. 11. Cum Heldab & Meldab prophetarent in caſtris, licet.n. Heliſęus. 4. Reg. 2. non dubitauerit Heliã in cęlum raptum, tamen ad tollendam dubitationem filiorum prophetarum, & ad inſtantiam eorum, miſit qui quærerent Heliam in mentibus. Mirabile enim eſſet, quòd tantus propheta, & pluſquam propheta neſciuiſſet, quòd alij prophetæ priores viderunt, vt de Zacharia eiuſdem. 9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, ideſt de inferno. In hoc ſunt ſimiles Ioanni multi, qui in latitudine proſperitatis ambulantes, bene dicunt veritatem, ſed in carcere & periculis aduerſitatis poſiti, nõ audent eam profiteri, ſicut Ioannes in latitudine deſerti oſtendit Chriſtum venturum, & digito demonſtrauit, in carcere vero poſitus viſus eſt dubitaſſe. Petrus in proſperitate palam confeſſus eſt Chriſtũ eſſe filium Dei, qui in domo Annæ negauit. Duo autem diſcipuli miſſi ad inueſtigandum veritatem de Chriſto, poſſunt dici abſtinẽtia, & deuotio orationis. De abſtinentia dicitur. Eccleſiaſtices. 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, & animum meum transferrem ad ſapientiam. Et in Daniele ſimiliter legitur de pueris, qui propter abſtinentiam parati fuerunt omnem ſuſcipere ſapientiam. Danielis. 1. De oratione dicit Auguſtinus, ꝙ oratione melius ſoluuntur dubia, quàm inquiſitione aliena.

Diſcipuli dico a Ioãne miſſi, qd ſignificent.

E

Reſpondit Ieſus. Ite renuntiate Ioanni, quæ vidiſtis & audiſtis. Illa enim teſtimoniũ perhibent de me, Cęci vident, &c. Hæc aũt miracula, q̃ realiter operatus eſt Chriſtus, nunc velut ſimia effigiat mundus. Nam apud mundanos cęci in ſpiritualibus, optime vident in temporalibus, quia qui nihil ſciunt de his, quę ad ſalutẽ animæ pertinent, bene tẽporalia dirigunt, Talpa infra terram exiſtens, ſe bene dirigit, extra vero nihil omnino agere nouit. Sic multi in terrenis habiles, de cęleſtibus nihil curant. Multi aduocati bene ſciunt proceſſus dirigere, cum autem ad mortem venerint iam penè in aliud ſeculum poſiti, de ſua ſalute nihil omnino procurare ſciunt. Secundò ſurdi audiunt. Surdus enim eſt in cauſa pauperis iudex vel aduocatus, qui ad ſonitum auri, vel argenti protinus audit, & in iniuria optimum intelligit ius. Tertiò claudi ambulant, qui quidem duplices ſunt: Quidam ex vtraq; parte claudicant, vt adulatores, qui ad vtranque partem tendunt, nunc ſententiã pro vna parte proferentes & dicẽtes, hic bene nobiſcũ, nunc ex alia ſimiliter, quaſi vulgari ſermone dicentes. Il fait bon deça, il fait bon dela. Iſti rarò curantur, aut

Miracula.

Miracula Chriſti vera, ſcilicet ꝙ cæci videãt, ſurdi audiãt, &c. quõ effigiat mundus.

recte

rectè incedunt; niſi forte ponatur emplaſtrum in auribus, ita vt eis denegetur auditus, ſiue claudatur auris audientium ad blanditias eorum. Alij ſunt ex vno latere claudi, qui quia in iure ſuo claudicant, data iudici pecunia ſtatim rectè incedunt. Quartò mortui reſurgunt, id eſt qui deberent morti adiudicari propter eorum forefacta reſuſcitantur per pecuniam. Inde eſt ꝙ malefactores non cito puniuntur, nec cito in eos vindicatur, quia forte interim veniunt amici non ſolum homines, ſed denarij aurei vt pro eis intercedant. Propter quod abſque vllo timore mala vbique facile perpetrantur. Eccleſiaſt. 8. Quia non cito profertur contra malos ſententia, filij hominum abſque vllo timore perpetrant mala. Quinto pauperes euangelizantur, eo ꝙ diuites raro audiunt, aut ſequuntur euangelium, ſed magis pauperes. Sermo enim Dei vt frequentius auditur a pauperibus, & magis in eo proficiunt quàm a diuitibus. Primo quia pauperes liberiores ſunt a curis huius ſeculi, & alterius fœlicitatis facilius inueſtigatores, cum hic ſint in continua miſeria, vbi diuites præſenti vtuntur fœlicitate. Hinc Tobias eiuſdẽ. 2. Filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Inde eſt, ꝙ Mat. 19. cum audiſſet adoleſcens verba Chriſti de ſequendo eum relictis omnibus, abijt triſtis & mœrens, vbi pauperes piſcatores relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Hoc tamen dixit dominus diſcipulis Ioannis, vt ſe oſtenderet illum eſſe Meſſiam in prophetis promiſſum, de quo longe ante prophetauerat, Eſa. eiuſdem. 11. pauperibus euangelizare miſit me. Secundo quia de paupere pauperes loquũtur, diuites nunquam libenter audiunt loqui de pauperibus, Chriſtus autem eſt pauper, ideo non libenter audiunt loqui de Chriſto diuites ipſi nec de verbo Chriſti. Tertiò quod dicitur vulgo ꝙ duo truttanni nunquam ſe inueniũt in eodem oſtio. Diues autem in affectu ſemper quærit temporalia, & ſatis eſt ꝙ illa habeat, ideo relinquitur pauperi ꝙ coquinet a Deo ſpũalia & euãgelizet.

Sed quæritur quomodo poterat eſſe Ioannes in carcere vinctus, & tamen habere diſcipulos. Vincti enim in carcere communiter priuantur hominum cõicatione? Dicitur ad hoc, ꝙ cum maxima cauſa (vt dictum eſt) quare incarceratus eſt Ioannes ſit ne populus eum conſtitueret in regem, credendum eſt herodem vitaſſe ne Ioãnes in carcere prædicaret. Expediebat enim orto ſole lunam tendere ad occaſum, & Luciferum obtenebrari. Pauci tamen permittebantur ad Ioannem accedere. Tyranni enim timẽt ſanctos viros, & ſub chlamyde alicuius mãſuetudinis aut rectitudinis ſuam quandoque exercent crudelitatem. Propterea permiſit Herodes diſcipulos ſuos ad eũ accedere, ne crudelitatem in eũ videretur exercere. Et beatus homo qui nõ fuerit ſcãdalizatus in me.

Sed hic quæritur quomodo dominus beatificauit eos qui non ſunt in ipſo ſcandalizati, cum Eſa. 8. dictus ſit lapis offenſionis & petra ſcandali? Ad quid petra ſcandali, niſi ad officium ſuũ quod eſt eſſe ruinæ occaſio, ſi ergo ſit ruinæ occaſio non videtur iniquum ruere in ipſo dño qui dedit occaſionem? Reſpondetur ꝙ ſcandalum ſecundũ Origenẽ ſuper librũ Nume. 25. nihil aliud eſt, niſi ſicut in via ponitur aliqua pedica, vel deceptio, vel lapis, vel aliquid aliud offenſiuum. Sic ſcandalum eſt dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionem ruinæ, ita ꝙ ſicut ad impactionem pedis contra lapidẽ quis ruit corporaliter, ſic ſpiritualiter quis ruit ad dictum, vel factum alterius, inquã tum ſua admonitione, inductione, vel exẽplo intẽdit aliũ ad peccandũ inducere. Et illud eſt ſcandalum datũ, & actiuum, & nõ ſolum acceptum, & eſt grãde peccatũ. Secũdò modo ſcãdalizat quis alium, quã lo facit aliqđ opus quod ex ſe inductiuũ eſt alterius ad peccãdum quãuis nõ intẽdat, vt ſi ante filium ſuum, vel filiam ſuã quis ſuum matrimonium frangat, vel ſi ante eos cõmittas vſuram, quaſi docens eos qđ in futurum agere debeant, vel ſi blaphemes corã eis, & talis peccat, non tñ nouo peccato licèt aggrauet, nec tamẽ ita grauiter peccat ſicut qui primo modo ſcandalizat.

F *Scandalum. Quid ſit ſcandalũ, & an Chriſtus ſcandalizauerit.*

dalizat. Et ſic prouidendum eſt nobis ne quenquam ſcandalizemus, immo ſecundum doctrinam Chriſti cauere debemus, ne ſub nobis,aut ſub vmbra noſtri aliquẽ habeamus,qui alteri præbeat occaſionem ruinæ.Chryſoſtomus. Vult Chriſtus,vt non ſolum de periculo noſtri peccati curemus,ſed etiam circa pertinentes ad nos, ne aliquid turpe agatur: vt puta ſi habeas amicum qui res tuas bene dirigit quaſi proprius oculus, aut procuret res tuas quaſi propria manus eſſet, ſi eum cognoueris aliquid turpiter agere, proijce eum abs te,quia ſcandalizat te.Non enim ſolũ pro noſtro peccato,ſed etiam proximorũ quos prohibere poſſumus, dabimus rationem.Si enim iudex qui eſt reipublicæ oculus,vel manus ad procurandum & tutandum eius ſubditorum ſcandalizat te, proijce eum abs te. Pedes autem dicuntur populi humilis conditionis qui furantur,& ilico ſuſpẽdunt. Manus defendẽtes ſunt gentes armorum & nobiles.Oculus autem raro tãgitur, quia non permittit ſe tangi.Si tamen tangatur,vel eruatur,non ſit ille ſtrabo,vel monoculus qui rempublicam torue reſpiciat,aut qui per cautelas & ad ſuum cõmodũ dirigat.Sed modo oculus profundatus in caput.i. bene ſenſatus & doctus & qui recte aſpicit, citius eijcitur,quia boni iudices & directo res vix tolerantur. Nec propterea debent populi in ipſis ſcandalizari ſi plures habeant diuitias,aut ſplendidius epulentur, quia ſicut natura mittit capiti oculis & ſuperioribus partibus hominis nobilius & purius nutrimentum,ſic tales debent honeſtius ſuſtentari. Et iſtis duobus modis nunquam Chriſtus ſcandalizauit,nec propterea dicitur lapis offenſionis & petra ſcandali.Tertio dicitur quis alium ſcandalizare impropriè loquẽdo, quando prę ter intentionem operantis, & conditionẽ operis, aliquis malè diſpoſitus inducitur ad peccãdum,& iſtud eſt ſcandalum Phariſęorũ, vt puta quando quis inuidet bonis aliorum,qui bona agit non dat ei occaſionem ruinę,vt quando quis ex veritate doctrinæ prędicata quia reprehẽdit in ſermone,aſſumit occaſionem male loquendi vel cogitandi, ſicut ex doctrina Chriſti, & miraculis ſcandalizati ſunt Phariſęi ex malitia ſua, & ideo dicit Chriſtus, Beatus eſt qui non fuerit &c.

Sermo Sextus eiuſdem III. dominicæ aduentus, & in ordine XXVIII. per thema pręcedens.

SI beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in Chriſto, credendo ſcilicet ipſum eſſe verè redemptorem mundi, beatus etiam eſt qui non fuerit ſcandalizatus in Ioanne,credendo videlicet ipſum eſſe verè pręcurſorem Chriſti. Primò, quia hoc honore dignus erat Ioannes,quem rex ipſe Chriſtus ſic voluit honorare. Hoc.n. aſſerit in Euangelio allegando illud Malachię prophetæ. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Secundo dicit. Inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem Ioanne, quo fit vt inter cęteros eſſet maximè dignus tanto officio. Tertiò oſtendit eum beatæ trinitati aſſimilari, & per conſequens ꝙ eſſet potiſſimè dignus vt in hoc excellentiſſimo opere trinitatis ſcilicet redemptione generis humani famularetur trinitati præcurrendo & præconizando illud.Secundum enim Aug.in rebus per tempus ortis nulla maior gratia apparuit,quam ꝙ Deus fieret homo, & homo Deus,& ſic nullum opus ad extra, eſt opere redemptionis excellentius. Primò quidem oſtendit Chriſtus quòd aſſimiletur trinitati in potentia cum dicitur. Sed quid exiſtis in deſertum videre arũdinem vento agitatam? In hoc eſt ſimilis patricui attribuitur potentia.Potens erat Ioannes ventis tentationũ reſiſtere.pſ.1. Nõ ſic impij,nõ ſic, ſed tanquam puluis quẽ proijcit ventus a facie terrę. Iob.21. Erunt ſicut paleæ ante faciẽ venti.Secundo aſſimilaſ in bonitate,ibi,hõminẽ mollibus veſtitum.In hoc eſt ſimilis ſpirituſã to cui bonitas appropriatur.Ioãnes enim amorem & ſuauitatem bonorum temporalium

A Ioannes Baptiſta. Ioannes dignus erat vt eſſet precurſor Chriſti.

Nullum opus ad extra,eſt opere Redentionis excellentius.

ralium contēnebat dicens cū Dauid.72. Mihi adhærere Deo bonum eſt, pōnere in dño Deo ſpē meā, nec vlla carnis allicie molliciebantur, qui dulcedine ſpiritusſan-cti trahebāt. Nam guſtato ſpiritu deſipit oīs caro. Tertiò aſſimilaē in ſapiā, ibi pro-phetā. In hoc.n. erat ſimilis cui ſapia ap-propriat, ſecundū Bedā pluſquā propheta fuit qui nō tātū futura dixit, ſed etiā de-mōſtrauit. Nō ergo erat Ioānes mutabilis aut flexibilis, vt arūdo, ſed fide, ſpe, & amo re firmusfuit in Deo. Eccl. 15. Firmabiē in illo, & nō flectetur. Et in eodē. 5. Nō te ventiles in oēm ventum. Et eiuſdē. 27. Stultus vt luna mutatur. Nec etiā more curialium erat Ioannes delicate nutritus & veſtitus. Sciebat. enim, impoſſibile eſſe de delicijs huius mundi ad delicias æter-nas tranſire. Sed nec erat de numero inſi-pientium qui dicunt in corde ſuo non eſt Deus. Non de numero illorum quibus ex probrat dñs Hiere. 8. Turtur, & hirundo & ciconia cuſtodierunt tēpus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudiciū dñi. Illud videlicet iudicium qđ fecit dum venit in terram, quo iudicatus eſt princeps huius ſeculi, & eiectus foras cum omni ſuo vitiorum exercitu. Illud autem optimè cognouit beatus Ioannes vt pote propheta & pluſquam propheta, & ideo dicebat de Chriſto. Ille eſt qui ba-ptizat in ſpirituſanto & igni. Per baptiſ-mum autē expellitur diabolus cum pōpis ſuis. Et propterea in Principio ſuæ prædi-cationis hortabatur populum parare viā dño venturo in carnem. Inter omnes au-tem qui ſe pręparauerunt ad Chriſtum ſuſcipiēdū, Maria amplius ſe præparauit; adeo vt non ſolum in mēte, ſed & in vte-ro eius hoſpitaretur, & ex hoc conijcien-dum eſt, ꝙ ipſa melius nouit modum ſe præparādi quàm alij quicunque. Vt ergo nos inſtruat quomodo præparari debea-mus ita vt mereamur Chriſtum ſuſcipe-re, & ſic digne eius aduentum celebrare, ad eam recurremus. (Ipſa enim eſt do-ctrix diſciplinæ Dei, & electrix operum il lius. Sapien. 8.) præſentantes ei angelicum illud oraculum, Aue.

Mane diximus quomodo dñs abſtulit ſcandalum diſcipulorum Ioannis qui e-rant ſuper doctrina eius ſcandalizati. Nunc dicemus primò quomodo abſtu-lit ſcandalum populi ſuper doctrina & vi ta Ioannis, quod poterat oriri ex eo quòd confidenter multum de principibus locu-tus fuerat, vnde vinctus erat in carcere. Secundò qui ſunt qui ſolent faciliter ſcan dalizari.

B Arundo. Peccator arundini comparatur.

Quo ad primum abſtulit dominus ſcā-dalum populi circa Ioannem laudando eum, & oſtendendo eſſe irrepręhenſibi-lem in vita & doctrina. Primum ſcilicet quòd eſſet irrepręhenſibilis in vita, de-clarat ex duobus quę faciunt vitam irre-pręhenſibilem, ſcilicet ex eo quòd quis declinat a malo, & ex eo quòd facit bo-num. Quia autem declinaret a malo, ſeu immunis eēt a peccato, patet ex duobus. Primò quia Ioannes non erat arundini ſi milis. Peccator autem arundini in mul-tis aſſimilatur. Primò, quia arundo radi-cem habet in luto vel fluido, non in terra ſolida. Sic peccator non habet intentio-nis, vel amoris radicem in terra viuen-tium, ſed in re tranſitoria quod eſt princi pium omnium malorum. Augu. Amor mundi eſt totum & ſolum malum homi-nis. Radicem in ſolido voluit figi Deus cum dixit. Primum quærite regnum Dei. Radix oſtendit de qua terra ſit ar-bor. Multum timendum eſt homini qui inuenit radicem cordis ſui fixā in re trāſi toria. Primum eſt ſi nimis profundè fi xa ſit vt res illa Deo præponatur, & ſi il-lam plus diligit quam Deum pro illa Deum negat. Hoc enim ab homine coli tur quòd præ ceteris diligitur, vt dicit Au gu. ſuper illud. Quorum Deus venter eſt. Ideo benè dicitur Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, quia ſcilicet parum fixerūt ſpiri-tum in terrenis iſtis. Secundum eſt ſi radi cem cordis in multis rebus tranſitorijs poſuit, ſicut ille qui multas hēbat poſſeſ-ſiones, Matth. 19. Occaſione huius dicit dominus verbum illud. Diues difficile in trabit in regnum cęlorum. Si funiculus triplex difficile rumpitur, multo fortius funiculus decuplex. Tertiū eſt ſi diuturni tate tēporis radices corroboratę ſunt. Nō

Amor mūdi radix eſt omniū malorū.

enim transfertur arbor poſtquam ſenuit, ſic nec homo recedit a peccato, vel ſaltem vix ſi conſuetudinem habuerit in eo, iuxta illud Hiere. 14. Si mutare poteſt Aethiops pellē ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Secundo arundo exterius habet nitorem, interius vacuitatem. Sic ſecundum Augu. Cum iniquis omnia pulchra ſint, ipſi ſoli remanēt turpes. Tertiò arundo habet debilitatem, ideo nō eſt ſecurum ei inniti. Sic non eſt in peccatore confidendum licèt ſit potens. Hiere. 17. Maledictus qui confidit in homine. Eſaia. 36. Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum ſuper Aegyptū, cui ſi innixus fuerit homo intrabit manū eius & perforabit eam. Quartò arūdo de facili mouetur. Sic peccator ad omnem vētum tentationis mutatur. Eccl. 27. Stultus vt luna mutatur. Quintò arundo habet lanuginem pro fructu, ſic peccator in fine non inuenit fructum operum ſuorū. Sap. 5. Spes impij quaſi lanugo quæ a vento tollitur. Rom. 6. Quem fructum habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis. Ioānes autem arundo non fuit, quia radicem amoris in mundo nō habuit, nec vacuus, ſed replet⁹ ſpiritusſancto ex vtero matris, nec flexibilis ad malum, quia nec mors eum a veritate deuiare fecit, nec gloria qua Chriſtus reputari potuit. Elegit enim ſolidè ſubſiſtere ī ſe, ne inaniter raperetur ſupra ſe, nec fuit ſine fructu, cum habuerit tres aureolas, quia fuit virgo, prædicator, & martyr, & mentem fixam habebat in cęlo. Phil. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Secundo Ioannes declinabat peccata carnalium. Non enim erat mollibus veſtibus aut delicatè nutritus ſicut carnales. Triplex autem reperiri poteſt mollities, ſcilicet veſtium, ciborum, & verborū. De prima dicitur Thren. 4. Qui nutriebātur in croceis amplexati ſunt ſtercora. De ſecunda dicitur ibidem. Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in vijs ſuis, ita ꝙ ad patriam paradiſi non venerunt. Aſſueti enim in delicijs cum in peregrinatione vinum non inueniunt, nec panem triticeum, ægrotant & moriuntur. Ideo dicitur Eccl. 10. Proſperitas ſtultorum perdet illos qui neſciunt in ciuitatē pergere, quia propter proſperitatem præcedentem qn̄ veniunt in viam domini aſperitate deficiunt. De tertia dicitur Eſa. 3. Popule me⁹ qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt. Et Prouer. 27. Qui benedicit alicui voce grādi, maledicenti ſimilis eſt. Sicut enim auis implicata reti ſe non poteſt explicare, ita pauci poſſunt laqueum adulationis effugere, quin in verborū ſuauitate & laudū vanitate conlætentur. Sed mirū eſt quomodo non cauentur adulatores cum ſint maledicti. Hiere. 20. Maledictus homo qui nuntiat patri ſuo natus eſt tibi puer maſculus, ideſt adulator, qui nuntiat illi qui malè fecit ꝙ puerum maſculum genuit, ideſt ꝙ virile opus compleuit, ſicut cum aliquis fornicationem, vel adulteriū compleuit dicitur ei ab adulatore, quàm viriliter feciſti, ex quo cum tam pulchra commixtus es. Et ſic adulatores venenū vulneribus infundunt ne vulnerati ſanentur, mortui ſepeliunt mortuos ne reſuſcitentur. Oſeæ. 9. Aegyptus congregauit eos, ideſt tenebræ peccatorum congregauerunt peccatores, memphis (quę interpretatur ex ore) ideſt adulatio vocis ſepeliet eos. Vnde aſſimilantur adulatores locuſtæ, quia bona multorum & maximè principum & magnatum deuorant & cōſumunt, & ideo de talibus qui recipiunt adulatores dicit Pſal. 77. Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ. Nulla autem iſtarum mollicierum Ioannem maculauerat. Non prima, quia non erat veſtit⁹ purpura & byſſo, ſed pilis chameli & zona pellicea circa lumbos eius. Nec ſecunda, quia non perdices, aut phaſianos, aut huiuſmodi cibaria delicata, ſed locuſtas & mel ſylueſtre edebat. Nec etiam tertia, quia nullius vitia adulando palpabat, ſed conſtanter reprehendebat peccata omnium etiam maiorum, ſicut Phariſęorum, quibus dicebat Mat. 3. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? ſimiliter Herodes dicens ei, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

C Mollicies De triplici mollicie.

D Adulator. Adulatores ſunt fugiendi.

Secundò nō ſolum Ioannes declinabat

E *Ioannes Baptiſta. Ioannes Baptiſta fuit Angelus.*

peccata,ſed etiam opera excellentia faciebat.Et hoc oſtendit Chriſtus, cum ſecundū prophetiā Malachiæ cōparat eū Angelo.Vnde Ioannes fuit Angelus.Primò purè & caſtè viuendo,in cuius ſignum dicitur Chriſti amicus, Ioan.3. cum dicitur. Amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eū, gaudio gaudet propter vocem ſpōſi. Et ideo ſcribitur Prouerb.22.Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorū habebit amicum regem.Similiter habuit exteriorem puritatem, quia fuit virgo & magnæ abſtinentiæ Mat.11. Venit Ioannes neque manducans,neque bibens &c. Et linguam ſuam qua debuit prænuntiare ſaluatorem adeo cuſtodire voluit, ꝙ in deſertum fugit, ne leui ſaltem maculare vitā famine poſſet.Noluit etiā vanitatem mundis illis oculis inſpicere quibus viſurus erat ſaluatoré. Deo etiam vacauit ſicut Angeli.Mat.18. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei. Ideo elegit habitare in deſerto, vt melius contemplationi cæleſtium intenderet. Hiero. O deſertum familiaris, Deo gaudens. Miniſterium etiam ad modum Angeli ad populum habuit. Sunt enim Angeli adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi,propter eos qui hęreditatem capiunt ſalutis.Heb.1.

Secundum autem ꝙ eſſet Ioannes irreprę henſibilis in doctrina,oſtendit dñs cū dicit eū eſſe prophetā & pluſquā prophetam.Nam propheta non loquitur a ſemetipſo,ſed per inſtinctum & inſpirationem ſpiritusſancti,qui eſt ſpiritus veritatis, & mentiri non poteſt,nec doctrinam falſam ſuggerere. Propterea dicebat Dauid propheta.pſal.44.Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis,ideſt ſpiritusſancti. Et.2.Pet.2.Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.Non ergo debebant Iudęi ſcandalizari, nec de vita,nec de doctrina Ioannis, quia tale ſcandalum fuiſſet paſſiuum & non datum, ſed acceptum.Scandalum autem paſſiuum vitare nō tenemur,ſed bene actiuum,ita ꝙ ſummè cauere debemus ne ꝑ dicta vel facta noſtra demus directè & immediate occaſionem ruinę in peccatum. Et hoc oſten-

F *Scandalum. Debemus vitare ſcādalū actiuum.*

ditur multipliciter.Primo exemplo Chriſti qui magis elegit ſe & ſuos diſcipulos tributarios eſſe,ꝗ̄ tributa petentes ſcandalizare,vt patet per quæſtionem factam Petro pro eis qui exigebant didrachmam Mat.17. In quo docetur homo quantuncūque liber vel nobilis quandoq; contra libertatem, nobilitatem, vel dignitatem propriā multa diſſimulare & facere: vt ſic aliorum offendiculum euitetur, & ne ſit litium cauſa & diſcordię, quia væ homini illi per quem ſcandalum venit.Secundo exēplo ſanctorum virorum, vt patuit in Eleazaro qui potius elegit mori quam adoleſcentibus malū exēplū relinquere.2.Macha.6.Et ad hoc nos monet ſcriptura Rom.14.Ne ponatis offendiculū fratri vel ſcandalū.Magnam.n. iniuriā facit opifici qui deſtruit opus ſuū, honorem facit ei qui nititur illud conſeruare & augere. Sic qui cuſtodiunt ſe a ſcandalo aliorum.Roma.14.Quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus. Noli ergo propter eſcam deſtruere opus Dei, noli cibo tuo illum perdere, pro quo mortuus eſt Chriſtus.Et.1.Corint.8.Videte ne licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Et ſequitur.Peribit in tua cōſcentia frater, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Secundo ad hoc nos mouet vinculum charitatis quod eſt membrorum Chriſti vnio. Vnū enim membrum cauet periculum alterius.Roma.14. Si propter cibum frater tuus contriſtatur,iam non ſecundum charitatē ambulas.Ideo pax multa diligentibus legē tuā.ſ.charitatis, & non eſt illis ſcandalū.pſ.118.Tertio propter nocumentū multiplex.Primò q̄a offendit Deū quē facit blaſphemari aliū ſcādalizādo.Eſaiæ.52.Dominatores tui inique agunt dicit dñs,iugiter tota die nomen meū blaſphematur.Hinc a Nathā correctus eſt Dauid eo ꝙ in homicidio Vriæ fecerat blaſphemari dñm ſcandalizando populum. Secūdò tales apoſtatare faciunt a Deo.Gieroboam enim fecit duos vitulos aureos,quorum alterum poſuit in Dan, alterum in Bethel,& factū eſt in ſcandalum in Iſrael & in peccatum apoſtaſiæ & idololatriæ. Iſti vituli ſignāt ſcādala ꝓ‑ꝛorū malorū.ſ.

Chriſtiani, quāuis nobilis & digni debent ſcandala actiua euitare.

principum terrenorum & prælatorū. Ter-
tio per mala eorum exempla reddūtur, ſa
cta Dei loca officia, & ſacramenta contē-
ptibilia & abominabilia. Pſ. 13. Corrupti
ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs
ſuis. De quibus Ezechiel. 7. Violabunt
arcanum meū, & intrabunt in illud emiſ-
ſarij & contaminabunt. Hæc ſunt idola
abominabilia depicta in parietibus & in
circuitu tēpli per totū. Ezechiel 8. In
vitis patrum & in hiſtoria tripartita lib.
6. legitur ꝙ beatus Antonius vidit burdo
nes occupātes eccleſias & altaria calcibus
conculcantes & euertentes, & dominum
dicentem, Abominor altare meum. Per
quod ſignificabatur Arrianos hæreticos
debere ſubuertere eccleſiam, & ſacerdo-
tes per mala exempla debere ſacra loca
& ſacramenta reddere contemptibilia &
abominabilia in oculis intuentium eorū
malam vitam. Quartò hoc ſcandalum
actiuum nocet ſanctis viris, quos malum
exemplum affligit. Pſ. 118. Tabeſcere me
fecit zelus meus. Augu. Peccata malorū
frixoria ſunt bonorum. 2. Cor. 11. Quis
ſcandalizatur & ego non vror? Sunt enim
huiuſmodi ſimiles buboni circundato la
queis aucupis, quem de die ponunt aucu
pes inter laqueos, ad quem accedentes
auiculæ capiuntur in laqueis circumpoſi
tis exemplorū malorū. Quinto ſcandala
iſta intuētem ea faciunt durū, ſtupidū, &
inſenſibilem. Inſtar monſtri meduſæ, de
quo dicunt poetæ ꝙ qui viderunt lapides
quaſi diriguerunt. Inſtar etiam ſyrenum,
de quibus dicitur a poetis ꝙ faciunt ho-
mines ita attentos cantui & ornatui ſuo,
ꝙ propterea ſe proijciunt in maris pericu
lis. De quibus Hiero. dicit ꝙ erāt meretri
ces quædam in inſulis quę ornatu ſuo me
retricio nauigantes & eis intendentes ho
mines reddebant ſtupidos & mentecca-
ptos. Vnde ſecundum Iſidorum. Omnis
ſerpens naturaliter frigidus venenū frigi-
dum infundit, nec nocet niſi cū ſanguinē
tangit, & tunc per venas diſcurrens homi
nē ſtupidū reddit & ſui frigiditate calorē
naturalem fugans obrigeſcere faciens ho
minem occidit. Sic peccator dum venenū
mali operis infundit, dum in aſpiciēdo il
lud homo delectatur, fugato calore cha-
ritatis moritur. Exo. 15. Obriguerunt om
nes habitatores Chanaam. Et ſequitur.
Fiant immobiles quaſi lapis. Inde tene-
bræ Aegypti, ideſt mala exempla reddunt
homines immobiles. Exo. 10. Scādalū aūt
paſſiuū nō vitauit Chriſtus nec Ioannes.
Vnde cū diſcipuli dixiſſent Chriſto præ-
dicāti cōtra Phariſeos. Scis quia Phariſei
hoc verbo ſcādalizati ſunt. Reſpondit. Si-
nite illos, cęci ſunt, & duces cęcorum.

Queritur ergo vtrum propter proximi
ſcandalum bona ſint dimittenda, vt præ-
dicatio, iuſtitia, & ſic de alijs, & veritas ſi-
lenda? Et videtur ꝙ ſic, quia correctio fra
terna (vt dicit Aug. in lib. de ciui. Dei.) di
mittenda eſt propter ſcandalum. Sicut
Dauid per totam vitam dimiſit Ioab im-
punitum pro duobus homicidijs per eū
factis. Similiter eleemoſynarum largi-
tio, & punitio peccatorum propter peri-
culum ſchiſmatis. Ad hoc dicitur primo
ſecundum Tho. 2. 2. q. 43. artic. 8. ꝙ du-
plicia ſunt hominis bona, quædam tempo
ralia, quædam ſpiritualia. Spiritualium au
tem quædam ſunt de neceſſitate ſalutis,
vt ſubuenire pauperi in neceſſitate, dilige
re proximum, corrigere eum fraternali-
ter, & ſic de alijs. Et iſta nullo modo ſunt
propter ſcandalum dimittenda, quia nul-
lus debet mortaliter peccare vt alterius
peccatum impediat, quia ſecundum ordi-
nē charitatis plus debet homo ſuę animę
ſalutē diligere quām alterius. Alia ſunt ſu
per erogationis, quę non ſunt de neceſſita
te ſalutis, & tūc aut tale ſcādalum oritur
ex malitia. Sicut ſi in ſolēnitatibus quis
cōfiteatur, aut recipiat corpus Chriſti, vel
dicat horas ſuas deuotè, & alius ſcandali-
zetur vocans eū hypocritam, & tale opus
non debet dimitti propter ſcandalū, quia
illud ex malitia procedit, aut illud proce-
dit ex infirmitate, vel ignorantia, vel ex ſu
ſpitione, & illud docet dominus, vitare.
Mat. 18. & Apoſtolus Roma. 14. & 1.
Cor. 8. Sicut ſi quis deuotione motus ali-
qua ſigna in eccleſia, vel motus faceret
publicè vnde alij ſcandalizarentur, vel
vadit ad aliquam peregrinationem, vel
domū, vbi forte facit aliqua opera ſuper-
eroga-

G Scandalum. Quæ opera bona ſunt dimittenda propter ſcandalū, & quæ non.

erogationis, vt dare eleemoſynam, vel viſitare infirmos, & alius propter hoc de ipſo malè ſuſpicatur & iudicat, tunc ſi hoc percipiat debet ab illo ceſſare, quouſque alius informetur per eum, vel per alium de veritate rei quod ſi non velit quieſcere, debet nihilominus perſeuerare, quia tunc non ex ignorantia, ſed ex malitia ſcandalum procedit. Si autem bona ſunt temporalia, aut ſunt noſtra, & tunc aliquando propter ſcandalum vitandum ſunt penes alios dimittenda ad tẽpus, nec tunc repetenda, maxime ſi ſcãdalum oriatur propter ignorantiam, vel infirmitatẽ, quouſque ſedetur ſcandalum, & admonitione erudiatur. Si autẽ ſint nobis cõmiſſa, ſicut bona eccleſię prelatis cõmittunt, & bona reipublicę rectoribus eiuſdẽ tũc talia non ſunt propter ſcandalum dimittenda. Sicut ſi quis per malitiam bona eccleſiæ, vel pupillorum ſibi vſurpare velit, tunc tutores & procuratores tenentur ea ſeruare & defendere, nec propter ſcandalum dimittere.

Dicitur ſecundo ſecũdum eundem ꝙ propter ſcandalum non debet dici falſitas, quia non ſunt facienda mala vt inde eueniant bona. Roma.3. Poteſt tamen veritas ad tempus non doceri vel taceri ſicut expedit. Amos.5. In tempore illo prudens tacebit, quia tempus malum eſt. Vbi tamen propter veritatem dicendam maius bonum oriri quàm ſcandalum naſci crederetur, immo putaretur emergere magna vtilitas, debet dici veritas, vt patet in prædicatoribus culpantibus peccata, quo pauci ſcandalizantur ſcandalo accepto, & tamẽ multi inde proficiunt. Vbi tamẽ maius ſcandalum oriretur, tacenda eſſet. Poeta. Et quãque nocet omnia vera loqui. Sicut ſepe multi de principibus & ſuis ſuperioribus obloquuntur, nec inde meliorantur, ſed magis plebei docentur inde contra eos oblatrare. Non tamẽ ſunt dimittenda eorum peccata a prædicatoribus, quin contra ea reclament, ſed hoc fiat prudenter. Nec enim prędicanda ſunt peccata minorum, vt plebis quæ ſunt minora, & omittenda peccata maiorũ, quæ ſunt grauiora, ne ſimus de illis, de quibus Mat.23. Qui excolant culicem, & glutiunt chamelum, idest extra collum cordis expellunt peccata parui ponderis, & nullã de maioribus conſcientiã faciunt.

Circa ſecundum aduertendum eſt ꝙ quatuor genera hominum vt plurimũ ſcãdalizari ſolẽt. Primò & maximè inter oẽs ſuperbi, qui iuxta eorũ iudiciũ ſi nõ honorẽtur vt appetunt, iudicant ſe deſpici, ideo ſcandalizatur. pſ.122. Opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis, contingit ſ. ſi nõ honorentur. Sic ſcãdalizatus eſt Amã Mardocheo non aſſurgenti ei. Heſter.3. Inde Prouerb.16. Ante ruinam exaltabitur ſpiritus. Sicut enim fortis vẽtus magnas arbores quãuis videantur fortiter radicatæ ruere facit: ſic ventus diabolicæ tentationis quandoque a ſtatu gratiæ ruere facit homines ſublimes qui alios excedere videbantur dignitatibus, vel virtutibus, quia non benè fundantur in humilitatis fundamento, vt qui de ſeipſis nimium præſumunt, & alios corruentes cõtemnũt. Prouerb.17. Qui in ruina lętatur alterius non erit impunitus. Matth,7. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Secundo faciliter ſcandalizantur qui magna fęlicitate potiuntur, & protinus ruunt. Sic ſcandalizati ſunt diſcipuli domini qui in proſperitate ſtantes cum Chriſto, in tribulatione defecerunt. Sic mali, de quibus ſaluator in perſona diaboli dicit. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem. Lucæ.10.ca. Fulgur enim in ruendo non ſolum vſque ad terram cadit, ſed etiam ſe profundat infra terrã. Sic peccator de altitudine dignitatis vel proſperitatis finaliter ruit, non ſolum ad terram, ſed etiam infra terram vſque in infernum. Et ſicut in ruina magnorum ędificiorum fit magnus ſtrepitus, & tumultus; ſic in ruina talium clamat & tumultuat, loquitur, & murmurat totus mundus, & ſcandalizatur. Hiere.49. A voce ruinę eius commota eſt terra. Et hoc maximè propter offenſam, & Dei iniuriam, pſalm.105. Irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis, & multiplicata

II Scandalizari. Quatuor genera hominum ſolent ſcã dalizari.

eſt in eis ruina. Adinuentiones ſunt quibus grauant populum & lædunt proximũ. Et de talibus cum eis contingit infortunium, iudicat populus propter huiuſmodi adinuentiones hæc accidere. Nihilominus tales qui diuitijs abundant non multum patiuntur ſcandalum, quia cato aſſimilantur, qui cum ab alto cadit ſemper ſuper pedes ſuos rectè cadit. Sic illi amicis & pecunia vndique appodiati, vix aliter quàm ſuper ſuos pedes cadunt. Tertio facile ſcandalizantur ſubditi quibus præſident mali. Prouer.28. Regnantibus impijs ruinæ hominum, tam malorum, vt patuit in regib. Iſrael, qui ſua malitia ruere faciebãt populum in idololatriã, quàm etiam bonorum qui multa patiuntur ab impijs, quos dñs in fine conſolabitur faciendo iudicium & iuſtitiam. pſ.109. Iudicabit in nationibus implebit ruinas, cõquaſſabit capita ſcilicet malorum, in terra multorum, ideſt reproborum, qui multi ſunt vbi electi ſunt pauci. Quartò facile ſcandalizantur qui ab altitudine virtutis in foueã malorum profundã cadunt. Sic ſcãdalizati ſunt Iudas & diſcipuli qui ab altitudine fidei lapſi ſunt in infidelitatẽ, quidam pro ſemper, vt Iudas, alij ad tempus, vt cæteri diſcipuli. Et iſtud ſcandalum aliquãdo eſt alicuius boni cauſa, quia ſcandalizatis ſæpe aperit oculos intelligẽtiæ vt Petrus ſcandalizatus in Chriſto, & cęteri diſcipuli, poſt ſcandalum ſeipſos cognouerunt. Sic Balaam Numeri. 24. Vir cuius obrutus eſt oculus, & ſequitur, Cadit & aperiuntur oculi eius.

De ſancto Thoma apoſtolo. Sermo I. & in ordine XXIX. per thema Euangelij.

INfer digitum tuum huc, & mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Ioan.20. Per verba prædicta quæ dixit dominus beato Thomę hortatur nos in hac ſolennitate mater eccleſia ne ſimus beneficijs Dei, incarnationis videlicet, & natiuitatis increduli, ſed per verãm fidem præparemus hoſpitium cordis noſtri domino venturo, ſicut beatus Thomas preparauit habitaculum ſeu palatium Gõdoforo regi Indiæ. Vnde fides nos incitat ad tria hodie cõſideranda, vt melius preparemur quæ (ſecundum Bernar. in ſermonibus) in ſanctorum ſolennitatibus conſiderare debem⁹ exemplum ſancti, eius auxilium, & confuſionẽ noſtrã. Primo conſiderandum eſt quomodo beatus Thomas tandẽ per fidẽ verã, & charitatẽ placuit Deo, & per quã viã ad gloriã peruenit, quia p varias tribulationes, & pęnalitates. Illa .n. eſt via aſcẽdẽdi in cęlum, hæc eſt regula gñalis a qua nullus vnquam ſanctus fuit exceptus. Nam Heſter.8. Omnes qui domino placuerunt, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Sed nõ ſufficit iſta cõgitare mente, ſed oportet inferre digitum ſuum illuc, ideſt ſimilia o pari ſicut beatus Thomas, & ſe preparare ad ſimilia patiendum, vt ad ſimilẽ gloriam perueniamus. Dicebat enim Scipio Africanus nihil eũ magis animare ad virtutem quàm ſuorũ maiorũ exẽpla, quorũm imagines in foro depictas videbat. Vnde Paſchaſius diaconus in epiſtola ad Euagium pręsbyterum. Quia ſanctorũ exẽpla multum cõmoueãt ad virtutẽ uideť inſinuare. Matathias morti appropinquãs, filijs ſuis hæreditario iure ſanctorũ exẽpla derelinquẽs, quorũ certaminibus admirandis excitati animas ſuas pro legibus Dei, ſanctitatis feruore contẽpſerunt. Tãtum enim eius profuerũt facta maiorum, vt armatos principes aperta fide detereret. Hinc Aug. Quod nobis beatus martyr imitandũ propoſuit in ſua paſſione, hoc attẽdere, hoc implere vere eſt martyris ſolẽnia celebrare. Secundò ſi ſecuti fuerimus beatum Thomã, debem⁹ ab eo auxilium ſperare, & oratione & obſequio illud imperrare. Solent enim homines benigni ſequẽtes ſe iuuare, cum ad locum difficilẽ trãſeundũ veniũt. Sic beat⁹ Thomas dabit auxiliũ & porriget manũ, ſicut pr̃ ſolet porrigere filio ſuo exiſtẽti in paſſu periculoſo. Et præſertim qa ipſe expert⁹ eſt periculũ, cũ videlicet ruit in infidelitatẽ, & ideo paratior erit ad ſuccurrẽdum

A Thomas. Tria ſunt conſiderãda in ſolẽnitate beati Thomę & caeterorum ſanctorum.

dum nobis. Propterea enim dicebat Apoſtolus Chriſtum citius nobis miſerturũ, quia ipſe circundatus fuit infirmitate, carnis, ſcilicet & pœnalitatis, non peccati. Heb. 4. Non enim habemus pontificẽ, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. Tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Vnde recitat Epiphanius magnus Hieremiam cum eſſet in Aegypto oratione ſua fugaſſe aſpides & crocodylos quibus antea vaſtabatur Aegyptus, & ſecundum Hebræos ad crocodyli de puluere eius fugantur, & aſpidum percurſſura ſanatur. Et dicit idem ſe audiuiſſe a ſenioribus viris, qui ex ſtirpe Ptolomęi deſcenderant, quòd Alexander magnus ad prophetæ tumulum veniens, & loci myſterium cognoſcens, tranſtulit corpus eius in Alexandriam ipſum glorioſè ſepeliens, & ex tunc crocodylorũ & aſpidum, qui ciuitatem infeſtabant, ceſſauit rabies. Sic puluis beati Thomæ, ideſt memoria & oratio eius omnes dęmonum tentationes & tribulationes mũdi profugabit, ſi ſyncero corde interpelletur. Tertio conſideranda eſt confuſio noſtra. Cum enim beatus Thomas noſtri ſimilis fuerit, & ex eadem materia ſicut & nos, & non de ferro, vel calybe pluſquam nos confundi debemus, quia non eũ inſequimur, ſed otio torpeſcimus, & maximè cum primò habeamus plura exempla, & adiutoria ſanctorum, quam tunc haberentur. Secundò quia via paradiſi eſt longè amplius trita, quàm tunc eſſet. Vſque adeo enim nunc trita eſt, vt vix ſtultus erret per eam. Hinc eſt, quòd inducit nos dominus ad conſiderandum confuſionem noſtram, cum præcipit prophetę Ezechiel. 43. Dic filijs Iſrael, vt metiantur fabricam, & confundantur ab iniquitatibus ſuis. Si enim metiamur fabricam inqua fabricatum eſt ſupra dorſum beati Thomę, certè tunc inuenimus occaſionem confuſionis noſtræ, quòd ita delicati ſumus, vt pauciſſima refugiamus pati pro Chriſto, & iſta confuſio erit adducens gloriam. Eccleſiaſtici 4. Sed præcipuè metienda eſt fabrica illa, in qua fabricatum eſt corpus Chriſti, ſcilicet beata virgo, quia nec illa quidem expers

Exemplũ admirandum.

Via Paradiſi facillima.

fuit confſionum preſſurarum & tribulationum, immo in paſſione Chriſti animam eius doloris gladius pertranſiuit. Vt autem melius capiamus menſuram eius, oportet nos illi appropinquare per deuotionem cordis & orationem. Quod vt melius fiat, offeremus ei ſalutationem angelicam, quæ ſibi maximè grata eſt, dicentes, Aue.

IVxta thema noſtrum tria dicemus. Primò qualiter ſecundum iuſſionem Chriſti debemus cum beato Thoma inferre manus, & digitos in latus eiuſdem Chriſti. Secundò quòd non debemus eſſe incredul, ſed fideles, hoc eſt conſtanter & perſeueranter ſeruantes fidem Chriſti, ſicut fecit beatus Thomas. Tertio quòd debemus cum eodem eſſe fideles a fidelitate, hoc eſt conſeruantes fidelitatem ad Chriſtum, ſicut boni ſerui ad dominum. De duobus primis differetur in ſermone pręſenti. De tertio autem in ſubſequenti ſermone.

Quo ad primum duo iubet dominus. Primo, ſcilicet inferre digitum in loca clauorum. Secundò mittere manum in latus eius. In manibus operatio, in digitis diſcretio ſignificatur. Manus enim habet diſcretam & diſtinctam figuram digitorũ. Per iſta ergo nobis innuitur, quòd non ſufficit facere opus bonum, niſi illud fiat cum diſcretione. Et ideo pręcipitur Leuit. 2. Omne ſacrificium, ideſt omne opus bonum ſale diſcretionis condies. Inferre autem digitum in loca clauorum, & mittere manũ in latus Chriſti, non niſi facere operationem conformem illi, quam fecit dominus, dum & clauis perforari, & latus ſuum pro nobis aperiri voluit, ſcilicet operari ex amore & dilectione Chriſti. Omnis enim Chriſti actio nrã eſt inſtructio. Benè ergo ꝑ operationes noſtras tangimus Chriſtũ, quãdo per illas vnimur Chriſto per amorem & charitatem eius. Quæ enim ſe contingunt quaſi vnum effici videntur. Et ſecundum illud. 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo, ſcilicet per amorem, vnus ſpiritus cum eo efficitur. Talis autem operatio procedẽs ex charitate & amore Chriſti, nõ poteſt eſſe niſi diſcreta. Et certè rationa-

B Thomas. Quid ſit inferre digitum in loca clauorum Chriſti, vt iubebatur Thomæ.

tionabile eſt, quòd ille a nobis diligatur, qui tanta pro nobis ſuſtinuit, qui iuxta illud dictum. 1. Io. 4. Prior dilexit nos. Nã qui clam gigantem illum fortiſſimũ perfodiſſent, & tenuiſſent, niſi hoc charitas voluiſſet. Aut quæ lancea latus eius perforare potuiſſet, ſi non illud charitas Dei erga nos imperaſſet? Hinc ipſe dominus aiebat Oſeæ. 11. In funiculis Adæ traham eos, in vinculis charitatis. Et Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Mittamus ergo manus & digitos in latus Chriſti apertum, & pertingamus vſque ad cor eius, ita vt omnia opera noſtra propter eius amorem fiant. Cor enim ſedes eſt amoris. Et ſic dicat vnicuique noſtrum illud Can. 2. Ad animam deuotam directum vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum; ideſt in opere procedente ex diſcretione, & amore mei. Oculus nempe & rerum diſcretiones, ſeu differentias nobis oſtendit, & amorem ad eum, ad quem frequenter ſubleuatur; quia vbi amor ibi oculus, & ita deſignat amorem diſcretum quem habet anima ſancta ad Chriſtum. Vel per latus Chriſti intelligi poteſt beatus Thomas & ceteri ſancti, qui Deo tanquam latera eius adhæſerunt. Horum operationibus debemus actiones noſtras conformare, ſi eas volumus Deo gratas inueniri. Hoc enim eſt eos manibus & digitis tangere, operari ſicut & illi operati ſunt. Hęc ſunt latera a quibus nobis continuè profluit benedictio, ſcilicet boni exempli, & ſuffragiorum. Iob. 31. Si non benedixerũt mihi latera eius; & ideo ipſa aſſiduè tangenda ſunt & operibus bonis & orationibus. Itaq; manus ſignificat operationem, ſicut etiam patet ex illo Pſ. 76. In dię tribulationis meę Deum exquiſiui manibus meis. Et rurſum ex illo. Pſ. 17. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Duplex autem eſt manus, dextra, ſcilicet & ſiniſtra. Dextra vero fortior eſt ſiniſtra, & ideo per dextram ſignificantur opera fortitudinis, per ſiniſtram autem opera manſuetudinis & miſericordiæ. Vtraque hæc opera exercuit beatus Thomas. Opera, ſcilicet fortitudinis, cum viriliter ſtetit ante reges & præſides propter nomen domini, paratus omnia tormentorum genera pro fidei conſeruatione fortiter ſuſtinere. Opera autem manſuetudinis & miſericordiæ habuit & exercuit. Primò corporalia, cum pecuniã ſibi a rege Indiæ datam diſtribuit pauperibus. Secundò ſpiritualia, cum verbum Dei populo prædicabat, exhortans, vt in manſuetudine ſuſciperent inſitum verbũ diuinum, quod poſſet ſaluare animas eorum. Diſcretionem etiam (quæ per digitos notatur) in omnibus ſuis operibus habuit, ita vt poſſet dicere illud Can. 5. Manus meæ diſtillauerũt myrrham primam, & digiti mei myrrha probatiſſima, ideſt operatio de pęnali diſcreta. Vnde in qualibet manu ſunt quinque digiti, ideſt quinque gradus diſcretionis in omni opere obſeruãdi. Primus eſt dijudicatio, qua diſcernimus inter licitum & illicitum. Gen. 1. Diuiſit lucem a tenebris, & in lege maledicitur animal quod non ruminat, & vngulam non findit. Ideo. 1. Cor. 15. Si nosip ſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Ecce, quàm vtile diiudicationis officium, quod nos in conſpectu iudicis a iudicio abſoluit. Hunc diſcretionis gradũ habuit beatus Thomas, cum licèt ſenſualitas refugeret immanitatem populi Indiæ, ita ꝗ ſuggereret ei illuc non ire, iudicauit tamen magis parendum eſſe Chriſto mittenti dicens illi. Tu es Deus meus, & ego ſeruus tuus, fiat voluntas tua. Secũdus gradus eſt deliberatio, Et hic diſcernit inter commodum, & incommodum. Non enim omnia, quæ licèt, expediunt. 2. Cor. 10. Omnia mihi licet, ſed non omnia expediunt. Et ideo dicitur Prouer. 4. Palpebræ præcedant greſſus tuos, Palpebræ, ſcilicet diſcretionis, Vt ſicut oculis corporalibus diſcernis inter viã conuenientem & non conuenientem, ita oculis diſcretionis ponas diſcrimen inter expediens, & non expediens. Et ad hoc faciendũ multũ cõfert vti conſilio. Ideo ſuadet ſapiens Eccleſiaſtici 32. Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pęnitebis. Hunc diſcretionis gradum habuit beatus Thomas dum acquieuit conſilio, & reuelationi ſpiritu-

Quid dextra & ſiniſtra manus ſignificent.

C

Digitus.

Diſcretio.

Quinque digiti in manu ſignant quinque gradus diſcretionis.

2.

ritusſancti mittendo Thaddeum vnũ ex 72. diſcipulis ad regem Abagarum conuertendum, dum etiam quamuis ſciret licitum eſſe fabricare palatiũ materiale regi, iudicauit tamen eſſe magis expediens fabricare ſpirituale in pauperibus releuandis. Dũ ſimiliter iudicauit eſſe magis expediens Migdoniæ & Reginæ, vt abſtinerent a thoris virorum ſuorum, quàm ꝙ manerent cum eis. Tertius gradus eſt diſpoſitio. Et hic diſcernit inter ordinatum & inordinatum, quia ſi licitum ſit & expediens, adhuc eſt in rebus vtilibus, quo modo, & quo ordine facere vel dicere debeamus. Pſ. 111. Iocundus homo, qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio. Sicut ſolet bonus ſeruus diſponere & ordinare computa ſua, vt reddat rationem domino ſuo. Et ideo dicit anima ſancta Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Sic ordinauit beatus Thomas omnia opera ſua, vt nihil diceret aut faceret, niſi cũ debito ordine, quaſi diſponens operationes ſuas in numero pondere, & menſura, quàm bene ordinaret dicta ſua, ſeu prædicationes patet ex legẽda. Facta etiã ſua apparent multum ordinata ex modo, quo proceſſit ad conuerſionem Gondophori regis & populi eiuſdem, & ex multis alijs. Quartus gradus eſt diſpenſatio inter opportunum & importunum. Poſtquam enim gerenda diſpoſuimus, & quo ordine fiant, ſæpe pro vario eorum, quæ emergunt euentu, diſpenſationi locus eſt, quia ſecundum opportunitatem occaſionum aliquid de propoſiti tenore & diſpoſitionis ordine neceſſe eſt demere vel mutare. Seneca. Sapiens non ſomniat, ſed aptat ſe tempori. Sicut eadem manus cũ in pugnum conſtringitur, & cum in palmũ extenditur. Ideo dicitur. Mitte ſapientem & nihil ei dicas, quia ſicut habetur Eccleſiaſt. 8. Omni negocio tempus eſt, & opportunitas, & reſponſionem eorum ſapiẽs intelligit, vnde poeta conſilium reſq; locuſque dabit. Et hinc eſt, ꝙ legiſlator politicus non debet ſemper cogere ad obſeruationem rigoris legum ſuarum, ſed quãdoque debet vti diſpenſatione ſecundum ꝙ locus, tempus, & mores hominũ illud expoſtulant. Sic ſciebat beatus Thomas ſe aptare tempori, loco, & moribus hominũ quibus prædicabat, & cum quibus conuerſabatur, edoctus ad hoc a ſpiritusſancto. Quintus gradus eſt moderatio inter moderatum & immoderatum. In omnibus enim quæ ordinatè & circunſpectè agimus, modum congruum tenere debemus. Horatius. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum. Et ideo Apoſtolus hortatur ad Phil. 4. Dicens. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Sic in omnibus ſuis operibus modum congruũ obſeruabat beatus Thomas tam quo ad ſe quàm quo ad alios, vt patet ex legenda. Primus autem horum digitorum dicitur pollex, quia cęteris pollet & precedit, & dimidia manus dicitur. Sic dijudicationis examẽ omnia præcedit, quia niſi ſit licitũ non poteſt eſſe expediens; quod pertinet ad deliberationem, nec ordinem recipit; quod pertinet ad deſpoſitionem, nec recompenſationem admittit, quod pertinet ad diſpenſationem, nec menſuram, quod pertinet ad moderationem, vnde Matth. 22. c. Prima quæſtio eſt an liceat cũ quæritur. Licet cenſum dari Cęſari, an non? ecce dijudicatio. Oſtendite inquit, ecce deliberatio. Reddite quæ ſunt &c. ecce diſpoſitio. Secũdus dicitur index, quia indicat deliberationem, quid pręferendum, quid eligendum. Michee 6. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, & quid dominus requirat a te. Ideo ſecũdum locum habet, quia non deliberamus niſi de licitis. Tertius eſt diſpoſitio, quia non niſi de licitis, & vtilibus ordinamus, & medius dicitur, quia rector medium locum tenere debet, cuius eſt aliorum officia ordinare. Vnde & dominus ſemper medius fuit, quia inter duos latrones, inter diſcipulos, & in iudicio inter bonos quos a dextris, & inter malos quos a ſiniſtris cõſtituet. Quartus eſt diſpenſatio, quia quæ rectè deliberauim⁹ & ordinauimus occaſione opportunitatis exitu meliori mutamus. Et bene dicitur medicus, quia ſicut illius digiti leuior eſt tactus, & leuius palpando infirmis

mis mēbris medetur;ita diſpenſatio dum pro emergente opportunitate de rigore propoſiti ſubtrahitur, quaſi medicus infir mitate conſulere videtur;quia (ſicut dici ſolet) fragilitas noſtri corporis non patitur tantam manere cenſuram. Sicut & Augu. ſuis feciſſe legitur in c. illo. Certè ego, qui ſtatueram &c.Melius (inquit) volo habere claudos,quàm nullos.Et Apo. 1.Cor.9.ait. Factus ſum infirmis,infirmus vt infirmos lucrifacerem,omnibus omnia factus ſum vt omnes facerē ſaluos. Quintus digitus eſt moderatio,qui dicitur auricularis, qui purgandis auribus accommodatius adhibetur. Et tunc auris vere purgatur cum in omnibus agendis obedientiæ debitus modus ſeruatur. Hinc Prouerb.10.ſcribitur.Qui moderatur ſermones ſuos prudentiſſimus eſt.

D Diſcretio. De nobilitate & neceſſitate diſcretionis.

Nō autem mirum ſi dominus vult nos inferre digitos diſcretionis in latus ſuum, hoc eſt opera noſtra cum diſcretione facere. Nam primo diſcretionis magna eſt nobilitas.Secundo multa eſt neceſſitas. Primum patet tripliciter, ſcilicet exemplo, hiſtoria,& auctoritate. Primò quo ad exēplum. Nam in omnibus nobilis vocatur, qui eſt de magno genere quantum ad naturam & locum,& cum etiam eſt potens in opere ad habendum magnam familiā, & ad ducendum maximum exercitum. Quia ſi iſte conditiones faciunt nobilitatem in hominibus,patet quòd diſcretio habet maximam nobilitatē in virtutibus & moribus. Primò, quia quantum ad locum & naturam. De nobiliori enim loco non poteſt eſſe, quàm de cęlo & Deo. Quia autem diſcretio ſit a Deo patet per hoc,quod Apoſtolus enumerās dona,quę a Deo dantur.1. Cor. 12. Inter alia dicit, alij diſcretio ſpirituum. Secundo totam virtutum familiam nutrit, & bonorum meorum exercitum ducit & ordinat.Vnde Bernar.ſuper cātica.Diſcretio(inquit) virtuti ordinē tribuit & modum. Eſt igiť non tam virtus, quàm virtutum moderatrix & ordinatrix, & affectuum doctrix. Tolle hanc & virtus vitium erit.Ecce ſine iſta nutrice viuere non poſſunt virtutes, nec ſine iſto principe,regi, vel duci, quia iſta omnī militiæ virtutum in pugna contra vitia modum imponit, ſine quo modo in bello vincuntur. Diſcretio ergo non tantum eſt virtus,ſed auriga virtutū. Præcedere itaque debet iudicium diſcretio,ſicut auriga bigam.Sic enim in proceſſione poſt cereum fertur crux. Crux enim pęnitentiæ debet ſequi lumen diſcretionis. Sicut autem ſolet contingere tempore veris, quòd ſtultus hortulanus volens deponere brucos & locuſtas a plātis ſuis; tanto impetu & violentia ramos excutit, quòd flores & fructus pro locuſtis eijcit. Sic qui motus vitiorum vult ſine diſcretione excutere per pęnitentiam nimiam, quandoque bona naturæ & gratię perdit, vt poſſit dicere illud Pſal. 108. Excuſſus ſum ſicut locuſta,& genua mea infirmata ſunt a ieiunio. Et ita contingit circa materias aliarum virtutum, ſi homo ſe in illis ſine diſcretione exerceat.

In pęnitentia requiritur diſcretio.

Secundò patet per hiſtoriam nobilitas diſcretionis.Quidam enim vir magnus rę quiſitus a Ludouico rege Franciæ,vt ſcriberet optimum verbum,quod vnquam dicerat.Scripſit in vna magna pelle ſigillata hoc verbum,'modus. Rex vero chartā aperiens, & exiſtimans ſe deluſum vocauit magiſtrum illum,qui cum oſtendiſſet nullam virtutem valere ſine modo placauit eum. Modus autem totam ſuam nobilitatem habet a diſcretione. Sicut patet per hoc quod dicit Petrus Rauennas in quodam ſermone.Diſcretio inquit virtutibus modum imponit, ſine qua virtutes ſunt vitia.Nam ſi ad ſit timor, & non diſcretio,tranſit in deſperationem, ſi dolor in amaritudinem, ſi amor, in adulationē ſi ſpes in præſumptionem,ſi lætitia, in diſſolutionem,ſi ira,in furorem.

Tertiò huic diſcretionis nobilitati conſonant auctoritates iuris canonici dicentes diſcretionem eſſe matrem omniū virtutum,ſicut expreſsè patet.1.q.6.c. præſentium,& extra de offi.cuſto.c.1.

Secundum, ſcilicet neceſſitas diſcretionis probatur.Nam ſicut nautis neceſſarium eſt ſuper mare habere acum & lapidem.Ipſis etiam intrantibus in obſcura noctæ portum,neceſſarium eſt eis lumen.

Vnde

Vnde in aliquo portu de conſuetudine habēt ſemper de nocte duo luminaria infra vitrum incluſa ſuper altas columnas, ne naues arctum portum intrantes frangātur, vel in ripas impegeāt. Sicut enim operarius inutiliter ſine arte laborat, nec peregrinus velociter & rectè ſine ductore vadit. Ita neceſſaria eſt tranſeunti per mare huius mundi diſcretio, & venienti ad portum mortis luminare maius increatum, & luminare minus diſcretio ſpirituum. Nec labor & peregrinatio iſtius vitæ eſt vtilis, & expediens, niſi quantū ad illos, qui exercitatos habent ſenſus, quo ad diſcretionē boni & mali. Hinc Hugo. lib. 5. Didaſcalicon. Qui ſine ordine & diſcretione operatur, laborat quidem, ſed non proficit. Aſpice duos pariter ſyluam trāſeuntes, & hūc quidem per deuia laborantem, illū vero recti itineris compedia cogentem, pari motu curſum tendunt, ſed non æquè perueniunt. Propterea dicebat abbas Moyſes. Quia Saul diſcretionis oculū non habuit, ideo velut toto corpore tenebroſus etiam ipſo deiectus eſt regno, dum lucernæ ſuæ tenebris & errore deceptus credidit acceptabiliora Deo ſacrificia ſua, quàm præceptis Samuelis obedire, atque ex illa parte magis cauſam offenſionis incurrit, ex qua repropitiandam ſibi ſperauerat diuinam maieſtatem. Idem Achab poſt triumphum ſibi Dei fauore conceſſum compulit credere, meliorem eſſe miſericordiam ſuam, quàm domini ſeueriſſimam conſecutionem præcepti, & quemadmodū ipſi videbatur crudelis Imperij. Qua conſideratione mollitus dum ma vult cruentam victoriam clementia temperare, ob indiſcretam miſericordiam velut toto corpore redditus tenebroſus irreuocabili morte damnatur. Ex prædictis apparet, quàm nobilis & neceſſaria ſit virtus diſcretionis, ad quam nos cum beato Thoma myſticè hortabatur dominus dicens Thomæ. Infer digitum tuum huc. &c.

Pro ſecunda parte aduertendum eſt, ꝙ dominus ad inſtar boni hortulani priuſquam plantaret bonas herbas fidei in corde beati Thomæ voluit extirpari malas herbas infidelitatis, & ideo hortabatur eū dicens. Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Quia enim eſſet Chriſtus verus hortulanus ſpiritualis, oſtenderat antea per apparitionē, qua apparuerat beatę Marię Magdalenæ in ſpecie hortulani corporalis. Io. 20. per hoc inſinuans ſe veniſſe, vt extirparet & eradicaret de corde eiuſdem omnem dubietatē infidelitatis. Sic & voluit vt prius remoueretur infidelitas, & incredu litas de corde beati Thomæ, vt ſic eſſet capax receptionis fidei. Neque enim poſſunt ſimul ſe compati fides & infidelitas, cum ſint contraria. Nolebat ergo dominus diſcipulum ſuum remanere in infidelitate, ſed tamen dereliquerat eum ad tempus. Primo propter nos, vt diſcipulus dubitans & palpans, teſtis fieret veræ reſurrectionis. Vnde Grego. in homilia octauarum paſcę. Egit miro modo ſuperna clementia, vt diſcipulus dubitās dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. Plus. n. nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium diſcipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mēs omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur, Hæc ille. Secundò vt ipſe ſuam recognoſceret infirmitatem, & poſt modum in fide feruẽtior reſurgeret. Sicut enim nutrix volens diſcere puero ad ambulandū ſolet ſe ab eo paululū elongare, ita ꝙ quandoque propter imbecillitatem membrorum cadit in terram ex eo ꝙ non ſe appodiat nutrici, ſubito tamen releuatur a nutrice, ſic dominus, qui dicit. Oſeæ. 11. Ego quaſi nutritius Effraim portabam eos in brachijs meis, dimiſerat ad horam beatum Thomam, vt diſceret ambulare in fide, ſed quia nimis innixus eſt propriæ prudentię & opinioni non ſe appodiando Chriſto, nec credendo verbis eius, quæ aliquando prædixerat de ſua reſurrectione, ideo cecidit in peccatum infidelitatis, ſed tamen cito ſubleuauit eum dominus oſtendēdo ei manus, & latus & dicendo. Noli eſſe incredulus, ſed fidelis, & ita bene docuit eum ambulare in fide, vt non ſolum ipſe fidem inconcuſsè teneret, ſed etiam alios in ea verbo prædicationis & exemplo inſtrueret. In ſignum quoque

Quòd Chriſtus fuit verus hortulanus.

E

Thomas Apoſtol. Quare dominus permiſit beatum Tho. dubitare de reſurrectione.

que firmiſſimæ fidei, quam habuit de reſurrectione poſuit in ſymbolo articulum reſurrectionis. In hoc etiam fecit dominus ad inſtar boni principis. Quemadmodum enim rex vel princeps permittit quandoque militem ſibi dilectū ſuſtinere belli pericula, & capi ab inimicis ſuis, ſed nihilominus eum tandem liberat ſoluens precium redēptionis pro eo, vt miles ille ferventius regem ſuum diligat eiq; fidelius ſeruiat; ſic dominus permiſit ruere beatū Thomam, ſed poſtea liberauit. Pſ 36. Quoniā nō derelinquet dominus ſāctos ſuos, in æternum conſeruabuntur. Et Eſa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Oſtendit enim dominus beato Thomæ ſuam magnam miſericordiam, quando ne periret, voluit per ſe venire, & eum tactu ſui lateris, & manuum manifeſtatione erigere, & congregare in numerum electorum ſuorum, addens ad hæc verbum ſuum, & dicens, noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

F *Fides.* *Fides pro pter quatuor multum placet Deo.* Nō ſine cauſa autem volebat dominus vt beatus Tho. eſſet fidelis, & fidem haberet. Nam inter cętera maximè fides Deo placet, immo ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et hoc propter quatuor. Primo quia fides eſt illud, quod attrahit Deum ad ſe. Multū placet illud nobili, quod inducit eum ad deſponſandum mulierem adulteram. Ita eſt de fide, per quam maiores noſtri licèt fornicati fuiſſent in idolis, & adinuentionibus ſuis, deſponſati tamen ſunt Chriſto in baptiſmo. Oſeæ. 2. Deſponſabo te mihi in fide. Fides enim anulus eſt, qui ponitur in digito, ideſt in ratione, quæ ſicut digitus oſtendit, quid ſecundum fidem agendum ſit. Vnde licet multi habuerint aliquas virtutes morales temperātiam, fortitudinem, voluntariam paupertatem &c. non tamē Chriſtum habuerunt, quia non inueniebatur in eis fides. Plures enim pagani Deum amant, magnis holocauſtis honorant, in multis virtutum exercitijs Chriſtianis præualent, ſed quia fide carent fruſtra laborant, nec vitam conſequentur æternam. Hæc nempe eſt, quæ ſola viuam procreat ex ſponſa ſobolē, ſine qua aliæ virtutes ſteriles ſunt & abortiuæ. Nam & Abac. 2. Iuſtus meus ex fide viuit. Hinc & Aug. ſuper Ioannē. Sicut in radice arboris nulla apparet pulchritudinis ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore puchritudinis, vel decoris ex illa procedit, ſic quicquid meriti quicquid pulchitudinis anima ſuſceptura eſt ex fidei fundamento procedit. Hæc eſt, in quā primo complacet ſponſus, quia oculi domini reſpiciunt fidem. Inde eſt, quòd fide Mariæ prouocatus Chriſtus humanitati noſtræ deſponſatus eſt. Secundò quia fides nobiles & magnos in ſeruitutem Dei redigit. Multum placeret miles regi, qui omnes ſibi rebelles ſubijceret, & ad pacē conuerteret. Sic & fides, quæ tyrannos reges, & perſecutores ad Chriſtum conuertit, ſicut & Thomas Indorum regem, & Indos crudeliſſimos populos ad fidem, & Chriſti ſubiectionem conuertit. Vnde ſicut cum a rege accipimus terram aliquā, iuramus fidem & homagium ei facimus, ſic in baptiſmo fidem Deo promittimus, & ita ſibi ſubijcimur. 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mūdum fides noſtra. Fides enim eſt ſicut vexillum regis, quod ponitur in arce muri in ſignum dominij. Sic fides in arce mentis contra tentationes diaboli & tyrānorum. Nam per hāc martyres, vt beatus Tho. fulciti ſunt contra impetus tyrannorum. Et ſicut in homine laborante extremus calor omnium membrorum recurrit ad cor, vt ad caſtrū naturæ, vt ibi ſe ſaluet, ſic quodammodo in homine multipliciter tribulationibus, & paſſionibus concuſſo vigor cæterarum virtutum currit ad fidem, & ſe defendit, vt patet in martyribus. Tertiò, quia fides Deum ad hoſpitandum ſecum allicit. Præparat enim hoſpitum cordis ſicut facit tabernarius, qui domum mundificat & herbis pręparat, vt alliciat tranſeuntes. Act. 15. Fide purificans corda eorū. Ideo beata virgo per fidem ſuam allexit Chriſtum, vt veniret in mentem, & in vterum eius; cui poterat dici illud Mat. 15. O mulier magna eſt fides tua, immo dicit Aug. quòd beatior fuit Maria virgo percipiēdo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti.

Ex fide omnis virtutis perfectio oritur.

Fides vera facit omnia cõtemnere præter Deum.

Chriſti. Quartò quia fides omnia præter Deum ipſum contemnit. Multum placeret viro vxor illam, quæ omnes præter ipſum contemneret, & eum ſequeretur, qđ facit fides. Heb. 11. Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem maiores diuitias æſtimans theſauros Aegyptiorum improperium Chriſti. Sic & beatus Thom. per fidem omnia pręter Chriſtum contempſit. Vnde & in vexillo fidei ficut alter Alexander adijt extremas Indorum partes. Ille cum militū maxima multitudine, iſte ſolus cum Abane, ille armatus armis multiplicibus, iſte fide. Nam Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, ille vi & violentia occupauit eam, iſte vero ſanctis operibus, & ſermonibus, & eleemonſynis, ille tyrannide, iſte benefaciendo.

G Thomas Apoſtol. Quo vicit Thomas per fidẽ, q̃ tamen occiſus eſt.

Sed quomodo dicitur beatum Thomā per fidem viciſſe, qui in bello occiſus eſt. Nō enim victor eſt, qui occiditur, ſed qui occidit? Reſpondetur ſecūdum Aug. Differentia eſt inter bellum mundi & Dei, ſiue eorum, qui pugnant pro his, quæ mundi ſunt, & pro his, quæ Dei ſunt. In bello mūdi communiter, qui moritur vincitur, in bello Dei, qui corporaliter moritur pro iuſtitia vincit. Hiero. Apud Chriſtianos nō eſt miſer, qui patitur, ſed qui iniuriam facit. Ratio eſt, quia ille vincit, qui de bello reportat intentionem ſuam, ille vincitur, qui ab intentione deficit. Beatus autē Thomas, in hoc bello intētionem reportauit, non tyrannus. Quod patet, quia beatus Thomas intendebat per ſuam mortē eccleſiam fundare, illuminare, & tangere, quod & completum eſt. Intentio tyranni erat extinguere, & annihilare fidem, quod non eſt factum. Inde Pſal. Sicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram, diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Hoc enim canit eccleſia ac ſi diceret. Oſſa noſtra, ideſt viri fortes ſecus infernum, ideſt iuxta virorum infernalium voluntatē diſſipata ſunt, ideſt multis modis martyrizata, ſed hoc fuit ad vtilitatem eccleſię. Licèt enim eſſent eis contemptibiles, tamen apud Deum verum agricolam fuerunt ſicut craſſitudo terræ erupta ſuper terram, quæ licet vilis ſit, tamen facit fructificare terram. Sic beatus Thomas terram eccleſiæ ſuo ſanguine incraſſauit, & bonis temporalibus, & bonis exemplis, & virtutibus & meritis ampliſſimis. Hęc autem omnia fecit per fidē Chriſti, ad quā eum hortatus fuerat Chriſtus dicens. Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

De beato Thoma Apoſtolo Sermo II. & in ordine XXX. per thema.

A Fidelis. Deus eſt fideliſſimus ſuis creaturis.

NOli eſſe incredulus, ſed fidelis. Io. 22. Non eſt mirum ſi dominus pręcipiebat Thomæ, vt ipſe eſſet fidelis, & fidelitatē ſeruaret. Nam rationabile eſt, vt ſeruus ſit fidelis quando habet dominum ſibi fidelem. Deus autem ſuis creaturis fideliſſimus eſt. Et propterea dicit Pſal. 32. ꝯ omnia opera eius ſunt in fide, ideſt in fidelitate fundantur. Primò enim eſt fidelis in commiſſis, quia ſi ei commiſerimus theſaurum noſtrorum bonorum operum cuſtodiendum, fideliter ipſum ſeruabit, & reſtituet nobis tempore opportuno. Vnde de tali fidelitate aſſecuratus Apoſtolus dicebat. 2. Timo. 1 Scio cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meū ſeruare in illum diem: Et 2. Timo. vlt. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex. Et ex iſto debet erigi, & ſurſum attolli ſpes noſtra. Sic enim eſt fidelis, quòd nullus ſperauit in eo & confuſus eſt. Secundò eſt fidelis in verbis. Pſ. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis. & Matth. 24. Cęlum & terra tranſibunt, verba autē mea non tranſient. Ex hoc autem debet roborari fides noſtra, vt credamus omnibus, quę locutus eſt, & dicamus cum Apoſtolis. Io. 6. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternę habes. Tertio eſt fidelis in ꝓmiſſis. 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tētari ſupra id quod poteſtis. Quæ enim promiſit omnia cōpleuit, quæ videlicet promiſſa

miſſa fuerant in veteri teſtamento, licet ſibi difficilia ad complendum. Et propterea in paſſione dixit conſummatum eſt. Io. 19. Hoc eſt conſummata ſunt omnia, quæ implenda promiſeram pro ſalute generis humani. Et ex hoc debet accendi erga eum charitas noſtra, vt dicamus cū Apoſtolo Roma. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Dei? Vnde & propter hoc ꝙ dominus impleuit promiſſa fideles inuenti ſunt prophetæ, & qui iſtam conſummationem promiſſionis non credebant ab eo redarguti ſunt dicente. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Inter quos erat & ipſe beatus Thomas. Primò quidem infidelis in ſeruando depoſitum ſibi a domino commiſſum, hoc eſt animam ſuam, ne a peccato contaminaretur. Peccauit enim dubitando in fide. Et ideo hortabatur Apoſtolus Timothęum. 1. Timo. 6. O Timothee depoſitum cuſtodi. Secundo infidelis in verbis, id eſt oſtendens infidelitatem ſuam ex verbis ſuis, per hoc videlicet ꝙ dicebat. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum non credam. Tertio infidelis in promiſſis, quia promiſerat cum Petro & cæteris Apoſtolis mori cū Chriſto. Hinc & ipſe dixit Io. 11. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Et tamen ipſe fugit neceſſitate paſſionis imminente. Non ſic Maria, quæ corde & corpore Chriſtum vſque ad mortem ſecuta eſt, cui dicemus, Aue.

Thomas tribus modis fuit incredulus.

Thomas poſt reſurrectionē optimè ſeruauit Chriſti fidem.

Reſtat dicere in præſenti ſermone quomodo beatus Thomas poſtquam apparuit ei Chriſtus poſt reſurrectionem ſuā, optime ſeruauit fidelitatem ad Chriſtū. Et hoc in tribus. Primò quidem in obedientia. Secundo in diſpenſando bona domini ſui. Tertiò in aduerſitate nunquam deſerendo dominum. Laudatur enim ſeruus ex tribus, ſcilicet quando eſt promptus & obediens, quando fideliter diſpenſat bona domini ſui, & ad honorem eius, & quando nec aduerſitate frangitur quin dominum ſuum vbique comitetur.

Quantum ad primum, licet ex diuiſione Apoſtolorum beatus Thomas accepiſſet Parthiam tanquam ſedem epiſcopalē, in qua haberet euāgelizare verbum Dei, ſicut dicitur. 3. lib. hiſtoriæ eccleſiaſticæ. c. 1. & etiam. 10. lib. c. 10 placuit tamen domino eum mittere ad Indos conuertendos. Primo ergo obediuit beatus Thomas Chriſto mittenti eum ad Indos populos infideles, qui erant in extremis partibus terræ, vt teſtificaretur eis de fide eiuſdē, iuxta illud Act. 1. Accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritusſancti in vos, & eritis mihi teſtes.

Sed videtur quòd non fuerit verè obediens, ſed multum puſillanimis, quia domino iniungente ſibi officium prædicationis ad Indiam recalcitrauit & reſpondit. Domine mitte me quo vis præterquam ad Indos. Videtur enim fuiſſe de illis qui nolunt acceptare onus niſi ſecundum beneplacitum ſuum, ita ꝙ oportet ſuperiorem quærere ab eis ſicut dominus a cęco. Quid vis vt faciam tibi? Reſpondetur primò, non erat puſillanimitas, ſed propriæ infirmitatis recognitio. Ex ſe enim ad cōuerſionem gentis Indorum ſe impotentē experiebatur, qui cum Dei adiutorio facile omnia poterat. Libenter enim trāſiſſet vnum vicariatum, vel vnum procuratorium ad reſignandum illud officium ſibi commiſſum, ſcilicet epiſcopatum totius Indiæ. Non ſic modo, ſed queritur paſſim. Domine mitte me non curatur dummodo habeatur epiſcopatus. Multi enim ſe ingerūt per ambitionem, aut carnis affectionem ſeu ſimoniam, de quibus Hiere. 23. Non mittebam prophetas illos, & ipſi currebant, non loquebar illis & ipſi prophetabant. Nam deberent expectare domini præceptum, & tunc ire ad populum, ſicut dicitur Ezechiel. 1. Animalia ibant & reuertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis, quia cum doctrina & lumine vitæ debent viriliter diſſipare omnem malitiam quam attingunt. Benè tamen ageretur cum illis qui querunt, ſi a domino mitterentur. Nam ſicut dicit Nico. De lyra ſuper dominus illuminatio mea, nunquam dominus eligit hominem ad dignitatē aliquam quin ſibi conferat quod valde & neceſſarium eſt ad exequen-

B. Thomas Apoſtol'. Quō fuit vere obediens beatus Tho. qui dixit domino mitte me quo vis præterquam ad Indos.

quendum illud officium. Et hoc bonum eſſet principibus,qui vi & violentia introducunt prælatos, ſi eis neceſſaria ad executionem tanti officij poſſent elargiri. Dicitur ſecundò ꝙ ſenſualitate compulſus verba illa protulit, quia gens illa Indorũ remotiſſima, crudelis & non multum ſenſata erat, ſed cum dominus perſeuerauit in iuſſionem,tunc ceſſauit ſenſualitas. In hoc videtur dominum ſuũ imitatus, qui conſiderata acerbitate ſuæ paſſionis orabat dicens,Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte, agẽs ibi partes ſenſualitatis, ſed dominabatur nihilominus ratio, propterea ſubiunxit, veruntamen non mea volũtas,ſed tua fiat.Sic enim beatus Thomas cum ſe prius excuſaſſet,poſtmodum intellecta Dei voluntate ait, Dominus meus es tu, & ego ſeruus tuus, fiat voluntas tua.

Cum ergo pergeret beatus Thomas ſecundum præceptum domini ad Indiam, apparuit dominus Abanæ quem miſerat Gondoforus rex Indiæ,vt inueniret artificem peritum & expeditum ad ædificandum ſibi palatium opere Romano,& pręſentauit ei beatum Thomam tanquam operarium expertiſſimum.

C Thomas Apoſtol. An feſellit dominus Abanem dando ei Thomam pro latomo corporali.

Sed nunquid feſellit dominus Abanẽ & Gondoforum per æquiuocum dando eis latomum ſpiritualem dum quærerent corporalem? Reſpondetur ꝙ non,quia nõ fallit,qui dat alteri melius quàm petat,vt ſi quis peteret plumbum, & alius propinaret aurum. Sic dominus quærenti latomum temporalem dedit meliorem,ſcilicet ſpiritualem. Hic certè erat optimum artifex,& quaſi alter Beſeleel (Nam Beſeleel interpretatur vmbra Dei , quia ſub vmbra orationum & meritorum beati Thomę quaſi ſub vmbra Dei protegimur ab aduerſis) quem impleuerat dominus ſpiritu & ſapientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro,& argento,& ære,& marmore,& gẽmis,& diuerſitate lignorum.Exo.31.hoc eſt ad inueniendum prudenter modum quo in fide Chriſti inſtrueretur populus cuiuſcunque conditionis eſſet, ita videlicet vt ſciret proferre de corde ſuo doctrinam congruam virtuoſis, & doctis viris, qui per aurum,argentum, æs,& gemmas deſignatur,per quam animarentur ambulare de virtute in virtutem, vt etiam ſciret inſculpere legem Chriſti ſtylo diuini eloquij in cordibus duris, & marmoreis, aut ligneis, ideſt mediocriter diſpoſitis. Huic autem b.Thomæ ſicut Beſeleel dederat dominus ſocium Ooliab qui interpretatur tabernaculum meum pater,hoc eſt beatum Thaddeum vnum ex 72.diſcipulis,in cuius corde pater cęleſtis poſuerat tabernaculum ſuum inhabitando ſpiritualiter per gratiam, iuxta illud Apoc. 21.Ecce tabernaculum Dei cum hominibus,& habitabit cum illis. Immo vt dicit Chryſoſtomus in homilia Epiphanię. Beatus Thomas conuertit tres reges,qui coniuncti ſunt ei in prædicatioue.

Secundo inuẽtus eſt obediens ſanctus Tho. quia conformiter ad reuelationem Dei miſit ad regem Abagarum, b.Thaddeum, vt inſtrueret eum in fide Chriſti, & doctrinam euangelij.Non ſic moderni prælati & archidiaconi mittunt ad curas pauperes in villagijs dioceſum pro ſalute populi & inſtructione eius in via veritatis,ſed potius vt impleant burſas ſuas. Iſte autẽ eſt Abagarus rex,ad quẽ legitur ſcripſiſſe dominus, qui nũquam alibi legitur ſcripſiſſe niſi in terra, hiſtoria habetur in Euſebio in hiſto.eccleſiaſtica.lib. 1.c.15. 16.& 17.

Secundo fuit fidelis.b.Tho.primo fideliter diſpenſando bona temporalia ſibi cõmiſſa.Bona enim quæ habuit a Godoforo rege, benè expoſuit ad honorem Dei; dando videlicet ea pauperibus membris Chriſti; ſicut patet ex hiſtoria legẽde ei⁹.

D Thomas Apoſtol. An peccauit Thomas dando pecuniam Gõdoforo pauperibus.

Sed eſſet obiectio, quõ erat licitũ beato Tho. pecuniã ſibi datã a rege ad ędificãdum palatium diſtribuere pauperibus? Credo ꝙ reges non quęrerent tales Apoſtolos receptores & latomos . Reſpondetur primo ꝙ ſecũdum theologos vbi duo Principes ſe habent ſicut ſuperius & inferius, & ambo præcipiunt diuerſa non ſunt compatiẽtia, ſemper faciendũ eſt ſuperioris pceptũ ſi ſit licitũ. Sic itaq; dñs præceperat Tho.vt iret ad Indiam ad fa-

bricandum palatium, non quidem tẽporale, quia illud neſciuiſſet facere, ergo ſpirituale, & per cõſequens tũc ceſſare debuit pręceptum regis inferioris. Non ſic habẽt facere receptores regis, qui non habent tale præceptum. Dicitur ſecundo, quòd hoc potuit dñs rationabiliter facere, quia talis Gondoforus multa ui rapuerat a populo, ſicut illi de quibus Eſaia. 1. dicitur. Principes tui infideles, ſocij furum. Ipſi enim non per ſe faciunt, ſed per officiarios ſuos qui habent partem in lucro, ideo ſunt ſocij eorum in furto. Vnde ita eſt de principibus & eorũ officiarijs: ſicut de magnis maſtinis, & paruis circa cadauera. Licet enim vtrique canes comedant, magni tamen ſemper volunt habere maiorem partem. Sic principes non permitterent officiarios ſuos comedere populum, niſi ipſi haberent maiorem partem in præda. Quia ergo rapuerat ab eis, conueniens fuit per apoſtolum fieri reſtitutionem, & de bene acquiſito et ſibi debito ędificare eccleſias, & non de rapina: quia dicitur Eccleſiaſtici. 34. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Sciebat autem quòd miſericordia ędificet in cęlis, ita vt quot damus eleemoſynas pauperibus, quaſi tot lapides mittamus ad ædificandum nobis ſolium in cęlo. Hinc Eſaia. 26. Pręparabitur in miſericordia ſolium. & Pſal. 88. Quoniã dixiſti in æternum miſericordia. i. per miam ędificabitur in cęlis. Sciebat etiam ꝙ nullũ bonum datum pauperibus manet irremuneratũ. Nã illud promittit Chriſtus Matth. 10. dicẽs. Quicũque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquę frigidę tantum in noĩe diſcipuli, amẽ dico vobis non perdet mercedem ſuam. Ipſe etiam reputat miſericordiã pauperibus exhibitam ſibi exhiberi. Matth. 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Secundo fuit fidelis. b. Tho. in diſpenſando bona ſpiritualia ſibi credita. Primo enim fuit fidelis in dando benedictionem ſponſo & ſponſæ, quos inuenit nuptias celebrantes in quadam ciuitate media inter Cęſaream a qua diſceſſerat, & Indiam ad quam pergebat, quæ ſic fructificauit vt ambo continentiam ſeruarent, & altera ſcilicet Pelagia uirginitatem profiteretur & martyrium ſubiret, alter uero Dionyſius nomine fieret epiſcopus prædicti loci. Secundo fuit fidelis in exercendo officium prædicationis ſibi commiſſum. Nam ſecundum Iſidorum lib. de obitu ſanctorum prędicauit Parthis, & Medis, & Perſis, Hircaniſque, & Bractianis, & intrans orientalẽ plagam & interna gentium ibi prædicationem compleuit. Et adeo efficaciter prædicauit, ut vno die in regno Gondofori regis Indiæ conuerterentur nouem milia hominum exceptis paruulis & mulieribus.

Tertio fuit fidelis. b. Thom. dño, quia fideliter comitatus eſt eum, nec deſeruit fidem eius quibuſcunque aduerſitatibus occurrentibus, ſeruans illud Chriſti pręceptum. Apoca. 2. Eſto fidelis uſque ad mortem. Vnde multa pro Chriſto ſuſtinuit. Cum enim nollet ad iuſſum regis reducere Regiam & Migdoniam ad thoros virorum ſuorum, tunc rege præcipiente iuſſus eſt primo ambulare ſuper laminas ardentes, ſed tamen ibi fons erupit & ignem extinxit. Secundo miſſus eſt in fornacem, ſed tandem illęſus exiuit. Tertio cum idolum comminuiſſet gladio trãſuerberatus eſt a principe idoli.

Sed videtur primò, ꝙ non fuerit ſemper fidelis imitator doctrinæ & patientię Chriſti. Nam cũ Chriſtus dicat. Si quis te percuſſerit in una maxilla, præbe ei & aliam. Mat. 5. & Lu. 6. Ipſe nihilominus in prandio nuptiali pro vna percuſſione maxillæ imprecatus eſt mortem, dicens ſe nõ diſceſſurum a prandio quouſque canis afferet manum eius qui illum percuſſerat, quod & factum eſt. Reſpondetur primo illud videtur apocryphum & a Manicheis conſcriptum, qui fidem noſtram mendacijs obnubilare nituntur, ſicut ſentit Aug. Secundo hoc dictum eſt propheticæ, vt contigit de illo propheta, de quo 3. Reg. 20. qui prędixit cuidã nolenti eũ percutere ꝙ leo de ſylua eum percuteret & occideret. Tertio hoc potuit dicere deprecatiuè, ut puniret peccatũ eius in hoc

ſ Thomas Apoſtolus. Quõ fuit vere patiẽter: qui imprecatus eſt mortẽ ſe percutiẽti in maxilla.

ſeculo eius exẽplo, vt cæteri auerterentur ne ſimilia in ſanctos Dei perpetrarent, ſicut ẽt feciſſe videtur Heliſeus qñ maledixit in noĩe dñi pueris ei illudẽtibus & clamãtibus aſcende calue, aſcende calue. 4. Reg. 2. Et in hoc fecit ſibi miſericordiam, q̃a forte ſi diutius vixiſſet plura mala perpetraſſet, & grauius dãnatus fuiſſet. Vnde bene eſt malis qñ breuiantur dies eorum, quia ſimul breuiatur & malitia, & hoc ſæpe & miſericorditer facit dñs ſecundum illud pſ. Viri ſanguinum & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos, & Sap 4. dicitur. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentũ collocabũt.

F *Thomas Apoſtolus. An recte fecerit ſeparando vxores a maritis infidelibus.*

Secundò videtur quòd non recte fecerit ſeparando Migdoniam a Cariſio cognato regis, & reginam a rege, cum eſſent inter huiuſmodi matrimonia cõſummata, & dicat apoſtolus. 1. Cor. 7. Saluabitur vir infidelis per mulierẽ fidelem. Reſpondetur primo, non eſt multũ ſecurũ homines diuerſi cultus habitare ſimul, ſicut fidelem cũ infideli. Quod patet, quia cũ fides noſtra cõtineat aliqua credibilia quæ ſunt ſupra rationẽ naturalẽ, in quibus captiuandus eſt intellectus in obſequiũ ei⁹, & cũ hoc reuocet ab his quæ corpus ipſũ delectant, aliæ autẽ leges talia nõ contineant & indulgeant voluptates corporales facilè poſſet ſeduci is qui amplexus eſſet legem Chriſti. Nam Sap 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: nec ſinit corpus animã ipſam aſſurgere ad ea quę ſunt ſupramundana & ſupernaturalia. Et Gen. 8 Prona eſt natura humana ad malum ab adoleſcentia ſua; magiſque mouent bona mundi præſentia quàm abſentia quæ repromittuntur in cęlis. Vnde ſicut ille qui diutius habitauit in carcere tenebroſo non poteſt oculis fixis clare videre ſolem, ſic nec nos qui habitamus in corpore mortali tanquam in carcere, poſſumus facilè conſpicere ſplendorem luminis fidei noſtræ. Et maximè hoc eſſet periculoſum illi qui vellet habitare inter infideles qui dominarentur terræ; ſicut contingebat in propoſito. Inde pręcipitur Leui. 19. filijs Iſrael vt animalia diuerſi generis ſimul habitare nõ faciant. Diſparitas enim cultus & religionis eſt ſæpe nociua fideli. Præcipiebatur etiam ibidem illis ne ſererent agrum diuerſo ſemine. Sic nec ſerendus eſt lectus matrimonialis hominibus diuerſarum ſectarum, quia ſicut vnũ ſemẽ & maxime illud quod eſt inutilius facile aliud ſuffocat, ſic infidelis fidelem. Et propterea dicit Eccleſiaſtici. 13. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? aut quæ cõicatio homini ſancto ad canem? Nõ. n. bene trahitur currus a bobus diſparibus, & ideo pręcipitur Deutero. 22. Non arabis in boue ſimul & aſino.

Matrimoniũ debet fieri inter pares cultu.

Dicitur ſecundò, ꝙ vbi eſſet homine probabile, quòd altera pars conuerteretur ad fidem, & videret probabiliter nullum ſibi imminere periculum fidei vel peccati, tunc ſequendum eſſet conſilium apoſtoli dicentis. Si vir infidelis conſentit habitare cum muliere fidęli, non dimittat virum. Et ſecundum hoc Aug. exponens verba apoſtoli dicit licere relinquere infidelem, ſed non expedire, vt cauetur. 28. q. 1. c. iam nunc, & aſſignat duas rationes. Prima eſt ut infidelis quærat in Chriſto, id eſt vt conuertatur ad fidem Chriſti. Secunda eſt ne ſcãdalizẽtur infideles, & prouocentur ad paſſim dimittẽdas vxores ſuas. Non autem ſic erat in propoſito. Conſtabat enim apoſtolo ꝙ nunquàm cõuerterentur rex & Cariſius ad fidẽ Chriſti, dato ꝙ eis redderentur propriæ vxores. Vnde ſi non poſſit altera pars habitare cum pari niſi in contumeliam creatoris, non dicet cõmmorari cum ea. Matrimonia. n. infidelium licet ſint legitima & licita, nõ tñ rata, vt dicit magr. in 4. diſt. 39. & diſſolui poſſunt cum unus ſuſcipit fidẽ altero nolente eam ſuſcipere. Vel ſi ſint rata vt dicit Scotus in eadem diſt. tñ hoc eſt intelligẽdum niſi ſuperueniat fortius vinculum cum quo iſtud non poſſit ſtare, cuiuſmodi eſt noua obligatio ad Deum per fidei ſuſceptionem, quando alter coniugũ nollet cõmorari cũ cõuerſo ad fidẽ, abſq; impedimẽto illius fidei ad quã magis tenet quàm ad uinculũ coniugale Tũc aũt per pręedicationẽ beati Thomæ impletũ

Matrimonia infidelium non ſunt rata.

eſt illud verbum Chriſti Matth.24. Duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & altera relinquetur. Mola enim molitur coniugatus qui habet tribulationem carnis, & multis oportet eum placere. Nam in vno matrimonio vna mola, ſcilicet regina aſſumpta eſt ad fidem Chriſti, & rex relictus eſt ſuo errori, in alio matrimonio aſſumpta eſt Migdonia & Carſius relictus. Et hęc occultiſſimo ſuo iudicio fecit ille, cuius iudicia abyſſus multa, cum hoc ꝙ mulieres prædictæ ſe diſpoſuerunt libenter audiendo verbum Dei ex ore Apoſtoli. Sic & nos diſponamus, vt meritis beati Thomæ ſalutem conſequamur. Ipſe enim (ſi fecerimus quod in nobis fuerit) facile obtinebit pro nobis gratiam. Nam abyſſus, ideſt beatus Thomas qui interpretatur abyſſus, inuocat abyſſum, ſcilicet miſericordiarum Dei pro eis, qui fideliter ad eum recurrunt.

Dominica quarta Aduentus. Sermo primus, & in ord. XXXI. per thema epiſtolæ.

A Aduentus. Afferuntur nobis boni rumores per aduentū Chriſti.

PEtitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Phil.4. Boni rumores lętificant cor. Et propterea dicitur Prouerb. 12. Męror in corde viri humiliabit eum, & ſermone bono lętificabitur. Cordi autem deuoto, non poſſunt dici meliores rumores, quàm de eius pace ad eum & ſalute, & captiuo, quàm audire noua de ſua redemptione, infirmo, quàm audire noua de ſua ſanitate; & depoſito ab officio ſuo, quàm audire ꝙ rex paratus ſit omnē petitionem ſuam exaudire; & ad mortem damnato, quàm de ſua gratia ſuperuenientε. Nos autem damnati ſumus ad mortē per primum parentem; infirmi peccatorum infirmitate; captiui non inuenientes redemptionem; quia terra noſtri corporis ſterilis erat, & nullius boni capax. Nunc autem veniunt rumores ꝙ venit redemptor, qui apportat gratiā pro omnibus captiuis, & paratus eſt exaudire omnes orationes veſtras & requeſtas. Et propterea ſecundum thema petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Ille enim eſt redemptor, & mediator noſter, de quo dicitur in euangelio, Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis, hoc eſt vadatis audacter ad curiam, vos habebitis optimum mediatorem, quem tamen nunc non cognoſcitis, impediente malitia cordis veſtri. Et adhuc vt nihil nobis deeſſet, quia mulieres ſunt communiter benignæ & mites, & facilius patet ad eas acceſſus, quàm ad viros, conſtituit nobis dominus mediatricē Mariam, in cuius etiam domo familiariter hoſpitatus eſt; per hoc nobis inſinuās ꝙ medio eius facilè ſuſcipiet ſupplicationes noſtras. Inde dicitur Eſa. 19. Dominus aſcendet ſuper nubē leuem, ideſt veniet in vterum virginis, in quo familiariter hoſpitabitur, quę virgo nunquam fuit onuſta onere peccati, ſed fuit nubes aquoſa & nobis rorida, & illo medio confringet ſimulacra Aegypti, ideſt templa idolorum noſtri cordis tenebroſi, in quibus collocatur demon, quæ ſunt peccata, quibus cōfractis poterimus libere preſentari domino & deſideria cordis noſtri ab eo obtinere. Vt igitur ipſa ſit nobis propitia & mediatrix eam ſalutabimus, dicētes Aue.

B Aduentus. Propter multa debemus citius adire Chriſtum tempore aduētus quàm alias.

In epiſtola noſtra quinque rationes aſſignat Apoſtolus cūr nunc in die natalis debemus adire regem plus quàm alio tēpore. Prima tangitur ibi, gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete, quia in die natalis ſui princeps communiter eſt lætus: ideo paratus ad concedēdum quicquid petitur. Legitur de Aſſuero cum eſſet lętus poſt conuiuium ꝙ dixit Heſter. Etiam ſi dimidiam regni mei partem petieris impetrabis. Heſter. 5. Sic dominus in die natalis non modo dimidiam regni partem, ſed totum regni ſuum, etiam ſeipſum paratus eſt dare. Si enim Pharao pincernam in ſuo officio reſtituit in die natalis ſui, putas ne te in tuo officio reſtituat a quo cecidiſti per peccatū? Sed oportet ꝙ non ſit indignatio in animo tuo, & ꝙ vxor, tua conſcientia tibi indignationē non afferat, quia ſi ita ſit diſplicebit principi, nec admittet petitionem tuā. Ideo dixit gaudete, ſed oportet iterū ꝙ iſta petitio

tio ſit rationabilis, quia niſi ita ſit non trãſiret per curiam cancellariç Dei, ideo ſubditur. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, ideſt ſanctitas & iuſtitia in requirendo nota ſit omnibus habentibus dę ea iudicare. Si enim quęreres vindictam de tuo proximo, ſtatim cancellaret petitio tua, quia quæris in grauamẽ proximi. Si honores & temporalia, etiã quia forte quęris in detrimentũ tui quaſi fatuus. Si præbendas & prælaturas & opulentas abbatias tres aut quatuor, nec etiam dabit, quia hoc non eſſet in honorem Dei, iõ oportet ꝙ ſupplicatio, & requæſta ſit rationabilis. Secunda cauſa, quia dominus prope eſt, immo eſt in nobis ſi nõ ſit defectus noſtri. Ioan. 1. Et habitauit in nobis. Ideo cum minoribus ſumptibus & expẽſis, poterimus obtinere quod quærimus. Tertia cauſa nihil ſoliciti ſitis, q a illo die factus eſt frater noſter in aſſumptione carnis noſtræ. Si ego haberem fratrem meũ imperatorem, ego de nullo me plus ſolicitarem niſi de tenendo me in gratia ſua. Ego enim ſatis haberem caſtra, villas, poſſeſſiones, & officia. Ideo dicit apoſtolus. Nihil ſoliciti ſitis, ideſt non tantam ſolicitudinem capiatis de mundanis, ſed tantum ſoliciti ſitis de manu tenendo vos in gratia Chriſti. Ipſe enim eſt imperator ſummus, ſatis habet pro vobis ad prouidendum vobis. Quarta eſt, ſed in omni oratione & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, quia tunc puer naſcetur nobis. Pucro autẽ pro mittendo parua, ipſe dat magna cum modica oratione & obſecratione. Ideo domino Chriſto tunc ſecurum erit ſuas petitiones porrigere. Quinta eſt, quia non indignatus, ſed pacificus, & tunc clamabitur pax ab Angelis. Ergo dummodo velimus pacem cum eo facere, iuxta conſilium apoſtoli, & pax Dei quę exuperat omnẽ ſenſum cuſtodiat corda, & intelligẽtias veſtras, ſecurè petitiones noſtræ innoteſcant apud Deum.

Mane dicemus de petitione & interrogatione facta Ioanni ſuper aduentu Chriſti in carnem. Et poſt prandium quomodo debemus nos præparare ad ipſum ſuſcipiendum & conſeruandum in mente, vt facilius ab eo orationes noſtrę exaudiantur. Itaque mane dicemus duo. Primo de teſtimonio Ioãnis de ſeipſo. Secũdò de teſtimonio quod fecit de Chriſto.

Quo ad primum omnibus exiſtimantibus de Ioãne ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Lu. 3. in lege promiſſus. Tum quia cognoſcebant tempus Chriſti imminere. Secundò propter baptiſmi nouitatem. Tertiò propter mirabilem eius ortum. Quarto propter vitæ ſanctitatem, quæ ducebat eos in admirationem, ita vt populus totus ſequeretur eum & doctrinam eius, immò crudeles principes, puta Herodes audito eo multa faciebat. O vbi ſunt modo homines eccleſiaſtici illius temporis, qui propter ſanctitatem timebantur, & reuerebantur a regibus & tyrannis. Vnde legitur de Ambroſio quòd excomunicauit Theodoſium magnum, & eiecit eum de eccleſia. O vbi ſunt nunc tales Ambroſij, tales Ioannes, ideſt pleni gratia, qui æſtimentur ab omnibus nõ quidem eſſe Chriſtus, ſed in eis eſſe Chriſtus. Illi erant & loquebantur pro populo, erant murus & apud principes, & apud Deum, Ezech. 25. Quæſiui virum qui faceret ſepem, & qui ſe opponeret murum contra me, & non inueni. Sed nunc eſt cauſa non ſe opponendi ſicut Ioannes ſe opponebat. Ioannes non timebat Herodem, quia non habebat ab eo officium, nec habebat terram, nec herbam, Nec Phariſęos timebat, quibus dicebat. Genimina viperarum, quia non quærebat officia vniuerſitatis, nec præbendas, nec lautè viuere. Pro omni diſtributione præbendarum locuſtas & mel ſylueſtre edebat. Nunc autem paſſim curritur poſt officia, & beneficia, ideo nil mirum ſit timentur principes, & prælati. Forte dices ꝙ miracula faciebat, & propterea populus eum ſequebatur. Sed hoc falſum eſt, quia Ioannes quidem nullum ſignum fecit. Ioann. 10. Modo ſunt tot ſacerdotes & prælati, & non poteſt inueniri vnus Ioannes. Credo ꝙ de quæſtionibus theologiæ non oportet modo mittere ad Ioannem ſicut tunc, quia multi ſunt qui non habent caput oneratum.

C Ioannes Baptiſta. Cur timebatur Ioannes a pricipib⁹ & non nunc prælati.

Cur magis de Ioãne quam de Ieſu exiſtimabant.

Magis autẽ exiſtimabãt de Ioanne quàm de Ieſu ꝙ eſſet Chriſtus propter duo. Primò propter habitus & victus aſperitatẽ, quia Chriſtus ferebat veſtes comunes, nõ autẽ Ioannes. Chriſtus panem & vinum cum peccatoribus manducabat, Ioannes vero mel & locuſtas, & peccatores vitabat. Secundo propter generis nobilitatẽ, quia Chriſtum de fabro genitum credebant, & de paupere matre natum, Ioannẽ vero ex genere ſacerdotali.

Phariſęi itaq; audita fama & opinione turbarũ de Ioanne, moti cõtra eum ꝙ ſibi officiũ prędicãdi & baptizandi vſurpaſſet abſq; traditione & conceſſione põtificũ, miſerunt ad eum ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas, vt interrogarent eum. Tu quis es? Mira res eſt. Cum enim conſuetum eſt de rure mittere ad ciuitatem pro conſilio a ſapientibus poſtulando, hic de ciuitate vniuerſitas ſapientes & doctores ad eremum mittit. Sed hæc mutatio dextere excelſi, ad ſignandum quòd ſapientia diuina a ciuitate recederet, & ad deſertum gentium, qui fuerunt noſtri prędeceſſores tranſiret, immo, & iam ciuitas Hieruſalem deſerta erat bonis moribus. Sic timeo quòd a ciuitate iſta, vbi eſt lumen doctrinæ ſacræ, quòd non tranſeat ad exteros, & diſſipetur propter peccata noſtra, ſicut videmus modo multa parua ſtudiola vbique congregari in eius diſſipationem, & quæ ſunt magis cauſa erroris quam doctrinę ſanę. Mittunt ad Chriſtum ignaros, puta Herodianos, quia propter genus Chriſti non multum de eo ſuſpicabantur, ſicut modo fit. Homines enim nunc laudantur propter ſuã nobilitatem, propter ſuas diuitias & veſtes, & multitudinem officiorum & beneficiorum. pſalm. Laudatur peccator in deſiderijs animę ſuę, & iniquus benedicitur. Sed ad Ioannem mittunt legiſperitos & ſacerdotes, quibus competit interrogare & ſcire ſcripturas. Tales itaq; miſſi, licet eſſent de maioribus, de eccleſia tamen ſe oſtendebant nihil ſcire. Sciebant enim quòd quaſi tota ſcriptura canit Chriſtum naſciturum ex ſtirpe regali, Ioannem vero cognoſcebant eſſe ex ſacerdotali. Ex quo ſequitur quòd erant indocti de querendo talem quæſtionem. Sed tunc temporis ſacerdotes erant auaritia ditati, ſuperbia inflati, mundanis implicati, ideo magis ſolicitabantur de lucro, quam de ſcripturis ſacris. Sicut modo prælati & eccleſiaſtici magis ſolicitantur de cumulando pecunias, & beneficium ſuper beneficium, & implicari negotijs belli & ſecularibus, quàm animarum ſaluti, & ſcripturæ ſacræ quam tenentur ſcire. Miſſi autem erant ab Hieroſolymis qui erat locus cathedralis tam pontificum quàm regum, vt ſi eſſet Chriſtus, qui eſt verè pontifex, & rex Iſrael ad ſuam cathedralem veniret ſedem, & etiã regalem. Ad quam venit Chriſtus vt rex in die ramiſpalmarum, & vt ſummus pontifex dum ſeipſum obtulit. Volebant enim (vt dicit Chryſoſtomus) ſacerdotes eum allicere vt confiteretur ſe eſſe Chriſtum, quia de progenie eorũ erat. Homo enim cuius fama volat per regionem, cito allicit ad honorem:

D

Cognitio ſui.

Quiſque debet ſtudere ad cognitionem ſui.

Tu quis es? Iſtam quæſtionem tibi debes quærere & reſpondere ſæpe, vt dum de eadem quæſtione a ſummo magiſtro ſemel requiſitus eris, ſcias reſpondere ſicut parui pueri ſuam ſtudent lectionem, vt a magiſtro interrogati ſciant reſpondere, ne verberentur. Sed poteſt duobus modis fieri hæc quæſtio. Primo, tu quis es in natura? Reſpondeo, es ratione corporis terra, Es ſecundum Bernar. ſperma fętidum, ſaccus ſtercorum, cibus vermium, Es rationalis ſecundum animã vt ſurſum conuerſeris, non in terrenis per auaritiã, nec in luto per luxuriã. Si aliter facias, agis contra naturam tuam. Alia animalia declinant vultum in terra, quia hęc eſt eorum patria, tu vero ſurſum, vt ſurſũ coneris ad patriam tuam. Sed ſunt multi qui hanc quęſtionem malè ſtuduerunt, qui ſeipſos non cognoſcunt. Aliqui enim ſunt, qui nec ſe, nec ſuum proximum cognoſcunt, puta eleuati de paruo ſtatu non cognoſcunt ſeipſos, nõ cognoſcunt quid fuerũt. Sic monebat Placella Theodoſiũ vt huic ſtuderet quæſtioni, vt recitatur in hiſtoria tripartita: lib. 9. c. 31. dicens.

Opor-

Oportet te ſemper marite cogitare quid dudum fuiſti, quid modo ſis. Hæc ſi ſemper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, ſed Imperium quod ſuſcepiſti legaliter gubernabis, & harum rerum placabis auctorem. Sed nec proximum, quia pudet eos, ꝙ cognoſcātur veniſſe de tam dimiſſo loco, vbi eſt eis maximus honor. Alij bene cognoſcunt alios, ſed ſeipſos neſciunt, qui de proximo iudicāt, & ſeipſos non iudicant. Hāc quæſtionē quæret a te Deus. Tu quis es o ſuperbe? denaturaſti, non es terra, quia te exaltas? terra cadit deorſum, non es ſpiritus quærens ſpiritualia, ſed caro ſapiens terrena, nō homo ratione vtēs, ſed beſtia brutaliter viuens. Secundo poteſt fieri hæc quæſtio. Tu quis es in perſona? Et hoc quæretur a te cum pulſaueris ad ianuam paradiſi, dicens illud Pſ. Aperi te mihi portas iuſtitiæ, vel illud Matthæi 25. Domine domine aperi nobis. Tunc enim te interrogabit dominus loci & dicet, Tu quis es? Forte reſpondebis diſcipulus Chriſti, & Chriſtianus. Sed reſpondebit illud Ambroſij. Mendaciū eſt ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere. Et illud Matth. 10. Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Vbi eſt ſignum Chriſtiani, ideſt crucis ſignum, ſcilicet pœnitentiæ, quod debes portare? Certè, ſi nō inueniat, dicet tibi, Neſcio vos. Et tunc ſicut dicunt pueri atiſtarum cum neſciunt reſpōdere. Tu eris reus. Si reſpondeas amicus, dicet. Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis. Ioan. 15. Et ita ſi non feceris, dicet tibi, neſcio vos.

E Ioannes Baptiſta. De humilitate Ioānis Baptiſtæ.

Et confeſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Ter dixit ad oſtendendum magnam Ioannis cōſtantiam, ꝙ cum poſſet reputari Chriſtus nullatenus voluit. Cum enim eſſet tantæ auctoritatis, vt poſſet credi Chriſtus, non tamen eſt eleuatus in ſuperbiam vſurpando ſibi talem honorem. Sed hanc Ioannis humilitatem Lucifer & primi parētes nō habuerūt, qui honorem diuinum appetierunt. Sed modo ſunt multi Luciferi, qui per fas, & nefas anhelant ad honores & beneficia, & tāta mala ſuſtinēt & perpetrāt, & tantis doloribus affliguntur, vt vſurpēt ſibi gloriam, quam Deus ſibi ſoli retinuit. Vtinam tantum laboris aſſumerent ad lucrandum honorē æternum, ſicut faciunt tranſitorium. Sed ſicut excæcati fuerunt Iudæi in hoc, ꝙ credebant Ioannem eſſe Chriſtum, & noluerunt credere Ioanne atteſtante Ieſum eſſe ſaluatorem tot virtutibus & ſignis approbatum, ſic nec iſti honoribus dediti credunt eſſe alium honorem ab illo tranſitorio, & forte nec aliud ſeculum.

Dicūt ei, Helias es tu? Iudæi tres perſonas inter cæteras maiores expectabāt. Primam magnæ nobilitatis, ſcilicet Chriſtū. Aliā magnæ ſanctitatis, ſcilicet Heliam. Aliam magnæ ſapientiæ, quam dicūt fuiſſe prophetam Heliſæum, in quo ſpiritus Heliæ geminatus eſt. Reſpondit eis. Non. Sed contra dixit dominus Matth. 11. Et ſi vultis recipere ipſe eſt Helias. Dicitur, ꝙ non erat Helias in perſona & corpore, ſed in ſpiritu & virtute. Chriſtus enim dicit cum Heliam eſſe, quia in ſuis operibus ſimilitudinem oſtendebat Heliæ. Ambo nēpe fuerunt in deſerto conuerſati. Ibi enim Helias ieiunauit quadraginta diebus. Ambo veſtitu inculti. Tertiò ille præcurſor vēturus eſt iudicis, iſte fuit redēptoris. Quartò Helias magni zeli fuit zelando legem Dei, & Ioānes zelo veritatis mortuus eſt. Quintò ambo reges arguebant, & cum hoc iſte Phariſæos dicens. Genimina viperarum, &c. Ille Iordanem cælum petiturus dimiſit, hic ad lauacrum, quo cælum petitur multos conuertit.

Propheta es tu? Reſpondit non. Cōtra Lucæ. 1. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis. Reſpondetur ꝙ nō de quolibet propheta loquebātur, ſed vel de Heliſæo propheta, qui inter eos reputabatur maior, qa in eo fuit geminatus Heliæ ſpiritus. Vel de illo, de quo Deut. 18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilē tui, & ponā verba mea in ore eius, loquetque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, q̄ loquet audire noluerit, ego vltor exiſtam. Noluit autē ſe talē iactare cōtra eos, qui de ſcientia, genere, & vita ſe iactant. Quid ergo dicis de teipſo,

ſo, vt reſponſum demus his, qui miſerunt nos? Vide quàm benè ſtuduerat reſponde re ad iſtam quæſtionem. Tu quis es? Reſpondit. Ego vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Ecce quomodo ſe humiliauit, qui ſe quaſi nihilum eſſe recognouit in conſpectu Dei ſciens illud pſal. 38. Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Reputauit enim ſe eſſe minus, quàm ſubſtantiam & infimam creaturam, ſcilicet accidens cum ait. Ego vox, &c. Ecce teſtimonium Ioannis de ſeipſo.

Secundò videndum eſt, ꝙ Ioannes de Chriſto teſtimonium ferat. Et qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis, ſecundum gl. Gen. penul. talis ſecta incepit modicum ante Chriſtum tempore Alexandri, Hircani, & Ariſtoboli, & ferè magno Herodi erat contemporanea. Audientes autem ꝙ Ioannes ſe dixerat vocem clamantis in deſerto, reputauerunt hoc modicum non intelligentes diuina myſteria. Ideo indignati, & quaſi ipſum redarguendo, inuidendo ſanctitati & famæ eius. Et quia nõ erat de eorum ſecta, faciunt ei quæſtionẽ de ſuo officio. Quid ergo baptizas nouũ ritum inducendo, & alienum officium vſurpando, cum vicem perſonarum quibus ſcriptura baptizare concedit, ſcilicet Chriſti, Heliæ, & prophetæ non geras? Magna enim ſuperbia, & præſumptio eſt tibi facere opus tantæ nouitatis, ſi tu non es Chriſtus, neque Helias, neque propheta. Iſta quæſtio poſſet formari epiſcopis, & iudicibus, & rectoribus ciuitatum & regni. Cur vis eſſe prælatus ſi non imitaris vitam Chriſti? Cur iudex, ſi non virtute valeas irrũpere iniquitates, ſicut Helias? Cur rector regni & reipublicæ niſi perſpicaci ratione futura mala præuideas, quibus tua prudentia ſubuenire poſſis? Tantũ indigeremus vno Chriſto, vno Helia, & vno propheta, ſi eſſet aliquis. Reſpondit Ioãnes. Ego baptizo in aqua. q. d. Hoc non eſt audaciæ baptizare ſicut ego baptizo, licèt nõ ſim ego Chriſtus, quia baptiſmus meus ſolum eſt in aqua, & ideo lauat tantum corpus exterius, & peccatorũ remiſſionẽ non tribuit. Sed doceo vos pœnitere, & non potens abſoluere. Non enim conferebat batiſmus Ioannis gratiam, nec ſufficiebat ad ſalutem, vndè Actuum. 11. Oportuit baptizatos baptiſmo Ioannis iterum baptizari. Sed cur ergo baptizabat Ioannes? ſecundum Auguſt. ſuper Ioan. hoc fuit, vt ſignaret baptiſma Chriſti, ſed ſecundum Chryſoſtomum, vt ex nomine baptizandi plures conuenirent ad Ioannem quibus annuntiaret de Chriſto. Vel ſecundum Gregor. vt baptiſma Ioannis aſſueſceret ad baptiſmum Chriſti. Medius autem ſtetit quem vos neſcitis, idest prçſens eſt inter vos quem prçdico, qui eſt mediator Dei, & hominis quem vos neſcitis, & ad illum cognoſcendum ego vos præparo. Vnde ſecundum Aug. humilis Chriſtus non videbatur, & propterea lucerna accenſa eſt. pſ. 131. Paraui lucernam Chriſto meo. Io. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Homines enim parui ſtatus vix ab hominibus cognoſcuntur, ſed magni hapelopiui benè cognoſcuntur. Vel ſecundum Origenem, quem vos neſcitis, quia expectantes Phariſæi Chriſti aduentum nihil tam arduum de eo contemplabantur, ſolum hominem ſanctum non Deum exiſtimantes eum eſſe. Sed multi nunc neſciunt Chriſtum, quia neſciunt potentiam eius in malis, quia hic dimittit eos proſperari, & ad libitum ſuum peccare, ſicut neſcitur virtus ſolis cũ ſub nube eſt, nec ictus gladij cum eſt in vagina. Nunc enim tenet Chriſtus iuſtitiam & potentiã ſuam in vagina miſericordiæ, & nube patientię, ſed virtus eius in iudicio ſcietur. Pharao in proſperitate dixit. Neſcio dominum, qui poſtea flagellatus dixit. Peccaui. Cogitet ergo impius, ꝙ non eſt, ita languidus ſi videret ictum arcus vel balliſtæ imminere, vel etiam claudus, qui non cito declinaret. Multo plus deberemus nos, vt illum ictum vitaremus.

Ioãnis baptiſma nõ cõferebat gratiam.

F *Chriſtus. Chriſtus nunc tenet iuſtitiã quaſi in vagina, ſed reuelabit ĩ iudicio.*

Ipſe eſt qui poſt me venit ſecundũ Remigium, ſcilicet naſcendo, prædicãdo, baptizando, moriendo, & ad inferos deſcendendo. Ac ſi diceret ſecũdum Chryſ. Ne æſtimetis aliquid magni in meo baptiſmate conſiſtere. Si enim meum baptiſma perfe-

perfectum eſſet,alius poſt me non veniret aliud baptiſma daturus,ſed hoc eſt præparatio illius, & trāſibit in proximo vt vmbra & imago,ſed oportet eum,qui veritatē imponet venire poſt me. Qui ante me factus eſt,non loco vel tempore, ſed ordine perfectionis & dignitatis.Vel ante me factus eſt vir plenus gratia & virtutibus. In principio enim incarnationis factus eſt talis vir, qualis poſtea nunquam fuit Ioānes. Vel ſecundum Origenem. Ante me factus eſt, id eſt factum eſt, vt eſſet ante me.Et per hoc ſoluitur argumentum Arrij.Vnde ſicut pictor primò figurā deſcribit,& poſtea colores ponit, ſic baptiſmus Ioānis erat figura baptiſmi Chriſti. Et ſicut Lucifer ſolem præcedit. Quia prior me erat,non ſecundum humanitatem,ſed ſecundum deitatem.Ille dominus,ego ſeruus. Ille Imperator,ego miles, & fortior me eſt,quia ille Deus oīpotēs, ego autem fragilis & impotens. Cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamenti eius, quod eſt humile officium. Intantum enim eſt ante me dignitate, vt ego neque ſeruire ei, neque in vltimis miniſtrorum eius vocari dignus ſim.Nec mirum ſi Ioannes hoc dixit, quia quantuncumque magnus Deo comparatus nihil eſt niſi puluis & cinis. Nec etiam aliqua creatura eſt ei digna ſeruire, niſi per gratiam aſſumatur.Sed modo multi ſunt,qui ſe dignos reputant, etiam ipſum diſcalciare in membris ſuis. Calcei enim fiunt ex pellibus animalium mortuorum.Sic & ecclefia & pauperes,qui ſunt pedes Chriſti cum ſint vltima pars,calciati ſunt ex ſpolijs mortuorum. Sed nunc prædones non timent diſcalciare & eccleſias,& hoſpitalia, & domos pauperum. Mirabile eſt, quod ſe ita reputant magnos,& tamen non verentur calciari calceis pauperum. Vel per calciamentum humanitas, per pedes deitas intelligitur,& per corrigiam, quæ calciamenta iungit, vnio animæ & corporis ad diuinitatem, quam nec Ioannes, nec aliquis alius ſufficiens eſt, vel dignus explicare. Hæc eſt expoſitio Gregorij. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Exemplaria magis certa habent in Bethabora, quia Bethania erat prope Hieroſolymam. Vel ſunt due Bethaniæ, vna prope Hieruſalem, alia trans Ioardanem.

Diſcrimē īter Chriſtum, & Ioānem, et eorum baptiſma.

G Diſcalciare.

Multi nunc diſcalciant chriſtū ī membris ſuis.

Eadem dominica quarta,Sermo ſecundus,& in ordine 32.per thema præcedens.

MAlè nobis accideret, ſi talem ac tantum hoſpitem,quæ pulſat ad oſtium noſtrum dedignaremur recipere;immo male gratiori, & hoc propter duo. Primo, quia diu eſt, quòd eccleſia mater noſtra cępit eum inuitare vt ad nos veniat, ſcilicet a principio aduentus, & à poſt non fuit dies,in qua non inuitaret eum, vnde dixit. Veni domine viſitare nos in pace, veni domine, & noli tardare, veni ad liberandum nos, veni ad docendum nos, & parui pueri non ceſſauerunt clamare Nouel. Tantum enim clamatur Nouel, quòd venit. Bene autem poterit dicere ſe quaſi deriſum ab eccleſia, ſi non bene receperimus eum; & ſi fecerimus eum pulſare ad oſtium. Et forte ſi facias cum pulſare, & non aperias ei, certè & ipſe idem tibi faciet cum veneris ad hoſpitium ſuum. Satis enim habemus de tempore ad præparandum nos. Inſtantia enim inuitationis requirit diligentiam præparationis. Viſo etiam, quòd appropinquante feſto cum tanta ſolennitate eum inuitamus per antiphonas, quæ incipiunt O. Secundò, quia niſi hunc hoſpitem habuerimus, peſſimum hoſpitem habebimus, ſcilicet diabolum; quia omnia bona rapit, & deſtruit. Væ illi cuius hoſpitum ſpiritus immundus, in tanta ſolennitate inquinabit. O qualis erit illi maledictio. Sicut vides, quòd tanta benedictio venit Mariæ ex eo, quòd præbuit ſibi hoſpitium, vt dicat. Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.Ita etiam tibi tanta maledictio quòd omnes te maledictum & dignū ſuſpēdio æterno iudicabunt.

A Aduentus.

Propter duo debemus Chriſtum venientem ſuſcipere.

cabunt. Omnes ſcilicet nationes cęli, & terræ: quia tam ingratus es de beneficijs domini tui. In hac enim ſacra ſolemnitate futura tanta beneficia tibi dereliquit. Seipſum donauit tibi, vt faceres quicquid rationabiliter velles, & adhuc nō vis dimittere peccata tua in illo feſto. Vt ergo nos poſſimus dignę præparare: ad hoſpitam q̄ eum tam diligentiſſimè recepit, ſupplicationem noſtram porrigemus: vt nos doceat qualiter eum recipere, & illi ſeruire debeamus. Ipſa enim eſt doctrix diſciplinæ Dei, & electrix operum illius. Hoc eſt ipſa cognoſcit qualiter cum diſciplina ſibi ſeruiendum eſt, & quales cibi electi ſibi ſint præparādi. Vt igitur nos doceat aliquid dicere ad ſalutem noſtram, nos ad eā conuertemur dicentes, Aue.

Mane interrogationem Phariſęorū ad Ioannem de aduentu Chriſti in carnem expoſuimus. Nunc de aduentu Chriſti in mentem ex teſtimonio Pauli dicamus.

Iuxta textum epiſtolæ quinq; conditiones requiruntur, ad hoc ꝙ dominum venturum ad hoſpitium debitè cuſtodiamus, & ei obſequioſè ſeruiamus. Prima tangitur ibi. Gaudete in domino ſemper, iterū dico gaudete. Sciebat enim Paulus q̄ erat magnus ſecialis de domo Chriſti, quid oportet facere ad eum hoſpitandum.

Quomodo hoſpitādus ſit Chriſtus.

Primo itaq; oportet, ꝙ ſibi fiat hilaris vultus abſq; rechinatione. Dicit .n. Gaudete, non in ſuo hoſte, uel cum ſuo hoſte, ſed in Domino; non in ſeculo, ſed in Domino; non in bonis trāſitorijs, ſed in æternis: nō ad horam, ſed ſemper tam in proſperijs quàm in aduerſis: nō ſemel, ſed iterum dico gaudete.

B *Gaudiū. Differentia eſt inter gaudium bonorum et malorū.*

Vnde lata eſt differentia lętitię, & exultationis bonorum, & malorū. Mali enim gaudent in proſperitate, qui ont le uent a gre: qui ont le bruit, de quibus pſ. Qui cōfidunt in vanitate ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum glorantur: de quibus. 1. Macha. 2. Gloria impij ſtercus, & uermis hodie extollitur, & cras non inuenietur. pſal. 36. Vidi impiū ſuper exaltatum ſuper cedros libani tranſiui, & ecce non eſt inuentus locus eius. Iſti autem nō cantant nec lętant niſi ſicut Alauda, quę nō cantat niſi tempore pulchro. Lętantur ēt in vanis laudibus, & quod deterius eſt ſepius de malitia, & impietate eorum. Prouerbiorū. 1. Lętantur cum malefecerint. Et maximè lętantur de ſuę malitiæ impunitate. Sed Eccle. 2. dicit ſapiens. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis? Gaudium autem huius ſeculi propter tria maximè uitandū eſt. Primo, quia maledictum a Deo, & excommunicatum. Lucæ 6. Væ uobis diuitibus qui habetis conſolationem ueſtram. Quis audeat communicare cum excommunicato & cum maledicto? pſal. 76. Renuit conſolari anima mea, ſcilicet his delectationib. Vnde lætitia huius ſeculi ſecundum Augu. eſt impunita nequitia, ſcilicet luxuriari, iurgari, ebrioſitate ſe ingurgitare, turpitudinem facere, & nihil mali pati. Secundo, quia gaudium huius mundi hominē infatuat. Mulieres conſueuerunt dicere ſuis filijs, ꝙ non nimis ſtudeant quia infatuarent. Sed ſic eſt de his qui ſtudent vanitati huius ſeculi. Mulier quæ ſtudet ad ornatum ſuum mille modis ornabitur, & ſi quid noui ſit in curia oportet, ꝙ ueniat ad ludū, & ꝙ domina mea ſit parata in die natalis Domini, & tūc de ea cœteri ridēt, cum credit, ꝙ de ea magna dicātur, ſicut eſt de fatuis. Sed quod plus eſt, aliqui fatui cognoſcūt ſe p interualla eſſe fatuos, ſed iſti non: immo inſaniunt, vnde Augu. Gaudium tale phreneticorum eſt. Phrenetici.n. ſuam infirmitatem non cognoſcentes gaudent, & cātant, cum amici eorum fleant qui eorum infirmitatem agnoſcūt. Sic tales gaudent cum mater eccleſia orat pro eis, & plorat. Immo filius Dei periculum eorum plorauit. Similiter cognoſcitur homo fatuus dum ſibi præſentato pomo, & auro, præaccipit pomum. Tu vero quæ in veritate non ſunt bona præaccipis, & regna cęleſtia tibi oblata pro ipſis derelinquis. Tertia ratio, q̄a huiuſmodi gaudium breue eſt, & dolori immixtum, immo in triſtitiam uertitur. Vnde Boetius. Dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus reſperſa eſt; Hinc cōmuniter dicitur

Gaudiū huius ſeculi uitādum.

C *Gaudiū mundi. Gaudiū mūdi eſt fugiendū propter multa.*

dicitur, que la chanſe retourne. Et mirabile eſt quomodo mali in talibus gaudere poſſunt, cum nihil boni habeant. Nam Seneca teſte. nihil eſt homini bonum ſine ſe bono. Et ſicut omnia bona cum Deo ueniunt ad hominem, iuxta illud Sapientiæ. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa, ſic recedente Deo recedunt ab eo omnia bona quæ ſint ei vtilia, quia quæcunq; bona ſibi remanebunt, clamabunt contra eum in die iudicij.

Viri ſancti lætantur in Domino.

Sed ſancti viri in domino lætantur in quatuor. Primò in tribulatione, quia cognoſcunt ꝙ hoc eſt ad meritum & ad coronam, quia nō coronabitur niſi qui legitime certauerit. pſ. 89. Letati ſumus pro diebus qbus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. & Iaco. 1. Omne gaudiū exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Vnde in Euangelio hodierno. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Stat enim vobiſcum in tribulatione, iuxta illud pſal 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. Sed nos neſcimus bonū quod in nobis operatur, ſicut circa infirmum nullus ſcit niſi medicus quantum prodeſt illa potio amara, quam dat, ſed hoc cognoſcit infirmus quando ſanus factus eſt.

Secundo in deuotione & lachrymis, & laude diuina. Pſal. 88. Beatus populus, qui ſcit iubilationem. Aug. Dulciores lachrymæ orantium quàm gaudia theatrorum. Diabolus autē eſt ſicut ioculator qui nunquam intrat domum plorantium, ſed ridētium. Sed Deus econuerſo eſt, ſicut bonus medicus qui intrat domos infirmorū, vbi ſæpe nō ſit magnus vultus, ſed fletus.

Tertio gaudent in ſecuritate conſcientiæ 2. Cor. 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſciētiæ nr̄æ. Iam.n. iuſtus cognoſcit ſe habere theſaurum in arca cordis ſui, ſperans ſe in futuro habiturum illum per gloriam. Mirabilem theſaurum hēt qui dn̄m habet in corde ſuo. Non eſt mirum ſi lætetur ſic, quādo multum lætatur pauper inueniēs vnam burſam plenā auro. Si enim totum mundū haberet, nō eſſet ita diues ſicut ſi haberet Deum, vinde Augu. Qui veram fidem habet, non quęrit in his miſerijs fieri diues. Maius eſt enim Deus quàm mundus. Et ideo pſ. 72. dicebat. Deus cordis mei, & pars mea Deus interum.

Quartò gaudent in domino in ſpe de bonis æternis. Luc. 10. Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis, & Ioan. 16. Videbitis me & gaudebit cor veſtrū, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Et principaliter in aduentu iſto gaudent iuſti quia propè eſt dominus ad redimendum hæreditatem noſtram quam vendiderat Adam pro morſu pomi. Nunquàm enim aliquis edax vendiderat, ita miſerabiliter ſuam hæreditatem. Hoc tamen nō obſtante dominus poſtea multum comparauit, & emit. Sed multi vellent iſtā hæreditatem habere, & quærunt ſicut catus piſcem, qui bene vellet manducare, ſed non vellet laborare ad piſcandū. Vnde ſicut temporalia bona non habentur voluntate ſola ſine labore, nec animalia vtilia vt oues & boues, ſed bene inutilia vt pulices & pediculi velimus nolimus oriuntur. Similiter malæ herbæ, vt ſpinæ, vrticæ, & vepres ſine ſumptu fructificant, ſed bonæ vineæ non ſine magnis ſumptibus multitudinem fructuum apportant. Similiter credendum eſt quòd mala perpetua faciliter lucrari poſſunt, bona vero ęterna non ſine magnis ſump ibus, & magnis laboribus. Alioquin Deus viliora reputaret cœleſtia quam, terrena, ideo ad ipſa plus exigitur quàm velle habere illa.

D Modeſtia. De modeſtia ſeruanda.

Sc̄da condō eſt ꝙ ſit honeſta cōuerſatio in domo in qua remanere debet dominus, quia ſi domus eſſet malè famata, nunquam ibi permaneret tam honeſtus hoſpes. Ideo ſubditur. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, ideſt rationabilis conuerſatio quæ ponit modum in dictis, ita quòd homo loquatur modeſtè & temperatè de ſuo proximo. Et etiam in factis. Qui enim ſequitur impetum animi ſui, inter bruta reputandus eſt. Vel etiam in veſtibus pompaticis & in expenſis ſuperfluis ſit modeſtia. Modeſtia nota ſit omnibus hominibus ad oſtendendum ꝙ vita noſtra lucere debet quo ad proximum,

mum, non quo ad oſtentatione m, ſed ad exemplum & proximi ædificationem. Vnde Chriſtiano neceſſaria eſt bona conſciẽtia propter ſeipſum, & bona fama propter proximum. Ideo baptizati inunguntur criſmate quod conficitur ex oleo & balſamo. Oleum pertinet ad nitorem conſcientię, balſamum ad odorẽ bonę famę. Ro. 12. Prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Vbi gloſ. Auguſtini. Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis, propter vos autẽ fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in nobis. Quando enim dominus aliquis venit ad aliquod oppidũ inquirit vbi eſt melius hoſpitium, ſtatim noti dicunt. Ite ad talem locum, vos inuenietis optimum hoſpitium, & gentes bonas & hõneſtas. Et hoc quia modeſtia talium fuit vicinis nota. Vel modeſtia veſtra, ideſt in gaudijs ſeculi conuerſatio ſit honeſta, & modeſta, & temperata, & non male famata, quia difficile eſt tranſire in hoc ſeculo ſine aliqua lætitia terrena, ſed tamen ſit modeſta. Sicut ſcholares vel ſerui collætantur, vel ludunt, ſcientes quia dominus, vel magiſter eorum propè eſt, ſtatim dicunt, tenete vos in pace, quia ecce magiſter venit. Ideo dicit pſal. Exultate ei cum tremore. Inde ſubditur. Dominus prope eſt vt lætitiam illã modeſtè ducamus. Itaq; oportet ꝙ ſit honeſta domus, & bene famata. Ideo oportet primo quòd ſit bene mundata per confeſſionem. pſ. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, ideſt confeſſio primum, & exinde pulchritudo. Et deinde ſequitur. Sanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius, ideſt in honeſta conuerſatione eius. Pſal. 76. Exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum. Magna ruſticitas, eſt eorum qui regem glorię volunt recipere in domum ſuam inquinatam immundicia peccati vſque ad feneſtras ſenſuum, vel abſque aliqua mundatione domus. Videtur quòd non ſufficiat eis quòd filius Dei cum eſſet paruulus pro eis in ſtabulo iacuit, immo modo ponunt eum in ſtabulo cum iam glorificatus eſt. Oportet ergo reuoluere domum mentis, & ſi quid tectū eſt in

E Modeſtia.

Quid requiritur vt domus conſcientiæ ſit honeſta & modeſtia inſignita.

aliquo angulo remouere. Ita ẽt faceres ſi aliquid amiſiſſes, nihil eſſet in domo tua quod non reuolueretur, & tu amiſiſti regem gloriæ, oportet ergo quòd reuoluas mentem tuam. Secundò oportet ꝙ ſit benè ornata, & varijs tapetis, ideſt varijs virtutibus decorata. Et maximè in hoc feſto, quia ibi erunt tria genera perſonarum, neceſſarium erit triplex genus ornatuum, ſeu virtutum. Primo quidem ibi erit Deus, & ideo neceſſaria eſt humilitas qua ſibi placeamus. Iudith. 9. Humilium & manſuetorum, ſemper tibi placuit deprecatio. Hoc modo Maria placuit Deo. Lucæ. 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et Canticorum. 1. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea, ideſt humilitas dedit odorem ſuauitatis. Nardus enim eſt herba humilis & parua. Secundo neceſſaria erit caſtitas, & puritas, qua Angelis placeamus. Caſtitas enim facit hominem Angelis ſimilem. Immo ſecundum Bernar. de homine Angelum facit. Similitudo autem placere facit & amari, iuxta illud Eccle. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile. Tertiò neceſſaria erit charitas quę hominibus placet, quia vnit homines adinuicem in pace & concordia. Pro iſtis tribus ornamentis dicit dominus. Canti. 5. Dilectūs meus candidus & rubicũdus, electus ex milibus. Hoc eſt mihi dilectus eſt candidus per caſtitatem & puritatem, rubicundus per charitatem, electus ex milibus per humilitatem, quia de nulle vix eſt vnus, qui nõ tendat ad honoris ambitionem in quocunque ſtatu ſit, vt appareat & de eo habeatur magna æſtimatio. Vix repetitur, qui ſe vilem reputet in conſpectu ſuo. Honor certè eſt, quaſi diabolus impenatus. Tertio oportet quòd ſit bene munita, & præſertim cibis & alimentis delicatis. Specialiter autem in hoc feſto laus, & glorificatio eſt apponenda Deo pro cibis delicioſis pſalm. 49. Nunquid manducabo carnes taurorum &c. Sequitur. Immola Deo ſacrificium laudis. Ad hoc facit quòd illa die apparuit multitudo laudantium Deum, vt ad ſimilem operationem qualem faciunt Angeli in cælo

Quid nobis neceſſariũ ſit ut dignè occurramus Chriſto naſcẽti.

prouocarentur

prouocarentur homines in terra. Bern. Nihil ita repræſentat in terris quendam cęleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium Deum. Sed quale vinum propinabimus? Dico ſecundum Bern. quòd lachrymæ ſanctæ deuotionis & compunctionis ſunt optimum vinum, & dignum dilecto ad potandum, & illis reficitur Deus.

Tertia conditio quòd ſibi fiat promptum ſeruitium: quia ſi alijs plus obſequij fieret, ſtatim diſcederet. Inde ſuadit. Nihil ſoliciti ſitis, id eſt circa iſta mundana non ita conuertatis intẽtionem veſtram ꝗ dimittatis ei ſeruire. Si enim rex veniret in domum tuam, omnem ſolicitudinem poneres ad ei ſeruiendum & complacendum vt poſſes eſſe in gratia regis. Dicitur autẽ Matth. 6. Nemo poteſt ſeruire Deo & mammone.

Sed nonne debet eſſe homo ſolicitus de neceſſarijs vitæ ſuę? Expectabit ne ꝗ aues quæ dicuntur Ronpie gallicè, cadent ſibi in ore aſſatæ. Dicit etiam Apoſtolus ad Roma. 12. Solicitudine nõ pigri. Reſpõdetur primò principalis hominis ſolicitudo debet eſſe de ſpiritualibus bonis quantum anima præponderat corpori, & periculum animæ piculo corporis. Et ad hoc nos hortatur dominus dicens. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei. Dicitur ſecundò quòd licèt poſſimus ſolicitudinem moderatam, quæ, ſcilicet eſt prouidentię, habere circa temporalia, contingit tamen tripliciter peccare in ſolicitudine temporalium ſecundum Tho. 2. 2. q. 55. arti. 6. Primo quando quis ſic eſt de eis ſolicitus, quòd in eis conſtituit finem ſuum vltimum. Sicut auari qui ſunt viri diuitiarum, quia poſſidentur a diuitijs ſuis, & ſe reputant eſſe propter diuitias, amantes ſcilicet diuitias pluſquàm ſalutem propriã. De iſta ſolicitudine dicitur Eccleſ. 3. Peccatori dedit Deus afflictionem & curam ſuperfluam, ut addat & congreget ſcilicet temporalia, & tradat ei qui placet in conſpectu ſuo, vt religioſis, vel hoſpitalibus teſtamẽto aut alias. Et ſubdit. Et hęc vana & caſſa ſolicitudo eſt. Caſſa, quia non quietat animum diuitis prout æſtimabat, ſed valde inquietat. Vnde ſolicitudo inquietudo mentis dicitur. Similis enim eſt araneæ quæ ſe euiſcerat ad faciendum ſubtiles telas, quibus muſcas capiat, ſed de facili cum ſuis telis a cęteris animalibus deſtruitur. Sic talis mentem euacuat omni vigore ſapientiæ & iuſtitiæ ad cogitandum ſubtiles vias ad decipiendum incautos, ſed ipſe ab hominibus vel ſaltem diuino iudicio atteritur. Dicitur autem vana ſolicitudo, quia non affert ſibi fructum quem credit, ſcilicet vitam æternam: etiam pauperibus dimittendo, niſi ipſum verè pæniteat, & quibus debet ſatiſfaciat. Secundò talis ſolicitudo eſt illicita quando eſt tanta & tam inordinata quòd a ſpiritualibus ſaluti ſuæ neceſſarijs retrahitur homo, ea omittendo vt lucretur, puta ſi ita inſiſtit occupationibus negociationis artificij, recollectioni meſſium & vindemiæ, ꝗ omittat ſeruare feſta, ieiunare diebus præceptis, audire miſſam diebus feſtis, confiteri, cõmunicare, & huiuſmodi. De hac Lucæ. 8. Solicitudo huius ſeculi ſuffocat verbum ſcilicet auditum vel inſpiratum ne fructificet in mente. Inde Greg. 19. mora. & diſt. 47. omnes. Omnes huius ſeculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, ſcilicet ad ſolicitè laborandum pro eis, in cęleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua nec parum in labore ſubſiſtunt. Siquis autem ex nimia ſolicitudine quam gerit ad temporalia, non omittit ſpiritualia ad ſalutem neceſſaria, ſed diminuitur in deuotione & tepeſcit a feruore debito, veniale erit. Tertiò eſt illicita quando procedit ex timore ſuperfluo, quando ſcilicet quis timet ne ſibi bona deficiant, etiam ſi faciat quod debet. Sicut ſunt frequenter ſenes qui ſunt malæ ſpei, & ideo multum ſoliciti de neceſſarijs. Hieronymus. Labor exercendus eſt, ſolicitudo vitanda, ſcilicet quæ prouenit ex diffidentia bonitatis ſeu prouidentiæ diuinæ. Quod admonet Apoſtolus dicens. Volo vos ſine ſolicitudine eſſe. Et Chriſtus Matth. 6. Nolite ſoliciti

F Temporalis ſolicitudo. Solicitudo temporalium tripliciter eſt illicita.

citi eſſe in craſtinum. Per craſtinum, intel ligendo tempus futurum ſecundum Hieronymum. Vnicuique enim tempori congruit propria ſolicitudo, ſicut tempori æſtatis ſolicitudo metendi, & tempori autumni ſolicitudo vindemiæ. Si quis ergo in tempore ęſtatis ſolicitus eſſet de vindemia, ſuperfluè pręoccuparet futuri temporis ſolicitudinē. Et propterea huiuſmodi ſolicitudinem prohibet dominus dicens. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, & rationem ſubdit. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibijpſi; id eſt propriam ſolicitudinem habebit quæ ſufficit ad affligendū animam, & hoc eſt quod ſubiungit, ſufficit diei malitia ſua, id eſt afflictio ſolicitudinis. Sumitur enim ibi malitia non pro peccato, ſed pro malo pęnę ſolicitudinis quæ affligit mentem. Non igitur debent homines ſoliciti eſſe ad acquirenda temporalia, quando vident tempus opportunum ad acquirendum regnum cęleſte & ipſum Deum. Fatuus enim eſſet ad quem pertineret regnum vnum ex parte patris, & terra alicuius pauperis militis ex parte matris, ſi adhæreret hæreditati maternæ neglecta hæreditate patris ex quo ſperaret ad hæreditatem paternam poſſe peruenire. Sic valde fatuus eſt qui huic valli miſeriæ in qua Eua mater noſtra nos poſuit adhæret, cęleſtibus neglectis. De huiuſmodi dicitur in Pſal. 106. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius. Maximè autem appropinquante tanta ſolennitate & adueniente tanto domino, debemus dimittere ſolicitudinē de alijs rebus, & intendere circa tantū hoſpitē. Eccl. 2. Qui timent dominum præparabunt corda ſua & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.

Quarta conditio eſt, ꝙ in collocutionibus cum tanto dn̄o cum timore reuerentiali, & cum prudentia magna habeatur ſermo, quia ſtultos deſpicit neque cum fatuis habitare poteſt. Non enim oportet ſibi pręcipere, ſed in omni oratione deuota petere ab eo, nec propter ſua merita quærere quicquam ab eo, ſed in omni obſecratione, hoc eſt propter ſua beneficia. Inde eccleſia cōſueuit orare per dominum Ieſum, nec oportet eſſe ingratum, ſed cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, quia non eſt dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Et non ſolum debet homo gratias agere quando eſt in proſperitate, ſed etiā in aduerſitate. Aliter facientes diligunt Deum ſicut canis oſſa.

G
Pax. De triplici pace habenda.

Quinta conditio, ꝙ ſit pax in domo, ita, quòd hic hoſpes dormiens non euigiletur. Debet autem homo primo habere pacem in conſcientia ſua, vt ibi quieſcat Deus. Et ideo de iuſto dicitur Eſaia. 57. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua. Pax iſta eſt quies animæ in conſcientia pura, & iocunda, de qua dicit Augu. in de ciui. Dei: quod pax animæ rationalis eſt cogitationis actioniſque ordinata conſenſio. Ad hanc pacem niti debemus propter iocundam Dei inhabitationem, quia in pace factus eſt locus eius, id eſt in anima pacifica; quam ſi habuerimus Deū habebimus. 2. Corinthior. 13. Pacem habete, & Deus pacis erit vobiſcum. Secundò debet homo habere pacem cum Deo, de qua Roma. 5. Iuſtificati per fidem pacem habeamus ad Deum, quæ qualiter acquiratur, patet per Bernar. ſuper cantic. Si (inquit) iniquitates noſtras dimiſerimus, inter nos & Deum noſtrum tollatur quod intereſt & pax erit: hoc autem aliter melius tolli non poteſt quàm per confeſſionem, & pro tanto dicit Deus. Eſaia. 57. Creaui fructum labiorum pacem. Tertio debet haberi pax cum proximo. Roma. 12. cum omnibus hominibus pacem habentes. Et 1. Theſſa. 5. Propter opus illorum pacem habete cum eis. Hanc pacem dimiſit Deus Apoſtolis pro teſtamento tanquam aliquid optimum & potiſſimū donum ſuum, cum ait. Ioan. 14 Pacem relinquo vobis, vt ea habita illi, & nos ſimiliter poſſemus peruenire ad pacem cęleſtem.

Eadem

Eadem dominica quarta, Sermo tertius factus in quadã proceſsione generali Pariſius. Et in ordine.XXXIII.p thema Euãgelij.

A Clamor De multiplici clamore huiꝰ ſeculi.

QVid dicis de teipſo? ego vox clamantis in deſerto. Ioannis.1. Multi ſunt clamores in hoc deſerto. Primus eſt clamor iuſtorum in deſerto huius ſeculi, qui primò clamant ad populum pro peccatis, vt ſcilicet vnuſquiſque conuertatur a via ſua mala, & præparet hoſpitium domino venienti: quorum quilibet dicere poteſt verbum aſſumptum originaliter ex Eſa.40.c. Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam domini. Secundò clamant iuſti ad dominum gratias agendo pro beneficijs adeptis, de quibus Pſal.56. Clamabo ad Deũ altiſſimum, Deum qui benefecit mihi. Et iterum. Valles abundabunt frumento, clamabunt & enim hymnum dicent. Tertiò clamant iuſti dominum in tribulationibus. pſal.60. A finibus terrę ad te clamaui dum anxiaret cor meum. Et iterum. Ad dominum cũ tribularer clamaui. Nec mirum ſi iuſti in mari tribulationum mũdi huius exiſtentes & naufragium timentes tanquam filij clamant ad patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis, qui poteſt & uult eos liberare, & cõſolari in omni tribulatione eorum. Secundus clamor eſt peccatorũ. Specialiter autem quatuor peccata inueniuntur in ſcripturis clamare vindictam. Primum eſt peccatum homicidij. Gen.4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secũdũ eſt peccatum Sodomiæ. Gen. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt. Tertium eſt peccatum iniuſtitiæ: quod fit in defraudatione pauperũ mercenariorum. Deut.24. Nõ negabis mercedem indigenti & pauperi, ne clamet cõtra te ad dominũ. & Iaco.5. Ecce merces operariorum veſtrorum quę defraudata eſt vobis clamat, & clamor eorũ in aures dñi Sabaoth introiuit. Quartum eſt peccatum quod fit in vexatione viduarũ & pupillorũ. Vnde de viduis & pupillis dicitur Exo.22. Si læſeritis eos clamabunt ad me, & ego exaudiã eos, quia iuxta Pſal. Non eſt dominus oblitus clamorem pauperum, ſed iudicabit pupillo & humili. Tertius clamor eſt pęnitentiũ, qui cõuertũtur ad dominum cum lachrymis. Sicut enim ceruus cum capitur a canibus tunc ſe conuertit ad hominem ſicut ad pium, & lachrymatur & mugit, ſic peccator ad Deum qui pius eſt. Iob.30. Conſurgens in turba clamaui, frater fui draconũ & ſocius ſtruthionum, ideſt dęmonum, & hominum peruerſorum. Nec mirandum eſt, ſi clamant pęnitentes vt liberentur a draconibus iſtis peſſimis, qui eos deuorare nituntur. Sunt enim longè peiores draconibus corporalibus. Nam dracones corporei ſoli corpori nocere poſſunt, dęmones autem & peruerſi homines corpus & ſpiritum ſuis deuorant ſuggeſtionibus peruerſis vel exemplis. Quartus autem clamor eſt ſanctorum qui pro nobis loquuntur ad dominum & intercedunt. Vnde ſi quæratur a virgine Maria, quid dicis de teipſa? Dicet. Ego vox clamantis populi in deſerto ſeculi. Eſt enim aduocata noſtra, aduocatus autem eſt vox ſuæ partis. Ideo vt pro cauſis noſtris aſſiſtat, quia ſcimus quòd multũ diligit ſalutes, ei pręſentabimus illam quã diligit dicentes Aue.

Peccata clamantium uindictam.

QVęſtio thematis noſtri exponetur de duobus vocatis Ioannes baptiſta. Primò quidem de ſancto. Secundo de Papa ante aſſũptionẽ ad paparũ ſic vocato.

Quo ad primam partem ad tres quæſtiones reſpondet. Primo an erat ille qui venturus erat, & quia tres putabãtur venturi. ſ. Chriſtꝰ, Helias, & propheta, de quo in Deut. Ideo prima quęſtio triplici reſponſione terminatur. Secũda quæſtio quid de ſe ipſo ſentiebat. Tertia quare baptizabat.

B Ioannes Baptiſta. Ioannes erat legatus.

Dicitur ergo in Euangelio. Miſerũt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannẽ. Miſerunt quidẽ Iudęi ad legatum recipiendum nobilem ambaſſiatam. Nã qui miſſi erant, erant ex Phariſęis. Ad quid. Ad legatum recipiendum, an refutandum. Sed vtrum Ioãnes erat legatus? Dicitur quòd ſic a Deo. Ioã.1. Fuit.

homo

homo miſſus a Deo,cui nomen erat Ioannes.Venit autem ad prædicandum lumen venturum,quia hic venit vt teſtimonium perhiberet de lumine. Et quid mouit eos ad eundum?fama & vita & ſanctitas eius, ita vt libenter recepiſſent eum. Hic erat forma & ſpeculum legatorum,quia debẽt pollere ſantitate vitę, doctrina, & fama, alias parum proficiunt.Arbores medicinales comuniter ſunt odoriferę. Sic iuſti diffundunt in alios ſui boni nominis odorẽ. Et ideo ſubditur cui nomẽ erat Ioannes, ideſt in quo eſt gratia. Non ſic legati illi de quibus Pſal.67.Venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueni & manus eius Deo, qui non vocantur Ioannes, ſed de quolibet eorũ dicitur Eſa.8.Voca nomen eius accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædare. Accelera, quia ſunt celeres ad iudicandum , ſpolia detrahere, & feſtina prædare: quia ſunt diligentes ad prædandum. Sed ad quid miſerunt ad eum? Ad interrogandum de poteſtate ſua, ſi habebat plenitudinem poteſtatis. Hinc ſubditur in euangelio, vt interrogarent eum, tu quis es?ecce prima quęſtio.

Sed quomodo audebant talia & taliter interrogare ab homine ita famato, tu quis es?Ego vix auderem interrogare ab hominibus eiuſdem conditionis mecum. Dicitur primo ꝙ licet Ioannes eſſet magnę reputationis apud populum, & apud ſanctos viros etiam doctos,tamẽ apud magnos, quia eorum peccata magna redarguebat,nihil reputabatur.Ideo non mirũ ſi ita durè interrogauerunt eum pluribus interrogationibus.Vel poteſt dici ꝙ vtebantur comuni modo interrogandi, & ꝙ quia tũc verſabať inter eos quęſtio ſalutaris de aduentu Chriſti, ideo viſa eius vita vt ſuſciperent eũ tanquam Chriſtũ interrogauerunt eum ſi eſſet ille, dicendo tu quis es? Vnde tantum valebat eorũ quęſtio ac ſi dicerent,es tu propheta venturus in mundum?Dicitur ſecũdò,ꝙ in hec ꝙ quærebãt quæſtionẽ ſalutarem a Ioãne docto a ſpiritu ſancto,ſignatur quòd debemus quærere ſi dubium habeamus de his quæ pertinent ad ſalutem a viris catholicis,doctis,& bonis. Hinc dicitur.2.Reg.20. Qui interrogant interrogent in Abela, ideſt de dubijs animæ & conſcientiæ ſuæ quæ frequenter eſt miſerabilis coram Deo.Abela enim interpretatur miſerabilis ei, contra aliquos qui interrogant de ſubtilibus & curioſis , & de futuris contingentibus,de quibus Pſal.34.Quæ ignorabam:interrogabant me. Dicitur tertio ꝙ illa interrogatio quo ad nos eſt nobis vtilis.Non autem interrogare de alijs vt male referant interrogati & detrahant.

Vnde homo apud ſe debet interrogare,tu quis es, & inueniet quòd a principio eſt ſperma fetidũ.Pſal.143 Quid eſt homo ꝙ innotuiſti ei,aut filius hominis quia reputas eum,homo vanitati ſimilis factus eſt. Secundo inueniet quòd in progreſſu vitæ non eſt niſi ſaccus ſtercorum fætor & vitium. Iob.15. Quid eſt homo vt immaculatus ſit & iuſtus appareat natus de muliere?Tertio cognoſcet ſi bene interroget ſe nihil durare ſicut fumus. Pſal.38. Et numerum dierum meorum quis eſt vt ſciã. Et ſequitur. Ecce menſurabilis poſuiſti dies meos,& ſubſtantia mea tanquã nihilum ante te.Quartò cognoſcet ſe cinerem & puluerem eſſe.Pſal.88.Quis eſt homo qui viuet & non videbit mortem? Propter primum non ſuperbiat, aut ſe iactet. Propter ſecundum non quærat corporis ſui magnos apparatus ad cooperiendum ſtercos & fimum. Propter tertium nõ quærat magna palatia & ædificia,quia cito ea deſerturus eſt. Propter quartũm non delectetur multum in mundo qui ſe nec mundum appreciet, qui ſe cogitat moriturum.

C Cognitio ſui. Interrogare.Debet quiſque interrogare apud ſe tu quis es.

Ioannes vero noluit vſurpare honorẽ ſibi indebitum,ſed ad iſtam quæſtionem reſpondit negatiuè,ponendo tres negatiuas.Primò quia confeſſus eſt,& nõ negauit,& cõfeſſus eſt,quia nõ ſum ego Chriſtus,ideſt nõ ſum ſummus legatus miſſus ex latere Dei patris.de quo Abdiæ.1. Audituum audiuimus a dño: legatum miſit ad gentes,nec habeo plenitudinem poteſtatis:ſicut ille qui dicebat Mar. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.Secũda negatiua,quia cum quæreret, Helias es tu?reſpõdit nõ,ſcilicet in pſona,ſed bene in

ne in virtute, iuxta dictum Angeli Lu.1. Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Tertia negatiua fuit, quia quærentibus propheta es tu, reſpōdit nō, ſcilicet ille de quo quærebant, & de quo fiebat mentio. Deutero.18. Vnde ſecundum Chryſo. in græco non dicitur ſimpliciter propheta es tu, ſed o propheta es tu, ille ſcilicet qui a Moiſe præconizatus eſt. Tres ergo fuerūt quæſtiones. In prima notatur potentia, in ſecūda ſanctitas vitæ, in tertia ſapientia. Quia igitur multi ſuperbiunt de his tribus, negauit Ioannes de ſe hæc tria. De primo dicitur Hiere.48. Arrogantiam & ſuperbiam & altitudinē cordis ſui, ego ſcio & iactantiā, & ꝙ non ſit iuxta eū virtus eius. De ſecūdo Hiere. 2. Quid niteris bonā oſtendere viam, quæ in ſuper & malas docuiſti vias tuas, & in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocētū? De tertio Ezech. 28. Dediſti cor tuum ſicut cor Dei. Sed Apoſtolus contra arrogantiā potentiæ dicebat. 1. Cor.15. Plus omnibus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum, contra arrogantiam ſanctitatis. 1. Cor.13. Nihil mihi conſcius ſum, ſcilicet non in hoc iuſtificatus ſum, contra arrogantiam ſapientiæ. 1. Cor.3. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Quia enim Chriſtus in infinitum Ioannem excellebat, ideo penitus negauit dicens. Nō ſum ego Chriſtus, interrogatus de Helia dicit non ſum, quia cum eo conueniebat in ſpiritu & virtute, & ſic non magnam reputabat differentiam. Ad tertiam reſpondet tantum non quia in veritate propheta erat, ſed ab illo differebat de quo quærebant. Vnde hic Ioannis humilitatem extollit. Auguſtinus dicens. Nullum maius meritum Ioannis quam cum credi poſſet Chriſtus, tamē noluit. Inter omnia enim quæ fecit Ioannes hoc fuit difficilius, licet aliqua fuerint magis meritoria, ſcilicet oblatam gloriam reſpuere. Greg. Fortaſſe non eſt difficile non appetere gloriam, ſed difficile valde eſt eam non recipere cum offertur.

D Ioannes Baptiſta. De humilitate Ioānnis Baptiſtæ.

Quid dicis de teipſo? hoc eſt qualem poteſtatem habes? Ecce ſecunda quæſtio principalis ad quam reſpondit Ioannes affirmatiuē, & oſtendit officium legationis ſuæ per literam. Eſa.40. dicens. Ego vox clamantis. Ioannes autem ſe vocem appellauit propter multa. Primo propter vitæ eius fragilitatem, quia vox cito tranſit, & nūquā reuertitur, ita uita hoīs. Iob.7. Memēto mei domine, qa vētus eſt vita mea. Secūdo propter ſuā humilitatē, quia vox non eſt res, ſed quaſi ſignum veritatis rei. q.d. nō ſum res, ſed ſignum rei. Tertio ꝓpter officij dignitatē, quia vox ad hoc profertur vt manifeſtet nobis veritatē, vel falſitatem, & ipſe nobis veritatem Chriſtū nō ſolum verbis, ſed digito demōſtrauit. Quarto, quia vox naturaliter præcedit verbum, & ipſe naſcendo, prædicando, baptizando, moriendo præceſſit Chriſtum. Quinto poteſt dici vox, quia ſicut in vocis emiſſione os aperitur, ſic in natiuitate Ioannis apertum eſt os Zachariæ. Sed erat clamantis, quia ad longe diſtantes clamabat, quia ſecundū pſ. Longe a peccatoribus ſalus, quia ad intercluſos. Eſa.59. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum, quia ad dormientes. Eſa.51. Dormiērunt in capite omnium plateарum ſicut orix illaqueatus, quia ad ſurdos. Eſa.42. Surdi audite, & quis ſurdus niſi ſeruus meus?

E Ioannes Baptiſta. Quare ſe vocem appellauit.

Sed adhuc arguunt, ꝙ vſurpat ſibi officium baptizanti dicentes. Quare ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus? &c. Ecce tertia quæſtio principalis, & qui miſſi erant, erant ex Phariſæis, quaſi diceret Euangeliſta, quare adduxit Ioannes teſtimoniū Eſaię. Nam aliquando literati coram indoctis magna adducunt vt magni videantur. Sed reſpondet Euangeliſta, & qui miſſi erant, erant ex Phariſęis, qui ſe ſciolos & magiſtros legis & prophetarum iactabant. Mat.23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei.

Si tu non es Chriſtus. De Chriſto enim legerant quòd baptizaturus erat. Ezechiel.36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris. Et Zacha.13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem in ablutionem

peccatoris & menſtruatę. In Helia & Heliſęo ſciebant baptiſmum Chriſti in figura pręceſſiſſe, cum tranſierunt ſiccis pedibus per Iordanem. 3. Reg. 2. Sed quare interrogationes ſic præcipitant & conculcant? Reſpondet Chryſ. Offenſi erãt quia ſe negabat Chriſtũ, & propter hoc quęrebant eum moleſtare quæſtionum frequentia, vt aliqua abſona reſponderet. Turbata enim mens cito deuiat a rectitudine. Ioannes autem reſpondendo declarauit officium ſuum. Ego baptizo vos aqua q.d. ſecundum Chryſo. ne æſtimetis perfectum omne in meo iacere baptiſmate. Nequaquam enim ſi hoc perfectum eſſet, alius poſt me veniret aliud tributurus. Vel ſecundum Bedam baptizabat Ioannes, vt homines per ſuum baptiſmum humiliarentur ad ſuſcipiendum baptiſma Chriſti vel vt in baptiſmo Ioannis manifeſtaretur Chriſtus voce patris & ſpiritu ſancto, & hanc vltimam aſſignat Ioannes dicens. Vt manifeſtaretur in Iſrael propterea veni in aqua baptizãs. Io. 1. Sed triplex inuenitur baptiſmus, ſcilicet ablutionis, cõpunctionis, & paſſionis. Primus in aqua, Secundus in lachrymis, Tertius in ſanguine, primam viam parauit baptizando, ſecundam prædicando, tertiam moriẽdo. Baptizabat corpus exterius, ſed non mentem interius, ego (inquit) baptizo in aqua, prædicauit pęnitentiam, ſed non contulit indulgentiam, mortuus eſt pro iuſtitia, ſed non viuificauit. Medius autem veſtrum ſtetit. Primo quidem medius per abnegationem ab extremis, quia nulllum participans extremorum, ſcilicet peccatorum. Eſaia. 53. Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Secundò per participationem extremorum; inter hominem & Deum, quia verus, Deus & uerus homo. Gal. 3. Lex ordinata eſt per Angelos in manu mediatoris, ideſt in poteſtate Chriſti, de quo. 1. Time. 2. Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Medium etiam fuit extrema coniungendo Iudęos, ſcilicet & gentiles. Ideo dicitur Ephe. 2. Lapis angularis. Et bene dicitur ſtetit, propter differentiam ad nos, quia Eſaia. 65. Cecidimus quaſi folium vniuerſi. Fluimus enim omnes per naturam, ſed effluimus per culpam.

Ioannes Baptiſta cur baptizabat.

Baptiſmꝰ triplex.

Chriſtus fuit. medius.

Quem vos neſcitis. Primo terrenis occupati, cum modicum pulueris oculum corporalem a viſu impediat, non eſt mirum ſi terra in corde hominis exiſtens per ſolicitudinem, viſum interiorẽ impediat. Sap. 9. Deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Et ideo Eccl. 11. Sapiens monet, fili ne in multis ſint actus tui. Gloſſa. Cum animus diuiditur in plura fit minor ad ſingula. Secundo malitia excæcati. Impedit enim viſum interiorem. Sap. 2. Excęcauit eos malitia eorũ. Eſa. 42. Quis cæcus niſi qui venundatus eſt diabolo per peccatum. Tertio eius profunda humilitate decepti. Profunditas. n. humilitatis multorum bonitatem cælat. Act. 8. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Cum enim Ioannes ſolem intelligentiæ ipſis, ſcilicet Iudęis digito oſtenderet, & ipſi radios beneficiorum eius ſenſerint, culpa eorum fuit ꝙ ipſi neſcierunt eum. Aug. Si quis alteri digito ſolem oſtẽderit & videre non potuit, culpet potius oculi lippitudinem quàm digiti oſtenſionem. Et ſecundũ eundẽ ſi culpabiles fuerint qui tunc Chriſtum non agnouerunt, multum ſunt culpabiles qui nunc eũ non agnoſcũt. Iudæi enim offenderunt in præſentem tanquã in humilẽ lapidẽ. Lapis adhuc paruus erat, iam nunc præciſus de monte ſine manibus, ideo ignoſcendum erat Iudęis, qui offenderunt in lapidem qui nondum creuerat, & nunc Chriſtiani offendunt in montem maximum in quem creuit. Sic cæci Iudęi non vident humilem lapidem, quanta cæcitas eſt non videre montem? & tamen videbunt in quem pupugerunt.

Neſciũt Chriſtũ. Iudæi ne ſciebant Chriſtum propter multa.

Maior eſt cæcitas Chriſtianorũ nũc quam Iudæorum.

Pro ſecunda parte ſi quæratur a ſummo pontifice noſtro Innocentio. 8. qui antea dicebatur Ioannes Baptiſta, quid dicis de teipſo? Reſpondebit ad quatuor interrogata. Primo per bullas ſuas reſpondebit ad primam quæſtionem Iudeorum an ſit Chriſtus quòd ſic non Chriſtus ſic quòd ſit Deus, ſed quia electus via ſpiritus ſãcti, vnctus, cõſecratus, & coronatus

in ſum-

in ſummum vicarium Chriſti. Ad ſecundam reſpondebit ꝙ Helias eſt, quia Helias conſtantia & virtute tyrannos ſuperauit, & exterminauit maliuolos & incredulos. 4. Reg. 1. Sic vt ipſe dixit in bulla vult etiam cōtra infideles incedere. Ad tertiam. ſ. propheta es tu. Reſpondebit ꝙ ſic ad iſtum ſenſum, ꝙ ex prouidētia ſua habet præuidere mala futura ſuper populum ſuum, vt auertat ea. Eſt enim ſpeculator domui Iſrael. Ille autem qui ſic eſt in altò poſitus, plus a lōge videt quàm qui in infimis iacet. Ad quartā quæſtionē reſpōdebit ꝙ eſt vox clamantis in deſerto. Primò per decreta & ſacras conſtitutiones, clamans, vt dirigatis viam domini. Secundò ad dominum pro vobis orationibus, precib⁹, & lachrymis, ſicut bonus paſtor paratus ponere animam pro ouibus ſuis. Vnde medius eſt veſtrum quem vos neſcitis. Poteſt quoque dicere illud Deute. 6. Ego ſequeſter & medius ſum inter vos & dominum. Inde ſui prædeceſſores ſæpe pacificauerunt iram domini, ſicut Aaron ſtabat inter viuentes, & mortuos, & Moyſes inter Deum & populum. Sic Gregorius inter populum & Deum, vel Angeli gladium. Ideo nil mirum ſi tertiò clamat ad vos amore charitatiuo, vt oretis Deum pro eo. Vnde hęc proceſſio propter plures cauſas ordinata eſt. Primo ad regratiandum Deo de cōmuni concordia in electione, & ad congratulandum tanto patri. Secundò ad orandum Deum vt ita regat & dirigat populum, vt ſit ad gloriam Dei, ad augmentum ſalutis populi, ad exaltationem fidei, & depræſſionem inimicorum eius. Et hoc debemus facere moti aliquibus cauſis. Prima eſt, quia vna bonitas aliam requirit. Nunc ille orat pro vobis, & onera portat pro vobis, & vigilat redditurus rationem pro vobis: Inde dictum eſt a domino diſcipulis, Vigilate & orate. Ideo ſecundum Apoſtolum. Gal 6. Alter alterius onera portate: debemus ſaltem orationibus & pręcibus ei ſubuenire. Secunda ratio eſt propter præceptum Dei. Porrò vnum eſt neceſſarium; quando aſinus eſt oneratus oportet ei cōpati et ſubleuare in neceſſitate. Si præceptum eſt honorare parentes carnales, multo magis ſpirituales. Mādauit etiam epiſcopo, vt hoc faceret innoteſcere populo.

G

Prælat'. Prælatus debet mediare inter Deū & populum.

Eadem dominica. 4. vnde ſupra, Ser. 4. & in ordine XXXIIII. per prædictum thema.

Quatuor ſunt dominicæ in aduentu, quę videntur pertinere ad quadruplicem ſaluatoris aduentum. Primus eſt aduentus in carnem, ad quem pertinet prima dominica, in cuius Euāgelio legitur illud. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Secundus ad iudicium, ad quem pertinet ſecunda, in cuius Euangelio legitur. Erūt ſigna in ſole. Tertius eſt aduentus ad limbum, ad quem videtur pertinere tertia. In cuius Euangelio legitur illud. Tu es qui venturus es, ꝙ exponit Greg. de aduentu in limbum. Quartus in mētem, ad quē pertinet hæc præſens quarta dominica. In feſto enim natalis proximo ſperatur ſaluator ad eccleſiam ſuam ſpecialiter venturus. Vnde in epiſtola legitur, dominus propè eſt. Et in Euangelio, dirigite viā domini. Aduentus in carnem & in limbum cum gratiarum actione ſunt recolendi: aduentus ad iudicium cum timore eſt cogitandus, aduentus in mentem cum diligenti præparatione eſt expectandus. Ad quam præparationem nos diligentes & ſolicitos eſſe admonet vox illa clamantis, de qua in themate, ſcilicet dirigite viam domini. Si enim ita eſt quòd in mundo hoſpites ſunt ita ſoliciti in recipiendo hoſpites, & ſolent ſedere ad hoſtium, & dicere. Intus eſt bonum hoſpitium etiam pro rege, & tamen ibi aliquando eſt modicum lucrum, cur non magis erunt ſoliciti ſuſcipere regem gloriæ in quo eſt tantum commodum? Qui enim ipſum recipit, recipit patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum. Matth. 10. Qui me ſuſcipit, ſuſcipit eum qui me miſit. & Io. 14. Ego & pater ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

A Aduentus. De quatuor dominicis aduent⁹.

mus. Hoſpites autem ſolent quærere ſi ſit ſequela, & de uno ſolo quandoque non multum curant. Benè miſeri erimus, ſi non præparauerimus hoſpitium cordis noſtri ad ſuſcipiendum hanc benedictam ſocietatem; quæ etiam nunquam venit niſi cum magna ſequela donorum & gratiarum, quia adducit ſemper ſecundum gratiam, & ſeptem dona ſpiritus ſancti. De qua ſocietate edoctus Euangeliſta Ioannes ſalutando eccleſias dicebat. Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt; & a Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis. Apocalip. primo. Hanc ſocietatem cum donis copioſiſſimis ſuſcepit beata virgo, quæ dominum Ieſum non ſolum in mente, ſed & in vtero geſtare meruit. Ad eam igitur confugiemus tanquam filij ad matrem, vt nobis de plenitudine ſua aliquid elargiatur dicentes, Aue.

IVxta thema duas quæſtiones ſolum abſoluemus. Primo quid erat Ioannes, & hanc abſoluit cum dicit. Ego vox, &c. Secundò quid clamabat illa vox, quia dirigite viam domini.

B Ioannes Baptiſta. Quia ea tacuit circa quæ laus appeti ſolet.

Igitur qui miſſi erant a ſcribis conabantur laudare Ioannem, ſed licèt laudatas oſtendat auis iunonia pennas, non ſic Ioannes. Sed intelligens interrogantes nuntios eſſe Babilonis domum eis aromatum oſtendere metuit, de qua 4. Regum 20. de Ezechia. Et caute reſpondens, quæ ad laudem ſuam pertinebant, tacuit: ideo a domino dignus fuit laudari. Vnde Ioannis humilitas ea tacuit, circa quæ maximè ſolet appeti laus, ſcilicet circa dignitatem, ſcientiam, & vitæ auſteritatem. Ad primum pertinet quod dixit. Non ſum Chriſtus, quod eſt nomen dignitatis. Cum multum diſſimiles ſunt de prælationibus gaudentes, illis ſimiles qui de fideiuſſione periculoſa gaudebant, de quibus Prouerbiorum 17. Stultus manibus plaudit, cum ſpoponderit pro amico ſuo. A quo nos dehortatur ſapiens. Eccleſiaſtici 8. Ne ſpondeas ſupra virtutem tuam, quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Ad ſecundum pertinet illud, non ſum propheta, qui interpretatur videns. Eſa. 1. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.

Ad tertium illud, non ſum Helias, qui fuit auſteræ vitæ, de qua multi gloriantur exterminantes facies ſuas. Noluit enim Ioannes gloriam domini tangere, nec ſibi attribuere, quaſi alter Ioſeph, qui vxorem domini ſui noluit contingere. De quo Bernar. Indignum enim iudicauit inglorium facere, qui eum fecerat glorioſum. Cantus ergo iſtarum ſirenarum periculoſiſſimos ſurda aure pertranſiens, reſpondit humiliter. Ego vox clamantis.

C Ioannes Baptiſta. Propter multa ſe dixit vocẽ domini.

Sed quæritur quare Ioannes ſe dixit vocem domini? Reſpondetur quod propter tria principaliter. Primò ad oſtendendum officium legationis ſuæ, quia præcurſor redemptoris, quia de ratione vocis eſt verbum nunciare, & cito deficere. Ita in hoc poterat dicere. Ego non ſum niſi vox domini, quia ad nihil aliud veni in mundum, niſi nunciare verbum patris, & cito poſt deficiam. Inde alias dixi Ioan. 3. Illum oportet creſcere, me autem minui, filius autem Dei in æternum manebit. Vnde vox ex propinquitori demonſtrat eum cuius eſt vox. Cum enim aliquis mittit nuntios aduentus ſui, adhuc non dicimus eum adeſſe. Audita autem eius voce dicimus. Ecce hic eſt. Alij enim prophetæ prædixerunt Chriſtum venturum, ſed iſte & digito quam verbo proprio ſaluatoris oſtendit ipſum eſſe proximum, cum ſuam prædicationem eodem verbo incepit Chriſtus ſicut & Ioannes. In quo non debent erubeſcere prædicatores vel ab alijs dicta, vel iterato eadẽ populis, ſi ea ſint vtilia ad ſalutem repetere. Hinc Paulus Phil. 3. Eadẽ dicere mihi non pigrum, vobis autem neceſſariũ. Secũdò ad oſtendẽdum modũ executionis ſui officij, quia in humilitate. Multi enim (vt dicit Gerſon) quia non habent ſciẽtiã qua admirentur a populo, aſſumunt põpam, qua ab eo admirentur, ſed non ſic Ioan-

D Ioãnes Baptiſta. In quatuor apparuit humilitas Ioãnis ex ſua reſpõſione.

Ioannes. Apparet autem humilitas eius in reſponſo ſuo ex quatuor. Primo cum dicit. Ego ſum vox. Non dicit ego ſum homo vel perſona notabilis, ſed ſum accidens, ſcilicet vox, nec me reputo aliquid, ſed non ſubſtantiam in ordine ad ipſum, quia Eſa. 40. Gẽtes in cõſpectu eius quaſi nihilum reputatæ ſunt. Nec mirum ſi ſe ita humiliauit, quia non ſeruus maior domino ſuo, & dominus ſe vermem reputauit non hominem in paſſione ſua, iuxta illud Pſal. 21. Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Si autem dominus infimam ſubſtãtiam ſe reputabat, ſcilicet vermẽ, quanto magis ſeruus minus, quàm ſubſtantiam. Et vbi nunc gloria mundi? Speculentur nunc homines regem cum præcurſore & milite ſuo qualem de ſe reputationem habent, & modo ſuperbia & pompa ita magna eſt, ꝙ eam vix populus portare poteſt. Sic humiliati ſunt miles & rex vt exaltarentur, & ſic diſceres exaltari. Caue tibi a verbis Pſal. 17. Perſequatur inimicus animam meam, & conculcet in terra vitam meam, remota pompa cum humiliter iacebis ſicut vnus de populo, & gloriam meam in puluerem deducat. Secundo in hoc apparet, quia adhuc non dixit illam eſſe ſuam vocem, ſed Chriſti clamantis. In quo docentur prædicatores vel quicũque orationem faciens aut cantans, aut bene conſultans cũ ſuper ſe reflectitur, nõ dicere vocem illam ſi bona ſit eſſe ſuam, ſed a Deo, ipſumque ei præſtitiſſe os. Cayphas enim quando bonum verbum dixit, a ſemetipſo, ſed a ſpiritu ſancto; quamquã eſſet. Ioan. 11. Et ideo cum audieris bonũ verbum vel didiceris, noli laudare os per quod tranſit verbum: ſed vere loquenrem Deum. Inde Mat. 10. dicitur. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tertiò in hoc apparet humilitas, quia habitabat in deſerto, & vbi non quærebat fauorem principum nec aliorum, neque laudes, neque beneficia, neque officia. Et ideo quia ſic a remotis habitabat, erat a maioribus non honoratus, ſed contemptus. Contra multos qui dimittunt beneficia ſua bona & pinguia, & veniunt huc Pariſius vt plus honorentur, non contenti vocatione quã dominus dedit eis, vel veniunt vt faciant bonum vultum. Multi ſunt Pariſius fortè, qui ſuper curas ſuas, vel canonicatus, vel epiſcopatus multa bona facerent; de quibus ſemel reddent rationem, ſed forte nõ ita bene haberent apparatum ventris, nec ita ad nutum haberent meretrices. Tu dices mihi. Licet beneficium meum ualeat benè & copioſè uitam meam, tamen ego non habeo conuenientem ſocietatem. O Ioannes erat maior te & Deo precioſior & doctior, & tamen contentus erat habitare in deſerto. Deo gratias ꝙ nunc in regno Franciæ nulla eſt terra deſerta. Quartò apparet eius humilitas, quia non dedignatur uti doctrina alterius, ſcilicet Eſaię, qui tamen erat minor Ioanne ſapientia & ſanctitate, quia Ioannes fuit pluſquã propheta, & ſanctus ex utero matris, & inter natos mulierum nullus eo maior. Ideo autem prædicabat alterius doctrinam, ne a ſenſu ſuo & doctrina uiſus fuiſſet ſe aliqualiter commendare. Tertiò ut oſtendat confirmationem ſuæ legationis, & hoc nõ eſſe ſubito factum, ſed ex antiquo conſilio altiſſimi ad hoc adducens ſcripturam de aduentu Chriſti quam prędixerat Eſaias, immo & Pſal. 28. illam multipliciter prædixerat dicens. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, &c. Bene poterat ſe uocem appellare, quoniam ibi ſepties uox appellatus eſt propter ſeptẽ principales actus, quos Ioannes fecit in uita ſua, & ſub ultima appellatione compræhenduntur duo actus, ita ꝙ uirtualiter ibidem octies uox dictus eſt. Primo propter illam humilitatis uocem quam dixit domino. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me. Hinc dicit. Vox domini ſuper aquas Iordanis, & ibi Deus pater Deus maieſtatis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus, & dominus ſpiritus ſanctus apparuit ſuper aquas multas in ſpecie columbę ſanctificans eas. Secundò dicitur uox domini in uirtute, quando Ioannes erat prædicans in deſerto, non adulando ſicut multi de iſtis curialibus. O meſſire

E Ioannes Baptiſta. Appellatur eſt vox pluries in eodem Pſ. propter plures actus habitos in ineo.

ichan, ou frere iehan gallicè, non detis mihi magnam pęnitentiam, vos bene dicitis, Deus eſt contentus de parua re. Et o domine, ſufficit de vng aue Maria, ou di te les patenoſtres de lhermite. Sed Ioannes non hæc dicebat, ſed erat vox domini in virtute, & dabat voci ſuæ vocem virtutis dicens. Pęnitentiam agite: ſed qualem pęnitentiam, ſubdit. Facite dignos fructus pęnitentiæ, ideſt dignos vita æterna. Credis ꝙ guloſus, vel paillardus pro dando ſex albos, vel ꝓ pater noſter euolet ad paradiſum. Haberet talis paradiſum pro bono foro. Ideo bene dixit dominus. Nō omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cęlorum. Sed hæc vox fuit tam virtuoſa ꝙ omnis Iudea & Hieroſolyma, & omnis regio trans Iordanem veniebant ad eum vt baptizarentur in Iordane confitētes peccata ſua. O ſanctitas Ioannis, o nunc miſeria eccleſiæ deploranda. Longe ad hominem vnum omnes confluebant propter ſanctitatem eius, etiam confitentes peccata, vbi cōfeſſio nō erat de præcepto, neque pęnę inſtituta, neque tunc erat ſacramentum gratiam conferens. Nunc confert gratiam, reſtituit amicitiam Dei, eſt præceptum Dei ſub pęna mortis. habetis de prope auditores, & vix cum omnibus monitionibus poteſtis venire. O vocem virtuoſam & verè virtuoſam, quando reſonans in eremo per totam Iudeam, & Hieruſalem audiebatur. Certè non raucæ erat, ſicut illius qui dicebat. Pſal. 68. Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Nam multi propter eorum malam vitam non audiuntur, ſed contemnuntur. Et non eſt mirum ſi bene reſonabat, quia omnia in eo conſonabant, cum voce totus prædicabat, & veſtæ quia ex cilitio chamelino, & victu, qa mel ſylueſtre & locuſtis edebat, & prædicatio & locus eremi prædicabant. Verè tunc in eo omnia reſonabant, omnia erant vox. Nunc ſi ita eſſet quòd auditores confeſſionum haberent ſemper verbum Dei in ore, non dico ſemper prædicando, ſi eorum habitus non eſſent ad pompam, & geſtus corporis ad meretricium, ſi non eſſent ad crapulam, &

F Prædicator.

Ioannes Baptiſta. Prædicator debet ſermone prædicare ſicut Ioannes Baptiſta.

ad conuiuia prompti, ſed cum auſteritate vitę, credo quòd omnes currerent ad eos. Quicquid ſit auditor confeſſionum ſi velit habere ſuos ſubditos voluntarios ad reuelandum ſecreta ſua ſibi, debet eſſe bonæ vitæ, & benè famatæ. Tertio dicitur Ioannes vox domini in magnificentia, quia iuxta textum noſtri Euangelij, miſerunt Iudęi ab Hieruſalem magiſtra ciuitate nobilem legationem interrogare eum quis erat, interrogare eum de poteſtate eius. Sed Ioannes an magnificè fecit cum eis? Magnificus erat veſtitus, quia de pilis chameli. Magnificus erat in ſocietate, quia cum locuſtis & beſtijs extra, ſed intra cum virtutibus plurimis. Modo multi recipientes legatos quamquam ſint bene veſtiti, ſunt tamen beſtiales, vel beſtialiter viuentes. Sed dedit ne eis pecuniam? Non fuiſſet magnificus, niſi feciſſet. Certe ſic. Primo dedit unam petiam argenti, & qualem? Vox clamantis in deſerto, dirigite viam dñi, quia ſecūdum pſ. 11. Eloquia domini, eloquia caſta argentum igne examinatum. Et adhuc dedit eis melius quàm aurum, quia legem domini & articulos fidei dedit illis, quia non erant contenti de argento illo primo. Dicit enim eis. Ego baptizo in aqua, ſed alius quem neſcitis baptizabit in ſpiritu ſancto. Ecce articulū fidei de quo dicitur in ſymbolo. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Itē dedit eis legem & articulum de diuinitate, quando dicebat Io. 1. Ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. & de humanitate, quia non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorū eius, &c. Pſalm. autem qui bene ſapiebat valorem legis Dei dixit. Bonum mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti. Habebant enim legem ex ore eius quaſi ex ore domini, ideo ſuper milia auri & argenti diuites erant. In hoc debent clerici & literati viri non ceſſare in talibus theſaurizare, & minime in aliis lætari & tempus apponere, niſi quantum vrget neceſſitas. Et hoc ſatis indicant etiam laici, qui de eius dulcedine parum guſtauerunt, & ſic fecit eis reſponſionem

magni-

magnificam. Quartò dicitur vox confringentis cedros libani, ideſt Phariſæos glorіantes de ſua mundіtia & candore veſtis, quia habebant mundum roquetum, & de ſua nobilitate, quia gloriabantur ſe patrem habere Abraam.

G

Ioannes Baptiſta. Quia ſine timore etiam maiores redarguebat.

Sed vtrũ audebat loqui Ioãnes illis Phariſæis, erant magiſtri & principes? Reſpondetur ꝙ ita, immo eos confringebat & humiliabat eos, etiam vſque ad hoc vt nudi venirent ad baſptiſmum Ioannis. Magnũ eſt de vita ſancti Ioannis quomodo humiliat ſuperbos & elatos. Exemplum habemus de Totila rege Gothorum, qui cum vidit beatum Benedictum cecidit ad pedes eius, vt habetur in 2. dialogorum Gregorij. Item de Chryſoſtomo in ordine ad tyrannum Gainam. ſicut habetur lib. 10. hiſto. tripar. c. 6. Item de Ambroſio in ordine ad Theodoſium, ſicut recitatur in eadem hiſto. tripar. lib. 9. ca. 30. Et non ſolum facto humiliabat eos, ſed etiam verbo, dicens Mat. 3. Genimina viperarum, quis vos docebit fugere a ventura ira? Genimina viperarum ſunt qui venenum ponunt in populo, tam in eccleſia, quàm in ſecularitate, vt mali prælati & paſtores qui ſua vita inficiunt pecus ſuum, & maliconſiliarij, qui ſuo prauo conſilio conſulunt conculcare populum, & ſeminare virus in eo: ſed iſtud ſemen nunquam deficiet. Sicut tamen deſeuiunt in populum, ſic in eos deſeuiet ira ventura. Et ſubdit. Nolite gloriari patrem habemus Abraam, quia poteſt dominus de lapidibus iſtis, ideſt de populo qui ad modum lapidum conculcari ſolet, ſuſcitare filios Abrahæ ad regnum, & vos reprobare a filijs ſuis. Nec mirum ſi talis vox altè clamabat, quia obſurduerant Iudæi, & obturauerunt aures ſuas ne audirent vocem incantantis ſapienter, quia furor illis ſicut aſpidis ſurdę & obturantis aures ſuas. Sicut autem aſpis vnam obturat aurem terra, aliam cauda, ſic modo principes vnam aurem luto auri & argenti obturant, ſic quòd veritatem non audient. Aliam cauda adulatorum, ita quilibet ne oyent goutte de ceſte oreille, quia tales non permitterent ipſos audire, nec aliquem ad ſe venire. Sed Eſaię. 3. dicitur. In vno die perdam caput & caudam, ideſt principes & adulatores. Modo vero non clamatur ſicut clamabat Ioannes, ſed aliquando ita approximatur ad lupum quòd raucatur vox, quia ſic timent multi diſplicere magnis, quòd timor ille intercludit fauces eorum, ita ut non audeant dicere veritatem. Et ſubditur in tex. pſalm. 28. ad confirmationẽ. Et cõfringet dominus cedros libani, quia niſi illi cædri elati & ſuperbi conuertantur ad vocem confringentem eos & humiliantem, pro certo dominus confringet eos in duas partes diuidendo, vnam mittens ad ſepulcrum, aliam ad infernum.

H

Ignis concupiſcentiæ. Quomodo ignis concupiſcentiæ ſcinditur in duas partes.

Quinto dicitur vox intercidentis flammam ignis. Et hoc quando reprehendit peccatum adulterij in Herode, dicens. Nõ licèt tibi habere vxorem fratris tui. Terrore enim & aſperitate verbi & reſonantia intercidebat flammam ignis luxuriæ. Flamma autem ignis concupiſcentiæ (vt dicit Chryſ.) interciditur, cum pars iuſta & ſanta, puta in matrimonio conceditur: & pars altera extra matrimonium reſecatur. Sed modo ignis luxurię eſt vbique accenſus, & in templo Dei, & in aliis domibus. Credo quòd pauci ſunt modo vici in quibus non inueniatur fex aliqua. Et deberent ad hoc clamare probæ & bonę mulieres vt eiicerentur, & cum immunditijs, villæ reponerentur. Saltem ſi rectores ciuitatis non clamant aut faciant expelli, vox illarum mulierum erit vox intercidentis flammam ignis. Sexto dicitur vox domini concutientis deſertũ, ideſt deſertas mentes, quando deſertę a gratia Dei mentes concutiebantur ad intra, & ad eum veniebant quærentes quid agere deberent. Primum Publicani peccatores quibus dixit. Nihil plus quam cõſtitutum eſt vobis faciatis quòd non rapiant. Secundò milites, qui ſont voulentiers gens de bien gallicè. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Non erunt gentes armorum modernæ. Eccleſia fecit vnum ſanctum gendarme, ſcilicet beatum Martinum, & pinxit eum ſic,

non obſtante ꝙ eſſet pōtifex & in altiori gradu, vt faceret eis inuidiam,& voluntatem ſic agendi. Sed credo quòd a tempore illo pauci inuident vitę illius, hæc habentur Lucæ 4. Septimo vox præparantis ſeruos qui altè ſaliunt, qui ſunt diſcipuli & viri contemplatiui, quos docuit in deſerto præparando ad eos doctrinam Chriſti & baptizando eos, quia baptiſmus eius(vt dicunt doctores) non erat niſi præparatio ad baptiſmum Chriſti, & adhuc magis quando miſit eos ad Chriſtum interrogandum.Tu es qui venturus es.Octauo dicitur vox reuelans condenſa,quando demonſtrauit Chriſtum digito dicens.Ecce agnus Dei.Et iterum quādo dixit Ioan.1. Qui miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum; hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto, & ego vidi, & teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius Dei.Vox quidem iſta ſalutaris denuncians ſaluatorem. Similiter cum eſſet in vtero matris clamabat & reuelauit condenſa, quando Eliſabeth; ad motionem eius prophetauit. Videbat enim per duos parietes dominum.Si ergo ſcriptura ita clamet Ioannem eſſe vocem, non mirum ſi ſe vocem appellet.

I *Via. An poſſit homo dirigere viā domini.*

Pro ſecunda parte vox illa hortabatur populum vt ſe diſponeret ad ſuſcipiendum dominum, & clamabat. Dirigite viam domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Sed quomodo dixit, dirigite viam domini, cum illud non ſit in hominis poteſtate, ſecundum illud Hiere. 10.Scio ꝙ non eſt viri via eius, neque hominis vt dirigat greſſus ſuos? Reſpondetur per illud Prouer.16. Hominis eſt præparare animum,& Dei dirigere greſſus eius. Dirigunt Deus & homo viam, Deus gratiā infundendo, homo cor gratiæ præparando. vnde Gregorius. Via domini ad cor dirigitur cum ſermo veritatis libenter audītur. Idem Grego. Viam domini ad cor præparat,qui verbum Dei humiliter audit, & bonis operibus intendit. Dirigite viam domini,hoc eſt parate viam domino, non diabolo. Diabolus enim eſt peſſimus hoſpes,& eius via peſſima. Primo quia laborioſa, & ad hoc faciunt ſex.

K *Via. Via diaboli eſt peſſima.*

Primum eſt viæ longitudo, ſeu infinitas, propter quam mali continuè laborant die ac nocte, ſecundum illud Hiere.9. Seruietis dies alienis qui non dabunt vobis requiem. Guloſus de die laborat delicias pręparando, de nocte vero nimia repletione vexatur. Eccleſiaſticus.5 Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Et de auaro.Eccleſiaſtices.2. Cuncti dies eius laboribus pleni ſunt. Seneca. Naturalia deſideria finita ſunt, ex falſa opinione naſcentia, vbi deſinant non habent. Secundum eſt viæ tenacitas. Eccleſiaſtici. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Picem vocat temporalia propter tenacitatem, quia per ea detinentur,& inquinantur mentes hominum ſicut veſtimenta per picem, & ſicut aues per glutinum. Inde & Gen.14. dicitur. Vallis ſylueſtris, ideſt mundi multos habebat puteos bituminis, quia multipliciter illaqueantur homines per temporalia bona, & quandoque profundantur & immerguntur in illis quaſi in puteis. Tertiū eſt oneris grauitas. Nam quanto quis plus oneratur, tanto magis eſt ei laborioſum ambulare. Peccatum eſt onus grauiſſimum, iuxta illud Pſalm.37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Peccatum onus eſt quod propter ſui grauitatem cęlum non ſuſtinuit: nec ad vltimum terra ſuſtinebit, & ideo non mirum ſi via peccatorum ſit laborioſa. Huiuſmodi autem onus debet peccator deponere, iuxta præceptum domini, Eſaiæ.58. Solue faſciculos deprimentes, ſi uult verami quietem habere. Quartum eſt viæ arduitas. Aſcenſus enim in montem vel locum altum, reddit viam magis laborioſam quam ſi incederetur per plana. Incedunt autem mali aſcendendo quærentes apparentiam. Chryſo. Tolle hoc vitium vt non velint homines hominibus apparere, & ſine labore omnia uitia reſecantur. Quintum eſt ventorum vehementium varietas. Nam laborioſum eſt homini ambulare,

Peccati grauitas magna.

Venti varÿ percutiunt hominũ in hac uita.

laſe, cum à diuerſis, & vehementibus ventis agitatur. Vndique vero percutitur peccator ventis tentationum. Ab oriente percutit eum ventus ſuperbiæ proueniens ex nobilitate generis: ab occidente deijcitur terrore mortis, ab auſtro vento proſperitatis, quaſi a dextris eleuatur, ab aquilone quaſi a ſiniſtris aduerſitate deijcitur. vnde Aug. Si benè es, times: ſi malè, doles. Proueb. 1. Auerſio paruulorum interficiet illos, & proſperitas ſtultorum perdet eos. De his ventis dicitur Matthęi. 7. Flauerunt venti & irruerunt in domum illam ſcilicet ſtulti peccatoris, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et de malis dicit Iob 21. Erunt ſicut palcę ante faciem venti. Sed quãuis adeo laborioſa ſit via diaboli, tamen mali non ſentiunt, quia inebriati ſunt, ſecundum illud Thren. 3. Inebriauit me abſynthio. Quod exponens Gregorius ait. Abſynthio ebrius eſt, qui præ amore præſentis ſeculi a ſenſu mentis alienus quicquid pro mundo ſuſtinet leue putat, & laboris amaritudinem quam tolerat ignorat. Sed quod modo non intelligunt mali, in inferno intelligent. Dicunt enim Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus.

Secundo via diaboli eſt infructuoſa. Sapientiæ. 3. Vacua eſt ſpes illorum & labores ſine fructu. Pſalm. Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue. Iniqua agit qui non ſolum fructuoſius, ſed iocundius potuit Deo ſeruire quam mundo. Et ad Rom 6. Quem fructum habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis? Quaſi diceret Apoſtolus, quòd nullus eſt fructus in peccato, ſed magnum incommodum, & ideo ſubdit. Nam finis illorum mors eſt, ſcilicet æterna. Meritò erubeſcent qui de ſeipſis tam vile forum fecerunt, qui tantum thæſaurum pro tam vilibus mercibus commutauerunt. Hanc infructuoſitatem recognoſcunt damnati in inferno dicentes. Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. Maris enim huius mundi terminus eſt arena, quæ infructuoſa eſt & ponderoſa. Tertio via diaboli eſt periculoſa. Tolerabilis eſſet ſi ſolum eſſet laborioſa & infructuoſa & non periculoſa, quia tolerabilius eſt inſudare, labori perituro quàm perempturo. Cum ergo periculum ſit in huiuſmodi via, meritò derelinquenda eſt iuxta monitionem. Eſaiæ. 55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas.

Sunt autem ſeptem quę faciunt ad hoc ꝙ ſit periculoſa. Primo eius tenebroſitas. Prouer. 4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt. Peccata enim tenebræ ſunt, ſicut virtus lumen, ſecundum dictum domini. Luc. 11. Vide ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint. Secundo latronum multitudo, de quibus Iob. 19. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me. Diabolus enim tanquã princeps latronum aſſumit ſecum multos latrones qui peccatorem ſpoliant & vulnerant, ſcilicet carnem quæ caſtitatem furatur, mundum qui aufert eleuationẽ mentis in Deum, & deprimit ad terrena curanda: cum quibus diabolus exercens miniſterium nequitiæ ſuæ ſingulis horis merita, famam, & tempus eius furatur, cũque ſic ſpoliatum multis afficit vulneribus, ita vt de ipſo peccatore verificetur parabola illa. Lucæ. 10. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Tertiò ſociorum infidelitas ſcilicet peccatorum, de quibus Oſeę 4. Non eſt miſericordia, non eſt veritas, non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Et propter iſtã infidelitatẽ dicit Hiere. 9. Vnuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciã. Et Michęę 6. Nolite credere amico. Quartò ſcãdalorũ multitudo, quę faciunt hominem labi in peccatũ. Eccl. 21. Via peccantium cõplãtata eſt lapidibus, vt ſicut ambulans per viã corporalem multũ petroſam facile offen-

le offendit ad lapidem, & lęditur, vel cadit, ſic & incedens per uiam peccatorum lędat ſeu cadat ſpiritualiter. Sed Mat. 18. Væ mundo a ſcandalis, & væ homini illi per quem ſcandalum venit.

Quinto viæ lubricitas. De quo Thren. 4. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Et in Pſ. 34. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum. Propter lubricitatem uero eſt uia diaboli ruinoſa. Et ideo hortatur nos ſapiens ne per eam incedamus dicens. Eccl. 32. In uia ruinæ non eas. ſ. in qua ruitur de peccato in peccatum, qualis eſt via peccatorum. Nam ſecundum Grego. Peccatum quod per pęnitentiam non deletur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Exemplum de Petro, qui cũ primo peccaſſet, negando conſequenter in deterius lapſus eſt. Sextò ductor cęcus, & infidelis facit viam diaboli periculoſam ſ. Et ideo conſulitur Eccleſi. 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si enim præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Septimò eſt periculoſa, quia ad malum locum ducit, quia Eccle. 21. In fine illorum inferi, & tenebræ, & pęnę. De illa etiam dicitur Mat. 7. Lata & ſpatioſa eſt uia quæ ducit ad perditionem. Et Prouer. 14. Eſt uia quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem. Sed

L Via. Via domini eſt optima. econtrario via Domini eſt ſuauis fructuoſa, & ſecura. De primo dicitur Mat. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et in Pſ. 144. Suauis Dominus vniuerſis. De ſecundo Sap. 2. Bonorum laborũ glorioſus eſt fructus. Et pſal. Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es. De tertio Prouer. 3. Cuſtodi legem atq; conſilium, tunc ambulabis fiducialiter in via, & pes tuus non impinget. Si dormieris nõ timebis, quieſces, & ſuauis erit ſomnus tu'. Via diaboli, via mortis, via Domini, uia uitæ. Iſtæ duæ ſunt de quibus Hiere. 21. Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viã mortis. Et Eccle. 15. Ante hominem uita, & mors. Via Domini uia benedicta, quia Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Sed uia diaboli maledicta. Eccl. 2. Væ illis qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Via domini parata fuit, quia arduitate remota complanata eſt. Eſa. 40. Omnis mons & omnis collis humiliabitur. Exiccata eſt lubricitate diuitiarũ remota. Spinæ etiam diuitiarum amotæ fuerũt ab ea, & lapides ſcandalorum, quia non tolerabantur manifeſtè peccata in eccleſia primitiua, ſed nunc reparanda eſſet via. Nunquam enim fuerũt homines ita voluptuoſi, ſuperbi, vel auari ſicut nunc ſunt in eccleſia Dei, & ibi multa ſunt ſcandala.

Eadem dominica quarta Aduentus. Sermo V. & in ordine XXXV. per thema.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quoniam venerunt nuptiæ agni. Apocal. 19. c. Quæritur quare eſt ꝙ Ioannes euangeliſta in verbis præmiſſis exhortans nos ad lætitiam ponit duplex verbum ſignificatiuũ gaudij dicens. Gaudeamus & exultemus. Et Apoſtolus in epiſtola repetit idem verbũ cum ait. Gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete? Reſpondetur ꝙ propter multa. Prima ratio eſt, quia quando magiſter dicit vnum bonum verbum vult ſæpe illud repetere in ſe, vel in ſuo æquiualenti, vt illud infigatur cordibus auditorum diſcipulorum. Et quia verbum gaudij in domino eſt vnum dignum memoria, ideo repetitur ad oſtendendum ꝙ verba bona debent repeti nõ mala. Quanto magis enim fimus commouetur, tanto amplius fœtet. Eccleſiaſtici. 19. Ne iteres verbum nequã & durum, & non minoraberis. Econtrario ſpecies aromaticæ quanto magis tritæ tãto magis redolent. Ideo dicunt Athenienſes Paulo. Audiamus te de hoc iterum. Secunda ratio, quia ſic eorum prædeceſſores ſemper fecerunt. Bonum eſt autem ſe conformare doctrinæ præcedentium ſanctorũ. Sic enim fecit Pſ. 20. dicens. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. & Abac. 3. Ego autem in domino gaudebo, & exaltabo in Deo Ieſu meo. Et Eſa. 61. Gau-

A Aduẽt'. Gaudere. Quare repetit Apoſtolus verbum gaudij in epiſtola quartæ dominicæ aduentus.

Gaudēs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Igitur non eſt mirum ſi Ioannes præcipuus euāgeliſtarum & magiſter ac Apoſtolus gentium Paulus ita fecerunt. Tertia ratio, quia vulgo dicitur ꝙ non eſt bonum feſtum niſi in ea ſit roſtum. Non ergo bene celebrabimus ſequens feſtum naralis, niſi in eo roſtum habeamus. Habemus autem quod aſſemus, ſcilicet animam noſtram quæ habet duo latera, ſiniſtrum & dextrum, hoc eſt intellectum & voluntatem: licèt primum ſit durius, & ſecundum tenerius, quia citius homo efficitur bonus quàm doctus, citius acquiritur virtus quàm ſcientia. Et ideo Apoſtoli (ſicut les maiſtres rotiſſeurs) præcipiunt vt iſta duo latera aſſemus ad ignem charitatis & fidei; vt Deum recognoſcamus & diligamus, ſic ꝙ delectatione in eo inueniamus ex parte intellectus & uoluntatis, & inde eſt ꝙ repetunt verbum gaudij. Quarta ratio eſt ad deſignandum ꝙ nunc debemus gaudere interius in corde, & exterius in ore, ita ꝙ nihil debet in nobis a ſpirituali gaudio vacare, ſed debe mus omnino expellere gaudium

B mundanum. Inſtrumenta enim in quibus

Gaudiū mundi. delectantur mūdani ſunt concaua, vt viella, cithara, pſalterium, & organum, vt per

Gaudiū mundi nō eſt plenū. hoc erudiamur ꝙ mundanum gaudium non eſt plenum. Non enim replet cor, ſed euacuat. Iob 21. Gaudent ad ſonitum organi. Præterea gaudium mundi non eſt perpetuum, ſed momentaneum. Iob. 20. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Sicut enim ignis non perpetuatur in materia aliena, vt ſtupa, vel palea, ſic gaudium quod concipitur de re tranſitoria ſtatim tranſit deficiēte re illa. Sed in ſphæra propria ſolū gaudium mētale poteſt perpetuari, ſcilicet in corde vbi dominus eſt. Et ideo bene hortatur apoſtolus dicens. Gaudete in domino ſemper. Bernar. ideſt verū & ſummum gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quod cū acceperis nemo tollet a te. Cui alioquin cōparata omnis ſuauitas dolor eſt, omnis iocunditas mœror eſt, omne dulce amarū, omne decorum fœdum eſt, omne poſtremò quod delectare poteſt moleſtum eſt.

Hoc gaudium duplex in domino habebat virgo Maria interius & exterius gaudendo, quando incepit canticum ſuum. Magnificat anima mea dominum, quia ſubdit, Et exultauit, ideſt extra ſaliuit manifeſtando exterius gaudiū ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo; quam ſalutabimus dicentes Aue.

IVxta materiam thematis & epiſtolæ dicemus in præſenti ſermone quomodo quinque requiruntur ad præparationem nuptiarum agni, quæ in eadem epiſtola tanguntur.

Primò requiritur ꝙ intraturi ad nuptias induantur veſtibus iocunditatis. In C

de ait Apoſtolus. Gaudete in dominō *Veſtes*

ſemper, ideſt veſtimenta gaudij habeatis. *Quia demus nūc*

Veſtes autem iocunditatis, ſunt puritas *indui ſpi-*

mentis & corporis, humilitas, & charitas. *ritualiter*

Puritas quidem, ſiue caſtitas, quæ eſt ſi- *veſtibus*

cut camiſia alba carni adhærens, quæ *iocundita*

multum placet ſponſo. Prouer. 22. Qui di *tis, & q̄*

ligit cordis munditiam, propter gratiam *ſunt ille.*

labiorum habebit amicum regem. Humilitas autem quæ eſt quædam veſtis ſtricta qua homo ſtrictè iudicat de ſe, non plus de ſe æſtimans quàm ſit, quæ gallicè dicitur (vne cotte ſimple) & ponitur ſub alijs, quia humilitas abſcondere facit hominem opera ſua bona, ne illa rapiant fures. Charitas poſtremò quæ eſt ueſtis de ſcarleto rubeo, ſuperpoſita alijs, quia cæteris ſupereminet virtutibus. Sine iſtis ueſtibus nemo intrat ad nuptias, immo ſi eſſet in nuptijs eiiceretur foras. Sicut patuit de illo qui non erat indutus veſte nuptiali, quem expoſit paterfamilias dicens. Amice ad quid veniſti, non habens ueſtē nuptialem? Propterea cum dixiſſet Ioannes in themate. Venerunt nuptiæ agni, ſubiunxit de præparatione veſtium & ait. Et datū eſt ei ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. ſplendenti vt alijs fulgeat, & candido vt maculam in ſe non habeat: quia tale debet eſſe indumentum noſtræ honeſtatis, ut nec in ſe habeat nigredinem malitiæ vt ſit candidum, nec apud alios obſcuritatem ſpeciei malæ, vt ſit ſplendens. Byſſinum autem quod per multas tonſiones venit ad candorem, ſignificat

gnificat munditiam ſeu honeſtatem vitæ. Inde ſubditur. Byſſinum enim ſunt iuſtificationes ſanctorum. Tale byſſinum debet quiſque ad curiam deferre, & vt decẽtius incedat, multos ad ſuas veſtes aſpectum habere & mirari faciat, quia multos decet ad vitæ ſanctimoniam inuitare. Vnde Heſter veniẽs ad Aſſuerum noluit aliud ornamentum, quàm illud quod cuſtos virginum dedit, & placuit regi ſuper omnes mulieres. Cuſtos virginum Chriſtus, qui dedit conſecratis virginibus ornamenta ſpecialia, quæ ſi ſeruentur, placere facient ſponſam eius ſuper ornatu meretricio vel fictitio, in quo apparebunt nihilominus in conſpectu ſponſi, ſicut in veſte non ſua. Ideo Apocal. 3. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet. Veſtimenta talium ſunt, quæ nullus auferre poteſt per violentiam. Non ſic cape fourrate mundi, quæ tẽpore frigoris mortis auferuntur.

D Gaudere. Vtru debeamus ſemper in domino gaudere.

Sed hic duo quæruntur. Primò quæritur quomodo Paulus præcipit vt aſſidue portemus iſtas veſtes gaudij dicens. Gaudete in domino ſemper. Nõne oportet aliquando dormire & eas exuere? Alioquin iugum graue imponeretur nobis ſi cogeremur dormire veſtiti. Sumus etiam quandoque in triſtitia & tribulatione. Quis ergo gauderet ſemper in domino? Neque de Deo ſemper cogitare poſſumus, ſed aliquando circa negocia noſtra verſandũ eſt, igitur non apparet ꝙ debeamus ſemper gaudere. Reſpondetur per talem veritatem. Qui vult ſaluus eſſe, ſemper in domino gaudeat, ſeu gaudere debet. Prima probatio. Dicit enim Ariſt. 1. Ethic. ꝙ virtutes ſunt permanentiores diſciplinis. Cuius ratio eſt ſecundum doctores, quia ſemper occurrit materia virtutis, non autem diſciplinæ ſpeculatiuæ. Sed ſecundum eũdem, virtuoſum opus & benè circunſtantionatum fit cum delectatione bene ordinata, quæ non eſt benè ordinata niſi in Deum feratur, iuxta illud Roma. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Igitur in omni operatione noſtra neceſſe habemus in domino delectari ſi volumus Deo placere; quamuis non ſemper ſentiamus delectationem, ſicut citharizans optimè citharizat quamuis alteri loquatur & non videatur intendere citharizationi, quia hoc conſuetudo facit. Saltem debemus ſemper gaudere in domino habitualiter, quia debemus habere habitum charitatis infuſæ: cuius actus eſt delectatio vel natus cauſare delectationem. Secunda ratio, quia omnia opera noſtra facimus ſpe alicuius boni conſequendi, vt agricola ſpe mercedis, latomus ſpe lucri, ſed ſpes non eſt ſine gaudio, quia Roma. 12. c. Spe gaudentes. Spes enim gaudium habet annexum augens deſiderium ad adipiſcendum rem optatam. Sicut videmus canem currentem ſpe habendi leporem, & prægaudio currendo in ſpe variat caudam. Igitur omnia opera noſtra debent eſſe gaudio plena. Spes autem quæ non eſt in Deo, non eſt ſpes vera, ſed deceptoria. Igitur ſi verè ſperantes ſumus, in omnibus operibus noſtris in domino gaudemus, cũ nihil aliud ſit gaudere in domino, quàm facere actũ meritorium productiuũ gaudij ſpiritualis, qui non fit ſine ſpe vera ſalutis æternæ conſequendæ. Spes autem quæ eſt ſine meritis non eſt vera ſpes, ſed præſumptio. Et ideo notanter Pſ. dicturus ſperate in domino, præmiſit, ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Et tales qui ſic indebitè ſperãt moriuntur non pleni dierum, ſed vitiorum.

Spes non eſt abſq; gaudio.

Secundo quæritur quomodo iubet apoſtolus gaudere, cum dominus iubeat triſtari, quia videtur imprecari maledictionem gaudentibus dicens. Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. Item. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur? Reſpondetur ꝙ oportet hominem in hoc inſtanti feſto & lætari & lugere. Lugere quidem, quia Deum per peccata ſua offendit. Gaudere vero, quia tanti fecit Deus hominẽ vt ſuam naturam aſſumeret, & ſic eam exaltaret, unde Apoſtolus. 2. Corinth. 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, & iterum in tribulatione gaudẽtes. Vult enim dominus vt ſimul faciamus (la chantepleure) letando ſcilicet de vno, & triſtãdo de alio.

3. Secundo requiritur ꝙ portent lumen in

in manibus,quia cum munditia vitæ habenda ſunt in manibus exempla operatio nis bonæ. Et ideo ſubdit Apoſtolus. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominib⁹. Inde prudentes virgines intrauerunt cũ ſponſo habentes oleum cum lampadibus accenſis. Lampas accenſa cum oleo eſt cor plenũ oleo miſericordię, & bonorum operum lumine. Hinc dicitur Lucæ.12. Sint lumbi veſtri præcincti.Subditur.Et lucernæ ardentes. Quando enim clerici volunt facere ſolenne feſtum, præferunt multitudinem luminarium.Sic debemus eſſe lucernæ ardentes,vt exterius ſit ſplendor bonæ operationis.Mat.5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cęlis eſt. Et interius ſit ardor ſanctæ æmulationis. Alioquin lucerent opera non vt lucernæ, ſed vt noctiluca & ſquammę piſcium & quercus putrida, quæ de nocte videntur luminoſa, de die in proprio colore apparẽt putrida. Sed in multis oleum iſtud conſumit,& lumem extinguit ventus vanitatis,qui faciunt bona opera ſolum vt exterius appareant virtuoſi.Vulgo dicitur(ce quæ on luæ le vent le boit) & ſic in talibus perditur merces bonis operis. Sed ſapiens mulier guſtauit per deuotionẽ, & vidit per experiẽtiã quia bona eſt negotiatio eius,qua ſpiritualia bona mercať,ideo non extinguetur in nocte lucerna eius.

E
Egredi
Debemus egredi a mundo vt occuram' Christo ſponſo.

Tertio debent totaliter egredi de domo ſua,vt ſponſum videant, & comitentur. Et ideo dicit Apoſtolus. Nihil ſoliciti ſitis,ſcilicet de domo veſtra, ideſt de mũdo,ſed illã egrediamini vt eatis ad nuptias agni,ſcũdũ ꝙ dicitur Can.3.Egredimini filię Sion,& videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius & lætitiæ cordis eius. Domus ergo noſtra mundus eſt, in quo ſunt tria a quibus neceſſe eſt egredi, de quibus dominus ad Abraam Gen.12. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui. Terra noſtra caro noſtra eſt,cui dicitur.Quid ſuperbis terra & cinis? Egredere ergo de terra tua, ideſt de voluptate carnis,& de cognatione tua, ideſt de curioſitate. Cognata eſt enim curioſitas voluptati,& de domo patris tui,pater oĩum ſuperborum diabolus eſt. Iubemur itaq; de voluptate, de curioſitate,& de ſuperbia egredi,quæ tria uitia totum mundũ occupant,quia.1 Io.2.Omne quod eſt in mundo,aut eſt concupiſcentia carnis,aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Sunt enim quidam ſimiles muſcis quæ in telis aranearum dum incautè volitant, ita ſe inuoluunt,ꝙ exinde amplius egredi nequeunt, immo ab araneis captę occiduntur.Sic aliqui tanto impetu & appetitu, & tanta affectione & delectatione,tam incautè & indiſcretè in melle carnalium delectationum, & reti cupiditatum temporalium ſe infigunt, immergũt & inuoluunt per auaritiam & luxuriã, ꝙ exinde egredi nõ poſſunt, nec reſilire,ſed illic vſque ad mortem perſeuerantes,cum illo qui dicebat.3.Reg.2. Non egrediar, ſed hic moriar. Tandem ab araneis,ideſt dęmonibus inueniuntur & morte perpetua feriuntur.Sed egrediamur de terrena iſta cupiditate,ad videndum regem cęleſtem.Faciamus ſicut apes,quæ dum egrediuntur ab alueari ſuo, ſtatim verſus cęlum & cęleriter eleuantur. Sic nos de inferioribus bonis ad cęleſtia contemplãda aſſurgamus. Egrediamur in quam de mundo non amantes ipſum,neque ea quę in illo ſunt. Egrediamur tanquam viri Hebræi de Aegypto tenebrarum & fornace Babylonis,ideſt de vana & peruerſa cõuerſatione, quæ mentis oculos claudit, ne plenè valeant intelligere myſterium iſtarum nuptiarum ſpiritualium, & pedes aiæ vincit ne in uerã terrã promiſſionis mente & deſiderio redire queat.Circũuallata .n.multa vitiorum turba, populi ſui & domus patris ſui non obliuiſcitur, ideſt diaboli,cuius domus (vt dictũ eſt) eſt ſupbia,familiares eius cætera vitia,ut inanis gloria furor,gaſtrimargia & ſimilia, ita quòd per huiuſmodi multi præſcinduntur a grege dominico.Alij trahũtur inuiti, alii trahuntur illecti, alii ſeducti, alii ſpontanei cedunt.Ecce quàm potentes ſunt principes regis Aſſur.i.diaboli. Quo-

li. Quoniam vero melior eſt bona fuga quàm mala expectatio: cito egrediamur confugientes ad altiſſimum, vt ſcapulis ſuis obumbret nobis, & ſub pęnis eius ſperemus. Quia ſi ſcriptura nos non mo neret egredi, ipſius tamen loci importunitas nos egredi compelleret. Quis enim noſtrum ſi iaceret in luto nō mallet egre di quàm remanere? Quid mundus iſte & concupiſcentia eius niſi lutum & feces? Audi de amatoribus mundi quid dicatur Io. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Audi & Apoſtolum qui reputat temporalia tanquam ſtercora. Quantis autem ſordibus ſterquilinium hoc cumu letur, in euidenti eſt. Adam primus & maximus omnium gigas, ſordes inobediētiæ ſuper nos euomuit, cuius tanta fuit labes, vt vniuerſam poſteritatem miſerabiliter macularet. Secundus Cain ſtercus fratricidij iniecit. Lameth fœtorem Bigamiæ ſuperfudit. Etiā ante diluuium mulieres ſupergreſſæ viros, & viri muliebria ſui corporis patientes, fæces fæcibus cumularunt. Penſet qui poteſt quantis fæcibus vſque in hodiernum diem hæc vallis vſque ad fœtorem intolerabilem repleat. Quocirca citiſſimè egredimini filiæ Siō, vt quid pro croceis amplexamini ſtercora, homines eſtis non ſues. Egreſſi ſiquidem eſtis cum regina Saba audire ſapientiam Salomonis, quinimmo & videre ipſum Salomonem. Vobis itaque plurimum expedit a ſeculi negocijs exire, quia qui comedit vuam acerbam ſeculi, dentes eius obſtupeſcunt, & frangere non poteſt panem. Sed quid in cauſa? Nunquid dentes priſtinum robur amittentes mollificati ſunt? Nunquid panis cæteris cibis ſuauior iocunditate ſua priuatus eſt? Nequaquam. Stupor enim in cauſa eſt. Ita enim quis Deo militans ſi ſecularibus ſe implicet negotijs conſuetudine obſtupeſcit, & ſtuporis conſuetudine panem vitæ frangere perhorreſcit.

F Egredi Importunitas loci monet nos egredi a mundo.

Quartò debent habere cantilenas paratas ad recreandum ſponſum & ſponſam. Si enim cātauerunt Angeli in die natalis, nos qui ſumus propinquiores parentes, quia nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ: in iſtis nuptijs debemus magis cantare, & laudare Deum. Et inde ſubdit apoſtolus. Sed in omni oratione, ob ſecratione cum gratiarum actione, &c. Beatus autem erit qui ſciet bene cantare & iubilare per deuotam orationē, & gratiarum actionem in iſtis nuptijs. Nā Pſ. 88. Beatus populus qui fecit iubilationem. Et iterum nos hortatur idem Pſ. 99. Iubilate Deo omnis terra. Sicut enim meſſores & vindemiatores conſiderata fructuum copia iocundantur, & de fertilitate terrę cantant, & interſerunt voces quaſdam ſine verbis in eleuatione animi exultantis, ſic nos debemus facere cōſideratis beneficijs quæ nobis prouenerūt ex incarnatione & natiuitate domini noſtri. Et hæc eſt illa iubilatio quam debemus ſcire & exercere. Sic enim faciebat Dauid recognoſcens diuina beneficia cū diceret. pſ. 102. Benedic anima mea dño, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius: & ſequuntur beneficia. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat oēs infirmitates tuas &c. quę omnia initiatiue exhibita ſunt in incarnatione & natiuitate Chriſti.

Quinto debet eſſe aliquod encenium quod præſentetur ſponſo. Solent. n. inuitati ad nuptias aliquod munus offerre, & iſtud erit pax. Propter hoc ſubiūgit Apoſtolus, & pax Dei quę exuperat omnē ſenſum cuſtodiat corda & intelligentias veſtras. Iſtam pacem debemus eſſe ſolliciti Deo offerre. Primo quia bellum cū Deo eſſet multū periculoſum ſicut periculoſum eſſet militem habere bellū contra regem, cuius manū effugere nō poſſet. Vnde omnes qui deceſſerunt in iſto bello tenuerunt longam priſionem, & in futurū vniuerſitas creaturarum eū impugnabit, qui habebit bellum contra Deum. Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ideo dicitur Iob. 9. Quis reſtitit ei & pacē habuit? Secūdo quia eſt valde honorabilis & pulchra. Alij. n. principes quādo faciunt pacē cum ſubditis ſuis, humiliant eos. Non ſic Deus, ſed potius exaltat, vt patet de filio ꝓdigo, cui reuertenti

G Pax. Pax cum Deo eſt ſolicite ꝗrenda.

tenti oſtendit paterfamilias plura ſigna amoris, quàm prius Et propterea hæc pax dicitur ab apoſtolo in epiſtola exuperare omnem ſenſum, ideſt omnem pacem tem poralem, quam qui habent ad hanc digni tatem ſublimantur, vt dicantur filij Dei. Matth.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quantus honor eis ſit. Tertiò, quia eſt valde vtilis & fructuoſa. Iob 22. Acquieſce ei, & pacem habeto, & propter hoc habebis fructus optimos, fructus ſcilicet lignorũ paradiſi, ad quos homo attingere non poterat ante huius pacis reformationem.

In uigilia natiuitatis domini ſermo unicus, & in ordine XXXVI. de coniugio Mariæ, & Ioſeph.

Sponſus & ſponſa dicunt veni. Apoc. ult. Ad nuptias ſolent vocari parẽtes, amici, & proximi a ſponſo & ſponſa propter tria. Primò vt inuitati honorem faciant & ſponſo & ſponſæ, quia quanto maior eſt ſocietas, tanto magis honorantur, & eo magis dicuntur honorabiles nuptię. Secundò ad euitãdũ odiũ. Si n. dimitteres proximum, ſtatim diceret ꝙ hoc eſt propter aliquod odium. Ideo dicis ſeruis, inuitate eum, ne dicat ꝙ tu odias eum. Tertiò vt reddas tantundem pro alia vice, ſi te inuitauerit, vel ſi iam honoraſti cum in ſuis nuptijs, quia tibi reddat æquiualens. Sic & ſponſus Ioſeph & ſponſa Maria nos inuitant ad nuptias ſuas celebrandas propter iſta tria. Primò ad exhibendum eis honorem. Qui enim nolunt eis facere honorem, non eſt iuſtum vt poſtea honorentur ab eis. Et maximè cũ tu ſis filius eius, iuxta illud Io.19. Ecce mater tua. Vbi ſecundum Anſelmum in orationibus dicit dominus hoc verbum Ioanni in perſona totius eccleſiæ. Sic itaque ſi eis non facias honorem in nuptijs, degeneras a matre tua. Et propterea omnes fideles debent celebrare coniugium ſuæ matris tam pię & tam benignæ. Eſt enim ſicut pia mater.

A Nuptiæ Propter tria inui. tamur ſpiritualiter ad nuptias Mariæ.

Quando pater vult verberare paruulum, dicit ſponſa vel mater. Veni dilecte mi, & abſcondit eum ſub pallio, vel vlnis ſuis. Sic cum dominus vult nos tot flagellis caſtigare, ipſa vocat nos vt ad eam eamus per orationem & deuotionem, eam rogãdo. & præſeruabit nos a flagellis, dummodo ſimus paruuli per humilitatem. Quia vero ſuperbi ſumus & nolumus obedire Deo & mandatis eius, ideo dominus flagellat nos, nec in flagellis noſtris inuenimus finem. Sic igitur, quia de parentela noſtra eſt, clamat veni. Secundò clamat omnibus ad euitãdum odium. Deus enim iratus eſt contra peccatores, quia ſecundũ pſal.5. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Sed Maria eſt peccatorum refugium, qui ad thronum miſericordiæ eius confugiunt; ideo ne deſperent vocat eos hodie ſponſa cum ſponſo ſuo, & dicit veni. Quia ſi non venias vocatus, oportet ꝙ ſit per odium vel negligentiam. Ideo debes cito accedere cum deuotione ad caſtas Mariæ nuptias celebrandas. Tertiò vnumquemque vocat vt poſtea tantundẽ reddat. Si enim nunc venis ad celebrandas nuptias Mariæ, cum tua anima coniungetur ſuo ſponſo Chriſto agno in cęleſtibus, quia ſecundum Apoſtolum. I. Corinthiorum.6. Qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt cum eo, tunc Maria aderit, quæ te iuuabit, & tibi tantũdem reddet, & nõ ſolum hoc faciet, ſed etiam parata erit ad oſtium tibi ſubuenire, & fugare hoſtes, qui te impedient de introitu ad ſponſum, immo quaſi impoſſibile eſt tranſire ad ſponſum, niſi per eam. Vnde ſicut non niſi per inclinationẽ capit virgæ flos, & ſi ſit puer paruulus oportet ꝙ pater ſubleuet eũ, ſic nos cum ſimus paruuli, ſi velimus accipere florem, qui eſt Chriſtus, oportet primo leuari a bono patre Ioſeph, & tunc poterimus attingere virgam, & inclinare ad nos, & ſic accipere florem Chriſtum, de quo Eſa.11. Egredieť virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Vt autẽ facilius poſſimus eam inclinare ad nos, verbum angelicum quo inclinata eſt, & humiliata ſub domino præſentabimus ei dicentes Aue, &c.

B Nuptiæ cum quali tunica interfuit Chriſtus nuptijs Mariæ.

AD nuptias celebrandas ſolent ſpõſus & ſponſa tantummodo inuitare parentes, amicos, & proximos, extranei vero non vacantur, niſi ad domum aliquali notitia pertineant. Ideo ne prætergrederetur mos ſolennis in nuptijs Mariæ, prædicti cum magna ſolẽnitate vocati ſunt. Primo enim vocatus eſt Chriſtus, qui inter omnes propinquior erat, vtpote filius qui in nuptijs iſtis mirabilem celebritatem fecit. Nam primò ſicut ſolet in nuptijs fieri, ipſe nouam veſtem aſſumpſit tunicam inconſutilem ſpiritusſancti tanquam textoris opere factam, in qua nulla fuit peccati futura, quia ad Phil. 2. Habitu inuentus vt homo. Sed ꝙ hoc fuerit in deſponſatione apparet, quia in Euãgelio hodierno Matth. 1. dicitur. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, inuenta eſt in vtero habens. Antea multum rogatus fuerat venire ad nuptias, & tamen nunquam voluit venire, ſic ꝙ illam ſacratiſſimam & deauratam diuinitate indueret tunicam, quia ille nuptiæ non erant caſtæ. Quia vero iſtæ caſtiſſimæ fuerunt, & ille paſcitur inter lilia caſtitatis & munditiæ. Cant. 2. Dilectus meus mihi & ego illi qui paſcitur inter lilia, ideo venit ad iſtas. Sed ꝙ hodie illam tunicam dilectus induerit patet Can. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua, & hoc in die deſponſationis illius & lætitiæ cordis eius. O quanta letitia Mariæ, quando poterat dicere illud quod ſcribitur. 1. Reg. Inueni virum ſecundum cor meum. ſ. paratum ad caſtè uiuendum ſicut ego ſum. Sed non ſuffecit Chriſto ſic ſe induere in die nuptiarum harum, ſed etiam euntibus ad nuptias parauit cibos. Et ubi hoc ſcribitur? certe Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. Sciebat enim dominus, ꝙ nos ſumus boni ſocij, & ꝙ nos magis diligimus carnem quàm piſces, & duos dies carnium quàm unum piſcis, ideo iuxta uerbum Ioannis, ſeipſum præparauit carnem ut magnum uultum faciamus in die nuptiarum matris ſuæ. Sed nonne Angeli huic interfuerunt ſolennitati? Dico ꝙ ſic propter duo. Primo quia parentes & cognati. Nam ſecundum Hiero. ad Paulam. Angelis cognata eſt uirginitas, & in carne præter carnem uiuere non terrena uita eſt, ſed cęleſtis. Et ideo ipſi non defuerunt. Secundo ipſimet fuerunt legatis huius matrimonij. Nonne Angelus uenit ad Ioſeph dicens. Ioſeph filii Dauid, noli timere accipere Mariam Tria enim ſunt propter quę ſolet repudiari puella a uiro. Primo quando non eſt ſatis nobilis aut ſibi proportionata per nobilitatem. Sed ecce Angelus Ioſeph filii Dauid, ideſt de nobili genere noli timere. Inuenta eſt enim hñs in vtero de ſpiritusſancto. i. repleta eſt oium gratiarum generibus, in quibus maxima conſiſtit nobilitas. Secundum eſt quando timetur de eius caſtitate. Sed ecce noſter legatus ſubdit. Quod enim in ea natum eſt de ſpirituſancto eſt, ideſt quod in eius utero eſt non eſt per operationem carnalem & naturalem, ſed per operationem illius qui eſt omnis auctor caſtitatis, & amator uirginitatis. Tertium eſt paupertas. Ideo ſubditur. Ipſe enim ſaluum faciet populũ a peccatis eorum, ideſt in utero habet precium pro redimendo totum genus humanum, uel in utero habet diuitias quibus totum genus humanum ditabitur. Sic ergo Chriſtus & Angeli fuerunt uocati ad iſtas nuptias, & interfuerunt celebritati.

C Nuptiæ. Angeli interfuerũt nuptijs Mariæ.

Sed nonne nobis dicunt ſponſus & ſponſa ueni, qui diligimus eã? Certè ſic. Ideo oportet cum omni deuotione talibus nuptijs intereſſe. Et ſi cauſemur de paupertate noſtra, quia non habemus unde in tãtis nuptijs faciamus xenia & donaria. Dico ꝙ ſponſa (ut diximus) ſatis diues eſt, & ſufficit ad eius nuptias aquam contritionis aut deuotionis afferamus. Et tunc magiſter feſti Chriſtus quæ iam præparauit diſcum carneum, qui eſt quaſi architriclinus nuptiarum, mutabit aquam noſtrã in uinum gratiæ & gloriæ. Si enim hoc fecit in nuptijs alienis, quanto magis in nuptijs matris ſuæ? Sic ergo omnes inuitãt ad nuptias ſuas Ioſeph & Maria, ut de cętero nullus ſe poſſit excuſare cum ſpõſus & ſponſa dicunt ueni.

Secundum Euangelium hodiernum Mat. 1. duo dicemus. Primò quomodo Ioſeph

Ioſeph accepit Mariam in coniugem tractando de eorum matrimonio. Secundò de modo quo vixerunt in matrimonio.

Circa primum dicemus primo utrum matrimonium Ioſeph & Mariæ fuerit verum & perfectum? Secundò cur voluit dominus matrem ſuam deſponſari. Tertiò cur dubitauit eius maritus & timuit eam accipere in vxorem.

D *Matrimonium. An fuerit verũ matrimonium inter Mariam & Ioſeph.*

Quo ad primã quæſtionem videtur ꝙ non fuerit verum & perfectũ matrimonium, cum prius emiſiſſet votum. In cõſumatione enim matrimonij requiritur carnalis coniunctio maris & feminę, cui repugnat votum. Ad hanc quæſtionẽ reſpõdetur per tres concluſiones. Prima eſt. Ante deſponſationem Maria votum emiſit non ſolum conditionaliter. ſ. ſi Deo placeret, quia hoc omnes faciũt, & in omni uoto intelligitur, vt dicit Sco. in diſt. 34. ſenten. ſed abſolutè & ſine conditione. Hoc autem ex tribus potuit ei perſuaderi. Primo ex reuelatione diuina & inſpiratione, quæ ita ſibi reuelauerat eſſe melius agẽdũ. Nec hoc eſt contra legem ſcriptam, cum Hieremias, Helias, & Ioannes Baptiſta permanſerint virgines. Secundò hoc potuit eſſe ex perſuaſione Angelica. Angeli enim ſibi familiariter colloquebantur, vt patet in ſalutatione eius, & probabile eſt ꝙ de hoc ſuadebunt ei volẽtes ſuam plantam virginitatis eſſe in terris. Tertio hoc potuit ei a parentibus perſuaderi, vt dicit Ioannes Gerſon, & ſingulariter a ſenibus, puta a Zacharia qui cognoſcebat eam eſſe de ſemine Dauid, ideo poterat ſibi dicere. O filia mea Deo dilectiſſima, vtinam tu ſis honor noſtri generis. Ecce nunc tempus imminet in quo debet venire ille qui eſt deſideratus cunctis gentibus, quia iam ſceptrum Iſrael ad alienigenas trãſlatum eſt, ſcilicet ad Herodem qui erat genere Idumeus. Et iam etiam hebdomadæ annorum de quibus mentionem facit Daniel finem habent, poſt quarum completionem debet eſſe puella ſemine Dauid quæ virgo concipiet expectationem totius mundi. Similiter ille ſenex Symeõ ſantiſſimus, & Anna vidua, qui continuè pernoctabant in tẽplo vbi erat Maria domino dedita in ſtudio & orationibus, cum alijs puellis poterant eis perſuadere. O pulcherrimæ puellæ, ecce nunc tempus aduentus domini, quia certificati ſumus in proximo videre eum, nec moriemur ante eius viſionem, ideo portet vt veſtrum una ſe præparet ad portandum illum fructum quo totus mundus paſcetur. O felix illa quæ uotum emittet domino & erit digna parere redẽptorem, quoniam ex virgine Eſaias deſcripſit eum naſciturum. Sic enim decantare poterant, ille auiculæ in aurora diei quando ſol dẽbat naſci. Et iſta cauſa piè poteſt credi cur Maria ſpiritu ſancto repleta uotum virginitatis emiſit. Secunda concluſio. Non obſtante uoto matrimonium Mariæ & Ioſeph fuit perfectiſſimũ. Patet, illud eſt perfectiſſimum matrimonium in quo omnia bona matrimonij inueniuntur, ſic eſt in hoc matrimonio. Qđ probatur. Nam. 27. q. 2. c. omne itaque, dicitur ꝙ omne bonum matrimonij eſt fides, proles, & ſacramentum. Sed hæc omnia fuerunt excellenter in matrimonio Mariæ, & Ioſeph. Ibi enim fuit excellentiſſima fides, cum vterque virginitatem ſeruauerit vſque ad mortem, vt poſtea dicetur. Secundò quia nunquam in neceſſitatibus vnus alterum dimiſit, vt patet de profectione in Aegyptum, & reditione, & ſic de alijs. Secundo fuit proles benedictiſſima filius Dei vnigeniti, non quidem ex matrimonio, ſed matrimonio nata.

Matrimonij bona.

Iſtud eſt bonum matrimonij, vt vir vxorem quærat vnde poſſit habere prolẽ quę Deo obſequatur. Sed nunc multi quærũt vxores propter pulchritudinem, ſicut quę rentes florem in horto propter pulchritudinem, poſtmodum cum ſiccatur proijciũt. Sic iſti qui vxorẽ ꝑpter pulchritudinẽ accipiũt ceſſante pulchritudine in eis deficit illa fides, & non plus de ea curãt quærentes implere libidinem ſuam alibi. Non ſic Ioſeph, quia quamuis Maria eſſet pulcherrima, non tamen eam propter pulchritudinem cõcupiuit, ſed quia ex genere ſuo erat, & quia a Deo vel a parẽtib⁹ ſuis ad hoc iſtructus erat. Alij sũt q quęrũt eas propter diuitias ſuas. Vnde Cato

E *Matrimonium. Quomodo puniũtur in filiis qui indebite iungũtur matrimonio.*

O filiæ

filiæ ſuæ viduæ & quærenti vt maritaretur reluctabat dicens. Vellem quidem filia;ſed iſti querunt tua non te.Item cũ a quodam philoſpoho quæreretur ſua filia a duobus, ab vno paupere,ſed prudente,& ab alio diuite, ſed fatuo, reſpondit. Malo filiam meam date viro indigenti pecunia, quàm pecuniæ indigenti viro.Inde Chryſ. homil.1.ſuper Mat. dicit, quòd qui ſic vxores petunt potius pulchritudinem quàm fidem petentes,diuitias quàm prolem, ſicut pelli parij qui quærunt pellem cati,& nõ propter catum In ſua prole ſentiunt irreligioſitatem ſuam, quia ſentiunt vt in pluribus filios ſuos rebelles,Deo odibiles, & Deum & ecclesiam fugientes, ad omne malum pronos & potentes,& ab omnibus maledictos.Sed ecõtrario Pſal.111.Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis, potens in terra erit ſemen eius.Tertium bonum eſt ſacramentum quod cõſiſtit principaliter in inſeparabili coniunctione animorum, quia ſicut dicit doctor ſubtilis, Coniunctio carnis non eſt de neceſſitate ſacramenti,ſed tantummodo conditionãliter.ſ.ſi petatur.Sed quia forte diceret aliquis ꝙ Maria ſe ſubdendo legi matrimonij ſe exponebat periculo fractionis voti, ideo ſit.Tertia concluſio. Licet Maria in coniugio aſſentiret, ꝙ ſi Ioſeph peteret conſenſum carnis ꝙ daret,tamen certificata eſt per diuinam reuelationem antequam conſentiret in matrimonium,ꝙ Ioſeph ſtatim emitteret votum, nec in ſuo corpore quæreret vnquã habitationẽ vel coniunctionẽ,aut copulam carnalẽ. Probatur,quia in principio poſt deſponſationẽ Angelo Mariæ annuntiãti ꝙ ipſa pareret Ieſum dixit.Quomodo fiet iſtud, qm̃ virum non cognoſco.i.quõ fieri poteſt ꝙ ego concipiã deſponſata puerum, cum iã ego propoſui nunquã cognoſcere virũ.Eſt .n.modus loquendi,vinum non bibo.i.votum habeo nũquã bibere vinum.Hoc autẽ non potuiſſet dicere,niſi iã de hoc certificata eſſet ꝙ Ioſeph nunquã carnalem concubitum cum ea petijſſet,cum mulier ſit in poteſtate viri.Secundo ſi Ioſeph inſtructus eſt per Angelum ad accipiendũ Mariam, cum hoc totum fieret propter eam, ſequitur a fortiori ꝙ Maria debuit de hoc diuinitus inſtrui.

F

Matrimonium. Quare voluit dominus Mariam matrimonio iungi.

Ad ſecundam quæſtionem dicitur ꝙ non obſtante voto dominus voluit eam matrimonio iungi propter tria. Primò ſecundum ſententiam Ambroſij ſuper Lucam, ne partum virginis calũniarentur Herodes in principio ipſum perſequendo & Iudęi poſtmodum ipſum quaſi de adulterio natum increpando,& ſic cum virginis fama ſit fragilis & cito violabilis, dominus voluit huic ſuccurrere,mallens de ſua diuinitate dubitari quàm de virginitate matris.Et ideo voluit cuſtodiri & cęlari virginitatem eius ſub pallio matrimonii, quia ſciebat illo modo producere fructum ſine læſione floris virginitatis. Hinc eſt quòd licet eſſet deſponſata & virgo, tamen inuenta eſt in vtero habens. vt dicit Matth. Sed non dicit quid habens. Nec eſt mirabile, quia vulgo dicitur de eo qui totam patriam occupat, il a tout. Sic & Maria. Quid enim eſt ꝙ non habeant, qui habentem omnia habent? Secundo vt partus celaretur diabolo. Licet enim multis modis hoc cognoſcere potuiſſet, non eſt tamen permiſſus, quia literæ clauſæ amicis & nunquã inimicis reſerantur. Hæc eſt ratio Origenis quæ ponitur.27.q.2.c. inuenta eſt. vbi ait. Dico coniugem propterea,vt diabolo virginitatem eius occultem, & legis inſtituta non deſtruam. Tertio vt Ioſeph eſſet cuſtos & nutritius Chriſti, vt ſcilicet duceret in Aegyptum & reduceret, & nutriret eum in vita ſua. Erat enim Ioſeph garde de corps domini, & varlet a pied cum iret in Egyptum.Vnde malè pingitur Ioſeph ab aliquibus ſicut ſenex cum una potentia, & in decrepita ætate cum capillis canis. Primo, quia dicitur Eſaia.62. Habitabit iuuenis cum virgine. Secundò,quia tunc Maria fuiſſet paſſa infamia, cum talis ita ſenex fuiſſet impotens generare,immo tunc diceretur de matrimonio caſtiſſimo Mariæ & Ioſeph ꝙ fuiſſet ſimile modernis in quibus accipiunt ſenes iuuenculas propter lubricitatem & carnalitatem, & delectationẽ impudi-

Ioſeph erat perfectè ætatis cum nupſit.

impudicam,quod impium eſt credere de Ioſeph & Maria. Tertiò, quia tunc talis ſenex non potuiſſet de ea curam gerere eundo in Aegyptum & redeundo. Tales enim cum potentia ſua & cum paupertate non multam feciſſet viam in vno die. Creditur autem (ſicut dicit Gerſon) ꝙ erat inter quadragenarium & quinquagenarium annum. Sic itaque voluit dominus non obſtante voto matrem ſuam cõiungi matrimonio.

G *Ioſeph Cur timuit Ioſeph accipere Mariã in coniugẽ ſuam.*

Ad tertiũ cum quæritur cur ergo Ioſeph timuit accipere Mariam in coniugẽ ſui, cũ tamen eſſet iam deſponſata? Dicitur primo ad hoc ꝙ Maria erat deſponſata Ioſeph ſecundum cõmunẽ modũ loquendi Iudæorũ, ſicut nunc dicuntur affidatę, quia mos erat Iudæis poſtquã mulier erat a parẽtibus donata viro ꝙ eã cõſideraret & mores eius, vt ſcilicet poſſet poſtmodum cum ea conuiuere. Dure.n. ceruicis erat populus Iudaicus. Exod. 32. Et pro modico libellum repudij dabat vir vxori. Ideo ne ita eſſent proni, antequã per verba de pręſenti coniungerentur dabatur eis vxor in familiaritatem, & poſſent eam conſiderare & mores eius. Hinc Chryſo. & habetur. 27. q. 2. c. priuſquam conuenirent, ait, Non dixit priuſquam in ſponſi adducerentur domum. Hunc enim morem ſeruabat antiquitas, vt ſpõſę in ſponſorum domibus haberentur, ſcilicet ad conſiderandum mores earum. Dicitur ſecundo, quòd ſtatim poſt illam deſponſationem, ideſt receptionem in fidem & familiaritatem Angelus nunciauit Mariæ myſterium incarnationis, & ſtatim aluus virginis cæpit intumeſcere. Cum enim Chriſtus fuerit ſpecioſus forma præ filijs hominum, forte erat alicuius quantitatis ſatis magnæ, & tunc faciliter potuit intumeſcere venter Mariæ poſt annuntiationem. Virgo autẽ in domino ſperabat cogitans in ſeipſa quòd opus erat diuinum, & ꝙ qui cæpit ipſe perficiet, ideo noluit hoc expreſsè ſuo ſponſo indicare, ſed totum committebat diuinæ prouidentiæ, nolens ſacramentum regis, niſi cum eius voluntate indicare, & ex hoc Ioſeph ſuſpicari potuit. Creditur tamen ſecundum Gerſo. ꝙ ſtatim cognouerit, & ꝙ ſtatim nuptias fecerit. Dicit tertio ꝙ ſecundum diuerſos doctores multæ fuerunt huiuſmodi dubitationis occaſiones. Prima eſt ſecundum Origenẽ & Bernardum, quia indignum ſe exiſtimabat tãti myſterij fieri cuſtodem. Sicut & Eliſabeth indignam ſe reputabat viſitatione matris domini dicens. Lucæ. 2. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Et Ioannes Baptiſta. Ioan. 1. dicebat. Non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum eius. Similiter Centurio ait Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Item Petrus domino. Exi a me, domine, quia homo peccator ſum. Secundò vt ſicut Thomas Didymus fuit teſtis reſurrectionis, ita & iſte teſtis eſſet incarnationis. Sicut enim Thomam voluit de ſua reſurrectione dubitare, vt per hoc tolleretur omnis dubitatio de eius reſurrectione, ſic & Ioſeph de virginitate Mariæ dubitare voluit, ut per Angelum daretur teſtandi occaſio. Iſtam rationem aſſignat Grego. vt habetur. 27. q. 2. c. ſic quippe, vbi ait, Ita factus eſt diſcipulus dubitans & palpans teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſponſus fuerat & matris cuſtos integerrimæ virginitatis. Hinc eſt quòd apparuit Angelus Ioſeph, ſed in ſomno ſecundum Chryſ. vt quemadmodum dormiente Adam creauit Deus primam mulierem, ſic iſti dormienti diuinitus aſsignaret vxorem, & ait. Noli timere accipere Mariam cõiugem tuã. Hoc poteſt dici illis qui aliquando pænitentiam agunt, ſed modica occaſione deponunt. Noli timere accipere Mariam, ideſt pęnitentiam aſperam. Pęnitentia enim talium eſt ut capa pluuialis, quæ in tempore pluuioſo accipitur, & in placido deponitur, quia in aduerſitate pænitentiam accipiunt, ſed in proſperitate eam deponunt, ſimiles Pharaoni qui flagellatus emenda promittebat, ceſſante plaga peior fiebat. Exo. 5. Vnde ſecundum primam rationem inuenta eſt a Ioſeph habens de ſpiritu ſancto, & ſic ſciuit, ſed timuit adeſſe myſterio. Secundum ſecundã cognouit per conſcientiã quã habebat

Cauſæ timoris in Ioſeph.

de caſtitate Mariæ,quæ in alijs ſolo aſpe-ctu concupiſcentiam extinguebat. Ideo Mariam fornicari reputabat impoſsibile. Dubius tamen erat quomodo hoc fieri poterat.Similiter legerat hanc prophetiã, ecce virgo concipiet, vt dicit Remigius. Immo in Euangelio Nazareorum ſcribitur ꝙ potius Ioſeph credebat virginem ſine viro poſſe concipere quam eam poſſe peccare,præſertim cũ eius facies poſt cõceptionem ita lucebat,vt Ioſeph eius faciem videre non poſſet.Ideo ſuſpicabatur aliquid diuinum eſſe in ea.

Pro ſecunda parte habemus dicere de modo viuendi in matrimonio,iuxta illud verbum,& non cognoſcebat eam &c.Iũcti.n.thoro matrimoniali debẽt primo viuere caſtè ſeruando ſibi inuicẽ fidelitatẽ. Secũdo in amore,& non in diuiſione, mutuam ſibi exhibendo charitatem.Sic fecit Maria,& ſecundũ hoc dupliciter exponiť textus.Primò & non cognoſcebat eã carnaliter donec peperit filium ſuum primo genitum, non ꝙ poſtea cognouerit eam, aut ꝙ habuerit alium filium, ſed tantum modo vult dicere Euangeliſta ꝙ ipſa cõceperat virgo & ante partum nullo modo eam cognouerat. Et propterea in hoc reprobatur Heluidius maculans eius integritatem,primo arguens quia ſi fuit primogenitus,ergo fuit alius ſecundus. Secundò quia non cognouit eam donec peperit, ergo poſt cognouit eam. Sed iſte primo erat ignorans ſcripturam ſacram. Nam Exo.13.dicitur. Omne primogenitum ad aperiens vuluam ſancto domino vocabitur.Si ergo ſequeretur peperit primogenitum ergo habuit ſecundũ, tunc mulieres debuiſſent expectaſſe ſecũdum filium ad hoc ꝙ portarent in templum primogenitum. Vnde ibi primogenitum dicit,ante quem nullus eſt genitus. Ad ſecundũ dicitur ꝙ ipſe non erat logicus,q a negatiua non infert affirmatiuam. Diciť ſecundo ꝙ iſte modus loquẽdi ſæpe ponitur in ſcriptura ſacra. Primò in Pſ.122. Sicut oculi ancillæ in manibus dñę ſuæ, donec miſereatur noſtri. Non enim eſt ſenſus ꝙ poſtquã dominus noſtri miſerebitur non tendant amplius in Deum. Secundò alibi in pſ.Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos,&c. Et ſic patet ꝙ ille miſer non intellexit ſcripturas. Et ideo contra eum ponitur iſta concluſio. Ioſeph nunquã cognouit carnaliter Mariam,immo permanſit virgo. Probat beatus Hieronymus in epiſtola contra Heluidium,qui a dñs maiorẽ curam habuit de matre in iuuentute quàm in ſenectute,& ita mundè voluit eam cuſtodiri tunc & nutriri,immo tunc maior cura debebať iuueni puellæ,ſed in ſenectute poſt mortẽ Ioſeph & ſuam eã commendauit Ioanni euangeliſtæ virgini,ergo a fortiori Ioſeph in iuuẽtute.Probabile enim eſt ꝙ ſicut filius Dei voluit naſci in puritate virginali, ꝙ etiam nutriri.Secundò probatur ex teſtimonio Euangelico, quia ex tali teſtimonio ante partum non eam cõtigerat Ioſeph. Sed ipſe ante partum & poſt partum per miracula quæ vidit in hoc partu dicit ꝙ illa erat templum domini,& ſacrarium ſpiritus ſancti. Scribitur autem.1.Corinthiorum.3.Si quis tẽplum domini violauerit diſperdet illum Deus,ergo nunquã cum eſſet iuſtus ex teſtimonio euangelii auſus eſt violare templum dñi.Tertio vt dictum eſt in quodã ſermone de cõceptione, etiã ex teſtimonio Iudęorum inimicorum Mariæ complexio erat ita compenſata vt in reſpiciẽtibus in ea extingueretur oĩs libido carnalis cõcupiſcentiæ, ergo a fortiori cum Ioſeph eſſet pudicus & caſtus oẽm amorẽ lubricum extinguebat in eo ſi quẽ haberet ꝙ nõ credit,immo ſicut dicit Gerſon & multi alij, credibile eſt ꝙ ex vtero matris ſit ſanctificatus & refrigeratus ab omni concupiſcentia carnali, & dato ꝙ non eſſet ita,tamen ſequitur ꝙ ſi Ioannes ex præſentia Marię & Chriſti ſit ſanctificatus,& Eliſabet facta prophetiſſa ꝙ multo magis Ioſeph qui eam tam piè amplexatus eſt.

Scđo hoc exponit Chryſo.hom.2.ſup Mat.ꝙ nõ cognouit eã.i.nõ cognouit quãtæ dignitatis eſſet, donec peperit filium ſuũ primogenitũ.Tũc.n.vidit mirabilia q̃ facta fuerũt, paſtores veniẽtes & reges ſtella duce & hmõi.Inde & illi detulit

H Mariæ virginitas. De uirginitate perpetua Mariæ cõtra Heluidiũ

hono-

honorem, ſicut ipſa faciebat ei. Ioſeph autem ſeptem honores habuit. Primus eſt, quòd fuit de ſanguine regali & Patriarcharum. Propter hoc dicit Angelus, Ioſeph fili Dauid, quaſi dicens, in te filio Dauid adimplebitur promiſſio. Secundus eſt quòd verus conſanguineus & ſpõſus matris Dei & imperatricis mũdi efficitur. Vnde ſi velis habere prębendas regni cęleſtis, nunc habentur duobus modis. Primò præcibus parentum. Secundò iuſſu aut præcibus imperatorum. Sic ambo ſunt parentes Ieſu & Maria imperatrix orbis. Tertius eſt quòd ad cuſtodiam, & tutelam domini ordinatur. Si tantum deſideratur regi terreno ſeruiri, quãtæ putas dignitatis eſt, ſeruire Chriſto in propria perſona? Si pro potu aquæ frigidæ mercedem prophetæ dare diſpoſuit, quãtam putas pro ſeruitio Chriſto impenſo tanto tempore mercedem recipiet? Quartus eſt, quòd vocatus eſt pater Chriſti, non q̄ ita eſſet, ſed in æſtimatione hominum, eo q̄ cum nutriret amplexaretur & cuſtodiret. O quam beatus fuit iſte. Multi enim reges & prophetę voluerunt videre eũ & non meruerunt videre. Iſte multo fortius meruit amplexari. Dicebat dñs diſcipulis. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, multo fortius, beati oculi qui tanto tempore viderunt eum, & manus quę ipſum attrectauerũt, & os quod oſculatũ eſt eũ. Quia ſi multũ veneramur Ioãnem Baptiſtam, quia digito oſtendit Chriſtũ, & Ioannem euãgeliſtã, quia ſupra pęctus dñi in cęna recubuit, multo magis iſtum, qui amplexatus eſt eum tanto tẽpore. Quintus eſt, q̄ ſecreta fidei myſteria velut regis ſecretarius nõ ab homine, ſed ab Angelo didicit, ideo primus fuit Chriſtianus. Sextus eſt, q̄ Ieſus erat ſubditus illi, & Maria vocabat eum dominum ſuum. Quantum ergo putas poteſt apud dominum, cui in terris ſe ſubdidit dñs? Ideo poſſum⁹ dicere domino illud pſ. 83. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit. Primus gradus ſcalę eſt ad beatum Ioſeph, Secundus ad Mariam, Tertius ad Chriſtum, Quartus ad patrem.

Ioſeph. Ioſeph ſeptem honores & prærogatiuas habuit.

Ioſeph fuit primus Chriſtianus.

In feſto natalis domini, Sermo I. & in ordine XXXVII. per thema.

Simul in vnum diues & pauper. Pſal. 48. Grammatici dicunt q̄ coniunctionum quędam ſunt copulatiuæ, & quędam diſiunctiuæ. Coniunctio Adam & Euæ fuit coniunctio diſiunctiua, coniunctio duarum naturarum in Mariæ vtero fuit coniunctio copulatiua. Primum patet, quia coniunctio primorum parentum & conſenſus eorum in peccatum fuit cauſa diſſenſionis, & diſiunctionis inter hominem & Deum. Eſaia. 59 Iniquitates noſtræ diuiſerũt inter nos, & Deum noſtrũ. Secundo fuit cauſa ſeparationis eorum a loco deliciarum, quia inde propter peccatum eiecti ſunt. Pſal. 54. Cõtaminauerũt teſtamentum eius. In teſtamento enim illo primo Dei, Deus eis omnia ſua dereliquerat, dempto fructu vnius ligni, ſed non ſunt habiti fideles in teſtamento ſuo, ideo ſequitur. Et diuiſi ſunt ab ira vultus eius, ſcilicet a tereſtri paradiſo ducti in hanc vallem miſeriæ & lachrymarum. Tertio fuit coniunctio illa cauſa ſeperationis animæ & corporis. Sap. 1. Iniuſtiſtitia eſt mortis acquiſitio, impij autem manibus & verbis accerſierunt illam. Acquiſierunt enim ſeparationem animę & corporis quæ eſt mors, verbis loquendo cum ſerpente, & manibus accipiẽdo lignũ vetitum. Sed in vtero Mariæ miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, & iuſtitia & pax oſculatę ſunt, & ibi factus eſt ſimul in vnum diues & pauper. Chriſtus.n. naſcendo pacẽ attulit. Vnde & Angeli cantauerunt. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus, & eam moriendo legauit, ait.n. Pacem meam do vobis, non quõ mundus dat. Solet quæri a pueris in grãmatica, da copulatiuas, da diſiũctiuas. Chriſtus quidẽ illas dat & dedit, ſed non quõ mũdus dat, ſed ecõuerſo, q̄a mũdus dat copulatiuas in malo, & diſiunctiuas ĩ bono. Coniũgũtur enim vt malũ faciant,

A Natiuitas Chriſti. In natiuitate Chriſti fuit cõiunctio copulatiua diuinitatis cũ natura humana.

B Chriſtus Mundus

Chriſtus & mund⁹ dant diſferẽ. et copulatiuas & diſiunctiuas.

vt puta in furto & rapina. Prouer. 1. Ponamus tendiculas contra inſontem fruſtra, marſupium ſit unum omnium noſtrum, aut adulando principibus. 2. Parali. 18. Verba omniũ prophetarum vno ore pro ſpera regi annuntiãt, aut vt Dei præcepta aliqualiter transgrediantur, quia pſal. 2. conuenerunt in vnum aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtum eius. Vnde & vulpes Samſonis iunctæ erant per caudas. In cauda enim latet venenum vt cõmuniter dicitur, & ita mali in malum vniti ſunt. Ante vero diuiſæ, quia in bonis diuidun tur, ad qua reſpicere debent & faciem ver tere. Dãt enim & diſiunctiuas in bonum, quia nunquam inueniri poteſt inter eos bonũ pacis, ſed ſemper diuiſionis. Hie. 6. Dicunt pax pax, & non eſt pax. Chriſtus vero dat diſiũctiuas in malo. Matt. 10. Nolite arbitrari quia veni mittere pacem in terrã. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum. Sed coniunctio copulatiua quã Deus dat, eſt coniũctio charitatis. 1. Cor. 14. Non.n. eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. Coniunctio autẽ charitatis copulat hominẽ cuilibet amico & inimico, iuxta illud Ro. 12. Si fieri poteſt ꝙ in vobis eſt, cum omnibus homĩb⁹ pacẽ habentes. Item etiam copulat hominem Deo. iuxta illud. 2. Cor. 13. Pacem habentes, & Deus pacis erit vobiſcum. Hanc autem coniunctionẽ vt faceret, in ſe voluit experiri quando ſimul in vnũ diues & pauper. Diu enim diues altercatus fuerat cum paupere vt debita redderet, ideo vt coniunctio hæc fieret, ſol diuinus, ſol iuſtitiæ apparuit in ſigno virginis, immo & in ſinu virginis, in quo coniunctus eſt lunæ noſtrę mortalitatis, & ſic iũcta ſunt ima ſummis, & reconciliata vniuerſa. Igitur ad gremium virginis conuertamur, & ibi reconciliationem, & gratiam quæramus dicentes Aue.

¶ Natiuitas Chriſti.

Ante Chriſti natiuitatem erant tres

¶ Aduertendũ eſt ſecũdũ Alex. de Hal. in 4. parte, ꝙ añ natiuitatẽ Chriſti erant tres inimicitiarũ parietes. Primus inter Deũ, & hoiem. Secundus inter hoiem & Angelũ. Tertius inter hoiem, & hoiem. Primo quidẽ hõ ꝑ inobedietiã Deũ offenderat, & Deus offenſus ſibi varia plagas inferebat, ecõtrario homo eũ ſuis maleficijs irritabat. Deute. 32. Irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis. Vulgo dicitur. Deux gros ne peuent en vng pot. Pſal. 9. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. Deus enim erat vnus groſſus, qui a nullo compræhendi poterat, & mũdus pauper ſuperbus qui nihil niſi animum habebat, & hoc ad irritandum Deũ, ideo Deus offenſus erat. Secundo inter hominẽ & Angelum, quia per ſuũ caſum reſtaurationẽ angelicam impedierat. Inde & per Angelum expulſus eſt homo a paradiſo, & ciuitates Sodomorum ſubuerſæ. Tertio inter hominem & hominem, quia Iudęus cęremonias legis excolebat. Gentilis idololatriam, & vterque ritus alterius deſpiciebat. Veniens autem in mundũ pax noſtra, fecit hodie vtraqũe vnũ. Eph. 2. Et lapis angularis vtroſque iunxit parietes. Nam abſtulit peccatum, & reconciliauit hominem Deo: reparauit caſum, & reconciliauit hominem Angelo. Deſtruxit ritus, & reconciliauit hominem homini, & ſic reſtaurauit quę in cęlo & quę in terris ſunt. Col. 1. Ideo illa multitudo militiæ cæleſtis hodie cecinit, Gloria in excelſis. i. in Angelis Deo. Et in terra pax hominibus, ideſt in hominibus. Hinc eſt ꝙ Angelus congaudet & loquitur paſtoribus, quia pax eſt inter homines & Angelos reformata. Naſcit Deus & homo, quia pax eſt inter hoiem & Deũ reſtaurata. Naſcit in præſepi bouis & aſini, quia pax eſt inter hoies reſtituta. Per bouẽ.n. Iudaicus populus, per aſinum Gentilis deſignatur, ſecundũ illud Eſa. 1. Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus pręſepe dñi ſui. Gloſ. per bouem ſignificant credentes ex Iudæis per aſinum gentilis populus. Et ad deſignandum lætitiam duorum populorum de natiuitate Chriſti, in cornibus altaris ponuntur duo candelabra, quæ cruce mediante, faculas ferunt accenſas, ad Iudaicum populũ pertinet illud Eſa 60. Surge illuminare Hierluſalẽ, quia venit lumẽ tuũ, & gloria dñi ſuper te orta eſt. Ad gẽtilẽ vero dicit apoſtol⁹ Eph. 5. Eratis aliquãdo tenebrę, nũc autẽ lux in dño,

inimicitiarũ parietes.

Nam

Nam noua ſtella apparuit magis. Crux vero in medio altaris inter duo candelabra collocatur, quoniam inter duos populos Chriſtus mediator exiſtit lapis angularis quæ fecit vtraque vnum. In ſignum huius paſtores Iudæi a Iudæa, magi gentiles ab oriente ad hunc adorandum venerunt. Sic igitur primò facta eſt reconciliatio Dei ad hominē, non ad dæmonem. Nam Chriſtus cōſimiliter egit Pharaoni. Pharao enim Gen. 40. duos habuit inimicos in carcere, ſcilicet pincernam & piſtorem, ſed in die natalis ſui unum recepit in gratiam, alterū ſuſpendit in patibulo. Sic Chriſtus duos habuit inimicos, vnum ſibi reconciliauit per miſericordiam & gratiā, ſcilicet hominē, alium ſcilicet dæmonē per iuſtitiam & ſapientiam ſuam ſuperauit, & inferni patibulo adiudicauit. Inde dicuntur Angeli pacificati. Gloria in altiſſimis Deo pro dæmone ſuperato, & in terra pax hominibus pro homine recōciliato. Et quia Deus erat diues, homo pauper, Angelus diues diuitijs ſpiritualibus, homo pauper, ſimiliter Iudæus diues in ſcripturis ſacris, homo pauper, hæc aūt hodie vnita ſūt & recōciliata, valde bene cōcludit ꝙ ſimul in vnū diues & pauper.

Coniūctiones factæ in Christi natiuitate. Igitur dicendum eſt de triplici coniunctione quam ponit Augu. Cōiuncta ſunt adinuicem Deus & homo, mater & uirgo, fides & cor humanum. Deus diues, homo pauper. virgo diues quę fructū habet centeſimum, maternitas pauper, quæ tantum fructum habet triceſimum. cor humanum pauper, ſed fides diues. Iacobi. 2. Diuites in fide. Hinc Augu Mirabile eſt, ꝙ cor humanum fidem his duobus accommodauerit, vt crederet ꝙ Deus homo eſſet, & virgo manſerit quę pepeꝛiſſet. De prima cōiunctione dicetur hoc ſermone matutino. De reliquis vero duabus ſermone pomeridiano.

Itaque prima coniunctio eſt copulatiua qua coniuncta eſt humana natura diuinitati, propter cuiuſmodi coniunctionem ſortitur quinque nomina hodie recitata in prima lectione matutinarum Eſa. 9. Dicitur .n. primo admirabilis, ſecundo cōſiliarius, tertio Deus fortis, quarto pater futuri ſeculi, quinto princeps pacis.

D Natiuitas Chriſti. Chriſtus ſortitur quinque nomina i natiuitate. Primo admirabilis ſecundum illud Iudi. 13. Quid quęris nomen meum quod eſt mirabile? Et hoc triplici ratione. Primò admirabilis capacitate. Nam qui immenſus erat, factus eſt paruo corpore menſuratus, & ſe fecit menſuratum vt nos ad menſuram reduceret, æternus factus eſt temporalis, & tempore menſuratus, & ille quem mundus capere non poterat clauditur in virginis vtero. Eccleſiaſtici. 43. Vas admirabile opus excelſi. Vas enim illud humanitatis mirabilis fuit capacitatis, quia continet diuinitatem, ideo opus fuit mirabile excelſi. Mirabilis certè coniunctio & quaſi impoſſibilis comprehendi a philoſophis, vt ſcilicet æternus eſſet temporalis, & immenſus menſuratus, & immortalis mortalis. Secundo dicitur mirabilis in humilitate, quando magnus factus eſt paruulus, quando excelſus præ regibus terræ factus eſt humiliatus vſque ad beſtias terræ. Quod admiratus Abacuch ait, Domine conſideraui opera tua & expaui, in medio duorum animalium cognoſceris. Tertiò admirabilis in bonitate & ſuauitate. Bona quidem fuit Chriſti humanitas, ſed diuinitati iuncta ſuauitatem ineſtimabilem & ineffabilem affectui humano attulit. Ait philoſophus. 1. Metaphy. ꝙ propter admirari nunc & prius cæperunt philoſophi philoſophari. Cum ergo odor & ſapor huius bonitatis effuderit ſe per totum mundum, admirati viri ſancti cæperunt in eo philoſophari, ita vt alij ad martyrum per hanc veram philoſophiā currerent, alijs totum mundum (vt ſuauitatem hanc plenius deguſtarent) dereliquerunt, alij vero in laboribus; & ſudoribus, & ſtudijs vſque ad finem vitæ perманſerunt. Inde dicebat anima catholica illud pſalm. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Hæc mirabilia quęrebant ſancti patres dicentes illud Eccleſiaſtici. 35. Immuta ſigna, innoua mirabilia. Feciſti mirabile producendo hominem nec de viro, nec de fœmina, & mirabilius de viro ſine fœmina, ſed vileſcit iam tertius modus de viro & fœ-

mina, fa e nũc quartũ de fœmina ſine viro.

E Chriſtus Cõſiliarius. Chriſtus eſt magnus conſiliarius, & differẽter ab alijs.

Secundò dicitur conſiliarius, iuxta illud Prouerb. 8. Ego ſapientia habito in conciliis, & eruditis interſum cogitationibus. Dictus eſt autem conſiliarius, quia magni conſilij Angelus, id eſt commiſſarius ad faciendum humani generis redẽptionem. Et ſi dicatur quòd tale nomẽ eſt ſatis commune, ſunt enim multi conſiliarij. Reſpondetur quòd verum eſt, ſed iſte ſingularis & vnicus. Nam alij conſiliarij & ſi frequenter iudicent & ordinent aliqua, tamen illa ſæpe non permanet, ſed verſantur & reuerſantur. Eccleſiaſtices. 3. Suis ſpacijs tranſeunt vniuerſa. Et pſalm. 32. Dominus diſſipat cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum. ſequitur, Conſilium autem domini manet in æternum. De cuius cõſilio proceſſit vt fieret iſta coniunctio deitatis cum humanitate, & illud matrimoniũ indiſſolubile & perpetuum, quod tanta dilectione vnitum eſt vt etiam nec morte potuerit fieri quin diuinitas ſemper vnita eſſet animæ & corpori. Secundò quia cęteri conſiliarij de rebus terrenis & de terra conſiliantur. Io. 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, ſed iſte conſiliatur de ſupernis habendis. Alij enim conſulunt de modo terræ habendæ, iſte de modo contemnendi eam. Illi conſulunt de materijs regni terreni, iſte de materijs regni cæleſtis. Ideo ſequendus eſt iſte conſiliarius, qui ita bene conſulit, quia niſi ſequamur poterit dicere illud Prouer. 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, ego quoque in interitu veſtro ridebo. Tertio iſte conſiliatus eſt, dum in hunc mundum venit, de his quæ mundus & mundi conſiliarii neſciebant conſulere. Nullus enim ſciebat viam ſalutis, omnes deſcendebãt in infernum. Clamabat mundus, & quærebat hunc conſiliarium. Nolebat amplius Moyſen, quia erat impeditæ linguę. Nolebat Hieremiam, quia puer erat & neſciebat loqui. Non Eſaiam, quia labia immunda habebat. Quęrebat itaque hanc ſanctam coniunctionem, hunc conſiliariũ dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui, & ita multifarie multiſque modis olim locutus Deus in prophetis, nouiſſimè locutus eſt nobis in filio. Primum quidem Deus literas mittebat, & per literas ſalutabat. Pſ. Qui mandat ſalutes Iacob. Nouiſſimè vero in propria venit ad conſulendum ſobrietatem & abſtinentiam, contra conſilium quod dedit ſerpens de crapula.

Chriſtus dicitur Deus fortis.

Tertio dicitur Deus fortis. Licet enim ſit paruulus, tamen ibi abſcõdita eſt fortitudo eius. Fortis quidem erat in natiuitate vincens & terrens mundum in Herode, quando turbatus eſt & omnis hieroſolyma cum illo. Secundo in prædicatione, doctrina, & exemplo, & vita vincens carnales delicias. Tertio fortis in paſſione, quando fortis impegit in fortem ambo pariter corruerunt, ſed fortior reſurrexit. Diabolus autem ſe gigantem reputabat in ſpecie Roboam. 3. Regum. 12. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Pater meus poſuit ſuper vos iugum, ego vero addam ad iugum veſtrum. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego vero cędam uos ſcorpionibus. Sed Chriſtus econtrario vt gigantem illum ſuperaret factus eſt paruulus, & in paruulo gigas geminæ ſubſtantiæ habebatur. pſal. 18. Tanquã ſponſus procedẽs de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam. Dicitur autẽ Chriſtus Deus fortis, quia eſt fortitudo noſtra. Et dicitur nobiſcum eſſe, quia emanuel quaſi nobiſcũ Deus. Si ergo Deus pro nobis, quis contra nos? Roma. 8. Eſt enim nobiſcum vt nos conſeruet, & pro nobis vt pugnet. pſ. 45. Dñs virtutũ nobiſcum. Et ideo Iob confidenter dicebat. Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me?

Chriſtus dicitur pater futuri ſeculi.

Quartò dicitur pater futuri ſeculi, quod poteſt duobus modis intelligi. Vno modo, quia eſt pater futuri mũdi. Sicut.n. ſol iſte tẽporalis influit vitam temporalem, & dicitur pater vitæ huius. Et ſicut pater influit vitã filio, ſic filius Dei his qui erũt ſui in alio mundo influet vitam æternam. pſal. 102. ſecundum altitudinẽ cęli a terra, corroborauit miſericordiam ſuã ſuper timentes ſe. Hoc eſt ſecũdũ gloſſã magiſtri electos ſuos tãtum in hac natiuitate exaltauit, quaſi cęlum a terra, cũ de

terrenis

terrenis cęleſtes effecit; & poſt vitam terrenam cęleſtem confert ex miſericordia ſua & liberalitate.

Secundò poteſt intelligi de ſeculo noui teſtamenti. Abraam enim dicebatur pater veteris. Inde Io. 5. Iudęi gloriabantur Abraam eſſe patrem ſuum. Sed iſte noui ſeculi, quod tunc futurum erat, pater dicitur quando genuit nos verbo veritatis, vt eſſemus initium aliquod creaturę eius. Hinc eſt, quòd ex nomine patris noſtri Chriſtiani appellamur. Ipſe enim in cruce latus aperuit, & tūc effluxit ſanguis & aqua, aqua ad nos regenerandum, & ſanguis ad colorādum gratia ſua. Sicut enim primus Adam fuit initium prioris ſeculi, & pater, ſic Noe ſecundi pater fuit. In cuius figura dicitur Noe. Vir perfectus in cunctis generationibus ſuis. Gen. 7. quod de Chriſto magis propriè dicitur. Neque enim generatio cuiuſcūque hominis perfecta fuit, ſed maculata. Iſtius autē triplex eſt generatio. Vna ęterna, qua generatur a Deo patre. Secunda ex matre & ex tempore, quę perfecta fuit eo quòd vir perfectus gratia & gloria in inſtanti ſuæ conceptionis factus eſt. Sed tertia ſpiritualis, qua in nobis de die in diem generatur. Sicut dicebat Paul⁹ Gal. 4. Filioli mei quós iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Et ſimiliter nos generat. Inde eſt quod dicuntur tres miſſæ hodie. Vna in media nocte repræſentans Chriſti generationem æternā, vt patet in principio eius. Secunda in aurora, quę repræſentat temporalem, & hoc etiam apparet in principio. Tertiam plena die, quæ ſignificat ſpiritualem generationem. Ideo dicitur Puer natus eſt nobis. i. in nobis. Vnde & prouidit eis pater iſte de tanto bono ꝙ nō eſſet auſa natura humana petere, ſi ꝙ Deus vtilitatem noſtræ carnis aſſumeret, quæ dicebat quaſi petere non audens. Cāticorum. 8. Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, ſed pater ait. Gloriam meam in puluerem deducat.

Chriſti triplex generatio, & hac ratione hodie tres dicuntur miſſæ.

Quintò dicitur princeps pacis, quia auctor pacis. Vt ſectator pacis, vel filius pacis poteſt dici quilibet homo, ſed ſolus **Deus princeps pacis, qui ſic paci domi-**

Chriſtus dicitur princeps pacis.

natus eſt, vt ſuam eam diceret. Pacem (inquit) meam do vobis. Princeps quidem pacis, quia ab eo pax præcipua deſcendit. Pax ſcilicet illa, quę exuperat omnem ſenſum. Ille eſt ſine cuius prouidentia impoſſibile erat pacem dari rebus, & ideo pro bono pacis voluit incarnari & pati. Inde pacem iſtam præcogitauit cogitando omnes modos & pactos quibus poſſet hominem ad pacem trahere. Et ideo dicit Hierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Secundò tractauit, ſcilicet per prophetas antiquis patribus promiſſionem pacis faciendo, & quaſi matrimonium cum natura humana procurando. Vnde antiqui patres de promiſſione non ſibi reddita quaſi conquerebantur dicentes Hierem. 8. & 14. Expectauimus pacem & non erat. Et Eſaias clamabat. Veniebat pax, & requieſcat in cubili ſuo, ideſt in vtero virginis. Tertio nobis attulit matrimonium in incarnatione conſummando. Pſal. 71. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Non dicit abundantia iuſtitiæ, quia de nullo ita auarus eſt modo, nec ita magnum forum facit ſicut de miſericordia, econtrario erit in futuro. Fuit enim auarus de miſericordia diuiti epuloni. Propter hoc Symeon eo viſo dixit. Nunc dimittis domine ſeruum tuum in pace. Quartò prædicauit eam, & annunciauit per Angelos dicentes, In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Pſal. 84. Loquetur pacem in plebē ſuam. Iuſſerat autem filiis Iſrael offerre eam primo. Deut. 22. Si acceſſeris ad aliquam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Et diſcipulis ſuis dicebat Luc. 10. In quacunque domum intraueritis, primùm dicite, pax huic domui. Quintò oſtendit eam nobis in ſua conuerſatione, pacificè nobiſcum conuerſando. Viæ eius, viæ pulchræ, & ſemitæ eius pacificæ. Et Pſ. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, vt ſcilicet exēplo meo eos ad pacem reducerem. Sextò eam emit in paſſione proprio ſanguine. Diſciplina enim pacis noſtræ ſuper eum. Colo. j. Pacificans per ſanguinem ſuum, ſiue quę in cęlis, ſiue quæ in terris ſunt.

Pax. Deus præcogitauit modos paciscum homine faciendæ.

Propterea

Propterea poſtquam eam dedit diſcipulis dicendo, Pax vobis, oſtendit eis manus & latus, ac ſi diceret. Videte quàm carè eme rim eam. Septimo eam dimiſit nobis in ſuo teſtamento in receſſu. Io. 14. Pacem re linquo u bis Hæc enim fuit primus eius bannu., & ultimum teſtamentum. Sed no tabile eſt, ꝙ dicit Pacem meam, quia uulgo dicit ꝙ melior eſt bona guerra, quàm pax mala, propter hoc addit meam. Eſt enim aliqua pax quæ non eſt eius, quam nobis non dimiſit, ſed potius deſtruxit, de qua dixit Lucæ 12. Putatis quia pacem ueni mittere in terram; Non dico uobis, ſed ſeparationem. Et iſta pax poteſt dici illa quam facit ſpiritus cum carne obediendo concupiſcentijs eius, quàm dominus totaliter deſtruxit. Bona eſſet pax, ſi econtrario ſubeſſet omnino caro ſpiritui. Et illam pacem dominus habuit, quia nullam unquam rebellionem carnis ad ſpiritum ſenſit, ſed eam perfectè habere non poſſumus, quia continuè caro concupiſcit aduerſus ſpiritum Hoc bellum continuũ carnis ad ſpiritum eſt bellum inter Iſaac & Hiſmael. Nam ſicut Hiſmael faciebat Iſaac adorare imagines luteas, ſic caro facit ſpiritum in apparenti pulchritudine delectari. Imagines enim luteæ ſunt ſicut lateres externus plumbatæ & lucentes. Licet autem iſtud bellum non poſſit omnino pacificari in hoc mundo, poteſt tamen reduci ad aliquam concordiam, ut ſaltem aliquam tranquillitatem pacis ſpiritus habeat, ſed non plenam propter fomitem concupiſcentiæ, qui nunquam extinguit, ſed continuè uiget in uobis. Quem quia non habuit beata uirgo Maria ſecundum multos, ideo nec paſſa eſt bellum iſtud, ſed ipſa ſecus pacificè habitabat & cum alijs. Ioſeph etiam erat cum illa pacificus in hac natiuitate, nec ab illa debitum requirebat, nec ardore libidinis ipſam infeſtabat, & ſic ibi omnia erãt pacata, & immaculata, & refrigerata. Vel dicẽdum eſt, ꝙ ille qui de Maria natus eſt vocatur admirabilis in incarnatione & natiuitate ꝑ pter illam triplicem mirabilem cõiunctionem de qua diximus, conſiliarius in prædicatione & doctrina, in qua non ſolum præcepta, ſed etiam conſilia docuit. Deus in creatione, magorum adoratione, & miraculorum coruſcatione, iuxta illud Nicodemi. Ioan. 3. Nemo poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Et in peccatorum remiſſione. Quis enim poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Et in mentium cognitione, quia 2. Parali. 6. Tu ſolus noſti corda filiorum hominũ. Fortis in paſſione, ubi abſcondita eſt fortitudo eius, ſed tamen ipſe fuit fortitudo noſtra. Nam iuxta Apoſtolum. 1. Corint. 1. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus, pater futuri ſeculi in reſurrectione, quando incepit futurum ſeculum in glorificatione animæ & corporis. Dicitur enim pater futuri ſeculi, nõ huius in quo uiuebat propheta, ſed ſempiterni, cuius nemo poteſt eſſe pater niſi Deus, qui in eo omnes ſanctos generat, propter quod eorum mors natalis dicitur. Princeps pacis, idest mediator Dei, & hominum, qui Deo & Angelis nos reconciliauit, quod factũ eſt in aſcenſione, quando naturam humanam aſſumptam cum diuina in dextera Dei exaltauit.

Pax duplex.

Sermo II. & pomeridianus eiuſdem diei, & in ordine XXXVIII. per thema præcedens.

A Natiuitas Chriſti. Quare Chriſtus voluit fieri homo.

Queritur quare Deus uoluit, ut ſimul in unum eſſent diues natura diuina & pauper natura humana, ita ꝙ Deus fieret homo & aſſumeret noſtram miſeriſ mam naturam? Reſpondetur ꝙ propter multa. Primò quidem ut noſtrum amorẽ alliceret. Nam primus hominem fecerat ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ut homo in Deo delectaretur, ſicut ſimile ſuo ſimili applaudit. Sed quia iam imago illa decolorata erat, nec in ea delectabatur homo, Deus non ſe ad ſimilitudinem hominis fecit, ſed uerum hominem ut in eo delectaretur homo, & amaret eum. Secũdò ut humanam naturam nobilitaret. Prius clamabat ad dominum natura uilis. Thren. 1. Vide domine, & conſidera

quo-

quoniam facta ſum vilis. Poſt incarnationem dixit Chriſto. Cum gloria aſſumpſiſti me, & ſic facta ſum glorioſa. Sicut ignobilis mulier ſublimatur cum a viro nobili in matrimonium aſſumitur. Ex quo patet, quòd omne peccatum poſt incarnationẽ grauius eſt, quàm ante, ſicut ignominioſius eſt viro nobili viliter agere quàm ignobili. Natura igitur prius pedibus Sathanę ſubſtrata: nunc per incarnationem ad meritum Angelorum eſt ſublimata. Tertiò vt caro per carnem liberaretur, & pro genere humano de ſuo ſumeretur in redemptionis pretium, ut inde remedium fieret, vnde vitium contractum eſt, & in eodem monſtraretur, & peritia medici & iuſtitia redempti, quãdo de ſuo & ſanando inuenitur remedium, & pretium redimendò. Quarto vt de noſtra mortalitate ſuſciperet vnde mori poſſit vita pro mortuis, vt ſuam immortalitatẽ nobis cõferret, & quod in filium Dei non potuit perpetrari, in filium hominis poſſet admitti. Quintò vt Deus familiarius ab homine diligeretur, & vterque ſenſus in Chriſto beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis ĩ eius humanitate, vt ſiue ingrederet, ſiue egrederetur paſcua inueniret natura ab ipſo condita. Sextò vt illa diuina potentia facilius ab homine ſuſtineri poſſet, & vt homo cui parum legis & prophetarũ pręcepto profuerant promptius ſalutem ſuam quæreret, cum ad eum ſalus ipſa veniſſet, & qui miſſo toties de cęlis non corrigebatur imperio, præſentiæ ſaltem inſtrueretur exemplo. Septimò vt a diabolo difficilius agnoſci poſſet. Ideo enim ſub formæ ſeruilis abiectione latuit Deus, vt doloſum ſupplantatorem ſuis viciſſim fraudibus irretiret, & humanæ auidam perditionis, inexplebilem beſtiam per eſcã carnis illuſit. Sic Daniel draconem (qui Diaboli ſpeciem præferebat) cibi virtute conficit, faciens de pice & adipe, ideſt de duabus ſubſtantijs vnam offam, qua aſſumpta, quod putabatur cibus, interitus fuit. Sic ſapientia vicit malitiam, & carbones congeſſit ſuper caput peccatoris. Qui enim arte ſua ſophiſtica nos ſpe deitatis promiſſæ deceperat dicẽs. Eritis ſicut dij, nunc per oppoſitum carnis obiectione decipitur, qua velatus dominus hodie ex virginis vtero tanquam ſponſus de thalamo ſuo proceſſit. Et licet celatum ſit myſterium diabolo, ipſum tamen voluit dominus reuelari hominibus. Prius quidem obſcurè, ſcilicet antiquis patribus. Vnus eorum dicit Dan. 7. Aſpiciebam in viſione noctis. Alia eſt viſio noctis, alia diei. Antiqui enim patres viderunt incarnationis myſterium per noctem. Nam non poterant reuelata facie magnitudinem gloriæ Dei aſpicere. Sed poſtea clarè manifeſtatum eſt, quando antiquus dierum cedit in humanitate per incarnationem & natiuitatem. Tunc enim quod erat occultum, factum eſt in eccleſia manifeſtum, cooperante ad hoc virgine Maria, ex cuius puriſſimis ſanguinibus formatum eſt corpus Chriſti, & hodie terris effuſum; quã ſalutabimus.

Quomodo antiqui patres incarnationem Chriſti uiderunt.

Notandum quòd dominus volens ex miſericordia ſua recõciliari homini per internuntios, quæſiuit quid homo contra eum haberet. Micheæ. 6. Populę meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui, reſponde mihi Et per Hiere. 2. Quid vultis mecum iudicio contendere, omnes dereliquiſtis me dicit dominus, & hoc per peccatum, quare indignaris aduerſum me fauilla & cinis? Certè Eſaiæ. 16. Indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Sed ad hæc natura humana ſex formauit querimonias per aduocatos ſuos, quas per eoſdem Deo propoſuit. Quærebatur itaq; primò ꝙ Deus nimis eſſet abſconditus, iõdifficile inueniebatur. Et hoc per aduocatũ Eſaiam 45. Vere tu es Deus abſconditus. Ac ſi diceret homo. Tu me quæſiuiſti in dimidia die, & inueniſti, dicens. Adam vbi es? Ego iam te per quinque milia annorũ quæro & non inuenio, teſte Iob 13. dicente. Cur faciem tuam abſcondis & arbitraris me inimicum tuum? Teſte etiam Dauid inquirente. Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ? Quid ergo tanto tempore abſcondis te, & ſapientiã tuam a nobis? Ex teſtimonio enim ſapientis. Eccleſiaſtici. 20. Sapientia abſcondita &

B

Natiuitas Chriſti.

De ſex q̃rimoniis naturæ humanæ ſopitis in natiuitate Chriſti.

& theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Hoc autem confitebatur, quo ad vtrunque, ſcilicet quòd erat abſconditus. Exodi. 33. Faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo & viuet. Et quòd homo ab eo non abſcondebatur. Oſeæ. 5. Ego ſcio Effraim, & Iſrael nõ eſt abſconditus a me. Sic ergo vt videtur iuſtè conquerebatur homo de Deo. Secundam quærimoniam formabat de hoc ꝙ nimis erat altus, ideo ad ipſum cum difficultate pertingebat ipſum inuocando & deprecando pro negocijs ſuis. Et hæc proponebat aduocatus Dauid dicens. Mirabiles elationes maris, ideſt tribulationes in profundo huius ſeculi, & tamen mirabilis in altis dominus, qui etiam conturbat ipſum mare, quare difficilis ad aggrediendũ his, qui in imò poſiti ſunt. De quo ſimiliter conquerebatur ſponſa. Cãticorum. 5. Quæſiui illum & non inueni, vocaui & non reſpondit mihi. Cauſam aſſignare videtur Dauid in pſal. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Quod confeſſus eſt ipſe Deus. Primum ſcilicet prodidit dicens Ecclesiaſtici. 24. Ego in altiſſimis habito. Secundum vero Eſa. 51. Ego dominus qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus eius. Tertiam quærimoniam de eo formare videtur, quia nimis magnus, ideo difficilius laudari poteſt. Hoc per ſapientem Ieſum Ioſedech propoſuit. Eccleſiaſti. 43. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum poteſtis. Maior eſt enim omni laude, & ſequitur. Ne laboretis. Non enim peruenietis. Et huic conſonat opinio ipſius Dauid dicentis. Pſ. 47. Magnus dominus & laudabilis nimis. Te enim debeo laudare, & præ magnitudine tua ſicut debeo non poſſum. Et hanc magnitudinẽ ipſemet confitetur dicens Hiere. 23. Ego cęlum & terram impleo. Quartam quærimoniam formabat de eo quòd nimis fortis erat, ideo difficile tolerabatur. Hoc propoſuit per aduocatum Iob. 9. Si fortitudo quæritur robuſtiſſimus eſt. Et inde, Iob ſentiens hanc fortitudinem ſibi aduerſam dicebat. Iob 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me præmat. Inde deficiẽs Dauid dicebat. A fortitudine manus tuæ ego defeci. Ideo de dominio ſuo merito cõqueri videbat natura humana ꝙ vix tolerari poſſet. Quinta quia nimis facũdus eſſet, ideo difficile conueniretur. Et hoc per aduocatum Iob 9. Si voluerit quis contendere cũ eo, non reſpondebit vnum pro mille. Vnde & Moyſi dicit Exodi. 4. Quis fecit os hominis? Ac ſi diceret. Et ſi es impeditæ linguæ, ego tamen facundus ſum. Sextam vero quia nimis iracundus, ideo difficile placaretur. Et hanc per Iob iterum proponi fecit. Iob 9. Deus cuius irę reſiſtere nemo poteſt. Et per Dauid in Pſal. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? quaſi dicat. Septuaginta milia hominum pro vna modica ſuperbia vna die occidiſti. Et Moyſes huius eſt teſtis. Exo. 14. Miſiſti iram tuã, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam, & in furore tuo congregatæ ſunt aquæ, immo quaſi omnes præter duo occidiſti in deſerto. Pſal. 64. Ipſi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Quæ omnia audiens dominus ſtatuto tempore diſpoſuit ad has quærimonias ſatisfacere. Hoc autem fuit in die natalis ſui. iuxta illud Gala. 4. At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum in terris. Igitur vt primam placaret quęrimoniam naſcitur dominus in humana ſpecie, & in domo aperta vt ab omnibus inueniretur. Sicut enim ſol diu aliquando latet in nubilo, qui tãdem clare hominibus reuelatur, ſic Deus qui ab origine mũdi hominibus latuerat, in natiuitate ſua publicè eſt reuelatus, iuxta illud Symeonis Luc. 2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Contra ſecundam reclinatur in præſepio humili, vt facile inuocetur. Inde eſt, quòd nõ ſolum magni & reges, ſed & ſimplices ad eum adorandum & inuocandum acceſſerunt, & tandem nouiſſimè peccatores & publicani. Sicut enim dicit Ber. Niſi gigas ille magnus in terra ſediſſet, ad eum populus non acceſſiſſet. Ideo nũc conſulit aduocatus noſter Eſaias. 55. Quærite dominum dum inueniri poteſt; contra primum. Inuocate eum dum prope eſt, contra ſecundum.

dum. Contra tertium, ſcilicet magnitudinem eius. Hodie paruulus factus eſt, ideo pro paruo pomo placari poteſt. Contra quartum, ſcilicet fortitudiem. Pannis inuoluitur, & manus & pedes faſcia ſtringit mater. Et ideo cum paruulus eſt & ligatus accedere potes ad curiam eius, & te repellere non poterit. Nam ſi aſcenderit in cęlum fortior eſt. Et ſi adhuc times ne propter fortitudinem faciam frangat, permittit ipſe manus & pedes cruci affigi. Contra quintum, ſcilicet facundiam. Iam inuenitur infans. Lucæ. 2. Inuenietis infantem, & ſic loqui naturaliter impotentem. Propone ergo ei quod vis, quia eo modo ſe defendere non poterit. Vltimo vero contra iracundiam puer inuentus eſt, qui cito placari poteſt. Et propterea generaliter de omnibus iſtis querelis facta eſt reconciliatio inter Deum, & hominem, cum ſororem noſtram humanitatem noſtram in vxorem accepit tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, ideſt vtero virgineo. Et quando ipſe diues pauperi non potenti ſoluere iunctus eſt. Tunc enim ſimul in vnum diues & pauper.

Reſtat nunc cõſequenter loqui de alijs duabus mirabilibus coniunctionibus, quę hodie factæ ſunt. Quarum prima fuit cõiunctio maternitatis cũ virginitate. Hoc dixerat longè ante Eſaias cum dedit ſignum idololatriæ regi nolenti quęrere ne Deus glorificaretur. Ecce (inquit) virgo concipiet, & hoc dicit textus. Factum eſt vt impleti ſunt dies Mariæ, peperit filium ſuum primogenitum. Primogenitum in multis fratribus, non ſolum de patre, ſed de matre. Eſaiæ. 66. Nunquid pariet terra in die vna, aut parietur gens ſimul, quia parturijt & peperit Sion filios ſuos, ideſt Maria, quæ ſpeculata eſt humanitatem vnitam deitati? Non enim vult ſpurios habere filios, ſed legitimos, q. de maria amaritudinis pœnitentiæ hæreditatem habeant, vt perueniant ad hęreditatem patris. Inde & de Maria. Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Notantur autem ibi multa pulchra iocalia, quæ dedit Deus pater, beatiſſimæ virgini in hac ſacra natiuitate. Primum eſt, quòd ex Maria naſcitur & in Maria ſine peccato. Matth. 1. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt? & Lucæ. 1. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum. Differt lumẽ quod oritur ab igne, & quod a ſole, quia ab igne ſemper habet fumum, & aliquam impuritatem admixtam, ideo dicitur infumatum a Philoſophis, & hoc quia eſt in materia aliena. Non ſic quando in materia propria, vel quando procedit a ſole. Sic eſt de natiuitate filij Dei, & aliorum hominum, quia ſplendor ſuæ natiuitatis fuit a ſole egrediens. Sicut lumen clarè & lucidè abſque corruptione oritur a ſole, ſic Chriſtus ex virgine. Non ſic de natiuitatibus aliorum hominum, quia cum fumo originalis peccati. Secundum eſt quòd ſine corruptione peperit, vt eſſet mater & virgo. In alijs enim mulieribus naſcente fructu cadit flos virginitatis, ibi autem flores eius fructus honoris virginalis & honeſtatis maternalis. Homo enim primus fuit de terra virgine nec culta, nec inciſa, ſic debuit & ſecundus homo. Pręterea terra ſine ſemine ſolet producere plantã ex ſola influentia ſuperiori, & terra humorẽ & materiam miniſtrante, quare non Maria ſimiliter? Præterea ſcriptum erat Oſeæ: 14. Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit ſicut lilium. Sicut autem ros lilij candorem aut decorem non minuit, ſed potius auget & nutrit, ſic Dei filius Mariæ puritatem & virginitatem nõ minuit, ſed auxit & decorauit. Item virga Aaron ſine quolibet adminiculo fructificauit, ita Maria. Nos quidem ſumus genimina viperarum penetrantes & corrumpentes viſcera materna, non ſic Chriſtus, qui ſine quacunque corruptione clauſtrorum virginalium & conceptus eſt & natus.

Tertium eſt ꝙ ſine dolore peperit. Patet primo, quia Eſaiæ vlt. Antequam parturiret peperit. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile? In cęteris mulieribus inter conceptum, & partum media eſt parturitio. Hęc autem ſine parturitione edidit eum. Et hoc eſt quod Angelus ait ei. Ecce concipies in utero, & paries

C Mariæ Natiuitas Chriſt. Maria habuit multa iocalia ſeu prærogatiuas I natiuitate Chriſti.

D Maria. Maria peperit ſine corruptione.

pariet filium, de parturitione nullam faciens mentionem. Hinc Bern. Quid enim mirum ſi dolorem non intulit matri, qui venerat tollere dolores totius mundi? Eſa. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit. Secunda eſt, quia libido in prima matre fuit cauſa doloris. Hic propter libidinem & concupiſcentiam inordinatam, quam habuit dictum eſt ei in pęnam. In dolore paries filios. Sed in Mariæ conceptu nō fuit libido, ergo nec effectus debuit eſſe. Hæc eſt ratio Richardi de ſancto Victore. Præterea ſi Iudæi concedunt Euam de latere Adæ productam ſine dolore ipſius Adæ, cur dicunt potentiam Dei diminutam, vt non poſſit ſecundum Adam de muliere ſine dolore producere? Præterea nonne decuit imperatricem cęli eſſe liberam & priuilegiatam circa maledictionē, quæ cæteris illata eſt mulieribus, vt in dolore parerent filios ſuos? In cuius ſignum ſtatim Maria inuoluit puerum, quod non poſſent facere aliæ mulieres propter impotentiam, immo vix ſemiuiuę remanent in puerperio. Quartum eſt ꝙ ſine grauamine portauit Chriſtum. Inde canit eccleſia. Stat onerata nobili onere Maria. Sicut enim auis portat plumas, ſed non grauatur, immo portatur ab eis, ſic & Maria a Chriſto portabatur. Hinc eſt, quòd ipſa grauida ſtatim aſcendit montana cum feſtinatione, vt viſitaret Eliſabeth. Quintum eſt, quòd habuit tractare eū qui erat verus filius Dei. Vnde pannis eum inuoluit & lactauit. Dicit enim dominus Cāt. 5. Bibi vinum meū, i. paſſionis meæ quod mihi ſoli proprium fuit, quia paſſus ſum ſine peccato cum lacte meo, ſcilicet virgineo, quo ſolo paſtus ſum. Nam ſola virgo lactauit Chriſtum, propter quod deſignatur per Moyſem, qui nullius alterius mulieris præterquam propriæ matris voluit mamınas ſugere, vt dicunt Hebræi. Inde Cantic. 4. quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, ideſt cum quanto honore extollēdæ, cum quanta dilectione amplectendæ. Ideo dicatur ei. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti, quia Dan. 4. Eſca vniuerſorum in eo, ſcilicet ventre & vbera pietatis in ipſa virgine, vt dicat filio. Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis.

Secunda coniunctio quæ reſtat nunc declaranda, & eſt tertia, quæ fuit hodie facta, fuit coniunctio cordis humani & fidei. Mirabilis enim fuit hæc credulitas vt crederetur quòd Deus eſſet homo, & quòd aliqua manſiſſet virgo poſt partum. Sed tamen ad hoc conuincendum primo fuerunt veteris & noui teſti teſtimonia & ꝓmiſſiones. Magnum enim debebat illud eſſe, quod ab initio ſeculi promiſſum erat, & per tot tempora quæſitum & petitum, & tam dilatum. Inde eſt ꝙ in matutinis in primis tribus lectionibus adducuntur teſtimonia veteris teſtamēti, in tribus vltimis teſtimonia noui.

Secundo fuerunt ſancti viri qui hęc ita prædicauerunt & docuerunt, nihil quærentes niſi ſalutem noſtram. Inde in medijs ſermones & teſtimonia ſanctorū patrum adducuntur.

Tertio teſtimonia hominum & Angelorum. Angeli enim dicunt. Euāgelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi, qui non poteſt eſſe niſi Deus. Homines autem dicunt. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt.

Quarto hoc perſuadet vtilitas, quę nobis exinde ſecutus eſt. Filij enim Adę propria quærunt commoda, & ideo non mirum ſi allecti ſunt ad credendum myſterio natiuitatis Chriſti. Nam per natiuitatem Chriſti plurima nobis collata ſunt beneficia.

E Natiui. tas Chriſti. Per natiuitatem Chriſti multa ſūt nobis collata beneficia.

Primò quidem illuminata eſt mens per fidem, quę prius erat in tenebris ignorantiæ. Eſa. 60. habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. Hinc Ioan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ante quidem incarnationem vix videbant homines prope ſe ſcilicet naturalia, & cū magnis erroribus, vt patet in libris philoſophorum, immo nec ſe, nec intra ſe cognoſcebant, quia animam ſuā quanti precij erat non agnouerant. Nunc vero dum exortum eſt in tenebris ſynagogæ, vel gentilium lumen rectis corde miſericors & miſerator

miſerator & iuſtus dominus. Homo ita illuminatur, vt nũc videat in terra & in cęlo gloriam ſanctorum & Angelorum per fidem, immo & glorioſam Trinitatem, immo vſque ad profundum abyſſi inferni qualitatem. Ideo Eſa. 9. Philoſophus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam. Et Malachiæ. 3. Orietur vobis timentibus Deum ſol iuſtitiæ, hoc autem naſcendo de virgine. Nam Pſal. Ortus eſt ſol, ſcilicet Chriſtus & congregati ſunt, ſcilicet paſtores ad præſepium, quia viderant huius ſolis vnum radium. Lucæ. 2. Circunfulſit eos lux de cęlo, & reges ad ſtabulum, quia viderant alium radium. Matth. 2. Vidimus ſtellam eius in oriente, ſacerdotes & ſcribæ ad Herodis palatium, vt indicarent originis ſuæ locum. Tunc enim ad claritatẽ cępit ſapientiam proſilire. Sicut autem Heliſęus ponens ſal in uaſe nouo ſanauit aquas hierico, ſic Deus pater quando in vaſe vteri virginalis poſuit ſal ſapientiæ increatæ et a vaſe eiectum eſt per natiuitatem. Tunc aquæ hierico, ideſt ſcientię mundi & doctrinæ Philoſophorum, quæ per multos errores faciebant terram ſterilem intellectus noſtri, per ueram fidem fuerunt ſanatæ & ab omni errorum genere depuratæ. Vnde legitur, quòd principio regni Auguſti Cęſaris apparuerunt tres ſoles in oriente, qui paulatim in vnum ſolare corpus redacti ſunt, ad denotandum, quòd fides trini & vnius Dei toti mundo manifeſtãda eſſet, & tunc fides initianda. Secundò per eam roborata eſt ſpes noſtra, ſpes quidem obtinendi quicquid petimus. Roma. 8. Qui pro nobis tradidit filium ſuum, quomodo non omnia cum illo nobis donauit? Bernar. ſuper Cantica. Puto iam me contemnere non poterit hoc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. In vitis patrum legitur quòd quędam mulier cum veniſſet ad beatum Hilarione pro ſterilitate tollẽda & ille fugeret, eam, clamauit mulier hunc ſexum non eſſe contemnendum, qui genuit & peperit ſaluatorem, & tunc expectauit eam, & obtinuit ei fęcunditatẽ. Secundo ad ſpem veniæ & ſalutis obtinẽdę. Hinc clamabat Dauid Pſal. 118. Fiat manus tua vt ſaluet me. Manus enim Dei quæ operata eſt omnia redemptionis noſtrę opera, facta eſt in Maria, & hodie oſtenſa, quę tandiu quęſita eſt. Quęrebat enim Dauid pſ. 143. Emitte manum tuã de alto & eripe me. Exemplum ad hoc narrat liber de donis. Cum eſſet fames in Aegypto, & quidam Saracenus pauperibus compatiens euacuaſſet horrea ſua quędam domina quę uidebatur honeſtiſſima gerens puerum ſpecioſiſſimum uenit ad eum rogans vt benefaceret ei. Et cum aſſereret nihil ſupereſſe, adiurauit illum per illam dominam quę virgo pepererat ſaluatorem mundi, ꝙ faceret videri ſi adhuc ibi aliquid inueniretur. Cum autem pietate motus curreret ad horreum inuenit omnia horrea plena, nec vltra dictam dominam potuit inuenire. Quo miraculo viſo & pueri uiſi gratia motus, cũ omni domo ſua baptizatus eſt. Ecce quomodo per viſionem pueri nati ſalutem cõſecutus eſt. Tertio ad ſpem victorię de hoſtibus. Eſa. 12. Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam & non timebo. Quando enim quis eſt in conflictu, & incipit ſuperari, libenter uidet adiutorium veniens quod poteſt & vult liberare ipſum. Sic ante aduentum Chriſti vt plurimum homo ſuperabatur in bello ſpirituali. Inde Geneſ. 3. dicit Adam. Timui, eo quod nudus eſſem ſcilicet diuino adiutorio. Nunc autem non eſt ita timendum, ſed magis de victoria ſperandum, quia Pſal. 22. Non timebo mala, q̃m tu mecum es.

Sol. tres apparuerunt, & cur hoc.

Tertio valet principaliter ad charitatem augendam. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret. Bernar. Quomodo non te moueat amorem ſi recordatus fueris quia ille qui erat in forma Dei in die ęternitatis ſuę in ſplendore ſanctorum ante Luciferum genitus, ſplendor & figura ſubſtantię Dei, venit ad carcerem tuum, ad lumen tuum, infixus (ut dicitur) vſque ad cubitos in limo profundi. Sol enim appropinquans terram calefacit, quanto magis ſi in terra videretur? Sic ſol iuſtitię per incarnationem terram humanitatis noſtræ appropinquans, & in natiuitate ſua ſtans ſuper

terram

terram, caleſcit terram amore ſuo, vt iam terra appetentes nunc cęlum appetant, & terram contemnant. Refert Ioſephus, ꝙ ſic Moyſem venuſtauerat Deus, vt etiam ab hoſtibus alimento dignus haberetur, & adeo pulcher erat, quòd nullus ita ſeuerus eſſet, qui eius aſpectui non inhæreret, & multi dum cernerent eum per plateas portari occupationes in quibus ſtudebant deſerebant. Si iſta de Moyſe pura creatura referuntur, quid putandum eſt de exteriori & interiori huius pueri pulchritudine, de quo ſcribitur. Speciosus forma præ filijs hominum, propter cuius amorem & dulcedinem multi non ſolum ſuas mundanas occupationes, ſed etiam mundum ipſum dereliquerunt? Inde eſt, ꝙ paſtores audito ortu eius ſuos greges dereliquerunt, & reges terram, & Simeon totum mundum deſerere cupijt, quem hic ſola ei⁹ expectatio detinebat. Quartò per hanc natiuitatem debilitata eſt virtus inimici noſtri. Pſal. 103. Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant a Deo eſcam ſibi. Hi ſunt dęmones qui quærunt a Deo permiſſionem tentandi & deuorãdi homines, ſed ſequitur. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur, id eſt in locis in quibus detinentur, ne ad voluntatem noceant nobis. Vnde in libro de dono, pietatis legitur quòd ſanctus Eadmundus Cantuarien. cum legeret & vigilaret ad ſtudium, & deberet in craſtinum diſputare de incarnatione, apparuit ei diabolus, & cum eleuaret manum, ut ſe ſignaret, tenuit eam diabolus, & cum vellet ſe ſignare de alia, tenuit eam ſimiliter. Et cum diceret ego me ſigno corde, in nomine patris & filij, &c. diabolus dimiſit eum. Et cum quæreret ad quid venerat? Reſpondit diabolus, ꝙ ad impediendũ eum ne haberet quid eleganter diceret de eo, quod maximè timebat, quod totam virtutem & potentiam dęmonum attriuerat, & confuderat, ſcilicet eius ortus & natiuitas per ea, quæ geſſit in carne. Diabolus enim quondam reputabat ſe gigantem in perſona Roboam ſtulti dicens. 3. Regum. 2. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris

Dæmonis potentia] quata ſit.

mei, ſcilicet Dei, qui eſt pater omnium per creationem. Sed paruulus puer, ſcilicet Chriſtus de iugo graui impoſito ſuper omnes filios Adam ſubtraxit. Ait enim Io. 19. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Sicut enim pluuia de ſurſum adueniens in terra arida ſupplet eius indigentiam & defectum, ſic filius Dei deſcendens in mundum terram ſiccam a gratiarum & virtutum humoribus ſuppleuit eius ſpirituales miſerias & defectus. Et propterea clamabat natura humana. Eſa 18. Emitte agnum domine dominatorem terræ, quia ſatis habuimus leonem & lupum dominante nobis, & diſſipantem & deſtruentem omnia ſpiritualia bona noſtra. Quinto per eam honeſtata eſt humana natura. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & immunerabilis honeſtas per manus illius. Sicut enim ſol in vere appropinquans facit arbores ſuis radijs & influentia virere & florere, & fructus multiplices generare, & agricola veniens ad hortum ſuum ipſumque diligenter excolens & frequentans honeſtat eum quantum poteſt, ſic ſol iuſtitiæ & cęleſtis agricola Chriſtus, dum per natiuitatem ad hortum eccleſiæ ſuæ venire voluit, ipſum per doctrinam ſuæ prædicationis rigare, per rigorem & pęnitentiam colere & putare, & per honeſtatem viuere fecit. Et inde eſt quòd propter huiuſmodi honeſtatem ſancti viri tunc maximè conuerſi ſunt ad laudes & gratiarum actiones. Tunc enim & paſtores & reges & ſacerdotes: Zacharias & Simeon, immo & Anna & Maria, vt vterq; ſexus ad laudandum conueniret, tunc maximè decantauerunt, ſed & Angeli. Pro nullo enim facto legimus cęleſtem militiam ſic cantauiſſe. Sicut autem in nouo tempore, ſcilicet verno circa ortum ſolis noua tactæ dulcedine volucres magis concidunt, ſic viri ſpirituales circa ortum veri ſolis. Nam magna erat dignitas Deum homini ſic coniungi, quod de Angelis nõ eſt auditum. Hebrę. 1. Nuſquam Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Et ratio huius eſſe poterat, quia non reputantur deliciæ cibi de animalibus domeſticis,

meſticis,ſed bene de ſylueſtribus. Angeli autem per gratiam ſemper fuerunt ſibi domeſtici, homines vero ſylueſtres per peccatum ſemper a Deo fugientes,qui capti ſunt aucupio crucis, & venatione & latratione prædicationis. Propter quod voluit delicias ſuas eſſe cum filijs hominum, non vnitas Angelicę naturæ. Inde eſt q nunc multo grauius peccant luxurioſi quando incarnatus eſt Chriſtus,quā ante,quando ita attrociter puniti ſunt in diluuio & in Sodomis, quia ex incarnatione & natiuitate filii Dei multum dignificata eſt humana natura. Et propter hoc dicitur q in nocte natiuitatis per totum mundum interempti ſunt omnes Sodomitę. Sexto valet ad cōſolationem fidelium hęc memorata & recitata natiuitas. pſal. 96. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde letitia. Augu. Magna eſt cōſolatio membris ex capite. Hinc hodie canit eccleſia illud. Eſaia.40. Conſolamini, conſolamini popule meus dicit Deus veſter, & ſtatim ſubdit cauſam, ſuſcepit de manu domini duplicia, ſcilicet humanitatem & diuinitatem pro omnibus peccatis ſuis, quia ad ea deſtruenda venerat. Ad conſolationem pauperum & deſpectorum natus eſt,qui pauper natus eſt vilibus indutus pannis, non agnitus, ſed contemptus. pſ.11. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nūc exurgā, ſcilicet ex matre dicit dominus. Sed ſecundum Bern. Non omnes conſolatur Chriſti natiuitas. Non enim conſolatur Chriſti infantia garrulos,non conſolant̄ Chriſti lachrymę cachinnantes,non cōſolantur pāni eius ambulātes in ſtolis,non conſolant̄ ſtabulum & præſepe amantes primas cathedras in ſynagogis. Et ſequitur,quàm multi hodie auro & gemmis fulgebant, ſicut hodie fulgent altaria. Putas ad eos diuerterunt Angeli, immo ad pannoſos declinabunt. Magis enim paſtoribus apparuerunt quàm terræ regibus, quàm tēpli ſacerdotibus. Vnde & Angelus hoc maxime atteſtatur cum dixit. Annuntio vobis gaudium magnum q erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator.

F Natiuitas Chriſti. Quare potius naturam humanam, quàm angelicam ſuſcepit Chriſtus.

De eodem feſto Natiuitatis domini. Sermo III. & in ordine XXXIX. per thema.

APpræhendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa. Eſaia.4. Salomon dixit. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cęlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viā iuuenis in adoleſcentula. Sicut enim aquila tranſiens per aerem nullum ibi relinquit veſtigiū, nec coluber ſuper terram aut petram, nec nauis in mari, multo magis nec vir iſte tranſiens per adoleſcentulam virginem. In primis tamen tribus eſt apertio manifeſta, & diuiſio patens intellectui humano, licet non ſenſui, ſaltem dum trāſijt. Sed hic neutro modo apparet via. Et ideo dicit Salomon ſapientiſſimus ſe penitus ignoraſſe incarnationis, & huius ſacratiſſimę natiuitatis myſterium. Incępit enim via viri huius in adoleſcentula in incarnatione & terminata eſt in natiuitate, q̄ via in alijs omnibus eſt polluta, iuxta illud pſ.50. Ecce.n. in iniquitatibus conceptus ſum,ſed via Chriſti fuit mundiſſima. pſ.17. Deus meus impolluta via eius,& ſic huius uię tā medi quàm extrema ſunt incognita. Principiū occultauit virginitas.ſ. cōceptum eiꝰ,extremum formoſitas,medium matris integritas. Cōcepit enim cum virginitate, trāſmiſit cōceptum ſine apertione, Vnde canit eccleſia. Porta clauſa poſt & ante uia uiris inuia. Ezech.44. Cōuerti me ad uiā portæ ſanctuarij quæ reſpiciebat ad orientē,& erat clauſa. Et q̄a peperit ſine dolore, ideo ſine faciei decoloratione,quæ eſt pulchritudinis corporalis cōplemētum. Hinc admirās ipſe ſapiens. Sap.4 exclamabat. O quā pulchra eſt caſta generatio,quaſi dicat. Si cōcepit quomodo caſta, ſi peperit quō pulchra, & nō potiꝰ pallida? Sic igitē allegat Salomō oīum ſapiētiſſimus ignorantiā; Eſaias vero impotētiā. Eſa.53. Generationē eius quis enarrabit? q.d. nullus.

A Natiuitas Chriſti. Myſteriū incarnationis & natiuitatis eſt inſcrutabile.

lus.Baptiſta vero quo nullus maior inter natos mulierum allegat indignitatem. Ioan. 1. Veniet fortior me poſt me, cuius non ſum dignus corrigiam calciamentorum eius ſoluere.Si ergo Salomon ſapientiſſimus hoc ignorauit . Eſaias ſecretorū Dei maximè conſcius & labijs terſus, ad hoc tractandum ſe confitetur impotentem.Ioannes Baptiſta ominum ſanctiſſimus ſe iudicat indignum,qui hoc propalet myſterium, quid a me exigitur in hac tam excellenti materia tractandum, qui peccatorem & ignorantem me profiteor? Sed qui facit vt cęci videant,& ſurdi audiant,& muti loquantur, vt ſpero aperiet oculos meos,vt hoc ſacratiſſimum myſterium aliqualiter videā,& linguam vt quouiſmodo loquatur, & vobis aperiet aures vt intelligatis,& hoc meritis intactiſſimę virginis matris, in cuius vtero factum eſt hodie matrimonium illud admirabile, in quo appręhenderunt ſeptem mulieres virum vnum,quam ſalutabimus.

Quæritur cum vir importet ætatem p fectam qualis modo erat in Chriſto paruulo in vtero matris exiſtente,quomodo poteſt ei conuenire thema noſtrum in quo dicitur,appręhendent ſeptem mulieres virum vnum? Reſpondetur primo ꝙ ab inſtanti conceptionis Chriſti fuerūt in eo omnia dona gratiarum,ita ꝙ tantā ſapientiā,tantam virtutem habuit conceptus, quantam adultus. Probatur primo per illud Eccleſiaſticis.1. Omnis ſapientia a domino Deo eſt, & cū illo fuit ſemper. Non ergo cum deſeruit, quando opus ſummæ ſapientiæ compleuit.Secundo hoc idem patet Hiere.3.Nouum creauit dominus ſuper terram, fęmina circundabit virum perfectum, ſcilicet virtutibus & ſciētijs,ꝙ ignorātē creaſſet,nō fuiſſet nouū ſed antiquum.Tertiò hoc patet per illud Io.1.Plenum gratiæ & veritatis. Prius tamen ait.Verbum caro factum eſt, quaſi vellet dicere ꝙ verbum caro factū eſt,& tunc fuit plenum gratiæ & veritatis.i.virtutibus & ſcientiis Nam ly plenū,conſtruendo grammaticaliter non videtur poſſe referri ad aliud ſubſtantiuum quàm ad uerbū caro factum. In nobis autē gratiarū dona ſucceſſiuè acquirunt & paulatim. Nemo enim repente fit ſummus.Inde dicitur Iaco.1. Omne datum optimū, & omne donum perfectum deſurſum eſt,deſcēdens guttatim,& in modum pluuiæ,& non ſubito & ſimul,vt ibi dicit quędam gloſ.Deutero.32.Quaſi imber ſuper herbam,& quaſi ſtillę ſuper gramina fluat vt ros eloquium meum, quæ guttatim omnia deſcendunt. Dicitur ſecundo quàm in inſtanti ſuæ conceptionis fuit vir in membris ſuis perfectè lineatus & cōpoſitus.Patet primo, quia ſi in ſeminibus corruptis non introducitur anima niſi in corpore perfectè organizato,a fortiori neque ſpiritus ſanctus eam introducit,niſi corpus fuerit perfectum. Secundò quia hoc fuit opus ſpiritus ſancti,Dei autē perfecta ſunt opera.Lucæ.1. Quod.n. in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt.Sola .n.Maria ſpiritu ſancto operāte,ipſum mēbris concluſit.Eccl.24.Gyrū cęli.ꝯ illum qui omnia claudit,circū iui ſola & veſtiui carne virginea. Hinc clamabat Eccl.36. Innoua ſigna,immuta mirabilia. Et verè immutata ſunt, quia a principio voluit homo miraculo diabolico fieri Deus, & nunc econtrario.Deus factus eſt homo,a principio de viro facta eſt mulier perfecta, nunc de muliere vir perfectus. Tertiò quia non eſt dignum reſpectu & conſideratione animarum ſanctarum,quod virtutibus & donis Dei vacuū eſt, ſed quod omnibus bonis ſpiritualibus opulentum eſt. Hoc enim dignum eſt viſione animarum ſanctarum, ſed Sap.3. Fęlix ſterilis ſcilicet Maria virgo & incoinquinata quę neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, ideſt dignum conſideratione animarum ſanctarum. Oportuit ergo quòd tunc plenus eſſet virtutibus & perfectus, & ita meritò vir appellandus, ſecundum thema præaſſumptum, appręhendent ſeptem,&c.

2 Conceptio Chriſti. Natiuitas Chriſti. Quomodo Chriſtus fuit vir in conceptione & natiuitate.

Septem iſte mulieres quæ dominum Ieſum dicuntur appræhēdiſſe in die vna, ſunt ſeptem virtutes quas ipſe in ſua conceptione & natiuitate habuit, cum quibus quodam matrimonio ſpirituali iunctus

ctus eſt, de quarum tribus primis hoc ſermone matutino dicetur, de quatuor ve ro reliquis ſermone pomeridiano.

C Natiuitatis Chriſti. De ſubiectione Chriſti in natiuitate.

Prima ergo mulier quæ hunc dominũ appræhendit fuit domina ſubiectio, quæ etiam hunc in vtero exiſtentem deſponſauit. Cum enim eſſet ſumus & regnũm maximus, & priuilegio vtens quo nemo regnum uſus eſt, quia conceptus & natus de virgine immaculata, nihilominus extremam ſubiectionem pati voluit. Aliqui tributa ſoluũt, ſed cum iam magni ſunt, iſte cum eſſet adhuc in matris vtero. Aliqui in domibus ſoluunt, iſte deportatus eſt per longas vias ad tributum ſoluendum. Et ut magis penſetur hæc ſubiectio Euangelium miſſæ maioris explanat. Nã ille qui genitus ab æterno ex patre Deo eſt, per quem omnia facta ſunt, & conſeruantur & uiuunt, qui illuminat omnia, hodie omnium humillimus in utero adhuc exiſtens ſubiectionem patitur. Diſcãt ergo ſubiectionem impendere pueri parentibus, ſcholares magiſtris, ſerui dominis, religioſi patribus ſuis, Chriſtiani prælatis, & principibus ſuis, & ne murmurent in eos, qm̃ propter talem ſubiectionem nõ murmurauit dominus omnium. Secundo diſcant reges & principes ſuper ſe habere ſuperiorem, & poſtea ſubtus ſe reſpiciant inferiorem. Signum eſt beſtiæ ſemper ſub ſe, & inferius reſpicere & nũquam ſupra ſe. Hoc enim non faciebat ſanctus ille Centurio, de quo Matth. 8. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus. Hoc enim primo cognouit, & deinde reſpexit inferius cum dixit, & habeo ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alio fac hoc, & facit. Sic legitur de Octauiano, ꝙ tempore Chriſti voluit eum populus adorare vt Deum, & dominum vniuerſi orbis appellare, ꝓpter pacis, ac bonorum abundantiam. At ille vocatus Sibyllã Tiburtinã ſapientem & prophetiſſam quæſiuit ab ea ſi eſſet in orbe maior illo. Illa vero oſtendã (inqt) tibi hodie maiorem te. Cum ergo eſſet me ridies circa tempus natiuitatis Chriſti anno. 42. imperij eius, oſtendit ei in circulo ſolis uirginem geſtantem in gremio puerum. Tunc dixit ei. Hic te maior eſt, hunc ut Deum adora, & in illo loco poſtmodũ fundata eſt eccleſia, quæ dr̃ ſancta Maria de ara cęli. Et ex illo tẽpore inhibuit Cęſar ne vt Deus coleretur, aut dñs orbis appellaretur, ſed ſolum patriæ pater. Nunc vero principes ſolum reſpiciunt ad inferiores, ſicut vulpes ad gallinas, capones, & anſeres, non ſurſum ad accipitres, & forte quia ſunt macilenti & inutiles ad comedendum. Sed licèt parui raptores ſint huiuſmodi, tamen magni aliquãdo conuertuntur in ardeas, ideo bene plumantur & comeduntur tales. Vtinam ad illos fieret reſpectus, non ita ad populum deuorandum. Tertiò diſcant reges, imperatores, & præſides, ſubditos regere cum modeſtia & manſuetudine, & non cum crudelitate, ne forte inter eos Chriſtum opprimant. Nam & dominus Ieſus inter ſubiectos inuẽtus eſt. Sed modo verendum eſt ne ſubditi ſicut oues reputentur qui benè herba paſcuntur, quia ita neceſſe eſt illius, eo ꝙ omnis victus eorum tollitur ab eis, ſed tamen hoc dominus tollit ad eorum vtilitatem, quia ſunt ſani, alii magni comeſtores, ut plurimum ægri & ſemper medicorum cura egent. pſ. 106. Adiuuit pauperem de inopia. Eſt autem ſubiectio triplex, quędam culpabilis cum quis peccatis ſubditur, & poſt cõ cupiſcentias ſuas vadit, ſicut fornicaret poſt meretricem, contra præceptum ſapiẽtis. Eccl. 18. Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Sed hanc ſubiectionem non appręhẽdit dñs, quia in maliuolam animam non introibit ſapientia, nec in cor ſubditum peccatis. Secunda eſt laudabilis, qua quis Deo ſubiicitur, & iſtã dñs per omnia aſſumpſit, qm̃ factus eſt per omnia patri ſuo obediens vſque ad mortem a ſuæ conceptionis inſtanti, & propter hanc cõceptionis humiliationem omnia nobis impetrauit. Sic ſi volumus habere aliquid a domino, nos ſubdamus eius uoluntati. Pſal 36. Subditus eſto domino, & ora eum, & hoc iuſtum eſt, quia. 2 Machabæorum 9 Iuſtũ eſt mortalem ſubditum eſſe Deo. Si enim regi terreno pro modica ſpe retributionis trãſitoriæ i tot moleſtiis & anguſtiis ſubdi re-

D Subiectio. Triplex eſt ſubiectio.

di reputent milites eſſe delicias, iuxta illud Iob. 30. eſſe ſub ſentibus delicias com putant, quantomagis reputare debemus delicias eſſe ſubditos voluntati dñi Dei noſtri? Tertia eſt tolerabilis. ſ. imperatorũ, regum, & dñorum, quam humani generis creator adhuc ex vtero matris accepit, nobis exemplũ donans, vt ſuperiorũ ſubiectionem non dedignemur, ſed eis obediamus. Si enim te plangas de tallijs & alijs maledictionibus, vide dominũ tuum qui compulſus eſt adhuc in vtero matris exiſtens extra ſuam habitationem ire ad 18. leucas ad perſoluendum tributum. Non dedignentur propterea minores eſſe ſubditi ſuperioribus ſuis quando humani generis redemptor dignatus eſt collum ſubmittere. Non enim cõmuniter dedit natura cornua ouibus, ſed ſolũ arietibus, nec carnes arietum ſunt delicatę & eſibiles, ſed bene ouium, quia tales comeſtores non comeduntur, ſed bene ſimplex populus. Nec tamen debent inferiores contra ſuperiores habere cornua nec rebellare.

E Subiectio. Exemplo Chriſti debemus principib' & prælatis ſubijci.

Sed modo multi videntur ſimiles igneis vaporibus & aereis vel exhalationibus de quibus loquitur Ariſt. ſecundo Meteo. q̃ ſunt recluſæ infra concauitates terræ, ſed locum ſurſum appetentes & eſſe ſub terra abhorrentes, exitum quęrunt & omnia concutientes terræmotum faciunt, & cũ violentia ſupra aſcendunt. Sic ambitioſi religioſi & inutiles in ecclesia, vel in dignitate aliqua dedignanť eſſe in ſtatu depſto & ſub ſuperioribus ſuis, ideo libertatem quærentes vt faciant quæcunque voluerint, vt videmus in diſſolutis religionibus, terræmotus, id eſt lites & concuſſiones appellationum & tribulationum in domibus ſuſcitant vt ad alta conſcendant, & ita aliquando quòd domus ſupra ſe inuicem cadant prupter diſſenſiones & diſcordias. Et mirabile eſt modo ꝙ de diſciplina religioſorum appellatur ab abbate immediate ad curias ſeculares, ita quòd modo nulla penitus eſt diſciplina aut ſubiectio nec regula obſeruata. Diu eſt quòd diabolus eſt in poſſeſſione taliũ, & adhuc erit per huiuſmodi appellationes. Quicquid ſit ſol non tollit lumen ab aſtris, immò inflammat quantum poteſt & illuſtrat ea, ſic nec iuſtitia ab alijs tollere debet quod rigoris eſt. Sed ſi forte hæc non fierent, non eſſent tot venatores in curijs illis, nec caperẽtur beſtiæ rubeæ ſicut capiuntur nunc.

Quomodo autem ſubiectionem iſtam ſibi aſſumpſit dominus declarat textus Euangelij. Nam poſt edictum factum a Cæſare Auguſto, aſcendit Ioſeph de domo & familia Dauid cum vxore prægnãte. Non ſine cauſa dicitur Ioſeph de domo & familia Dauid, vt diſcant qui ſunt de magno genere non ſuperbire, quando tam ſanctus vir de tam nobili genere, erat ad hoc inductus vt ſolueret tributũ extraneo, neque confidant in redditibus, theſauris, & præbendis, quando proles tam ſancti viri ſicut Dauid ad hanc paupertatem deuenit, vt etiam non ſolũ pro terra quam tenebat, non pro mercantijs, ſed & pro perſona redderet tributum. Olim enim nobiles fuerunt ordinati ad protectionem populi, & huius occaſione data eſt eis terra nobilis, non ſerua, & ſub ea erat terra ſubditorum. Propter quam protectionem ſtipendiandam ordinatus eſt cenſus quidam ſuper terram ipſorum ſubditorum, ita vt fieret terra villana non homines. Sed nunc homines facti ſunt ſerui per taleas, ita ꝙ primo terra facta eſt ſerua, deinde mercantiæ per impoſitiones. Tertio homines ſerui facti ſunt per taleas.

F Maria. Quia peperit Chriſtum ſine dolore, ſine pudore, & ſine corruptione.

Secũda mulier eſt munditia & puritas, quã ex conceptu vtero & partu virgineo aſſumpſit ſibi vxorẽ perpetuã. Nam vt impleti ſunt dies Mariæ peperit filium ſuum primogenitum. Nõ ſicut Eua q̃ cum peperit Cain, ipſe Cain attulit iniquitatem ex vtero matris, ſed ipſe ex vtero matris innocẽtiam & puritatem attulit. Illa quidẽ peperit ſine dolore, ſine pudore, ſine corruptione. Primo ſine dolore, quod patet. Primò ex eo ꝙ canit eccleſia dicens. Neſciẽs mater virgo virũ peperit ſine dolore ſaluatorẽ ſeculorum. Et propter hoc Ambroſius in hymno petit. Oſtende partum virginis, non dicit conceptum, quia cõceptus fuit occultus, nec manifeſtauit

decorem

decorem & nobilitatem nati & virginis parientis ſicut partus. Non enim deceret alter partus Deum. Nec enim decens fuiſſet vt Maria in doloribus peperiſſet, vt nunc cum ea lugeremus, nec hoc admirandum eſſet mundo. Secundò, quia tunc Maria maximè lætabunda fuit & gaudẽs, quod non fuiſſet ſi peperiſſet cum dolore, patet aſſumptum. Primò per illud Eſaia 35. Germinans germinabit ſicut lilium exultabit lætabunda & laudans. Secundò ſi huiuſmodi natiuitas maximum gaudium Chriſtianis attulit, iuxta illud angelicum. Annuntio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator. Et improportionabiliter maius ſit ſaluatorẽ de ſeipſo quàm ſibi naſci, ſequitur ꝙ improportionabiliter maiorem gaudij cauſam habuit & magis gauiſa ſit, quàm cęteri fideles. Secundò improportionaliter maius eſt naſci ſibi ſaluatorem filium quàm naſci dñm. Si beata gens cuius eſt dominus Deus eius, multo beatior cuius dñs Deus filius eius, ſed beatiſſimæ virgini naſcitur filius, alijs dominus, ergo pluſquã alij tunc gauiſa eſt. Tertiò dicit dominus Ioan. 14. Si diligeretis me, gauderetis vtique. Dilectio enim eſt immediata gaudij cauſa, ſed Maria ſummè dilexit filium, tunc ergo ſummè gauiſa eſt. Quartò Maria fuit tunc omnibus viatoribus & cõprehenſoribus cauſa gaudij & lætitiæ, ergo tunc plus habuit gaudij & lætitiæ. In cuius figura Sara dicit. Riſum fecit mihi dominus, & omnes, qui audierint corridebunt mihi, quaſi dicat, gaudiũ ad me primò pertinet, ſed alijs per me & ex conſequenti. Et ideo verè dicetur ei illud Iudith. 14. Tu gloria Iſrael, tu lætitia Hieruſalem, tu honorificentia populi noſtri. Quinto, qa Eſaię. 9. Lætabunt coram te ſicut qui lętantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda quando diuidunt ſpolia, vbi tanguntur duæ cauſæ gaudij, ſcilicet meſſorum de fructu, & victorum de ſpolijs. Sed Maria tunc habuit fructum beatiſſimum, & victoriam, & ſpolia, quando de faucibus Leuiathan mundum quaſi ſpolium eripuit, ergo tunc ſummè gauiſa eſt, licet ex euangelio mulier cum parit triſtitiam habeat. Si enim Chriſtus membra aliorum quaſſata & infirma, & diſſoluta in melius reformat & conſolidat, quanto magis per vterum virginis tranſiens integra ſeruauit membra, quę inuiolata reperit. Sexto ſecundum Auguſtinum in epiſtola ad Ephe. exponentem illud Pſal. 93. Deus vltionum liberè egit, quia Chriſtus inter omnes ſolus fuit liber a culpa, ideo liberè egit, in naſcendo liberè ex Maria, quod oſtendit Pſal. 18. dicens. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Chriſtus tanquam ſponſus alacer exultans & totus feſtinus ad ducendam vxorem, ideſt ad coniungendam ſibi eccleſiam in ſua natiuitate, proceſſit de virginis vtero quaſi deſponſit thalamo, ad quod deſignandum hora qua de thalamo proceſſit virgineo, paſtoribus annunciatum eſt gaudium magnum, & canticum auditum eſt angelicum. Quia ſi tam exultans proceſſerit Chriſtus in nuptijs illis ſpiritualibus, non dubium quin thalamum ſuum, id eſt virginem repleuerit lætitia.

Secundo peperit ſine pudore. Non enim pudor eſt, aut verecundia niſi vbi præfuit peccatum aut ſequela peccati, ſed nihil in hoc partu peccati, aut immunditiæ interfuit, vbi permanſerunt pudica clauſtra virgineæ. Ideo ſine pudore peperit. Inde eſt, quòd dominum non pudet in veteri teſtamento ſe appellare filium ancillæ illius, ſcilicet quæ dixit. Luc. 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et in nouo teſtamento filiũ hominis, id eſt virginis, contra ſuperbiam noſtram, qui iactamus vel fingimus generis nobilitatem, & quaſi ex parte digniori nos nominamus. Similes mulo, de quo fabuloſè dicitur, quòd interrogatus a uulpe cuius generis eſſet? Reſpondit. Sum creatura Dei. Cui vulpes. Scio me ſicut & te creatura Dei, ſed de genere quæro. Mulus autem pudens dicere ſe eſſe filium aſinæ, remiſcens equum nobilem, qui patris eius attauus fuerat, reſpondit. Nepos ſum illius regij equi. Sic & nos interrogati de

noſtro genere, ſtatim in promptū habemus magis dignum in ore.

Exemplū pulcherrimum de Virginis incorruptione.

Tertio peperit ſine carnis corruptione. Sicut enim aer ſine corruptione attrahitur ſine pondere retinetur, & ſine dolore emittitur, ſic Chriſtus ſine corruptione conceptus eſt, ſine ponderis grauamine geſtatus in vtero, & ſine matris dolore ex vtero egreſſus. Secundo poſſet dari exemplum de luce, quia ſi lumen creatum tranſiens vitrum, non ſolum lumen per vitrum emittit, ſed & ſpecies colorum ſenſibiles vitri per quod tranſit ſecum portat, & oculis intuentium oſtendit ſine vitri corruptione, cur non lumen increatum, de quo Ioannis. 8. Ego ſum lux mundi tranſiens per virgineum corpus, non ſolum diuinitatis claritate, ſed etiam ſenſibilem humanitatem per vitrum emittens in virgineum corpus ſine ſuæ virginitatis detrimento? Cui conſonat ſcriptura Eſaia. 62. Egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur, id eſt qui ab æterno egreſſus eſt a patre, ex tempore egrediatur a matre, vt ſplendor per vitrum, & ſaluator vt lampas accendatur, quia ſicut in lāpade accenſa eſt natura vitri, olei, & luminis, ad aliorum illuminationem, ſic in illo fuit natura corporis, & animæ, & lux diuinitatis, ad omnium quantum in eo eſt illuminationem, quia erat lux vera quę illuminat omnem hominem. Hęc autem mulier præcedentem ſubſequitur, ſcilicet ſubiectionem, quia communiter qui in ſubiectione & obedientia verſantur, puriores ſunt, quàm qui regiméſ habent. Plures enim occaſiones mundi habent qui alios ſuſtentant, quàm qui ſuſtētantur, & qui in alto ſunt quā qui in imò.

6 Natiuitas Chriſti.

Amor fuit cā natiuitatis domini.

Tertia mulier eſt amor, ſeu charitas. Legitur enim ꝙ Maria pannis eum inuoluit & brachia ſacra religauit. Et ſi quæreretur quomodo Maria hoc potuit, cum ipſe eſſet gemine gigas ſubſtantiæ, Deus cuius poteſtati reſiſtere nemo poteſt, certè nihil aliud detinebat eum, aut ligari permiſit, quàm amor. Nihil enim ei reſiſtere poteſt quàm amor. Amor enim erat eius vxor inter cæteras magis dilecta, & quæ eum magis regebat, quia omnia quæcunque voluit faciebat. Amor enim eum primo ſaltare fecit ę cęlis in terrā, propter amicam ſuam naturam humanam. Cant. 2. En iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles, id eſt Angelos, & dęmones, & appręhendens naturā noſtrā fugientem, vſque ad vallem miſeriæ noſtræ tranſiliuit. Erat enim auis volans vſque ad cadauera, de qua pſ. 17. Aſcēdit ſuper Cherubin & volauit, volauit ſuper pennas ventorum. Sicut autē auis concupiſcentia cadaueris ducta deſcēdit ad terrām, ſic dominus videns naturam humanā totā peccatis fætentem, vt eā ſibi per amorē incorporaret, in vterum virginis deſcendit. Sed modo pauci ſunt, qui vellent facere vnum ſaltum pro eo, qui pro nobis tot fecit ſaltus, de cęlo in vterum virginis, & de vtero in mundū, & de mūdo in crucem, & de cruce in infernū, & ab inferno in cęlū. Similes illis de quibus dicitur ꝙ erat quidam qui de ſua vxore narrabat quomodo tenerrimè diligeret eū, & ꝙ nihil volebat quin in promptu faceret, ſed vicinus eius ſubridens, vadiauit ꝙ vnum ſaltū pro eo non faceret. At ille aggrediens vxórem nunquam obtinere potuit, vt vel modicum pro eo ſaltū faceret, dicente illa virum ſuū velle illudere ei. Sic nec nos pro quacūque dilectione Dei nobis oſtēſa aliqd pro eo volum' facere, neque a peccatis noſtris abſtinere, neque extra ea ſalire. Secundo non ſolum amor fecit eum ſaltare, ſed etiā naturam humanā oſcula iam diu quærentē, ſecūdū illud Canti. 5. Oſculetur me oſculo oris ſui, qn̄ vinculo amoris vnitus eſt dn̄s humanitati, adeo vt ſicut aer receptus in ſtomacho propter raritatem eius inuiſibilis, tādem propter calorem ingroſſatus reiect' apparet quodammodo viſibilis, ſic dominus inuiſibilis per naturam, attractus per amorem in ventre virginis apparuit ingroſſatus & viſibilis. Hoc autem fecit amoris calor. Tertio ligauit eum amor. Quis enim Samſonem fortiſſimum ligare potuit niſi amor? Quis leonem de tribu iuda ſuperauit niſi amor? Certè zelus domini exercituum fecit hoc. Funes

Saltus varios fecit Chriſtus.

enim

Amor in Chriſto quantum valuit.

enim & ligamina non eum detinebant, ſed amor. Amor enim in frigore eum cale faciebat, amor oia difficilia portare, vulnerari, & mori faciebat. Et propter nimiam charitatem qua dilexit nos, tradidit ſemetipſum pro nobis, immo & ſeipſum pro nobis dedit & diſtribuit. Quid ergo retribuam domino pro omnibus, idest pro amore quē retribuit mihi? Certè Canti. 8. ſi dederit homo omnem ſubſtantiam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

Sermo quartus pomeridianus eiuſdem diei, & in ordine. XL. per thema præcedens.

SEcundum iura regnum elongatum & perditum quantum ad ſucceſſionem propter generis diſtantiam, recuperatur per matrimonium contractum inter perſonam diſtantem & legitimum hæredem talis regni. Natura humana ſecundum animam eſt de genere Dei. Actuū. 14. Dei enim genus ſumus, ſicut quidam veſtrorum poetarum dixerunt, ꝑ peccatū tamen multum ſe elongauit a Deo & hęreditate eius, pſal. 118. Longe a peccatoribus ſalus. Quę quamdiu ſtetit in recta linea deſcendente a ſtipite Dei, ſcilicet in veritate uitæ quæ eſt linea recta, capax erat regni illius, ſicut illi qui ſunt in recta linea regali. Sed homo obliquauit a veritate vitæ, & adhuc quotidie declinat. Exēplo uiatoris qui conſiderans uiam rectam duram eſſe & aſperam uidens iuxta ſe mollem & delectabilem per prata florida & amena, declinat a uiam recta ingrediēs aliam uiam, & dum credit pertingere ad terminum, inuenit paſſum arctum & difficilem, quem putans tranſire præcipitatur in foueam, vel lutum. Sic multi, quia uia cæli dura eſt & aſpera. Seneca. Nō eſt ad aſtra mollis e terris uia. pſ. 16. Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Declinant ad delectabilia & voluptates mundi, & cum finaliter intēdunt ſe reducere ad uiam rectam iuſto Dei iudicio, accidit eis ſubito paſſus mortis arctus & difficilis, in quo dum credunt redire ad Deum, ſubito cadunt in infernum. Iob. 21. Gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Quod vidēs filius Dei matrimonium inter ſe & naturam humanam perfecit in virginis vtero. Vnde canit hodie eccleſia, Tanquam ſpōſus dominus procedens de thalamo ſuo. Et per hunc modum hodie recuperatū eſt cęleſte regnum. Propter quod hodie canit eccleſia. Hodie rex cęlorum de virgine naſci dignatus eſt, vt hominē perditum ad regna cęleſtia reuocaret. Hę nuptiæ factæ ſunt in thalamo uirginis, in ſacrario ſpiritus ſancti, & capellanus qui hāc fecit coniunctionem fuit ſpiritus ſanctus, & celebratum fuit feſtum earū maximè in cęlo ab Angelis, iuxta illud canticū. Gloria in excelſis Deo. Reliquię harum nuptiarū miſſe ſunt in terra, & ideo dicitur. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Illius enim coniugij reliquiæ fuerunt pax. Fumus harum reliquiarum penetrauit & deſcendit uſq; ad poſitos in limbo. Eſa. 9. Habitātibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Nos ergo tanquā nuptiales cū veſtibus nuptialiū uirtutū quas hodie ſumpſimus, ad thalamū ipſum ꝑgrediamur, ſi fortè de reliquijs percipiamus, vel ſaltē fum⁹ & odor ad nares animę noſtræ perueniat, ſalutādo Mariā.

A Natiuitas Chriſti. Quomodo Chriſtus in natiuitate ſua fecit quoddam matrimoniū cum natura humana.

Quærit̄ qūo dn̄s tot ſibi aſſumpſit mulieres ꝓ uno die, an diligeret tantū mulieres vt tot ſibi acciperet? Nonne mulieres de hoc iuſtè cōquererent̄? Nā & legitur in geſtis Romanorū ꝙ tēpore Pompilionis mulieres in ſenatu petierū audiri, ne vir vnus plures haberet vxores. Reſpōdetur ꝙ ex ſcripturis ſacris tribus modis legimus quoſdā habuiſſe plures vxores. Primo propter cōcupiſcētiā fouēdā & adimplendā, vt Tubal Cain, ſeu Lamech. Gen. 4. Sed hodie dominus non propter carnales concupiſcentias, ſed magis eis oppoſitas, vertutes omnes ſimul aſſumpſit quæ a primo parente Adam fugatæ erant, vt diſceret generatio altera ſpiritualis .ſ. Chriſtianorum, non ſequi carnales concupi-

B Pluralitas vxorū Multis modis cōtingit habere pluralitatē vxorum.

cupiſcentias,ſed magis ſpirituales, de quibus Sap.6. Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Secūdo modo ad multiplicandū prolem Deo ſeruientē. Et hoc modo habuerunt plures vxores ſancti patriarchę. Abrā, Iacob, Iudas, & Moyſes, vt oſtendit Guil. Pariſ. Ante illos plurimi producebant fœtus, ſed ſicut glandes producuntur porcis. Producebāt enim prolem quam in dęmoniorum ſacrificijs nutriebant & deuouebant, ideo porcis inferni reſeruabatur. Propterea dominus hodie plures ſibi vxores aſſumpſit.i. plures virtutes,vt prolem ſpirituale multiplicaret in terra,ita vt vna illarum ſcilicet miſericordia tot fecerit fructus,vt teſtimonio beatæ virginis miſericordia eius a progenię vna,ſcilicet Iudęorum,in quā paucam prolem multiplicauit, tranſierit in progenies gentiū,in quibus maxime ꝓgenies & generationes in Chriſto genitæ ſunt. Tertio cauſa pacis in regno ſeruandæ fiunt matrimonia. Per multarū enim filiarum matrimonium contrahitur multorum fœdus, & hoc modo plures duxerunt vxores Dauid & Salomon. Sic dominus vt pacē reformaret inter Deū patrē & genus humanum, multas vxores Deo placentes.i.virtutes ſibi aſſumpſit,vt inde pareret nouam creaturam. Propterea.n. quia odio habet iniquitatem,& ad iniquitatem reſpicere nō poteſt,ideo ſibi aſſumpſit puritatē & munditiam,vt filios munditiæ procrearet. Si ergo hæ mulieres ita fœcundę factæ ſunt,& pauci erāt fœtus diuinitatis cultores,non mirū ſi appræhēdit & deſpōſauit iſtas ſeptē mulieres,vt ſic etiā mulieres ille deſponſarēt eū,ſecūdum thema paſſūptū. Appræhēdēt ſeptē,&c.

Reſtat nunc conſequenter loqui de quatuor alijs mulieribus, ideſt virtutibus quæ dominum Ieſum appræhenderunt, & quas dominus ipſe appræhendit & ſibi ſociauit.

C Natiuitas Chriſti. De paupertate Chriſti multipli.

Quarta igitur mulier in ordine eſt ſancta paupertas. Inde dicitur quòd mater eius reclinauit eum in præſepio,quia non erat ei locus in diuerſorio. O magna paupertas, non ſolum non habuit domū propriam,ſed nec in cōmuni diuerſorio animalibus & alijs repleto potuit habere locum,ſed coram animalibus & poſt animalia habuit locum artiſſimum. Vbi nunc deliciæ mundi, vbi vanitates ſęculi, vbi ſuperfluitates & carnis delectationes? Certè vno exēplo omnia dńs damnat. Anſelmus, Tu dńe vniuerſorum qui nullam habes indigentiam,inter ipſa tuæ natiuitatis initia non horruiſti abiectiſſime paupertatis deguſtare incōmoda, ſed in vili prę̄ſepio ſordētis ſtabuli, tu qui terrā palmo concludis inuolutus panniculis reclinatus es,& hoc ipſum ab animalibus mutuo tua mater accepit. Ex hoc videri debet mirabile quòd paupertas ita ab omnibus deiicitur qń a dño ita appreciatur, & ꝙ reputeť immunda,cum tamen oīū munditiæ ſit cauſa,& per eam abijciantur oīa ſtercora mundi. Reputatur grauis ad portandum,& tamen facit hominem expeditum ad natandum per mare huius ſeculi ad gloriæ portum. Reputat tertio importuna & male gratioſa, ita ꝙ in palatio regis oēs litigant ad propellēdum eā. Si eas ad forum, videbis ibi mercatores oēs ad ventum & pluuiam & innumera pati vt eā à ſe repellant. Immo illi qui eam deſponſauerunt reputāt tedioſam,vt in clauſtro religioſorum qui eā repudiant,& inducunt ꝓprietatē, & tň nihil eſt magis quietans animum quā paupertas. Non.n. oportet pro ea defendenda aduocatos cōducere, nec tribunalia conſcendere pro defenſione eius,nec cōſulere legiſperitos, nec gentes armare ꝓ ea tuenda. Sicut.n. oſſa denudata carnibus pacē habent cum canibus,ſic paupertas cum mundialibus. Et adhuc hæc dńa habet ſecum ancillā ſuā ſecuritatē. Nihil.n.timet pauper. Horatius. Cantabit vacuus corā latrone viator. Et maxime ea diligenda eſt,& appreciauda,cum dominus eā ita appreciauerit,vt ait apoſtolus. Cum diues eſſet, factus eſt pauper, vt illius inopia diuites eſſemus. Cum.n.(vt Bern.ait) oīa in cęlis eſſent,& inuenirētur in eis abundāter diuitiæ,hoc tň deficiebat ꝙ paupertas ibi nō erat. Ideo allect⁹ dńs eius bonitate cōſiderās ꝙ filii hoīm eam dedignabantur in vxorem accipere, eam ſibi deſpōſauit,

Natiuitas,vt de lauda paupertatis.

Paupertas quòd nō ſit ſpernenda.

&

Pauper-tas Chri-ſti ex qua tuor.

& vſque in finē vitæ eam fideliter aſſociauit, & ſua æſtimatione fecit præcioſam. Ita vt penſare poſſis hodie ius paupertatem ex quatuor. Primo paupertatem eius deſcribit hodie euangeliſta ex veſte. Nā inuoluit eum mater panniculis. Vbi repræhenduntur elati qui præter ſtatū ſuū veſtibus magni precij induuntur. Oīs.n. veſtis præcioſa quæritur aut ad paſcendū oculos, aut ad operimētum nuditatis, ſed pro operimento nuditatis ita bene induetur homo ſcarleto Aruerniç ſicut ſcarleto ſancti Marcelli. vnde Bern. Magna abuſio, & magna nimis, vt diues velit fieri vermiculus vilis, pro quo pauper fieri voluit dominus maieſtatis. Secundo fuit lecti paupertas maior, cum dicitur. Reclinauit eum in præſepio, non in reclinatorio aureo, quod fuit magna vilitas & paupertas. Nam præſepium non debet eſſe locus vel lectus hominum, ſed iumentorum. In quo dānatur pompoſitas lectorum & voluptas, contra ſuperbos, auaros, & luxurioſos. Vbi nunc ſunt ſuperbi ſin lectis eburneis & paratis. Audio ſuperbe Bern. ſuper illo Io. 13. Non eſt ſeruus maior domino ſuo dicentem & improperantem tibi. Magiſter tuus pannoſus, & tu purpureus; magiſter tuus in præſepio, tu in lecto eburneo, magiſter tuus in miſerijs, & tu in delicijs, magiſter tuus venit miniſtrare, & tu vis tibi miniſtrari. Hic etiam condemnantur auari in ampliatione domorū & poſſeſſionum, quos antea damnauerat Eſaias. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terrę? Vbi etiam ſunt luxurioſi ſin delicijs lectorum in quibus volutantur ad modum porcorum. Contra quos Amos. 5. Væ uobis qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. O beatiſſima mater quanta tibi tunc inter immenſa gaudia erat illa anguſtia, cum videres oīum dñm quem cęli & terra capere non pñt, in præſepio inclinatum. Non eſt ille lectus qui gallicè dicitur de geſine, qui conſtat pro præparatione centum vel quinquaginta francis. Tertiò nō ſolū fuit veſtis vel lecti paupertas, ſed etiā domus, quia non erat in domo clauſa, ſed vndique ventis & tēpeſtatibus expoſita. Et verè ita decebat, quia tu domine via es, ideo in via cōmuni hominibus & animalib⁹ immorari debebas vt iuſti & pctōres te facile poſſēt inuenire. Beda. In diuerſorio naſcitur vt in via q ait, ego ſum via, vt per eū ad patriā veritatis & vitę redeamus. Quarto in utēſilibus fuit paupertas, quia & ſi in pręſepio poſitus eſt, nulla tamen habuit vtenſilia, ſed (vt inquit Anſelmus) fęnum mutuo ab animalibus accepit.

D

Natiuitas Chriſti. De miſericordia quæ apparuit in natiuitate Chriſti.

Quinta mulier fuit domina miſericordia. Hoc manifeſte demonſtrant Angelorum verba. Nam cum paſtores eſſent in regione eadem, apparuit eis Angelus cū magna luce, & timuerunt, quid dixit eis. Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Non enim erat ſaluator niſi per ſuam miſericordiam, quā ſibi deſponſauit. Hoc dicit Paulus ad Titum. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundū ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Huius autē mulieris conditio eſt, ꝙ magis dilecta & deſiderata eſt ab hoibus quàm paupertas. Hinc & Dauid pſ. 88. clamabat eā deſiderans. Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquę dñe. Secundo mutauit nomē mariti dñi ſcilicet Ieſu, vt qui prius dicebatur Deus vltionū dñs i. dñs exercituū, nunc vocetur miſericors & miſerator dñs. pſ. 111. Exortum eſt in tenebris lumē rectis corde miſericors & miſerator & iuſt⁹ dñs. Tertiò eſt fæcūdiſſima, teſte Maria, q̈ (vt prędictū eſt) dicit ꝙ miſericordia eius a progenie in ꝓgenies. A ꝓgenie. ſ. Iudęorū, in progenies gētiliū, ita ꝙ vbi prius ſolū giguebat in Iudæa, nunc vbique generet Dei miſericordia, quia ſecūdū pſ. 118. Miſericordia domini plena eſt terra.

E

Natiuitas Chriſti. De humilitate qui eſt inter ſignum, ad quod inuentus eſt Chriſtus paruul⁹.

Sexta mulier eſt humilitas, ꝙ oſtēdit Angelus. Nā ſubiūgit reſpondēs cuidā tacitæ quæſtioni q̄ ſibi fieri potuiſſet a paſtoribus. Vbi. ſ. inueniemus eū dicēs ad illud interſigniū humilitatis inuenietis. Inuenietis.n. infantem pannis inuolutū, & poſitū in præſepio. Humilitas quidē ſignū eſt dñi Ieſu. Et per oppoſitū ſi in aliquo loco videas

co videas

co videas ſuperbiam, & elationem ſignũ eſt habitationis diaboli. Hoc enim ſignũ quod dedit Angelus, omnem modum ſuperbiæ tollit. Nam in tribus ſolum conſiſtit ſuperbia, ſcilicet in ſcientia, diuitijs, & poteſtate, ſiue honore. Primam ſuperbiã deſtruxit dum natus eſt infans, id eſt non potens loqui. Secundam dum natus eſt pauper pannis inuolutus. Tertiam dum natus eſt in ſtabulo & inter pedes animalium repoſitus. Intelligite hoc ſignum humilitatis vos o paſtores, quia vobis dicitur. Hoc ſignum inuenietis infantem &c. quibus conceſſum eſt cum Maria inuoluere eundem infantem pannis & in præſepio altaris reclinare. Reſpice hoc ſignum in te o ſacerdos, ſi munditiam habeas, & pudicitiam, & tunc vide puritatem infantis & contremiſce. Ipſe enim in cuius conſpectu aſtra non ſunt munda. Vnde & dicebat Petrus. Exi a me domine, quia homo peccator ſum, ſplendidus es veſtibus, & equorum phaleris, & in precioſa ſupellectili glorians. Vide pãnis inuolutum, & confundere. Ipſe enim eſt, qui veſtit lilia agri, & qui dicit, quòd pulchritudo agri mecũ eſt. Si primos recubit[9], & primas cathedras in cęnis, & atria delicioſa & mollia requiris, vide in præſepio reclinatum & erubeſce. Ipſe enim eſt ille cui cęlum ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum eius, cui dixit Centurio, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ. Sed heu benedictæ puer, non eſt qui amplectat̃. humilitatem tuam. Omnes abhorrent pannos tuos, omnes præſepe tuum refugiunt, omnes ad ſuperbiæ ſigna declinant. Sanè dici poteſt. Bos cognouit poſſeſſorem ſuũ, & aſinus pręſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit. Eſa. 1. quia bos, id eſt viuens de opere manuum ſuarum, & aſinus, id eſt ſimplex & illiteratus cognouerunt dominum & præſepe ſuum, ſed Iſrael id eſt literatus me non vult cognoſcere. De talibus ſcriptũ eſt. Pſal. 67. Turbabuntur qui habitant terminos a ſignis tuis. Terminos, id eſt les frontieres, qui contra inimicos pugnare die ac nocte debent. Vel terminos, id eſt temporalia, quæ finem & principium habẽt. Abhorrent enim paupertatem, humilitatem, & munditiam, quia poſuerunt ſigna ſua, ſcilicet dęmones ſicut in exitu, id eſt ſicut in ſimplicibus, qui quaſi ſituantur in exitu, iuxta illud Lucę. 14. Ite in exitus viarum, ita etiam ſuper ſummum, id eſt ſuper maiores, ita vt ſicut ſuper ſubditum ſic & ſuper prælatum. Vnde quòd Maria ſub pannis humilibus inuoluit dominum, deſignat quòd ſub humilitate bona omnia conſeruantur, & iõ ſub humilibus pannis omne bonum inuoluit. Hinc Aug. in ſermone de nati. domini. Abſconde Maria noui ſolis fulgorem, inuolue pannis infantem. Nam & ipſi panni diuitijs omnib[9] precioſiores ſunt, omni purpura glorioſiores, deniq; Chriſti paupertas cunctis opibus cunctiſque theſauris ante ponenda eſt. Hęc Aug. Quàm precioſum faſciculum paupertatis & humilitatis ad portãdum, in quo inuenitur omne bonum inuolutum. Sicut enim primus Adam de paradiſo eiectus eſt propter peccatum, ita Adam ſecũdus de paradiſo deſcendit, vt aboleret peccatum. Et ſicut de malitia primi Adæ dictum eſt deriſoriè. Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt. Ita admirando humilitatem Chriſti dicere poſſumus, Ecce Adam quaſi vnus ex nobis. Et ſicut primus in hanc miſeriam exijt indutus pelliculis, ita in eadem ſecundus inuentus eſt inuolutus panniculis.

Sup[er]bia i[n] tribus co[n]ſiſtit.

Humilitatis præſtantia.

11. Septima mulier eſt pax, cui atteſtatur multitudo Angelorum. Nam poſt hoc facta eſt multitudo militiæ cęleſtis exercitus laudantium Deum & dicẽtium. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Si pax exhibetur tanquã ſponſa hominibus bonæ voluntatis, quanto magis huic puero, in quo ſemper optima voluntas fuit? Soli enim boni eam deſponſare poſſunt, quia non eſt pax impijs dicit dominus. Tria enim piſa vix in vna veſica eſſe poſſunt, quin clamorẽ faciant, ſic tres maligni & aſtuti homines in regno, niſi infinita iurgia commouẽdo. Hæc autem vxor benè inuenietur dummodo benè quęratur, ſecundum ꝙ præcipit. Pſal. 33. Inquire pacem & perſequere eam. Sed propterea vix eam habemus, aut

F Natiuitas Chriſti. De pace annunciata in natiuitate Chriſti, quomodo ſit quærenda.

quia pauci eam quærere velint, aut quia pauci ſunt homines pacis. Si eſſent tot homines pacis ſicut belli bene ageretur. Sed non eſt in iſto regno garnitio hominũ pacis,ſed bene belli,qui nolunt populi pacem,quia non plus viuerent, vellem ſalrẽ ꝙ eſſet vna bona lancea pacis. Secundo ſi velint pacem, non tamen quærunt modo quo debent, quia quærunt manu armata contra Deum, ſcilicet cum peccatis ſuis. Pſal. 37. Non eſt pax oſſibus meis, ideſt principibus a facie peccatorum meorum. Sed bonis pax erit,quia Pſ. 118. Pax multa diligentibus legem tuam domine. Et Eſa. 62. Vtinam attendiſſes ad mandata mea, facta fuiſſet, quaſi flumen pax tuę. Sed dices. Quomodo dicis quòd pax iſta eſt difficilis ad inueniendum,nonne quotidie per ecclesiam deportatur & cuilibet offertur? Dicitur quòd verum eſſet ſi non reportaretur vnde accipitur. Pax enim dum accipitur, immediate dimittitur &, reportatur, & ita ſolum illa pax oſculatur. Satis ore pulchra dicimus de pace, ſed manus non accipit eam, ſed facit eam reportari. Sed quo aduſque iuſtitiæ manus eam accipiat non permanebit, quia iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et Eſaię. 32. Erit opus iuſtitiæ pax. Et Pſal. 71. Orietur in diebus eius iuſtitia primo,ſequitur. Et abũdantia pacis. Vnde quærit Pſal. 93. Vſque quo peccatores domine,vſque quo peccatores gloriabuntur. Reſpondet, quoaduſque iuſtitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam,omnes qui recto ſunt corde. Præterea illa pax, quæ defertur eſt de ligno vel lapide,niſi in magnis feſtis, quæ cito frangitur,& pauci precij eſt,ſed ſi eſſet pax aurea eſſet maioris durationis. Sic illa pax,quæ communiter offertur non eſt magnæ durationis & firmitatis: & ſi eſſet de auro,ita ꝙ homines poſſent viuere diuites,ſic ꝙ illa pax auro & argento repleret pauperes cultores & mercatores & artifices, tũc deberet fieri magnum feſtum. Sed pax de ligno,quę cum arcu & lancea fit, nullius eſt precij, quia plus conſtat, quàm conferat,& pauperes hoĩes per illã euacuantur. Medici dicunt ꝙ quando homo nihil cibi recipit,tunc ſtringuntur inteſtina,& vix aliquid recipiũt vltra. Deus fecit magnam gratiam pauperibus, quòd eorum burſa non eſt de inteſtinis, ſed de corio,quia diu eſt,ꝙ nihil aut paucum recepit,in periculo eſſet ꝙ nihil poſtea, recipere poſſet. Audita hac pace aurea per Angelos proclamata, ecce paſtores dicũt adinuicem. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt,quòd dominus oſtendit nobis. Et uenerunt feſtinantes. Sed cur non venerunt Pilatus, Cayphas,& Annas? Reſpondetur quia nolebãt eam. Nam ſemper piſcatur, in aqua turbida, in aqua vero clara vix capiuntur piſces. Sic quandiu ſunt litigia, diſſenſiones,& proceſſus in populo, iudices & magiſtratus,quales erant prædicti, bene piſcantur in burſis populi, non ſic ſi eſſet pax. Venerunt ergo non illi, ſed paſtores,& inuenerunt dominum Ieſum ſeptem iſtis mulieribus circundatum,ſubiectum ſicut & illi paſtores,purum & innocẽtem,hominum amatorem, ſaluatorem, pauperem,humilem,& pacificum. Ita & nos diſponamus ad vidẽdum eum hic in humilitate, vt poſtea uidere poſſimus in gloria.

Pax non eſt impijs, ſed pijs.

De eodem feſto Sermo V. & in ordine XLI. per thema.

Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Eſa. 9. Ante deſcenſum filij Dei in mundum terribilis erat Deus ex magnitudine ſuæ potentiæ, & ſapientiæ exercens in homines iudicia terribilia. Pſal. 94. Deus noſter rex magnus, & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt. Hoc patuit in perditione totius orbis per diluuium,in ſubuerſione quinque ciuitatum,& inde timebatur nimis. Nũc autem quia ipſe magnus factus eſt paruus & humilis in ſua benedicta natiuitate, quia puer natus eſt,& filius datus eſt nobis. Ideo ex paruuli conditione factus eſt tractabilis & miſericors. Bernar. Magnus dominus & laudabilis nimis, factus eſt paruulus & amabilis nimis. Prius quidem

A Natiuitas Chriſti. Rigorem iuſtitiæ conuertit Deus in dulcedinẽ miſericordiæ in ſua natiuitate.

dem per terribilia iudicia eius notus erat in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Nunc autem in Chriſtianitate notus eſt Deus, & apud eos humile nomen eius, quia puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, id eſt ad noſtram vtilitatem. Dicūt enim doctores, quòd filium dari nobis eſt ipſum paratum eſſe facere ad voluntatem noſtram, quicquid ab eo rationabiliter petimus fieri. Sic igitur datus eſt nobis, quia paratus eſt, niſi ex parte noſtra tenuerit, & ſingulariter in hac ſancta natiuitate ſua: Quādiu. n pullus auis ſtat in nido, & paſcitur a matre, non poteſt volare, ſed eſt paruulus; & tūc faciliter poteſt accedens ad nidum prædā rapere & pullum accipere, & ſecum afferre. Sic filius Dei factus paruulus ſecundū carnem, ſtat hodie nouiter natus in gremio matris, quę ipſum nobis attulit in nido vteri ſui, & modo paſcit eum famelicum lacte ſuo virginali, & inuoluit eum panniculis; & offert paruulum nobis, vt accedamus ad eum pro pręda regni cęlorum percipienda. Scribitur enim Gal. 4. Hæres paruulus eſt. Quia enim hæres regni, ideo ipſum regnum ab eo habere poſſumus; ſed quia paruulus, faciliter obtinere. Tum quia modo nec fugere, nec volare poteſt ad ſinum patris in cęlum, immo tenetur vt nobis aperiat cęlum inter brachia matris. Tum ſecundo quia experientia docet, ꝙ a paruulo faciliter habetur quicquid petitur, ita quòd pro pomo daret ſcutum, & ſi ab eo dulciter petatur, melius obtinetur. Deus autem magnus ſecundum diuinitatem, hodie apparuit paruulus ſecundum humanitatem. Ideo hodie & faciliter ab eo ſcilicet pro parua oratione, obtinebimus gratiam, & regnū gloriæ eius. Et hoc maximè petere habemus a matre ſua, quia quando puer ita eſt paruulus ꝙ non loquitur, quamuis ſit hęres & dominus, tamen ad matrem pro negocio expediendo fit recurſus. Hæres autem regni Dei, ſecundum eccleſiæ repræſentationem paruulus eſt, & non loquitur, ideo ad matrem eius recurramus dicentes, Aue.

B Natiuitas Chriſti. Facile eſt obtinere, quod volumus in natiuitate.

Natus eſt puer, ſed antiquus dierum, paruulus cuius magnitudinis nō eſt finis, magnus in forma Dei, breuis in forma ſerui; nec breuitas illa magnitudini officit, nec magnitudo breuitati; quinimmo ſub illa breuitate attingit a fine vſq; ad finē fortiter, & diſponit oīa ſuauiter. Natus eſt autem nobis, non ſibi, non Angelis, quia qui ſtabant non indigebant, qui ceciderāt irreparabiles erant. Et boni Angeli, qui eū magnum habebant, paruulum non requirebāt, & ideo nobis natus & nobis datus, quia nobis neceſſarius, ſicut videtur bene intellexiſſe propheta dicens in verbis thematis præaſſumpti, Puer natus eſt &c.

Circa thema noſtrum dicemus primò quare Deus factus eſt puer. Secundò ad quid datus eſt nobis iſtę puer. Tertiò vnde & ex qua radice proceſſit, ꝙ ſic puer iſtę natus eſt nobis. Quartò qualiter nutriendus eſt puer iſtę, qui tam ſingulariter datus eſt nobis. De duobus primis dicetur hoc ſermone matutino. De reliquis verò ſermone pomeridiano.

Ad primum dicitur ꝙ factus eſt Deus puer paruulus. Primò ne peccatores ī principio terreret, ſed ſe facile condonantem, & quaſi pro nihilo placandum oſtenderet. Ante enim incarnationē dicebat peccator ei. Geneſ. 3. Audiui vocem tuam, & timui & abſcondi me. Sed poſt incarnationem pro pomo ad modum pueri poteſt placari, in qui pro pomo prius offenſus fuit. Hanc enim legem ſcilicet facile condonare retinet ſibi iſte puer, iuxta illud, quod dicitur Ezechiel. 18. Quacunq; hora ingemuerit peccator, vita viuet, & non morietur. De hoc enim puero dicit Matthęi. 12. & ſumitur de Eſaia. 42. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meę. Et ſequitur. Non contendet ad modum mali & ſeueri iudicis, neque clamabit. Vnde recitatur ex libro de dono pietatis de quadam moniali publica meretrice, quæ poſt multos annos redijt ad ſtatum ſuum. Quæ cogitans ad Dei iudicia, & ad mala quę geſſerat, & ad mala etiam, quæ pro ea Chriſtus paſſus erat, deſperabat. Continuo conſiderauit in nocte natalis infantiam ſaluatoris, & in nomine pueri cito pacari pe-

C Natiuitas Chriſti. Quare Deus factus eſt puer paruulus.

tijt & obtinuit veniam, voce pueri quem tenebat virgo mater in vlnis ſecundum ec cleſiæ repræſentationem, dicentis ſibi dimiſſa eſſe omnino ſibi peccata. Hoc etiam apparet exemplo Mariæ Aegyptiacæ pec catricis, quæ in deſerto exiſtens in tentationibus vehementibus quas patiebatur, & in orationibus ſuis ſemper habebat prę oculis puerum illius imaginis beatę virginis, & ipſam per quam fuerat conuerſa. Eſt enim puer paruulus admodum ſpecu li, quod ſe conformat offerenti vel obiecto vel rei præſentate, quia ſi ſe offerens ſibi faciat pulchrum vultum, vel arrideat, & ſpe culū ſimiliter faciet. Sic de paruulo Chriſto nato; Si enim volumus habere gratiā eius, oportet ei facere bonum vultum, & lætum per bonam voluntatem & propoſi tum firmum perſeuerandi in bonis operibus, & tunc ſpeculum diuinæ maieſtatis faciet nobis pulchrum vultum. Et ſi inueniamus eum aut ſentiamus aliqualiter dif ficilem, reccurrendum eſt ad matrem eius Mariam, quia per eam cito placabitur. Nō enim eſt aliqua perſona, quæ ita faciliter poſſit placare puerum turbatum, ſicut ma ter eius vel nutrix. Sic non eſt aliquis in cęlo & in terra, qui ita faciliter poſſit iſtū puerum iratum & offenſum placare, ſicut mater eius, quę ipſum nutriuit & portauit, Figurata Iudicum. 16. per Dalilam, quæ Samſonem fortem fecit obdormire in ſinu ſuo, & poſtea reddidit eum debilē. Sic iſta fecit nouem menſibus obdormire filium Dei in ventre ſuo, & modo in gremio, & de Deo cooperata eſt, vt fieret ho mo, & de fortiſſimo ſic debilis, ꝙ nec ire, nec loqui pōt ſecundum naturam, nec loquit, nec vadit, niſi portet eum. Ante incarnationem enim durus erat Deus popu lo ſuo, ita ꝙ iratus oē genus humanum trudebat in infernum. Inde quæritur Iob in perſona generis humani. Iob. 30. Mutatus es mihi incrudelem, & in duritia ma nus tuæ aduerſaris mihi. Sed Maria, ita emolliuit eum & placauit, vt immediatè canerent Angeli. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo hodie peccatores habent ab infante quærere miſericordiam, & dicere illud Pſal. 118. Viam iniquitatis amoue a me, tu ſcilicet, qui ſolus delere potes iniquitates, & de lege tua, ſcilicet quam retinuiſti tibi de facile condonando, miſerere mei.

Secunda ratio vt facilius cum ipſo negociari poſſemus. Ante enim incarnationem nullus poterat facere bonum forum cum Deo, quia quantuncunque darent, non poterant emere paradiſum, vt patet in Ioanne Baptiſta & multis alijs, qui etiam deſcēderunt in infernum. Sed poſtquā factus eſt puer, optimum forum poſſumus facere cum eo, & eum quaſi puerū decipere. Quaſi.n. pro nihilo modo dat regnum cęlorum. Pſ. 55. Pro nihilo ſaluos facies illos. Et verè pro nihilo. Recipit.n. monetam, quæ nihil valet, immo omnino damnoſa eſt nobis, quia falſa, immo ſi capti eſſemus cum illa, bulliremus in caldaria inferni ſicut falſi monetarij. Illa.n. eſt propria peccata noſtra, de quibus Iohel. 2. Præſtabilis eſt ſuper malitia. Super peius vadium, quod ſit in domo conſcientiæ noſtræ, concedit regnum ętérnum. Sicut enim pater volens filium aliquid habere de ſuo, vendit ei ſemipretio & dimittit quaſi ſe decipi a filio, ſic pater noſter volens non habere regnum, immo rogans nos, vt emam*, quaſi permittit ſe decipi a nobis, pro nihilo illud vendens. Propter quod dicebat Dauid loquens Deo patri. Pſal. 85. Da Imperium puero tuo q.d. Tu nimis benè ſcis quantum valent tua, propter quod nō poſſum bene tecum bonum forum facere. Tu enim extendis cęlum ſicut pellem, id eſt ad modum pelliparij extendentis & commendantis ſuum pellicium. Sed da Imperium puero tuo, vt ſcilicet cum eo faciliter negociari poſſim, & ſic ſaluum fac filium ancillæ tuæ, id eſt eccleſiæ. Et ideo nunc bonum eſt emere, quandiu denariatæ ſunt in manu pueri, & quādiu durat moneta, ſcilicet pęnitentię, quæ cadet in morte. Noli expectare tempus illud, in quo erit maxima etiam guttę aquę penuria, vt patet de diuite Lucę. 16.

Tertia ratio, Factus eſt dominus omnium puer, vt condemnaret & humiliaret fatuam præſumptionem, & ſuperbiā mūdanā. Licet.n. ſciat homo ꝙ in futurū

expo-

exponetur vermibus & putredini, & quòd in hac vita vix aliud recipiet pro omnibus laboribus ſuis, quàm läguorem, dolorem, pudorem, afflictiones, infirmitates, infortunia abſque numero, nihilominus inde ſuperbit cadauer vermiculoſum & ſaccus plenus fimo. Et ſi hæc nō ſufficiant ad tui humiliationem, reſpice regem tuum, Deū tuum, dominum tuum quaſi infantem humiliatum, quem totus mundus capere nō poteſt intra clauſtra virginalis vteri clauſum. Reſpice inquam dominum & creatorem tuum in ſimilitudine vnius pueri vagiētis cubantis in præſepio, ſociatum a beſtijs, & vna ſola puella virgine & vno homine, ita vt aula Dei tui ſit ſtabulum, thalamus præſepium, cantus ipſi vagitus puerileſ, laterales ſui cuſtodes, bos & aſinus, curiæ frequentia Ioſeph & Maria. In quo igitur ſuperbis o ſtulta præſumptio? An de tua potentia, an nobilitate, quæ facit, vt tibi videantur alij non eſſe homines ſicut tu? Reſpice regē regū miſer a ſeruitute oppreſſum, quando cogiť venire ad reddēdum ſeruitutis tributum. Et dic ibi ſi vis, quomodo aſcendit Ioſeph de Nazareth, & de edicto, &c. Si inquam glorians & eleuaris propter veſtes, paramēta, & ornamenta, vt ea cum ſumptibus magnis & forte alienis tibi pares, reſpice omnipotentem Deum propter te nudum, & poſtmodum a paupere matre vilibus panniculis inuolutum, & ſicut omnipotētē deorſum inclinatum. Si etiam propter ſapientiam tuam ſuperbias, reſpice illum cuius ſapientiæ non eſt numerus, nullum verbum dicentem quaſi ignorantem. Si de bonitate, vel ſanctitate tua exaltaris, ecce ſanctus ſanctorum reputatur inter beſtias. Si vnū tale exemplum, vnum tale ſpeculum, vna talis medicina non ſanet cor humanum ab infirmitate ſuperbiæ, neſcio quid aliud ſanare poterit. Ideo ſicut dicit Apoſtolus. 1. Cor. 1. Non glorietur in conſpectu eius omnis caro, ſed eius exemplo humilietur, de quo idem Apoſtolus Phil. 2. Humiliauit ſemetipſum formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo.

Chriſti infantis miſeria.

Superbiæ noſtræ remedium.

Quarta ratio. Factus eſt puer, vt facto prædicaret contra errores mundanos. Ante enim natiuitatem Chriſti, mundus in ſua ſchola laudabat omnem complacentiam in diuitijs, delicijs, & honoribus, & adhuc iſtud mundani prędicant. Nunc autem Deus ſapientiſſimus econtrario in ſcola ſua cępit docere. Nam puer factus eſt nudus, vt diuitias doceret contemnere. Non enim puer multum eas appreciari ſolet. Propterea non confundatur pauper de ſua paupertate, quando rex gloriæ eam ſibi dignatus eſt aſſumere ſponſam, vt ab initio natiuitatis ſuæ filius hominis non haberet vbi reclinaret caput ſuum, etiam nec in morte. Sed & honores parui pendit, quando magnus dominus & laudabilis nimis, rex magnus, & excelſus ſuper omnem terram, factus eſt paruulus cō temptus & contemptibilis, & in contemptibili loco natus. Non ergo reputent mūdani illud ſummum bonum, quando rex ęternus in hunc mundum veniens eos paruifacit, & ſuo exemplo damnat. Delicias etiam abhorruit, quando natus infans ſęno loco puluinarum incubuit. Non igitur in his ſibi complaceat homo ſeruus Chriſti, homo redemptus a domino, ſed magis in infantia ſui ſaluatoris. Ex eo enim maius commodum reportabit ſi ſit ſicut paruulus iſte, quàm ſi fuerit magnus quemadmodum primus Angelus. Primo ſi ſis paruulus & humilis, non inflatus, vocatus eris a paruulo Chriſto, quia ſolos paruulos vocat. Prouerb. 9. Si quis eſt paruulus, veniat ad me, & impedientes ne veniant, prohibet. Matt. 19. Sinite paruulos venire ad me. Secundo in cuſtodia eius permanebis. Pſal. 114. Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum & liberauit me. Tertio erudit & inſtruit eos, quia Pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et alibi. Teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis. Inde Matth. 11. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Quartò promouet eos ad regnum, & ad ſui ſocietatē. Propter quod his, qui non ſunt paruuli cō minatur dicens Matth. 17. Niſi quis humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cęlorum. Vnde & Saul a regno

D Humilitas. Humiles multa cōmoda conſequūtur a Chriſto.

regno deiectus eſt, quàm cito deſeruit paruitatem iſtam. Ei enim dictum eſt. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulis eſſes in oculis, tuis, caput in tribus Iſrael factus es. Sic igitur conſentiamus propter noſtram vtilitatem eſſe paruulos ſicut Chriſtus Sufficit enim ſeruo ſi ſit ſicut dominus eius. Ioan. 13.

E Natiuitas Chriſti. Ad quatuor datus eſt nobis Chriſtus in natiuitate.

Ad ſecundò quæſitum dicitur, quòd quadrupliciter & ad quatuor datus eſt nobis puer iſte. Primò quidem datus eſt nobis in ſocium & Ductorem ad conducēdum nos tanquam cęcos per vias huius ſeculi, ſicut ſolet dari cęco puer productore. Genus humanum cęcatum eſt p peccatum. Nec mirum, quia vulgo dicitur, Qui bonum videt & malum accipit, mala gutta eruat ſibi oculum. Homo propoſito ſibi ligno vitæ & prohibito ligno ſciētiæ, lignum bonum vitæ non tetigit, & lignum ſcientiæ ſibi malum guſtauit, ideo ei debuit dici quòd mala gutta erueret ſibi oculum. Hoc eſt primum, quod facit diabolus, ſcilicet excecare hominem, vt pronus ſit ad omne malum, ſicut equus cęcatus, audacter intrat in foſſatum, in quo quandoque remanet. Et ideo neceſſarium fuit humano generi, vt puerum iſtum haberet ſocium & ductorem. Non enim poſſumus ex nobis in opera ſalutis, licèt bene damnationis. Quandiu Samſon cęcatus ductorem habuit, ſine malo ſe rexit, poſtquam autem eum a ſe emiſit, ſe & alios interemit. Ita qui huic puero tanquam ductori innititur, licèt ex ſe ſit cæcus, nec videat quę agenda ſunt, ſecundū illud. 1. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis tāquā ex nobis ad optatū tñ perueniet ſalutis finē. Qui vero ꝓprio ſēſui & volūtati inniti voluerit, malè ſe hēbit. Vñ ꝙ datus ſit nobis puer iſte tanquam ſocius patet ex hymno, in quo dicitur. Se naſcens dedit ſocium. Mercator autem ſolus non bene poteſt ſecūre tranſire nemus periculoſum, ideo indiget ſocietate, & quando videt ſocietatem gaudet, & ſe adiungit ei. Tranſitus vero huius mundi periculoſior eſt tranſitu nemoris quantumcunque periculoſi, quia latrones in nemore non quærunt niſi quæ mercator portat. Sed latronibus inferni non ſufficit, ꝙ homo omnia bona ſua deponat in morte, quia ſequuntur hominem propter animam. Nemo certè huius mundi nemus ſecurus vnquam tranſiuit, immo filius Dei in tranſeundo contremuit & expauit. Neceſſaria propterea fuit nobis ſecuri ductoris ſocietas, de quo Deut. 32. Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Hinc quia tam neceſſarius erat ducatus ſeu ſocietas huius pueri, ideo petebat ſapiens in perſona generis humani. Prouer. 9. Si quis eſt paruulus veniat ad me. Cui petitioni reſpondet Deus pater. 1. Paralipo. 22. Filius meus puer paruulus eſt, de quo Lucę. 24. Ieſus autem appropinquās, ſcilicet per incarnationem ibat cum illis. Illis eſt paruus filiæ Pharaonis, qui populum Dei eduxit de Aegypto in terrā ꝓmiſſionis. Et quia homine formato, poſitum eſt lignum vitę in medio paradiſi, quo poſſet uiuere, ideo ad reformandum hominem fructum vitæ, paruulum, hodie poſuit in medio duorum animalium, per quem poſſumus vitam recuperare. Ad rem quæ in medio eſt poteſt quilibet attingere. Pſal. 73. Deus operatus eſt ſalutē in medio terræ. Secundo datus eſt nobis tanquam exemplum ad inſtructionem & correctionem noſtram. Cum enim liber emendetur ad aliquod exemplar verum, propterea miſit Deus nobis ad correctionem veriſſimum exemplar paruulū hodie natum. Ioan. 13. Exemplum dedi vobis. Nec exemplar potuit melius mittere. Nam Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia. 1. Cor. 1. Vt eſt Dei virtus ad eum uidetur reſpexiſſe primus Angelus cum dixit Eſa. 14. Aſcendam in cęlum, & ſimilis ero altiſſimo. Ad ipſum ſicut Dei ſapientiam reſpexerunt primi parentes, quibus dixit ſerpens, Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum, & uterque hic voluit Dei filiū imitari. Sed multum deficit de hoc, quod fatuus cogitat. Virtus. n. Dei eſt admiranda, & ſapientia laudanda, & neutrum imitandum. Et propterea poſuit Deus filium ſuum in tali ſtatu, vt quicunque voluerit eum imitari, non poſſit errare.

F Natiuitas Chriſti. In Chriſto eſt inuenire exēplar omnium virtutum.

errare. Hic eſt ſtatus ſummę humilitatis, quando ſummè humiliatus eſt Deus factus paruulus, de quo Matt. 18. Paruulum ſtatuit in medio eorum, & dixit. Quicunque ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cęlorum. Paruulũ præterea ſtatuit tanquam exemplar ad dirigendum. Si enim filium vel linea eſſet tenſa a termino vſque ad terminum viæ, nullus ſequens filium poſſet errare, etiam ſi eſſet domus Dedali, dummodo ſequeretur filium vel lineam, niſi filium rumperetur vel ſolueretur. In paruulo nato eſt quædam linea ab hoie vſq; ad Deum, incarnatio, ſcilicet nectens vtrumque inſeparabiliter. Qui adhæret huic paruulo, impoſſibile eſt, quin deducatur. Eſaiæ. 11. Puer paruulus minabit eos. Fecit autem Deus pater ſicut doctor Geometriæ, qui videns ſcholares non proficere nec intelligere, quod loquitur, quod dicit verbo declarat exemplo, protrahendo figuras in terra, & tunc ſcholares intelligunt & proficiunt. Sic Deus pater olim loquens patribus in prophetis. Hebræorum. 1. De virtutibus, de humilitate, de paupertate, de charitate parum, aut nihil proficiebant, quia de hoc non curabant. Ideo quicquid dixerat & prędicabat ſcripſit in terra & oſtendit per exemplum in iſto puero. Primo quidem exemplum humilitatis, cum rex Angelorum factus eſt paruulus pendens ad mammillas paupercul ę virginis. Secundò exemplum paupertatis, dum poſitus eſt in præſepio, vt halitu aſini & bouis calefieret, qui non habebat in quo inuolueretur, exemplum caſtitatis, dum de virgine voluit naſci, exemplũ charitatis, dum communis in communi ciuitate & loco voluit naſci, in quo dedit nobis tale exemplũ, vt nulla in nobis profectus cadat excuſatio. Ait etiam Chryſ. in quadam homi. ſuper epiſtolã ad Heb. ꝙ dominus fecit ſicut ſutor diſcipulo ſuo qui verbo nihil intelligit, ſed tunc facto & exemplo genua ad conſuendum diſponit & operat, & in hoc magis facto, quàm verbo diſcipulũ inſtruit. Sed dicet aliquis. Nemo poteſt tantũ ſe humiliare ſicut paruulus iſte, qũo ergo nobis ꝓponitur imitandus? Reſpondetur. Sufficit de malo debitore habere auenam pro tritico. Verũtamẽ qui plus imitatur, plus proficit Imitantur aliqui in humilitate, & magni fiũt. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Alij in auſteritate & ij ſatis proficiunt. Sed qui in paupertate melius & in pluribus, quia ad paupertatem ſequitur humilitas & auſteritas, & ideo ij maiores ſunt in regno cęlorum. Vnde communiter filiæ turpi plus datur in dotem. Talis eſt paupertas. Qui vero in charitate eum imitãtur, optime proficiunt, quia charitas eſt potiſſima virtutũ ſine qua aliæ nihil proſunt, vt deducit Apoſtolus. 1. Cor. 13. Tertio datus eſt in precium redemptionis, ideo naſcitur in foro, quando totus mundus Romanis ſeruiebat ſub tributo; & quando conuenerant ad tributum ſoluendum. Ac ſi diceret Deus pater. Ecce ego mitto filium meum ad forum, vt ſit pro omnibus tributum. Inde eſt, quòd nunc eſt oblatio quotidiana popoli Chriſtiani, quaſi precium redemptionis peccatorum oblatum ſibi. Quartò datus eſt in præmiũ laboris. Hinc eſt, ꝙ quando natus eſt, paſtores, qui in cuſtodiendis ouibus per vigilias noctis laborabant eum quaſi præmium inuenerunt. Ecce quomodo natus eſt, & datus nobis, ideſt ad vtilitatem noſtram puer iſte, ſcilicet in ſocium peregrinationis, in exemplum inſtructionis, & directionis, in precium redemptionis, & in prę mium laboris.

Chriſtus factus eſt virtutũ exẽplar. — *G Humilitas.* — *Qui plus imitatur eo Chriſto ſe humiliando proficit.*

Sermo VI. eiuſdem diei, & pomeridianus in ordine XLII. per thema ſupradictum.

Q Væritur vtrum decuerit Chriſtum incarnari & fieri paruulum pro nobis? Et videtur ꝙ non, quia iuxta ſapientiam ſeculi conculcat ſublimis humilem, fortior minus forte. Eccl. 13. Põdus ſup ſe tollit, qui honeſtiori ſe cõicat, & ditiori te ne ſo cius fueris. Qũo ergo ſociauit corpus debile & fragile diuinitati omnipotẽti, carduum

A Natiuitas Chriſti. Chriſtum decuit incarnari & naſci.

duum cedro libaniſ Reſpōdetur per duas veritates. Prima eſt, non ſic eſt in diuina ſapientia, ſicut humana, quæ ſtultitia eſt apud Deum, hæc enim naturam noſtram aſſumpſit, non illa Deum, ſicut corpus beſtiale noſtrum, quamuis ſit omniū corporum nobiliſſimum, vt pote conſtitutum, ſuper omnem corporalē creaturam, tamē purè paſſiuè ſe habet ad animam recipiendā quę cū Angelis cōmunicat. Ideo nec corp⁹ aſſumit aīam, ſed aīa corpus ſibi a Deo & natura paratū, & tñ optima eſt cōiunctio, vt potè niſi cū violētia diſſolubilis. Quātò magis illa beatiſſima vnio (quę extremitatē amoris tenet) nō cōculcationis naturæ nr̄ę, ſed magis exaltationis exordiū fuitſ Sicut corp⁹ ſine aīa nihil eſt, aīa vero corpori multa præſtat bñficia, vt pote pulchritudinē, claritatē, viſus, ſonū, vocis, motū, greſſus, & ſic de alijs, Corp⁹ enim ſine aīa truncus eſt inutilis. Sic natura nr̄a ſine Deo inutilis, oīno ſine ipſo nihil poterat facere. Secūda veritas, decuit Chriſtū incarnari & ſuſcipere paſſibilitatē noſtrā. Primò vt compati ſciret & miſereri diſceret, vt qūo dicit apoſtolus, quia didicit ex his q̄ paſſus eſt obedientiā diſceret & mīam. Non φ ante miſereri neſciret, cuius mīa ab æterno & vſque in æternū, ſed qđ natura ſciebat dicit experimēto. Debuit. n. (ſicut dicit idē apoſtolus) fratribus per oīa aſſimilari, vt miſericorsſ fieret, quaten⁹ infirmi filij Adā quos ſuos fieri & appellari fratres voluit, ſuas illi infirmitates committere non dubitarent, quas ille ſanare poſſet vt Deus, & vellet vt proximus, & cognoſceret vt eadē paſſus. Secundò caro factus eſt, vt nos ſpirituales faceret, inclinatus eſt vt leuaret, exijt vt introduceret, viſibilis apparuit ut inuiſibilia mōſtraret, contraxit ſe maieſtas vt nos dilataret. Tertiò, vt ſe homini ſociū daret in via ad eū iuuādū, & viā oſtendendam, & via redeundi fieret per hominē Deū. Longe enim diſtabamus ab immortali mortales, a iuſto iniuſti, propterea iunxit ima ſummis, vt ſic via pateret qua imis ſumma ſociaret. Hæc autem coniunctio facta eſt in vtero Mariæ virginis, quā ſalutabimus dicentes Aue.

Puer iſte in Maria natus eſt per operationem ſpiritusſancti. Sic autem de ſpiritu ſancto Maria concepit, non φ de ſpiritu ſancto ſemen partus acceperit, ſed quia per amorē & operationem ſpiritusſāncti ex carne ſua diuino partui Maria ſubſtantiam miniſtrauit. Nam quia in corde ſuo amor ſpiritusſācti ſingulariter ardebat, iō in carne eius virtus ſpiritusſāncti miracula faciebat. Cuius opere mulier iſta in arca veteri virginalis miſcuit tria ſata ſimilę, verbi ſapientiam, carnis munditiam, aīæ humanæ ſubſtantiā ſimpliciſſimā, donec fermētaretur totū fermēto incremēti, non peccati, fermento nouo, de quo beatus Benedictus in regula, doctrina magiſtri tanquam fermentum diuinæ iuſtitiæ in diſcipulorum cordibus aſpergatur, non fermento veteri, de quo Apoſtolus. Expurgate vetus fermentum. Hoc fermento fermentata ſunt omnia regna ad gratiā, nō ad culpā, ad vtilitatē & ſalutem, non ad dānationē, q̄a ſecūdū thema præaſſumptū. Puer natus eſt nobis. i. ad cōmodū & vtilitatem noſtrā, & filius datus eſt nobis. *Chriſtus quo pacto per operatione ſpiritus ſancti ſit conceptus.*

Conſequenter dicendum eſt ad tertiò quæſitū in quo quærebatur vnde proceſſerit φ ſic Chriſtus datus eſt nobis p incarnationē & natiuitatem ſ Reſpondetur φ non ex meritis noſtris, ſed ex benignitate, & amore Dei ad nos proceſſit incarnationis myſterium & natiuitatis, & quidem ex amore ſummo. Eſt enim dilectio quaſi duos ligans, amantē. ſ. & amatum, immo quodammodo facit tranſire amantē in naturā amati, & ſi ſit verus amor celari non poteſt, quin opere, vel alio aliquo ſe oſtendat. Nō enim poteſt celari ignis quin fumo, vel flāma ſe manifeſtet. Prouerb. 6. Nūquid poteſt homo abſcōdere ignē in ſinu ſuo, vt veſtimenta eius non ardeantſ Quia vero duorū amicorū inuicem turbatorum verior amicus prior procurat pacē mittendo alteri munera, ſicut fecit Iacob Eſau. Gen. 32. dicit enim. Placabo eū muneribus inter Deū, & hominem quē creauerat ab initio ad imaginem & ſimilitudinē ſuā, vt inter eos amplior eſſet dilectio, q̄a omne aīal diligit ſibi ſimile Eccl. 1. A principio fuit magna turbatio ꝑpter culpam *B Natiuitas Chriſti. Ex amore ſummo proceſſit incarnatio & natiuitas Chriſti.*

pam hominis tranſgreſſoris, quę turbatio diu durauit. Tandem Deus tanquam verior amicus eo ꝙ magis diligit, voluit ſibi reconciliare hominem. Propter quod miſit ſibi munus paruæ quidem oſtenſionis, ſed maximi valoris, verum Deum in parua humanitate inuolutum, & impletum eſt illud Hiere. 49. Paruulum dedi te in gentibus. Magnitudo valoris eſt ex parte patris, paruitas oſtenſionis ex parte matris. 1. Reg. 2. Tunicam paruam faciebat ei mater ſua. Et quia curialitas non cognita eſt perdita, ideo hoc inenarrabile donũ ſibi hodie miſſum recognoſcit eccleſia dicens. Paruulus natus eſt nobis, in quo oſtenditur paruitas oſtenſionis. Sed ſubditur magnitudo valoris, cum dicitur. Et vocabitur Deus fortis. Fuit ergo tanta dilectio Dei ad genus humanum, quòd verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Refert Iuſtinus in abbreuiatione Trogi Pompeij lib. 12. ꝙ cum Alexander Magnus obtinuiſſet regnum Perſarum, cogitauit quomodo poſſet Perſas familiarius ſibi copulare. Et propter hoc qui moribus & natione Macedo fuit, quo ad mores & habitum in Perſarum leges tranſiuit. Sic filius Dei volens nos ſibi familiares facere, habitu inuentus eſt vt homo, humanis legibus ſe ſubijciens, & qui quondam duriſſimè iudicabat minora peccata naturę tunc vilioris, nunc amore & eõ paſſione motus expectat longanimiter nec vindicat. Sic propterea ex amore appropinquauit homini vt homo fieret, q̃a vnumquodque approximare deſiderat rei quam amat. Vnde ſummus amor, ſummam facit approximationem. Cum ergò Deus non longe ſit ab vnoquoque noſtrum. Act. 15. quia ſi ſe elongaret, opus ſuum deſtrueretur. Specialius tamen in iuſtis habitat per gratiam, qui plerunque te cedunt ab ipſo per culpam, nec eſt qui ſpiritum manentem habeat, niſi ille de quo Io. 1. Super quem videris ſpiritũ mãnẽtẽ, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Gen. 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, hoc eſt quia tãtum caro, quod nõ ſolum intelligitur de ſpiritu irę, ſed etiã gratiæ, ideo manſit in Chriſto, q̃a nõ tantũ caro, ſed caro & verbũ. Cũ igit per culpã euelleret ab his in quibus erat per gratiã, miro modo cogitauit ex ineffabili ſua dilectione, ſic amplexari hominẽ, ſic ei coniũgi, ſic vniri, vt ab eo nũquã poſſet auelli, & ſic verbum caro factũ eſt. Et hanc inſeparabilẽ vnionẽ Oſeæ promiſit dicens. Sponſabo te mihi in fide, ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, in mĩa & miſerationibus, ſpõſabo te mihi in ſempiternũ. Ideo in morte eius licèt anima a carne fuerit ſeparata, nunquã tñ anima & caro a verbo. Nihil enim in illam vnionem potuit mors. Secunda ratio vt homo cõſiderans hæc erubeſceret ſe elongare Deo, qui nunquã ſe elongat ab homine, ſed homo a Deo. Nihil.n. poſuit Deus inter ſe & hominẽ, q̃ immediate ſe homini cõiũxit. Sed homo interpoſuit peccatũ. Peccata.n. noſtro diuiſerunt inter nos & Deũ.

6 Natiuitas Chriſti.

Nulla fuerũt obſtetrices in natiuitate Chriſti.

Pro ſecunda parte & iuxta vltimò quæſitum videdũ eſt quomodo nutriẽdus eſt puer iſte. Dicunt autẽ quædã fatuæ mulieres, & habetur in quodã libro dãnato qui intitulatur de infantia ſaluatoris, ꝙ Maria habuit obſtetrices cũ filiũ ſuũ enixa eſt, & ꝙ infans tunc fecit quædã miracula, ſed hoc falſum eſt. Primò nã nõ decebat carnẽ tã precioſam tãgi, niſi a mundítia virginea. Tamen ſecundò quia ſcriptura dicit ꝙ immediate poſt hoc eũ Maria panniculis inuoluit. Non ergo obſtrices præſentes, hoc autẽ eſt officiũ obſtetricũ. Tum tertiò quia obſtetrices ſunt præſentes in partu mulieris, & adſiſtentes propter debilitatem eius, ad ſubueniendum defectibus eius. Maria autẽ in partu nullo modo fuit debilitata, immo magis fortificata. Tunc.n. creditur fuiſſe in ſumma cõtemplatione & genibus flexis, & tũc quaſi radius ex vtero exiuit ſine vteri fractione nouus infans, noua ſecũdũ hoĩem creatura. Inde eſt ꝙ a pictorib. male pingitur. Tum quarto quia ſecretum diuinũ quòd adhuc abſcondendum erat, multis fuiſſet reuelatum, & ſingulariter illis obſtetricibus quę vtique vadunt, & quæ communiter loquaces ſunt. Vidiſſent enim quomodo ſine dolore, ſine fractione enixa eſſet, quod non erat adhuc, ſed ſuo tempore reuelan-

reuelandum. Vnde & Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, ad reuelandum apoſtolis & euangeliſtis. Sacramentum enim regis abſcondere bonum eſt. Tob. 12. Ideo loco obſtetricum ibi fuerunt angelicę poteſtates ſecundum Augu in ſermo, quæ venerunt (vt dicit Chryſo.) ad adorandum & homagium faciendum ſuo principi, quē videbant in cęlis ita magnum, & in terris ita paruum. Heb. 1. Cũ introduxit primo genitũ ſuũ in orbē terræ dixit. Et adorēt eũ oēs Angeli Dei. Propterea loco iſtarũ obſtetricũ dicamꝰ loquēdo ſpiritualiter de nutricibꝰ ſpiritualibꝰ, qũo.ſ. poterimus eũ nutrire.

D Natiuitas Chriſti. Nutrire. Ad nutriendũ ſpiritualiter puerum Ieſũ multa requiruntur.

Ad nutricē ergo quæ ſpiritualiter hēt hunc puerum nutrire multa requiruntur. Primum eſt ꝙ habet lac proprium. Nutrix enim quando cōcipit cito perdit lac. Ideo ſi vult bñ nutrire puerum, neceſſario habet cauere ne alium concipiat. Per lac album & dulce intelligitur conſcientiæ puritas, mũditia, & dulcedo qua puer iſte nutriri debet. Sanguis enim (vt dicũt naturales) in lac conuertitur. Ita ſanguis & paſſio Chriſti debet in nobis in mentis dulcedinem commutari, vt ipſa dulcedine nutriatur infans. Amara enim a nutrice ſumpta, in lactis dulcedinē per calorem digerentē cōuertuntur. Sic per amorem Chriſti amara & paſſionis ſuæ & natiuitatis anguſtiæ in mentis dulcedinem conuertuntur, quibus quærit nutriri. Sed ſi vis iſtud lac habere, debes cauere ne cōcipias alium puerum, ſcilicet amorē mundi, quia ſi nimium diligis curioſitatem mundi, perdes pulchritudinem & dulcedinem cōſcientiæ tuę. Sicut cygnus diligit plumas albas, & ideo totā uirtutem & intentionem ponit in plumis albis, ſed multum cōſtant ei, quia caro ſubtus turpis eſt & nigra. Ideo eſt auis immunda, & de ea nō debet fieri oblatio, vt dicitur Leuit. 11. Sic quidā diligunt tantum pulchritudinem plumarum, ideſt corporis exterius ꝙ ad hęc ponunt totam intentionem, ſed tātum eis cōſtat ꝙ per hoc perdunt totā interiorem pulchritudinē. Nō .n. poteſt mulier ſimul nutrire duos filios. Ideo quando burgenſis tradit nutrici puerum nutriendum, oportet ꝙ dimittat proprium, quia alias quando deberet lactare burgenſis filium lactaret ꝓprium, & propterea quando filius nutricis mortuus eſt, libenter traditur ei filius burgenſis nutriendus. Sic impoſſibile eſt cum amore carnali & inhoneſto quē de diabolo cōcipimus, nutrire puerum Ieſum, ſed oportet prius illum amorem turpem dimittere, & tunc Maria tradet nobis filium ſuum ad nutriēdum, immo & Deus pater dicens illud Exo. 2. Accipe puerum iſtum & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuā.ſ. gloriā æternam. Ad multiplicandum autē iſtud lac ſpiritualiter, oportet vti ſobrietate. Vilia.n. cibaria multiplicant naturaliter lac. Inde in lib. de naturis rerum dicitur, ꝙ fabæ multiplicant lac. Sic qui ſobriè & parcè viuunt non in deliciis & ebrietatibus, illi ſunt qui plus habent lac dulcedinis & puritatis. Hinc in Daniele & ſocijs eius vtentibus leguminibus inuenta eſt maior ſapientia quā in cunctis vtētibus cibo regio. Dan. 1. Vnde in eodem lib. de naturis rerum dicitur ꝙ lac magis abundat in muliere nigra quàm alba. Sic in aīa mortificata ꝑ ſobrietatē vitæ. Vult.n. Ariſto. lib. de ſomno, ꝙ nutricibus non detur vinum, vel ſaltem detur modicum & lymphatum, ne ꝑ groſſos fumos intereat infans nutritus. Sic ſobrietate utendum eſt, ne tandē ebrietate noſtra illum infantem nobis traditum a Deo patre occidamus, contra illos qui in ebrietatibus tota nocte vacant.

Nutricis cura circa infantem.

Secundo requiritur, ꝙ nutrix cubet puerum in lecto. Et hoc primo in loco in quo poſſit quieſcere, quia Pſ. 75. In pace factus eſt locus eius. Iſte locus eſt conſcientia a vitijs quieta. In domo enim ubi eſt taberna & ibi ſunt diuiſæ camerę & diuerſæ menſæ, ibi non eſt locus pacificus, ſed tumultuoſus. Ita in corde vbi eſt taberna iniquorum.ſ. peccatorũ. Nam in una parte eſt camera luxuriæ cum ſocijs ſuis, quę ſunt malus viſus, vilis tactus, vilis amplexus, vile verbum, vile oſculum. In alia parte eſt peccatum inuidie cum ſocijs ſuis rancore, ſ. odio, detractione, & ſic de alijs. In alia auaritia cum ſocijs

ſuis.ſ.rapina,furto,impietate,crudelitate, tenacitate,& ſic de alijs.In alia ſupbia cũ præſumptione, inani gloria,iactantia, ino bedientia &c.Non.n.eſt ibi aliq̃ latibulum in quo Deus poſſit quieſcere.Ideo te quirit locari in pacifica cõſcientia in qua non ſit aliquod peccatum tumultum faciens Deo. Et quia dum in aliquo loco quieſcunt reges, volunt habere cuſtodes, ne ſuperueniat hoſtis irruens in eos,ideo requirit in loco ſuo rationem & timorem Dei tanquam ſpeculatrices, ad de longe ſpeculandũ,ne peccatum introeat. Inde ſequitur in Pſal.allegato.Et habitatio ei⁹ in Sion,quod interpretatur ſpecula, ideſt, in loco in quo eſt aliquis ſpeculator. Charitas autem quę ipſum amplexatur ipſum recubat.Inde dicit illud Canticorũ.1.Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabitur, ſcilicet reclinatum,ſcilicet in corde quod eſt inter vbera.Ibi enim quęrit requieſcere. In corde.n.mundo requieſcit.Secundo tamẽ requiritur,ꝙ eum cubet in pannis mundis.Nam magni dñi non libenter hoſpitantur in locis immundis,nec in ſtabulis equorũ,nec in latrinis,ſed in gratioſis cameris & mundis. Ita & rex regum, qui oculus habet ita mundos ꝙ iniquitatem videre non poſſit,iuxta illud Abac.1.Mũdi ſunt oculi tui ne videas malum & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Ideo non libenter habitat in conſcientia, quæ eſt quaſi latrina peccatorum.Iaco.1.Abijcientes omnem immũditiam & abundantiam malitię,in mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ.Sanctuaria.n.reponuntur in loco mundo,quanto magis ſanctus ſanctorum.Rex.n.multũ turbaretur ſi fieret de domo ſua repoſitorium omniũ immunditiarum, ſicut faciunt multi de conſcientia ſua.Cõtritio autem lixiuiũ facit ex feruidis lachrymarum aquis collatis per cineres peccatorum, & p auſterum amaræ recordationis ſaccum.Qđ lixiuium faciebat ſæpe qui dicebat. Lauabo p ſingulas noctes lectum meum,lachrymis meis ſtratum meum rigabo.Tertiò nutrix habet ligare puerum inſtitis, dũm cubat eum in lecto.Habet.n.eum ligare ſibi,& quaſi ſæ dus inire ſecum de obſeruantia præceptorum & mandatorum ſuorum.Si.n.quis alligat ligno,lignum etiam alligatur illi. Si puer alligat cõſcientiæ noſtræ lecto, & lectus cõſcientiæ alligatur illi.Alligatur autẽ nobis ex mercedis ꝓmiſſione, ſi nos alligemur ſibi ex præceptorum ſuorum obſeruatione. Differenter autẽ ſolet ligari brutum, & homo, quia homo ligatur in infantia,& tunc cum ad ætatẽ peruenit,ꝑmittit liber ire.Sed beſtia vt equus vel aſinus in iuuentute nõ ligatur, ſed ſinitur liber ire.Sed cum ad ætatem deuenit,ligatur.Sic qui viuunt vita humana hic in infantia huius mundi ligantur uinculo diuinorum pręceptorum & ea implent,ut cũ peruenerit ad plenitudinem ætatis Christi.ſ.in morte,liberi abeant ab hoc ſeculo. Sed qui vita beſtiarum uiuunt,nullis pręceptis,nullis conſtitutionibus alligantur, aut alligari volunt.In morte vero tunc ligantur ad onera ſempiterna patienda.

Ligari. Differenter ligantur homo & brutũ.

Tertio requiritur ꝙ cuſtodiatur puer a nociuis.Primò ab igne et aqua. Ab igne quidem luxurię,& aqua auaritiæ. Oportet.n.domum corporis bene tenere clauſam, ne forte ſit aliqua porta aperta, per quam puer exeat.Si.n.forte aperires portam viſus per incautum aſpectum,vel linguæ per incautum verbũ,vel auris per detractionis auditum, tunc facile poterit exire. Quia ſi bene teneas portam clauſam,tecum permanebit dãs tibi ſolatium ſpirituale.Secundò a luce nimia. Non.n. dum cubat debet poni in luce radiante feneſtræ,ne viſus ei⁹ diſpergatur.& ſic luſc⁹ fiat.Sic ſi in luce vanitatis huius mundi ipſum expoſueris vt q̃ras apparere,& ſeculo & mundo ꝑ obliquitates & iniuſtitias cõplacere, obliquè te reſpiciet puer iſte, immo cõtinuo diſperdet & diſcedet a te, poteris quoque dicere illud.Puer nõ cõparet & ego quo ibo?Gen.37.Sicut cęcus qui ignorat viam in periculo eſt ſine puero duce,& de hoc conqueritur.Cęcus eſt autem homo qui non videt periculum peccati ſui.Tertiò a canib⁹ ne ſibi ſubtrahãt panem,ideſt a vita canina quæ eſt in rapiendo,furando,& violentiam inferendo proximo,vel a dæmonibus qui uolunt

nos

nos quotidie mordere ſuis ſuggeſtionib⁹. Quarto quadrigarum fragore, hoc eſt malarum negotiationum & litium ſtrepitibus, ad quod requiritur iſtà tranquillitas mentis, quæ dum auribus vehementior terrenarum curarum clamor inſonuerit, illud Abner. 1. Reg. 16. fortiter exclamat. Quis es tu in clamas & inquietas dominum meum regem?

Quartò requiritur ꝙ nutrix portet ipſum puerum per obedientiam. Nutritur enim per cordis deuotionē. Eſa. 49. Erūt reges nutritij tui, i. uiri ſancti & reginæ. i. animæ ſanctæ nutrices tuæ ſubdit modū deuotionis, vultu in terra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Sed portatur per bonam operationem, iuxta illud. 1. Cor. 6. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Vel nutritur bene operando, ſecundū illud Io. 4. Meus cibus eſt vt faciam volūtatē patris mei qui in cęlis eſt, ſed portatur mala ſuſtinendo. Nec ſufficit ꝙ ſolū portet, ſed etiā ꝙ faciat eū ambulare. Nutrix enim corā infante ambulat, vt diſcat ambulare. Hoc autem faciet maximè per iuſtitiā. Pſ. 84. Iuſtitia ante eū ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos. Nihil enim plus facit, aut allicit magis hunc infantem ambulare in aliquo regno, vel patria, & impartiri bona ſua quàm iuſtitia. Timendum eſt ualde ne diu ſit ꝙ puer iſte per regnum iſtud diſcurrerit, quia diu eſt ꝙ iuſtitia coram eo non ambulauit. Ideo non eſt mirum ſi non miniſtrat modo bona ſua, vel temporalia, vel pacis, quia ſine nutrice iuſtitia pauca bona huius pueri habebimus. Scriptum eſt autem Sap. 7. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa.

Quintò requiritur ꝙ balneū huic puero præparet, & hoc fit maxime per pietatem quæ intuita ſanctā meditationem alloquentem ipſum puerum in deuotione, ad fontē compunctionis currit, & de puteo cordis lachrymas ſanctæ deuotionis effundit. Vnde Canti. 4. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Aliquando ad auditum deuotum verbi Dei lachrymæ ſponſæ effluunt ab oculis de intimis cordis, quādoque vero ex cogitatione beneficiorum Dei, iuxta illud. Pſal. 21. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens per feruorem dilectionis cauſatum ex beneficijs Dei mēte recollectis, & hoc in medio ventris mei, quia mediāte memoria horū beneficiorum, quæ in ea velut in ventre retinentur.

Sextò neceſſe eſt vt puer iſte paſcatur, & hoc vel in membris ſuis per miſericordiæ opera corporalia, vel per paſtum verbi Dei & eloquia dñi dulciora ſuper mel & fauū, vel in ſeipſo dū paſcitur teneritudine cordis, & virtutib⁹ & donis ſuis, quę in creatura ſua repoſuit. Hinc Eſa. 7. Butyrū & mel comedet, vt ſciat reprobare malū & eligere bonū. Nam butyrum eſt flos & pinguedo lactis. Inde caſeus fact⁹ poſt butyrum eſt macer & inſipidus & ſiccus. Ideo per butyrum ſignificatur teneritudo & dulcedo cordis. Tali cibo debet nutriri Chriſtus. Eſa. 7. Præ vbertate lactis comedet butyrū. Mel vero eſt cibus dulcis deſcēdens de cęlo. Apis. n. mel non facit, ſed colligit, & ſignificat gratia & virtutes veniētes de cęlo, & tali cibo etiā nutriri debet Chriſtus. Vnde quādo deſcendit in perſonā gratia & virtutibus plenā, poteſt ei dici illud Prouer. 25. Mel inueniſti, comede. Et ſequitur in textu, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. Sicut enim faciens butyrū dimittit macrū & ſiccum & inſipidum, ſic Chriſtus corda inſipida & ſicca ſine deuotione, ſecundū illud Pſ. 72 Nationē filiorum tuorum reprobaui. Et ſicut apis non eligit in flore niſi ꝙ melius eſt. ſ. mel. Ideo ſi quandoq; tranſeat ſuper florē nihil habentē mellis, non quieſcit ibi nec moratur. Sic Chriſt⁹ eligit, qđ melius eſt in corde tuo, ſcilicet gratiam, & virtutes, & in perſona nihil habente gratiæ & virtutum, ſed potius odio & rancore plena, nō ſiſtit nec moratur, licèt quandoque tranſeat per os ſuum.

Septimò neceſſe eſt ipſum berſare vt dormiat, hoc facit patientia quę ipſum berſat & dormire facit. Inde eſt ꝙ diſcipulis exiſtentibus in naui uerſata hinc inde domin⁹ dormiebat. Matth. 8. Sic dum tempeſtas nos agitat, & non blaſphemamus, & non murmur reſonat, non quæ-

rimonia,ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patientiam;tunc dico puer dormit. Videtur enim dormire, quia non videtur ſuccurrere. Secundò videtur dormire, quia quieſcit in conſcientia in qua patientia facit tranquillitatem, quia nec murmur reſonat,nec querimonia. Can.5. Ego dormio,ſcilicet in mente deuota, & cor meũ vigilat, ſcilicet cor in quo habito vigilat in tribulatione & aduerſitate.

Octauò neceſſe eſt puerum excitare poſtquam dormierit & leuare. Hoc facit ſancta meditatio & deuota oratio dicens. pſ.43. Exurge quare obdormis dñe, exurge & ne repellas in finẽ.pſ.3. Voce mea ad dñm clamaui, & exaudiuit me, & ſequit. Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi,& alibi.pſ.Et excitatus eſt tanquam dormiens dñs,& tãquã potens crapulatus a vino.Sic fecerunt apoſtoli qñ excitauerunt dñm dicentes. Dñe ſalua nos,perimus.Sic & facere debent illi qui vexãtur graui aduerſitate,vel tentatione. Induit etiã eum, qñ reuoluit virtutes & beneficia & ſcripturas ſanctas,& alit de eo.

Ex prædictis patet q puer iſte debet habere multas nutrices.Prima quidẽ erit deuotio,quæ eũ nutrit lacte,butyro,& melle.Secũdò obedientia portat eum. Tertiò pietas balneat.Quartò puritas recubat in pannis nudis. Quintò contritio mundat pannos.Sextò charitas amplexatur & ligat.Septimò patientia berſat & eum dormire facit.Octauò ſancta meditatio & deuota oratio excitat,& leuat,& induit.Nono miſericordia paſcit. Decimo iuſtitia ambulare diſcit. Vndecimio diſcretio eũ ab igne & aqua & cęteris nociuis cuſtodit.Et ſi quærat de nutricibus quomodo poterunt tot eſſe in domo,& q magna eſt ſæpe diſſenſio tot mulierum? Reſpondet q non erit nobis graue habere iſtas. Tum propter mercedẽ quæ promittitur.Exo.2. Accipe mihi puerum & nutri eũ, & ego dabo tibi mercedem tuam. Secundo quia ſumus reges qui nutrimus eum. Eſa.49. Erunt reges nutritij tui & reginæ nutrices tuæ, tales autem poſſunt ſatis habere nutrices. Vnde & Chriſtus multas habuit nutrices in natiuitate, quæ eum nũquam deſeruerunt,ſed nutrierunt & aſſociauerunt vſque ad mortem. Nutriuit.n. eũ puritas in natiuitate, & aſſociauit vſq; ad mortem,ſcilicet Maria virgo,ſubiectio eum coram iudicibus manere fecit, paupertas in cruce ſpoliauit, largitas ei donare fecit paradiſum, charitas morti, pax mundum reconciliare,& ſuos crucifixores,miſericordia ſanguinem fundere.

F Natiuitas Chriſti. Quomodo poſſunt eſſe multæ nutrices ad nutriẽdũ Chriſtum.

De eodem feſto Sermo VII. & in ordine XLIII. per thema.

A Natiuitas Chriſti. Gloria domini. Quare Chriſtus dicitur gloria domini.

Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt. Eſa.40. Quęritur quare Chriſtus dicitur gloria domini,ut patet in hoc themate. & Exodi.16. Mane videbitis gloriam eius.Et item Pſalm. Vt inhabitet gloria in terra noſtra. Et iterum Eſa. 60. Gloria domini ſuper te orta eſt. Reſpondetur q propter multa. Primo quia Prouerb.10.Gloria patris eſt filius ſapiẽs: Si ergo carnalis eſt huiuſmodi,multo magis filius Dei.Secundò vt diſcant homines nunc reuerere Deum,& glorificare eũ.Si enim ante non apparebat vnde gratias agerent,nunc vero apparet.Ideo blaſphemi ſe cuſtodiant,qui multo nunc grauius peccãt quàm Iudæi,quia de Iudæis, dicitur.1.Cor.2.Si cognouiſſent,nunquã dñm gloriæ crucifixiſſent.Iſti autem poſt tot prophetarum veteris & noui teſtamẽti teſtimonia,poſt tot miracula, & approbationes ſanctorũ inhonorant dñm,ſecũdũ illud Heb.6.Rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium Dei, & oſtẽtui habẽtes. Tertiò vt humilietur homo qñ Deus gloriã ſuã ita humiliauit, ſicut promiſerat in Pſ.7.Gloriam meã in puluerem deduc5. Non ergo apponat homo vltra ſe magnificare ſuper terram.Si ſacco induta eſt gloria Dei patris,non ſuperbiat in veſtibus. Si vſque ad infantiã non quærat altã dignitatẽ Si vſque quo videretur ignorans, non glorificetur in ſcientia.Quarta ratio, quia antiquitus dicebatur gloria dñi, qñ exercebat iuſtitiã. Sæpe enim dicitur qñ dñs faciebat iuſtitiã,q gloria dñi erat ſuper

per tabernaculum, ſicut quando Maria ſoror Moyſi percuſſa eſt lepra, & plures de populo interfecti ſunt. Homo enim multũ offendebat patrem ſuum, nec remediũ quouſque clamauit vt gloria iſta veniret, tũc filius poſitus eſt arbiter inter Deũ patrẽ & hominẽ, & illum arbitrũ quęrebat homo cõfidens in illo. Dicebat enim pater, ponam .ſ. iudicium arbitrarium in ſalutari, hoc eſt in filio meo, & homo de hoc cõtentus reſpondebat. Fiducialiter agam in eo. Sciebat enim homo ipſum allaturum ſecũ miam. Et propterea ſuper hoc arbitrio dicit propheta. Reuelabitur gloria domini .ſ. nouo modo & alio quàm in veteri teſtã hoc eſt per miſericordiam, vbi prius reuelabač p iuſtitiã, & videbit omnis caro pariter ꝙ os dñi locutũ eſt, quod hodie cõpletũ eſt qñ p viſcera miſericordiæ ſuæ viſitãs, nos oriẽs ex alto, ꝓdijt ad nos viſibilis ex utero Mariæ, quã ſalutabimꝰ, &c.

B *Natiuitas Chriſti. Sol iuſtitiæ, qui diu latuerat, tãdẽ eſt pulice reuelatꝰ.*

Sicut ſol diu aliquando latet in nubilo qui tandem clarè hominibus reuelatur, ſic Deus qui ab origine mundi hoĩbus latuerat, in incarnatione & natiuitate eſt publicè reuelatus. Luc. 2. Viderunt oculi mei ſalutarę tuum. Et hæc eſt reuelatio ineſtimabilis amoris. Magnę charitatis eſſet regem ſedere iuxta paupere, quãto magis ꝙ Deus per carnẽ iuxta homines viſibilis appareret. Vñ Deus eſt ſicut rex qui ſecretè cum conſiliarijs ſuis tractat de regimine regni ſui, tandẽ, quod ordinatum ſecretè fuerit diuerſis diuerſimode publicat & reuelat, quia Deus in ſecreta camera ſuæ occultę prudentię primò diſponit omnia quæ facit, ipſaque primò ſuis ſecretarijs .i. Angelis oſtẽdit, tandem ſeneſcallis & balliuis ſuis .ſ. prophetis & apoſtolis, & finaliter per ipſos cęteris publicat & denuntiat. Sic enim fecit de ſecreto ſuæ beatæ incarnationis & natiuitatis, quod finaliter per ꝓphetas ſuos omnibus reuelauit. Dicit enim per Eſaia. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur, & ita verificatũ eſt illud thematis præaſſumpti. Reuelabitur gloria dñi, & videbit omnis caro, &c.

Iuxta thema & Euangelium hodiernũ quod ſcribitur Luc. 2. dicenda ſunt duo. Primo quomodo reuelata eſt gloria dñi Mariæ & Ioſeph in præſepio. Secundo quomodo paſtoribus eſt reuelata. Primũ matutino ſermone. Secũdũ vero pomeridiano declarabitur. In ꝑmo tria cõprahẽduntur. Primũ eſt de edicto Auguſti Cæſaris. Secundum eſt qũo aſcẽderunt Maria & Ioſeph vt illi obtẽperarẽt. Tertiũ eſt qũo Maria peperit Chriſtum in ꝑſepio.

C *Natiuitas Chriſti.*

Quo ad primum dicitur in principio euangelij prædicti. Exijt edictum Cęſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Vbi duo quæruntur. Primum eſt cum imperatoris edictum vel mãdatum eſſet illicitum, an Ioſeph & Maria tenebantur ire in Bethleẽ iuxta formam edicti. Sed ꝙ tale præceptum fuerit illicitum patet, quia cum ſic feciſſet Dauid. 1. Paralip. 21. propter hoc iratus eſt dominus & grauiſſimè punitus Dauid. Reſpondetur primo ꝙ numeratio populi poteſt fieri ab aliquo principe. Primo ad potentiæ ſuę oſtentationẽ, & ſic eſt ſuperbiæ actus, & propter illud Dauid punitus eſt. Sic Ezechias qui oſtendit Aſſyrijs & Chaldeis diuitias ſuas arma & ſcuta illis qui erant ſerui Babilonis. 4. Reg. 20. Secundo ad ſciendum quot eſſent capita, vt ſciretur quomodo diſtribui poſſent taleæ & tributa ſine grauamine populi, Debent .n. principes illam habere prudentiam, vt intendãt ad vtilitatẽ populi ſui. Sicut enim geniti ſub bono ſydere vel ſub bona conſtellatione vt dicũt Aſtrologi in maiori proſperitate viuunt, ſic qui ſub diſcreto principe. Inde de ſanctis animalibus & oculatis & prudentibus dicitur Ezechiel. 1. Manus hoĩs ſub pennis eorum, quia ſub pennis bonorum principum viuunt in pace artifices & operarij & cultores agrorũ non moleſtati exactionibus. Hinc Ezechiel. 3. dicitur de bono præſide. Sub umbra eius habitabit cętus gentium plurimarum. Sed mali principe. ſunt malæ cõſtellationes ſub quibus affliguntur qui naſcuntur ſub illis, vt dicunt Aſtrologi, & multis ſubijciuntur infortunijs. Prouerb. 28. Regnantibus impijs ruinæ hominũ. Similes enim ſunt leonibus & aquilis, quæ deuorare ſolent quæ ſub ſe ſunt anima-

An Maria & Ioſeph tenebantur obedire edicto Cæſaris cum videretur eſſe iniuſtum.

animalia,& alijs tradere ad deuorandum. vt dicatur illud Pſ.44. Populi ſub te cadēt in corda inimicorum regis & regni. Vnde de aſina Balaam dicitur Nume.22. ꝙ cecidit ſub pedibus ſedentis. Sunt enim ſimiles ſoli eclipſato, ad quem communiter ſequuntur magna mala. De quo ſole dicitur Eccl.1. Vidi in omnibus vanitatē & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole, quia ſub talibus nihil permanet. Scriptū eſt enim Nume.16. Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum. Nam omnia in os eorū introeunt ſicut in abyſſum. Tertiò vt ſciretur diuerſitas, & nationū,& legū,& cōditionum. vt ſecūdum illas leges & conditiones poſſent conformiter dirigi. Ideo qui ad regimina regnorum aſcēdunt,debēt eſſe oculati vt videant & iſta cōſiderēt, exēplo ſanctorū animaliū quæ plena erant oculis ante & retro. Quartò hoc fieri potuit,vt profiterentur fidelitatē imperatori propter pacis ſecuritatē,vt cognoſcat homo de ſe illud Mat.8. Homo ſum ſub poteſtate cōſtitutus. Et his trib⁹ modis vltimis exijt edictum a Cęſare Auguſto,vt dicit Nico.de Lyra. Dicitur præterea ꝙ dato ꝙ illud præceptum fuiſſet illicitum,tamen Ioſeph & Maria tenebantur obedire. Non enim ad inferiores ſpectat dijudicare de præceptis ſuperiorum, & præceptum de ſe non erat malum (vt iā dictum eſt) niſi pro quanto ex voluntate malè circunſtantionata proceſſiſſet. Inferiores autem ſemper debent de ſuis ſuperioribus bene exiſtimare & iudicare, niſi euidenter appareat de contrario.

D Subiectio. Propter multa voluit dominus ſubijci imperatori.

Secūdò quæritur quomodo dn̄s qui erat ſummus imperator orbis,qui habet in fæmore ſuo ſcriptum. Rex regū,& dn̄s dominantiū, talē ſuſtinuit ſubiectionem vt adhuc infans ſolueret tributū,cū reges & principes non propter aliud inter ſe pugnēt quàm ꝓpter libertatē habendā? Reſpondetur ꝙ hoc fecit primo ad oſtēdendū ꝙ noſtris principibus debemus obediētiā,vbi præceptum impleri poteſt abſque offenſa creatoris. Si autem creator omniū ab exordio illi ſeruituti ſubijci voluit,quāto magis vilis vermiculus in honorem Dei? Si infideli & idololatrę,quanto magis fideli debemus obſequium? Secundò hoc fecit ad oſtendendum ꝙ nō venerat regnare temporaliter,ſed ſolum ſpiritualiter in animabus noſtris,ideo regnum eius ſtetit cum Romano imperio , nec in vita ſua ſe miſcuit de illo , nec ipſum voluit exercere,ad oſtendendum ꝙ eccleſiaſtici principes principalius debent intendere ſpiritualibus quàm tēporalib. & principalius cum ouibus quàm curijs principum intereſſe. Nec expulit Romanum imperatorem,licet potuiſſet,ſed ſecum permiſit. Non ſic multi , qui cum principantur alios ſecum permittere non poſſunt. Inde Dan.7. dicitur. Vidi & ecce quoddā cornu ortum eſt in capite beſtiæ,quod habebat oculos. & os loquens grandia & tria alia cornua euulſa ſunt a facie eius,& faciebat bellum contra ſanctos, & præualebat eis. Sic in loco capituli vnius eminentiæ vel officij,vel dignitatis aliquando inter cæteros inuenitur aliqua perſona vilis & dura per obſtinationem,habens ſubtilē & fallacem malitiam,& os loquens grandia per adulationem reſpectu maiorū, per accuſationem reſpectu pauperū, apud minores iactantiam , & comminationem, apud omnes eloquentię deceptionem & verborum palliationem. Et licèt tale cornu ſit modicūm, tamē quandoque per fortunā ſic augmentatur,ꝙ a facie eius euelluntur alia cornua magna,idest alij potentiores,nobiliores,& meliores ſe. Tertiò ad oſtendendum principibus modum viuendi, ꝙ vt pacē habeant aliquid de ſuo, vel de ſua poteſtate dimittant . Hinc dn̄s omnia regna terrarum dimiſit terrenis , & inde orta eſt iuſtitia ſimul cum pace. Vnde Pſalm. 71. Orietur in diebus eius iuſtitia. Primo orietur iuſtitia. Secundo abūdātia pacis,quia nunquā ſecundū ſine primo. Sic laudatur Theopōpus rex Lacedemonum ab Ariſto.5. Polit.c.11. ꝙ regiam poteſtatem prudenter minuiſſet . Pro qua re cum argueretur ab vxore dicente an non erubeſceret ꝙ filijs minorē poteſtatem regiam reliquiſſet quàm a parentibus ipſe recepiſſet. Non profecto inquit. Nā relinquo eis multo durabiliorem. Magna enim regna magis inuidiæ & bello ſu

biecta

brecta ſunt,quàm parua,ſicut magna ædificia & magnæ domus magis patent ruinis & caſibus & fulguri, quàm paruæ domus.

Pro ſecundo dicitur in textu euãgelij. Aſcendit autem Ioſeph de ciuitate Nazareth in Bethleem,vt profiteretur cũ Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.

Hic quæritur quomodo ducebat Ioſeph deſponſatam Mariam adoleſcentulã per viam tam longam, quæ grauida erat & tam pulchra, quia ſicut ſpecioſus forma præ filijs hominum fuit filius eius, ita illa ſpecioſa, ſicut recitat ſpeculum morale de oculo & pulchritudine eius. Quomodo enim non timebat Ioſeph eam ſolus ducere? Dicitur ad hoc primo ꝙ tunc currebat maxima iuſtitia,ita vt vrbes nocte & die nõ clauderẽtur, & maxima pax quæ eſt ſignum iuſtitiæ, ideo tunc nullus auſus fuiſſet illos moleſtare. Secundò beata virgo licet eſſet pulchra,erat tamen illa gratia munita ꝙ a nemine concupiſcebatur. Et(vt ait gloſ.) erat lucens in facie taliter ꝙ reſpicientes eam a ſui concupiſcentia arcebat. Nec mirum, quia habebat ſolem in ventre,habebat illum, qui eſt vera lux illuminans omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Tertiò habebat cuſtodiam Angelorum, ſecundum illud Cant.3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, idest ex ſupremis Angelis videntibus Deum. Iſrael enim interpretatur videns Deum. Ioſeph autem eam ducebat grauidã ſine onere,q̃a onus illud nõ onerabat ſicut nec ale auis,vt eſſet teſtimoniũ natiuitatis eius & naſcẽtis pueri illius. Sicut.n.Ioãnes fuit miſſus a Deo,vt teſtimonium perhiberet de lumine, ꝙ illuminaret mundũ,& ita Ioſeph, vt teſtimonium perhiberet de virginitate Mariæ & natiuitate Chriſti,& ideo manifeſtè ſuam ducebat vxorem. Non ſic qui nubũt hora ſecũda vel tertia,qui timent ne videantur,qui non faciunt honorem matrimonio, vbi tamen dominus voluit nuptijs intereſſe, vel tales credunt inhoneſtum eſſe matrimonium,vel nolunt ipſum honorari, vel fecerunt aliquod dedecus.

Quantum ad tertium ſubditur in textu. Factum eſt autem cum impleti eſſent dies, peperit filium ſuum primogenitum, & tunc per partum reuelata eſt gloria domini Mariæ & Ioſeph.

Sed ibi quæritur primò q̃o peperit,an fuerit uera mater Chriſti? Et videtur ꝙ non,quia nõ operata eſt ſicut aliæ matres. Non enim egit ad compoſitionem corporis,cum in inſtanti nec ad exitum de corpore,cum tranſierit ſicut radius ſolis. Si enim dicatur ſufficere miniſtrare materiam, tunc lignum diceretur uera mater ſcamni,quia miniſtrat omnem materiam. *E Maria. An fuerit vera mater Chriſti.*

Prima propoſitio. Maria eſt uera mater Chriſti,quia fecit quicquid alia mater facit,quia miniſtrauit materiam ad opus ſpiritusſancti, ſicut aliæ matres ad opus uiri. In utero ſuo nutrimẽto nutriuit eum, & aluit, & in fine ad hoc ut tanquam fructus maturus caderet ex aluo uirginis. Non.n.habuit corpus allatum de cęlo,ut dicit Valentinus hæreticus.

Secunda propoſitio. Non obſtante ꝙ Maria fuerit naturalis Chriſti mater, tamen miraculosè fuit ortus & productus. Primo quia alij a ſole, & homine generantur, ſecundum illud Philoſophi. Sol & homo generant hominem. Hic nec a ſole, nec ab homine, ſed a ſpiritu ſancto productus eſt. Secundò quia alij formantur ſucceſſiuè, iſte inſtantaneè. Tertiò quia alij aperiunt uuluam. Nos enim ſumus uipere, & ſemen ſerpentium, qui uulneramus, & aperimus matres noſtras in partu ſuo, ſcilicet iſte ſemen diuinum, de quo Eſa. 1. Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Sed iſte clauſo exijt utero aluum uirginis per portam, ſcilicet clauſam, & uiam mundiſſimam. In nobis polluta eſt uia, quæ incipit a conceptione, & terminatur in natiuitate. Pſal.50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. Sed de eo dicitur. Pſ.17. Deus meus impolluta uia eius. & Prouer. 3. Viæ eius uiæ pulchræ,quia ſine culpa in conceptu, & ſemitę eius pacificæ, quia ſine pęna in exitu. Vñ in alijs cadit flos ſ. uirginitatis *Diſcrimẽ inter partũ Mariæ et aliarũ mulierũ.*

per

per corruptionem quando venit fructus, ſed ibi ſimul fuerunt flos & fructus.

F *Maria. Maria peperit Chriſtum ſine corruptione.*

Secundò quæritur quare ex intacta virgine voluit naſci Chriſtus? Reſpondetur per duas veritates. Prima eſt. Beata mater Chriſti manſit virgo poſt partum, ita q̄ ſine corruptione peperit Chriſtum. Patet primo exemplo verbi humani, quia ſicut verbum humanum ab homine prælatum cor intrat auditoris ſine auditoris corruptione, & quemcunque locum clauſum ſine apertione, ſic verbum Dei increatum, de quo Ioan. 1. In principio erat verbum, corpus & animam intrauit ſuę genitricis ſine corruptione ſui, quia oppoſitum ſentire non eſſet aliud, quàm maiorem poteſtatem attribuere verbo hominis, quàm verbo Dei. Secundo qui concedit, quòd apes duas in flore colligunt naturas & ſubſtantias ceram, & mel ſine floris lęſione, quomodo negabit, quòd Deus qua apibus potentior eſt, non poſſit in virgine matre duas accipere naturas, corpus ſcilicet, & animam ſine floris virginitatis eius læſione? Tertio ſicut flos ſine ſui labore & diminutione dat dulcem odorem, ſic virgo mater peperit ſaluatorem. Bern. Si quæris quomodo virgo genuit ſaluatorem, quomodo flos vitis dedit odorem. Si inuiolatum inuenis florem eo, quòd dedit odorem, violatum non credo pudorem, eo q̄ genuit ſaluatorem. Ideo poteſt ſingulariter dicere illud Eccleſiaſtici 24. Quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.

Quartò quia ſi fructus arborum tantū habeat potentiam, quòd naſci de arbore poteſt ſine macula, & fractione arboris, quāto magis fructus ille benedictiſſimus de matre ſua naſci potuit abſque macula maternæ puritatis, & abſque diminutione integritatis.

Quintò patet auctoritate Hildephōſi Toletani in ſermone de aſſumptione dicētis. Abſit vt Dei filius matris pudorē vllis vexauerit iniuriarum moleſtijs. Abſit vt illa qua omnis Euæ maledictio ſoluta eſt, in partu maledictionibus ſubiacuerit. Abſit vt tanta triſtitia & gemitus interuenerit, vbi gaudium omnium prædicatur, ad cuius partum multitudo cecinit Angelorum. Abſit vt inter Angelorum diſcurſus immunda ſedeat in ſanguine ſeptem diebus, ad quam ſi ita eſſet, nec paſtoribus iuxta legem (vt ita dicam) ingredi liceret. Et ſi dicatur, Scriptum eſt Eſaię 49. Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, id eſt Maria. Et per conſequens videtur quòd aperta ſint clauſtra Marię per corruptionem vel fracturā. Reſpondetur. Aperta eſt terra Mariæ ſurſum, quia Pſal. 118. Os meum aperui conſentiendo Angelo, & autem credendo & attraxi ſpiritum, ſed nunquam deorſum ꝑ concupiſcentiam mundanam, aut corruptionem. Et quia ſine corruptione peperit, ideo etiam peperit ſine dolore & labore. Vnde Eua ſi ante peccatum in paradiſo concepiſſet, non peperiſſet in dolore, ſicut nec fuiſſet in concupiſcentia genita. Et ideo Maria in Nazareth tanquā in orto voluptatis concipiens, & ſine dolore pariens, demonſtrat ſe ad primam innocentiam reſtitutam. Hoc autem non conuenit alijs mulieribus, & merito, nam differentia eſt in eccleſia de canonicis priuilegiatis & eorum vicarijs, quia canonici priuilegiati fructus ſuarum prębendarum ſine labore percipiūt, vicarij vero ſine priuilegio exiſtentes non niſi cum labore. Sic Maria inter mulieres ſola priuilegiata, fructum ſuum ſine labore peperit. Et ideo hortatur eccleſia, vt in hoc laudemus Deum & congaudeamus ei dicens. Pſ. 62. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Rationem ſubdit, Terra noſtra, ſcilicet Maria dedit fructū ſuum. Et ſic ad literam exponit Nicolaus de Lyra. Terra enim maledicta in opere Adæ germinauit ſpinas & tribulos, etiam culta, ſed terra Mariæ benedicta ab Angelo, abſque labore fructum edidit. Ait enim Chriſtus. Ego flos campi, qui ſine labore & cultura naſcitur.

G *Natiuitas Chriſti. Chriſtum decuit naſci ex virgine.*

Secunda veritas. Multiplici ex cauſa decuit Chriſtum naſci ex virgine. Prima eſt, quia ad hoc fuit incarnatio & natiuitas Chriſti, vt homines renaſcerētur in filios Dei, ſecundum illud Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Filij autem Dei (vt ibidem dicitur) non ex voluntate car-

nis & viri, ideſt non ex coniunctione maris & fœminæ naſcuntur. Chriſtus ergo cũ ſit primogenitus inter filios Dei, etiam ſecundum humanitatem, non debuit naſci ex coniunctione tali, ſed ex virgine. Inde Aug. lib. de virgi. ait. Oportebat caput noſtrum ſecundum corpus naſci de virgine, vt ſignaret ſua membra ſecundum ſpiritũ de virgine etiam naſcitura. Hoc enim prę uidit Ezechiel in porta clauſa. Quod exponens Augu. in quodam ſermone dicit. Quid porta in domo domini clauſa, niſi ꝙ Maria erit ſemper intacta? Et quid eſt, ꝙ vir non tranſibit per eam, niſi ꝙ ſpiritus ſanctus impregnauit eã, & dominus Angelorum naſcetur per eã? Et quid eſt clauſula erit in æternum, niſi ꝙ Maria virgo eſt ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum? Secunda ratio, quia a corruptione liberandum erat genus humanũ, ideo precium redemptionis debuit eſſe incorruptum. Nil ergo mirum ſi de immaculata immaculatus naſcitur, vt ſicut in cęlo habuit patrem immortalem ęternus ſine matre, ſic in terra haberet matrem virginem incorruptus ſine patre, & ſicut in cęlo qualis pater, talis filius, ſicut in terra qualis mater talis filius, talis agnus qualis mater agni. Congruum ergo fuit, vt per incorruptionem veniret, qui corruptionẽ peccati tollere venerat. In ea enim ex Deo & homine cataplaſma factum eſt, quòd ſanaret omnes infirmitates noſtras. Et commixtæ ſunt hæ duæ ſpecies in virginali vtero, tanquam in mortario, ſpiritu ſancto tanquam piſtillo illas commiſcente. In hac cella venit Heliſeus tanquam anima in corpus mortuum, vt mortuum hominem calefaceret, & in veteribus mẽbris vita noua, & in carnalibus vita ſpiritualis, & in terrenis cęleſtis. Tertia ratio congruum fuit vt ſicut primus Adam de terra virgine ortus eſt, ita & ſecundus, & ſicut per Euam virginem perditio, ſic per Mariam virginem fieret reparatio. Inde canit eccleſia. Paradiſi porta per Euam cũ ctis clauſa eſt, & per Mariam virginem iterum patefacta eſt. Vnde Abrææ dictum eſt Gen. 15. Quarta generatione reuertentur in terra promiſſionis. Prima fuit in Adam ſine viro & muliere. Secunda in Eua ex viro ſine muliere. Tertia communis eſt ex viro, & muliere. Quarta eſt de muliere ſine viro & hæc ſingularis, nec alia inueniri poterat, quæ tribus primis ſuccedere poſſet. Quarta ratio. Ille qui venerat afferre gaudium mundo, & lætificare triſte ſeculum, non debuit contriſtare virginei ventris hoſpitium, naſcendo ſcilicet cum detrimento ſuæ virginitatis, immo potius debuit naſci cum augmento eiuſdẽ, ſicut & fecit. Inde poterat Chriſtus dicere illud Oſeæ. 14. Ero quaſi ros, & Iſrael, ideſt Maria germinabit quaſi lilium. Sicut enim ros lilij candorem, aut decorem non minuit, ſed potius auget & nutrit, ſic Dei filius Mariæ puritatem, & virginitatem non abſtulit aut minuit, ſed magis auxit & decorauit. Et pannis eum inuoluit Maria, ſcilicet & reclinauit in præſepio. Ecce quomodo panis Angelorũ factus eſt fęnum poſitum in præſepio, nobis tanquam iumentis appoſitum. Verbum quippe caro factum eſt, & omnis caro fęnum. Sed iuxta prophetam exiccatum eſt fęnum & cecidit flos. Sed certè viride erat, quando in viridi hæc tormenta faciebant Iudæi, nec cecidit flos, qui fructum immẽſum parturiit. Subditur enim. Verbum autem domini manet in ęternũ. Si ergo fęnum eſt verbum, neceſſe eſt, vt maneat in ęternum. Quia non erat ei locus in diuerſorio. Non enim a diuitibus huius mundi recipitur, & ideo poterit eis improperare. Hoſpes fui & non collegiſtis me. Sed ſolum in ſimplicibus & pauperib. locum habet. Nam neque in palatio nec ĩ diuerſorio Chriſtus naſcitur, ſed ſolum in præſepio reclinatur, eſto igitur præſepe ſi vis eſſe locus domini. Diuites huius mundi inflati ſuperbia eius præſepe fieri dedignantur, ideſt ſimpliciter ambulare & ſimpliciter intelligere, ideo Chriſtum recipere non merentur. Iob. 39. Nunquid volet rinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? Sed quaſi præſepe eos fieri hortabatur Paulus dicens. 1. Timo. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere.

H Natiuitas Chriſti. Chriſtus non naſcitur ſpiritualiter apud diuites, nec ab eis recipitur.

Sermo VIII. de eodem feſto & pomeridianus, & in ordine xliiij. per thema præcedens.

A Natiuitas Chriſti. De triplici natiuitate apud Romanos celebri.

Nil mirum ſi celebris eſt apud fideles hæc Chriſti natiuitas, in qua reuelata eſt eis gloria domini. Antiquitus enim in republica romana, inter feſta, tria erant celeberrima, quæ erant tres natiuitates. Prima erat natiuitas Imperatoris, qua communi omnium ſorte, ſub fauſta (vt dicebant) fortuna natus erat. Secunda erat natiuitas in imperio, qua die ſibi regni diadema aſſumebat.

Tertia vero erat ipſius vrbis natiuitas, in qua murorũ clauſura perficiebatur, & legibus fundata erat.

Prima ergo natiuitas ad diem natiuitatis dñi ptinet, in qua ingreſſus eſt mũdũ.

Secunda ad diem reſurrectionis, in qua Imperium & regnum aſſumpſit, quando gloria & honore coronatus eſt.

Tertia ad diem pentecoſtes quãdo Apoſtoli, qui fuerunt eccleſiæ muri & defenſores ſpiritus ſancti doctrinis perfecti ſunt, & in eorũ cordibus omnibus linguis lex inſcripta eſt. Si igitur talis Imperatoris, qui miſer naſcebantur ita feſtiue celebrabatur natiuitas, quantum celebrari debet natiuitas Dei noſtri, qui omnem benedictionem nobis attinet, & omnem excluſit maledictionẽ & captiuitatem? Primo qui dẽ talem nobis attulit benedictionem, ꝙ per illam nos quodammodo deificauit.

B Natiuitas Chriſti. Quod fructuoſiſſima fuerit nobis Chriſti natiuitas.

Carnalis enim Chriſti natiuitas, fecit in nobis ſpiritualem, vt ſicut in illa Deus factus eſt filius hominis, ita ĩ iſta homo fiat filius Dei, ſecundum illud Io. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Venit enim Chriſtus nõ inuidus ſibi quærere fratres, vt per quos non habebat per naturam ſibi compararet per gratiam, vt eis communicaret ſuam hæreditatem. Et inde dicũtur Chriſtiani. Ro. 8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Ecce benedictio perfectiſſima, quæ eſt in communicatione hæreditatis ęternæ, in qua omnis alia benedictio includitur. Oppoſitum fecit diabolus; de quo dicitur in figura. Iudicum. 9. quòd Abimelech interfecit omnes fratres ſuos ſeptuaginta, vt ſolus haberet regnum. Diabolus enim in Adam interfecit omnes, inuidens illis hæreditatẽ. Sed Chriſtus bonus frater voluit mori & interfici, vt ſuam nobis communicaret. Secundò per ſuam natiuitatem liberauit nos Chriſtus a maledictione peccati & captiuitate diaboli. Pſal. Liberauit pauperẽ a potente, pauperem cui non erat adiutor. Nam liberauit hominem a diabolo, qui eſt tantæ potentiæ, quòd non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari. Iob. 41. Et illa fuit perfecta liberatio, quia Ioan. 8. Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Homo autem erat pauper talis quòd non erat ei adiutor alius, quia nec Angelus, nec homo, nec lex, nec liberum arbitrium, poterat eum liberare, niſi ſolus leo de tribu Iuda. Apocal. 5. Inde dicitur Eccleſiaſtici. vlti. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Pauper autem eſt peccator, quia ſpoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. Potens vero eſt peccatum, quia rex ſecundum illud Rom. 5. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Multum igitur nunc eſt glorificandus Deus, qui per natiuitatẽ filij ſui tanta nobis beneficia contulit, & benedicendus eſt venter Mariæ virginis, in quo filius ipſe requieuit, & vnde nobis ortus eſt. Propterea candem virginem ſalutemus dicentes, Aue.

C Natiuitas Chriſti. Nouẽ miraculis eſt mani feſtata Chriſti natiuitas.

Nouem miraculis reuelata eſt gloria domini & manifeſtata ac probata Chriſti natiuitas. Primum eſt, quia ſecundum Innocentium tertium pace exiſtente Romę continua 12. annis, factum eſt templum Apollini, quod ſecundum reſponſa illa non ante ruit, quando virgo peperit.

Secundum eſt ex legenda Lõgobardica, quia ipſa die ſtatua Romuli & multæ aliæ in diuerſis locis corruerunt. Et Hieremias Aegyptijs ſacerdotibus ſignũ dedit quòd eorum ſimulachra corruerent, quando virgo pareret. Ideo ſacerdotes idolorum puerum in gremio baiulantis fecerunt, & in ſecreto templi loco ponentes adorabant.

Tertium

Tertium ſecundum Oroſium & Innocentium, fons aquæ in liquorem olei verſus eſt erumpens vſque ad Tyberim & toto die largiſſimè fluit, ſicut Sibylla prophetauerat, ꝙ fons olei flueret dum naſceretur ſaluator.

Quartum ſecundum Chryſoſt. quòd magis in ipſa nocte ſuper montem quendam orantibus, ſtella quædam iuxta eos apparuit, quæ formam pulcherrimi pueri habebat, & in capite eius ſplendebat crux, quæ magos alloquens dixit, vt in Iudæam pergerent.

Quintum eſt ex legenda Lõgobardica, quia ipſo die tres ſoles in oriente apparuerunt, qui paulatim in vnum corpus redacti ſunt. Sed Euſebius in chronicis, & Hiſtoria ſcholaſtica dicunt, quòd non ipſo die; ſed ante per aliquod tempus, ſcilicet poſt mortem Iulij Cęſaris.

Sextum eſt ſecundum Innocentium & Timothęum hiſtoriographum, ex facto Sibyllæ, quæ oſtendit Octauiano Auguſto in circulo virginem geſtantem puerum in gremio.

Septimum eſt ex hiſtoria Longobardica, quia ipſo die bos, & aſinus miraculosè Deum in præſepio coram eis poſitum cognoſcentes flexis genibus adorauerunt.

Octauum ſecundum Hierony. quia illa nocte omnes Sodomitę ſunt extincti ꝑ totum orbem, ne in natura quam Deus aſſumpſerat, tanta de cętero immunditia inueniretur. Nam vt dicit Auguſt. videns Deus vitium contra naturam in humana natura fieri, ferè deſiit incarnari.

Nonum eſt ex legenda Longobardica, quòd ipſa nocte aeris obſcuritas in claritatem diei verſa eſt. Ex quibus omnibus patet veritas propoſitionis aſſumptæ. Reuelabitur gloria domini, &c.

Poſtquam dictum eſt quomodo reuelata eſt gloria domini Mariæ, & Ioſeph in præſepio, nunc reſtat dicere quomodo reuelata eſt paſtoribus. Vbi duo videnda ſunt. Primum eſt quomodo Angeli nũciauerunt paſtoribus natiuitatem Chriſti. Secundum eſt quomodo ipſi paſtores acceſſerunt ad præſepium, vt comprobarent veritatem rei.

Quo ad primum dicitur in textu. Et paſtores erãt in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Erant quidem non ſicut pingi tur, q̃a pictoribus atq; poetis q̃dlibet audendi ſemper fuit ęqua poteſtas, ſed erant in officio Patriarcharum. Exemplo iſtorum paſtorum debent prælati vigilare ſuper gregẽ ſuum, & cuſtodire ipſum. Multa enim quæ vicarij facere non poſſent circa reſuſcitationem ſpiritualem ſubditorum, ipſi facere poſſent. Ad hoc eſt exẽplum Heliſęi. 4. Regum. 4. qui præſens ſuſcitauit puerum Sunamitis, quem Giezi ſuo baculo ſuſcitare non potuit. Medici etiam corporales melius ſanant cum ipſimet tangunt venam. Sic & dominus ipſe non legitur aliquem per mediam curaſſe perſonã, ſed propria præſentia. Qui enim Lazarum abſens ſuſcitare potuiſſet, ſuam præſentiam adhibere dignatus eſt. Sic a Centurione rogatus deſcendit ad ſanandum ſeruum. Sic manu propria leproſum tangens ſanauit. Matth. 9. Sic Luc. 4. dicitur quòd ſingulis manus imponens curabat eos. Exemplum dans ſtabulariò ſuo, id eſt curato, cui committit ſpoliatum & ſauciatum curandum. Luc. 10. dicens. Curã illius habe, offerens ei pro mercede denarios duos, ſcilicet victum & viſtitum de proprio Chriſti patrimonio, & vitam ęternam. Stultus eſt medicus, qui pro tanta mercede non ſolicitatur infirmum viſitando, alloquendo, & manu propria tangendo. Subditi etiam quærunt communiter prælatos ſuos, ſicut mulier Sunamitis præſentiam Heliſęi. Et ſi forte dicant, quòd ideo licentiam non reſidendi petunt, vt diſcant, & poſtea melius populum ſuum doceant ſicut fecerunt iſti paſtores, qui reliquerunt oues & tranſierũt vſque in Bethleem, vt viderent verbum illud, quod dominus fecerat. Sed faciant, quod illi ſancti paſtores fecerunt, quia vt cognouerunt de verbo cito reuerſi ſunt glorificantes Deum. Sic iſti poſtquam didicerint in ſcholis de verbo incarnato pro gregis informatione, redeant ad gregem ſuum glorificantes Deum, & docentes eos,

D *Vigilare. Prælati debent vigilare ſuper gregẽ ſuum.*

Prælati non debẽt relinquere gregẽ in periculo manentem.

eos, ne coruo aſſimilẽtur, qui de arca egrediens ad arcam non rediјt. Gen. 4. Exemplum huius rei ſcribitur lib. 3. hiſtoriæ Anglorum de Laurentio epiſcopo, qui immediatè ſucceſſit Auguſtino primo epiſcopo Cantuarienſi, qui propter aduerſitatem regis propoſuit terram derelinquere. Cui nocte quadam poſt lachrymoſas preces beatus Petrus apparuit, qui multo tempore flagellis illum arctioribus afficiens, ſuſcitabatur quare gregem ſibi cõmiſſum relinquerer, vel cui oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiens dimitteret. An mei (inquit) oblitus es exempli, qui pro paruulis Chriſti quos mihi commendauerat vincula, carceres, poſtremo etiam mortem crucis ab inimicis Chriſti cum Chriſto coronandus pertuli? His Petri admonitionibus & flagellis hortatus, mane venit ad regem, & relicto veſtimẽto quomodo eſſet verberibus laceratus oſtendit. A quo rex quæſiuit quis ei tot plagas intuliſſet, & rei audiens veritatem, timuit, quòd cauſa ſuæ ſalutis tanta eſſet perpeſſus, & relinquens idololatriam & illegitimum connubium, baptizatus eſt.

E Contemplatio. In hoc mundo non eſt perpetua contemplatio.

Et ecce Angelus domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. In hoc mundo eſt Dies, & nox in futuro, vt dicitur in Apocryphis Eſdræ. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis. In hoc ſeculo nunc nox, nunc dies, nunc actiua, nunc contemplatiua vita, in futuro perpetua contemplatio, quãdo dicet ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. Nam in hoc mundo paſtoribus vigilantibus ſuper gregẽ ſubito fulſit lux de cęlo, quia in hoc mundo ſi contemplemur, hoc eſt paucum. Et quia paſtores viderunt lucem, audierunt Angelorum canticum, & delectati ſunt in cibo quem inuenerunt in præſepio. Ideo contemplatio conſiſtit in auditu verbi Dei, in viſu, id eſt in meditatione ſanctam, & in ſapore & guſtu illius cibi ęterni. Et dixit eis. Nolite timere. Ecce annuncio vobis gaudium magnum. Tunc enim mundus erat penè cęcus, & potuiſſet dicere Angelo nũtianti gaudium illud Tob. 5. Quale mihi gaudium eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cęli non video? Et ideo cum luce magna apparuit. Annuntio vobis gaudium. Si gaudium magnum eſt, & dulce gaudere, conſiderare Chriſtum pauperem infantem pannis inuolutum, quàm dulce & ſapidũ erit videre glorioſum, & exaltatum. Quod erit omni populo.

F Natiuitas Chriſti An chriſti natiuitas attulerit gaudium omni populo.

Sed quomodo hoc dicit Euangeliſta. Primò quia de hoc Herodes iratus eſt, & omnis hieroſolyma cum eo turbata eſt. Secundò quia non gaudent Pagani, & Saraceni. Tertiò quia dicitur Actuum. 10. Dedit notum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis a Deo. Igitur non debuit dici ꝙ erit omni populo. Dicitur primò ꝙ exponi poteſt, ꝙ ſolus Iudæorũ populus dicebatur populus, quia Eſa. 40. Gentes in conſpectu Dei quaſi nihilum & inanę reputatæ ſunt. Sic peccator nihil reputatur. Vnde. 1. Petri. 2. Qui aliquãdo non populus, nunc autem populus Dei. Ideo gentes nihil reputabantur, ſed poſtquam acquiſiti ſunt fidei, facti ſunt populi Dei, iuxta illud. 1. Pet 2. Gens ſancta populus acquiſitionis. Et illud. Pſalm. 32. Beata gens cuius eſt dominus Deus eius, populus quem elegit in hęreditate ſibi, & tunc gauiſi ſunt. Dicitur ſecũdo ꝙ etiam non omnis populus Iudæorum reputabatur populus Dei, quia Dan. 9. dicitur. Et non erit populus qui eum negaturus eſt. Ideo Iudæi, qui eum crucifixerunt, & negauerunt non fuerunt populus eius. Dicitur tertiò ꝙ intelligitur illud dictum, ꝙ de omni ſtatu, & natione ubique terrarum gaudebunt, ſicut dicitur Lucæ. 3. Factum eſt dum baptizaretur omnis populus. Nõ enim omnis populus baptizabatur baptiſmo Ioannis, ſicut nec Chriſti, ſed intelligitur quòd de omni ſtatu Iudæorum et de Phariſęis & principibus, & publicanis, & promiſcuo populo. Eſt enim communis modus loquendi populi quando vadit magna multitudo ad aliquem locum dicere ꝙ omnes uadunt illuc. Dicitur quartò ꝙ non omnibus datum eſt videre corporaliter ea quibus multum clarè poterant iudicari myſteria noſtrę redemptionis, ſed tantum teſtibus. Et ſi arguatur quia dicitur in pſ. 97. Viderunt omnes termini terræ

terræ ſalutare Dei noſtri. Reſpondetur primò quòd terra Hieruſalem poteſt dici terminus omnis terræ habitabilis, eo quod eſt in medio, centrum vero vel circunferentia, circa centrum eſt terminus omnium aliorum. Ideo cum illi de terra Iudæorum viderunt eum, poteſt dici quod omnes termini terræ viderunt eum. Vel dic quod dicitur totum corpus videre, quando oculus videt. Oculi autem totius terræ & totius eccleſiæ fuerunt Apoſtoli, qui viderunt dominum in carne, & qui in omnibus terminis terræ deportauerunt, ergo quia viderunt, dicuntur omnes termini terræ vidiſſe. Vel dicitur quòd oculo fidei viderũt aliqui de quolibet termino terræ. Eſa. 52. Quibus non eſt narratum de eo viderunt, & qui non audierunt contemplati ſunt. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum. Rex omnium non palatia diuitum, non miniſterium multorum hominum, non precioſum veſtimentum in natiuitate elegit, inſtruens homines, vt in paruo domicilio pauco contenti obſequio & in vili veſtimẽtó, palatia cęlorum, miniſterium Angelorum, veſtimenta virtutum facilius acquirant. Et ſubito facta eſt, cum Angelo multitudo militiæ cęleſtis. Duplex eſt militia. Vna armis corporalibus armata ob iniuriam propulſandam, vel propter vindictã inferendam inſtituta, vt patet in decreto. 23.q.1.in principio. Alia eſt ſpũalibus armis ornata, ad reſiſtendum militiæ carnis, mundi, & diaboli, & deſiderijs carnalibus quæ militant aduerſus animam. Et de illa hic dicitur. Laudantium & clamantium, gloria in altiſſimis Deo. Hunc hymnum quem Angeli nato domino cecinerunt, ſacerdos inchoat, quia Angelum magni cõſilij repræſentat, & chorus concinendo proſequitur, quia ſubito facta fuit cum Angelo multitudo militiæ cęleſtis exercitus.

Multitudo duplex.

In ſecunda parte dicendum eſt, quomodo paſtores venerunt ad præſepium, vt comprobarent veritatem reuelationis. Dicitur enim in textu. Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cęlum, paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbũ, quod factum eſt, quod fecit dominus, & oſtendit. Sicut enim ros, qui naſcitur in alta regione aeris, nunquam etiam in ſuo deſcenſu videri poteſt, niſi quando eſt ſuper herbam vel foliũ arboris, ſic filius Dei, qui ęternaliter generatur a patre, nunquã apparuit viſibilis quouſque in gremio virginis reſideret, & ibi deſcendit ſicut ros ſuper herbam virentem virore omnium virtutum. Hinc dicitur, verbum caro factũ eſt, & vidimus gloriam eius. Sicut etiam ſol in cęlo exiſtens, nec cęlum relinquens efficitur viſibilis per radios quos in terrã emittit, ſic filius Dei tanquam ſol deitatis patri æqualis, ſemper fuit in ſinu patris, tamen ſicut radius ſolis non relinquens cęlum deſcendit, & viſibilis apparuit, & ſe oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes & inuenerunt Mariam, &c. Quia a paſtoribus viſitatur infans in præſepio denotatur quod noui hominis virtus infirma & tenera debet ſpiritualium & pfectorũ ſolatio cõfortari, & hoc in religionis pręſepio. Quia ſi annum tertium attigerunt, vt immunes inueniantur a locutione & opere & etiã cogitatione malis vel noxijs, tales nõ debent Herodem timere, quia triennij ſunt. Non enim occidit, niſi abimatu & infra, quia ſi quis a malo opere & locutione cauet, & interius a praua voluntate vel cogitatione corrumpitur ſpiritualiter ab Herode interficitur. Qui autem inuenitur a tribus abſtinere, euadit Herodem. Propterea nouitij ſuas cogitationes habent ſenibus reuelare, vt eis medelam tribuant opportunam. Et videntes cognouerunt de verbo, &c. Sed quid quæſo viderunt paſtores quando venerũt ad regem natum? Quid glorioſum videntes in puero, gauiſi ſunt gaudio magno? An viderint palatium marmoreum, an matrem diademate fungentem, aut in lecto aureo recubantẽ? Aut puerum purpura, vel auro inuolutũ, aut curiam diuerſis populis perſonãtem? Sed quid viderunt? Certè domum tenebroſam & ſordidam, magis beſtijs, quàm hominibus aptam, in qua nemo eſſet quieſcere contentus, niſi itineris neceſſitate coactus. Matrem eius vix tunicam vnam haben-

Quõ filij Dei interum deſcẽdit virginis.

G

Viſitare. Quid ſignat viſitatio paſtorũ in præſepio.

habentem,non ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis, qualem habere poterat carpentarii vxor paupercula,& hoc in peregrinatione conſtituta.Sed non regem quærebant terrenum,quem audierant a ciuibus cęleſtibus proclamatum. Quid nunquam vidiſtis paſtores annuntiate nobis, & quid audiſtis? Vidimus (inquiunt) puerum pannis inuolutum, & vagientem. Intenderent vtinam mulieres huic vagienti puero, qui non propter ſuam neceſſitatem, ſed propter noſtram miſeriam vagiebat, quàm iocundum eſſet eis cum ſene Hieronymo, cum paula vidua,cum Euſtochio virgine illic in Bethleem ſtare ante præſepe domini, intueri infantem & collocare in præſepio. Certè ſordidum illud ſtabulum totum redolet ſacramentis cęleſtibus, & pro fętore ſtabuli diuerſos odores aromaticos ſpirat.

O gratiſſimi vagitus, per quos ęternæ mortis gemitus euaſimus. Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra.Quid iterum uidiſtis paſtores in curia regis nati? Vidimus obſtetrices duas uirgines moribus inſignes & natalibus illuſtres, ſacris & impollutis manibus regem paruulum pertractantes.Sicut enim ſecũdum mulierum conſuetudinem parientibus fęminis aſſiſtunt obſtetrices, & non niſi quæ obſtetricandi habent peritiam ex frequenti experientia,vt ſic corruptæ corruptis miniſtrent,ſic in partu virgineo ſole virgines obſtetricãdi habent officium. Hæ obſtetrices fuerunt humilitas & paupertas. Paupertas natum pannis inuolue bat, humilitas eum in pręſepio reclinabat. Et cum paupertas eum pannis inuolueret, puero vagienti ſonora voce blandiebantur decantans. O felices panni quibus peccatorum noſtrorum ſordes exterſe ſunt, quibus alligata ſunt vulnera ſauciati,quibus Hieremias, ideſt humanũ genus de lacu miſeriæ & de luto fecis educitur. Hiere.38. O fęlices panni quibus inuoluta eſt maieſtas ęterna, ligata ne ſeriat poteſtas immenſa. In quibus leo factus eſt agnus,magnus paruulus, immenſus ad menſuram noſtræ paupertatis, redactus. O beatum præſepe, in quo bos cognouit poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui,Iudæus ſcilicet, & Gentilis,paſtores & reges. Vidimus & aſtantes duas nutrices, uirginitatem & pietatem uirginitas lactabat.Sola enim uirgo lactabat decantãs puero. O lac uirgineum dignum Deo ad potandum, o puritatẽ immẽſam, quæ nutrit breuem in uolatilibus apem, in qua delectatur infans ab ubere, quo nutritur ſpecioſus forma prę filijs hominum. Pietas uero ipſum lachrymis bal neabat præ gaudio lachrymas emittens, præ admiratione imbrem effundens. Sed diceret quis.Quomodo ille homo perfectus uagiebat? Si quis nunc uideret talem uagientem, delirus & amens reputaretur. Sed dominus omnes noſtras fragilitates (præter eas, quæ culpam deſignant)uoluit aſſumere,per omnia fratribus aſſimilatus. Iuſtum eſt enim, ut qui in eadem communitate uel religione uult remanere, ſimilibus ſubiaceat cerimonijs & inſtitutis. Dominus igitur habitu inuentus,ut homo,nõ mirum ſi aliorum infantum exemplo uagiebat,relinquens par uulus ſenſualitatem ſuam ea quæ paruuli ſunt facere, ſicut & reliquit grandeuus eandem triſtari & tremere & meſtam eſſe,non obſtante ratione imperante omnia fieri conformiter ad patris ſui uolũtatem. Præterea uenit ad extirpandum radicem morbi humanæ naturæ,ſicut eſt boni medici opus.Prima autem radix fuit locutio ſemeraria cum ſerpente. Secunda ſuperbia. Propter primum uoluit quaſi infans non loqui. Propter ſecundum paruulus naſci.Pſ.135.in humilitate noſtra memor fuit noſtri.Memorabatur quondam ſuper genus humanum ſolius iuſtitię ſuę,ita ut conſiderata hominis paupertate quæreretur Dauid dicens. Quid eſt homo quòd memor es eius?Et Iob 7.Memento mei, quia uentus eſt uita mea. Nũc autem aſſumpta humanitate noſtra conuertit memoriam ſuam in miſericordiam.

Obſtetrices Virginis in partu duæ.

H Natiuitas Christi. Humilitas et paupertas fuerunt ſpirituales obſtetrices Chriſti, virginitas & pietas nutrices.

Radices duas morbi humanæ naturæ venit Chriſtus euellere.

Et omnes, qui audierunt mirati ſunt, & de his,quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc,conferens in corde ſuo. Conſeruabat quidem omnia uerba,quę de do-

mino

I Maria. Exemplo Mariæ prius conferamus in corde, quàm loquamur.

mino, vel a domino dicta cognouerat, vt cum tempus prædicandę vel ſcribendæ in carnationis & natiuitatis adueniret, ſufficienter vniuerſa prout geſta erant explicare poſſet. Hæc Beda. Imitemur & nos matrem domini, fixa tenentes in corde omnia verba & facta eius, vt eorū meditatione continua importunos in animū cogitationum atque nocentium repellamus incurſus, & horum crebra conſolatione nos & proximos noſtros a fabulis ſuperuacuis & detrationum colloquiis caſtigare, & ad diuinæ laudis frequentiam aſcendere curemus. Vnde & Maria vſque in tempus nullum incarnationis verbum protulit. Væ nobis ſecundum Bern. qui ſpiritum habemus in naribus. Væ qui totum ſpiritum proferimus. Maria filium audiuit non ſolum turbis in parabolis loquentem, ſed & diſcipulis ſuis ſeorſum regni Dei myſteria reuelantem, vidit miracula facientem, vidit in cruce pendentem, expirantem, reſurgentem, aſcendentem. Sed in his omnibus quoties putamus verecundiſſimę virginis & puriſſimæ turturis vox memoratur audita. Vnde Eccl. 21. Verba prudentū ſtatera ponderabuntur, quia ponderatè & deliberatè loquentur. In ore fatuorum cor eorū, & in corde ſapientum os eorum, quia ſapientes & diſcreti prius diſcernendo in corde deliberant, quàm loquantur, & ſtulti econtrario. Sic Maria paſtorum verba & Symeonis & Annæ & Angeli cōferebat in corde ſuo priuſquam reſponderet. Erat enim Maria arca, eo ꝙ arcana Dei in ea reponi debebant. Præterea Maria nō eſt dedignata a paſtoribus, quę tamen huius incarnationis magiſtra erat, vt nec tu a vilibus diſcere contemnas. Ambro. Quiſquis vilior eſt ad prudentiam, eo præcioſior eſt ad fidem. Et ſi quæratur an conferentia iſta fuerit alicuius quęſtionis aut dubitationis in men te ſuper his quæ audiebat, dicitur quòd non, ſcilicet erat delectabilis & admirabilis contemplatio & prudentiſſima attentio, quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Conferebat enim (vt ait Beda) ꝙ acta videbātur cōformia his

Quid Maria conferebat in corde.

quę agenda ibi legerat. Videbat ſe de Dauid ſtirpe ortam, in Nazareth de ſpiritu ſancto cōcepiſſe. Legerat ex alia parte prophetiam. Egreditur virga de radice Ieſſe. Et Micheæ. 5. Et tu Bethleem terra Iuda ex te exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Meminerat ſibi dictum ab Angelo. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Et cognoſcebat modum natiuitatis eius non niſi Angelo narrante cognoſci potuiſſet. Eſaia. 53. Generationem eius quis enarrabit? Legerat inſuper Micheæ. 4. Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion ad te veniet, & veniet poteſtas prima regnum filiæ Hieruſalem. Audiebat Angelicas virtutes quæ ſunt filiæ ſupernæ ciuitatis apparuiſſe paſtoribus in loco qui a conuentu pecorum dicitur turris gregis, vno miliari ad orientem a Bethleem diſtans, vbi nunc trium illorum paſtorum monumenta monſtrantur. Nouerat nunc in carne veniſſe dominum, cui vna & æterna eſt cum patre maieſtas, qui regnum daret eccleſiæ, quæ eſt cęleſtis Hieruſalem filia. Cōferebat igitur hęc nō ore promēs, ſed ſeruans corde. Fuit etiam hæc Mariæ collatio (vt ait Hieronym. in ſermone de aſſumptione) toti eccleſiæ vtilis, quia poſt aſcenſionem remanſit in terris, vt Apoſtolos plenius inſtrueret de verbo incarnationis.

Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes Deum in omnibus quę audierant & viderant. Paſtores enim ſatis inuenerunt in præſepio a quo gaudium & conſolationem æternę vitę reciperent & acquirerent. Sic paſtores eccleſiaſtici ſatis habent vnde ſe occupent in præſepio domini, id eſt in ſpiritualibus ad quę principaliter vocati ſunt. Ideo non ſe debent intromittere de iudicijs temporalium, nec de diuiſionibus terrenorū tractare. Exemplo domini qui doluit ſe intromittere de temporalibus, ſed ei qui aduocabat eum pro diuiſione hereditatis inter ſe & fratrem ſuum ait. Quis me conſtituit iudicē aut diuiſorem inter vos?

K Natiuitas Chriſti.

Quare reuertebantur paſtores glorificātes Deū

Duplex autē cauſa erat quare reuertebantur paſtores glorificantes & laudātes

Deum. Prima erat facies dñi Ieſu & benignitas, maximè in amorem diuinum attractiua. Ezechiel. 3. Vt adamantem dedi faciem tuam. quia vt adamas durum ferrum n[illegible]& frigidum ad ſe trahit, ſic humanitatis Chriſti viſio corda dura retrahebat ab amore peccati, & trahebat ad amorē Dei. Ad Titum. 3. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei. Vnde Hierony. in quadam epiſtola. Niſi quoddam gratiæ ſignum haberet in oculis, ei⁹ diſcipuli non ſtatim relictis omnibus eū ſecuti fuiſſent, nec paſtores qui erant rudes poterant multa dicere de quibus mirabantur homines, niſi in facie aliquid diuinitatis inſpexiſſent. Secunda cauſa, quia in nocte viderant ſolem iuſtitię ortum in terris. Credendum eſt quòd qui viderunt lumen exiens ab Angelis, viderunt ſimiliter radios luminoſos exeuntes a domino Angelorum. Et licèt ſol iſte materialis non penetret opaca, iſtius tamen lumen penetrat vſque ad interiora illuminans iuſtos. Pſalm. 111. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde. Exurens ſuperbos, vt Herodem & complices ſuos grauiter quidem in mundo, grauius in iudicio, grauiſſimè in inferno. Ecc. 44. Tripliciter ſol exurens mōtes, ideſt ſuperbos.

De eodem feſto Sermo IX. & in rdine XLV. per thema.

A Natiuitas Chriſti. Quomodo Chriſtus venit in propria ad reformationē religionis diſſipatæ.

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Io. 1. Magiſter religionis, ſeu abbas, ſolet mittere viſitatores vicarios ad reformandū religionem in locis ſibi ſubiectis, & quando correctio viſitatorum non ſufficit, venit magiſter in propria, qui in primo ſuo aduentu recipitur ad oſculum pacis. Sic Dei filius ad Chriſtianæ religionis reformationem in paradiſo terreſtri diſſipatæ, miſit vicarios prophetas, ſecundum illud Heb. 1. Olim Deus loquens patrib. in prophetis. Sed videns quòd non plenè ſufficeret, venit in propria perſona, ſicut dicitur in euangelio hodierno maioris miſſæ. In propria venit. Et Heb. 1. Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Ideo in primo ſuo aduentu receptus eſt cum gaudio ad oſculum pacis, quod petebat anima deuota. Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Ratio petitionis eſt ſecundum Philoſophū, aues carentes felle ſicut columba ſolo oſculo concipiunt ouum. Sic cor ſine felle peccati ad oſculum Chriſti, ideſt conſiderata eius manſuetudine maximè in incarnatione & natiuitate concipit propoſitum ſanctæ vitæ. Exemplum in Magdalena. quę Lu. 7. oſculabatur pedes eius, ideſt contemplabatur beneficia nobis exhibita in aſſumptione humanitatis noſtræ. Accedens ad papam pro indulgentia recipitur ad oſculum pedis, & quandoque de gratia ſpeciali poſtea vocatur ad oſculum oris. Sic ſi quis vult a Deo ſuorum peccatorum remiſsionem ſuſcipere, & indulgentiam, neceſſe eſt quòd prius recipiatur ad oſculum pedis per fidem incarnationis, & natiuitatis, & per gratiam, vt ſic tandem dignus ſit recipi ad oſculum oris in beatitudine cęleſti, & ei dicat dominus illud Gen. 27. Da mihi oſculum fili mi, illum ducendo in domum ſuam ſupernam, ſicut fecit Ioſeph Beniamin de quo dicitur. Gen. 39. Complexus in oſcula ruens duxit in domum ſuam. Sed multi modo oſculando Chriſtum imitantur Ioab. 3. Reg. 20. & Iudam potius quàm Magdalenam, ſimiles Iudæis de quibus in Euengelio ſubditur. Et ſui eum nō receperunt. Non ſic diſcipuli Chriſti, non ſic Maria quæ felici oſculo more columbę, non ſolum ſpiritualiter, ſed & corporaliter concepit Chriſtum quam ſalutabimus, &c.

Notandum eſt quòd Ioannes euangeliſta ſeptuaginta quinque annorum ad preces Aſianorum epiſcoporum (indicto tamen prius ieiunio & orationibus ad dominum in commune fuſis, vt recitat Hiero. in prologo ſuper euangeliſtas) compoſuit euangelium quod eſt principium noui teſtamenti, non quòd prius fuerit ſcriptum quàm reliqua euangelia, ſed quia eſt prius dignitate, & ſecūdum proceſſum rerum narratarum. Incipit

pit enim loqui de verbò quo ad proceſſionem æternam, & conſequenter loquitur de his quæ verbum operatum eſt circa creaturas. Alij autem euangeliſtæ non inſiſtunt circa myſterium trinitatis, ſed ſolum ea explicant quæ Christus operat⁹ eſt in humanitate aſſumpta. Secũdo ſicut vetus teſtamentum ſic incipit. In principio creauit Deus cęlum & terram, ita & euangelium Ioannis incipit. In principio erat verbum. Et ſic patet ꝙ nouũ teſtamẽtum eſt difficilius quàm vetus, quia vetus loquitur de creatione mundi, nouum vero de generatione æterna eius qui creauit mundum, vt oſtendat quantæ benignitatis fuerit verbum ſic æternaliter & incompræhenſibiliter genitum ad nos tẽporaliter deſcendere pro ſalute noſtra. Vnde dominus (vt ait Cryſoſt.) prius loquebatur hominib⁹, ut Adæ, Noæ, Abraę & ſic de alijs. Licet non cõuerſaretur aut habitaret cum eis, ſed propter peccata elõgauit ſe, & miſit eis literas per nuntios ſuos prophetas, tandem tamen ipſemet venit, habitum hominis ſuſcepit & lõge mirabiliora quàm ante recitauit, ſed ſui eũ nõ receperunt. Prius.n. erant inſtruendi homines in paruis quaſi paruuli in tempore legis naturæ; & ſic deinceps procedẽdũ erat per quædã incrementa cognitionis, quoaduſque miſit Deus magnum magiſtrũ qui homines quaſi perfectos altiſſima & valde mira docuit, qui etiam eos ita exaltauit, ꝙ dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.

B Euangelium. De euangelio Ioãnis.

Nouum teſtamentũ difficilius Veteri eſt.

In euangelio maioris miſſæ duo facit Ioannes. Primo oſtenditur generatio & dignitas filij Dei. Secundò oſtẽditur modus adoptionis noſtræ in filios Dei. Et ſecũdũ hoc erunt duæ partes, in quibus inſiſtẽt in hoc ſermone expoſitioni ꝑfati euãgelij.

Primo igitur oſtendit Ioannes generationem æternã, cũ dicit. In principio erat verbum. Hoc eſt quinque credenda ſunt de Deo filio. Primò ꝙ in principio & ante ſecula erat verbum.ſ. ab æterno & non ex tẽpore ſicut putauit Arrius dicens filium Dei eſſe creaturam. Non ſolũ autem credendum eſt ꝙ ſit ſine principio, ſed ꝙ etiã ſine fine. Ipſe.n. dixit. Apoca. 1. Ego ſum alpha & o, principiũ & finis, & nõ ſolũ totius creaturæ corporalis, ſed etiã ſpiritualis, & ſingulariter operũ noſtrorũ, ita ꝙ in principio operũ noſtrorũ ſemp̱ dẽat eſſe Deus, & in fine ſimiliter, iuxta illud apoſtoli. 1. Cor. 10. Siue bibitis, ſiue comeditis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriã Dei facite. Non ſic faciunt qui bene incipiunt & malè finiũt, qui volunt Deũ eſſe principiũ ſuorũ operũ, ſed non finẽ, q̱a nõ perſeuerant in bonis operibus, cum tñ perſeuerãtia ſit ſola regis filia cui debetur hęreditas. Aliqua eſt terra (vt dicit Solinus) vbi homines in iuuentute caneſcũt, & ĩ ſenectute nigreſcũt, ideſt qui bene incipiũt & malè perficiunt. Sed hoc valde timendum eſt, ne qui cępit opus bonum malè perficiat, aut retrocedat, quia periculũ eſſet ne occideretur a diabolo. Exẽplũ ad hoc habem⁹ de duob⁹, qui volebãt ad inuicẽ pugnare. Vidẽs vnus quia alius vellet eũ aggredi ait. Ego nõ pugno cũ duob⁹, recedat vnus veſtrũ. Tunc alius credẽs alterũ eſſe poſt ipſum retroſpexit, & dũ retroſpiceret, alius percuſſit eũ in capite. Sic diabolus facit ei qui recedit a bona cõuerſatione priſtina. Dicit etiã dñs Lucæ. 9. Nemo mittens manum ad aratrũ & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Viã.n. quãquiſque cępit debet tenere. Gen. 32. Iacob dũ abiret itinere quo cæperat, fuerunt ei obuiã Angeli Dei. Cuidã enim fratri in congregatione poſito ait ſenex. Talẽ te continuo ſerua, qualẽ te prima die exhibuiſti. Non.n. eſt bonus miles, qui nõ habet diuturnũ anhelitum. 2. Timoth. 2. Qui certat ĩ agone nõ coronabitur niſi q̱ legitime certauerit, & dign⁹ eſſet vt ei illudẽdo diceretur illud. Matth. 10. Iſte homo cępit ędificare & nõ potuit conſummare. Vnde ad cõfirmationẽ huius catholicę veritatis contra perfidiã Arrianã legit. 3. Dialo. c. 32. de quibuſdã epiſcopis Africanis, ꝙ tempore Iuſtiniani auguſti dum ferueret perſecutio Arriana in Africa & nollent abſtinere a prædicatione fidei, iuſſi ſunt a rege Vuandalorum mulctari abſciſione linguarum. Sed miro modo ita pro defenſione veritatis ſine lingua loquebantur, ac ſi linguã habuiſſent, & addit

C Perſeuerantia Sola perſerantia coronatur.

Grego. Quid mirum ſi verba edere ſine lingua potuit verbum quod fecit linguã? In hoc confundi debent ſacerdotes qui deputant linguã ſuã verbis maledicis & diabolicis, vbi iſti ſine lingua loquebãtur magnalia Dei & veritatẽ fidei. Vtinã cõfunderentur publicè ſicut vnus eorum cõfuſus eſt, qui perdidit hoc donum loquendi ſine lingua, eo ꝙ cecidiſſet in incõtinẽtiã ne ipſi confunderẽtur in extremo examine. Sunt enim ſicut cãdela extincta q̃ fætet & nares aſtãtiã inficit adeo, vt (ſecũ dũ Ariſ. li. ꝓblematũ) fętor eius dũ extinguit exhalãs, ſufficeret facere abortiuum ĩ muliere pręgnante, quæ illo inficeretur. Nã & vita taliũ & fama oẽs videntes & audiẽtes offendit, & timendum eſt ne ſint cauſa obortiũ bonorũ operũ in ſuis ſubditis, cũ tñ ipſi deberent lucere coram populo per oſteñſionẽ boni exẽpli, ſicut lucerna poſita ſuper cãdelabrũ. Secũdo credendũ eſt ꝙ verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. i. ꝙ filius Dei eſt vnũ & idẽ cũ diuina eſſentia. In hoc debent filij ſumere exẽplũ, vt ſint imitatores trinitatis. Ait. n. dñs, Pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi in noĩe tuo, vt ſint vnũ ſicut & nos vnũ ſumus. Sic debent filij cũ parentibus vnũ eſſe in ſubſtantia non per identitatẽ, ſed in eadẽ domo, non tñ omnimode, quia nõ oportet ꝙ filius ſit æqualis patri, ſed obediens ſicut filius Dei. Sed modo plurimi filij ſunt inobedientes, qui diſſipant bona parentum, & portant ad loca perditionis.

Tertiò credendum eſt ꝙ ſit ęqualis patri Et ideo dicitur. Hoc erat in principio apud Deũ. i. ſemper fuit filius Dei æqualis patri, & vnũ cum eo in ſubſtantia, ſicut dicitur Phil. 2. Qui cũ in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo. In hoc cõfunditur error Arrij, qui dicebat & baptizabat in noĩe patris maioris, & filij minoris. Iſta ſunt quæ de Dei filio quo ad illam generationẽ ęternã credere debemus. Appellatur autẽ verbũ hic & in Pſ. 44. Eructauit cor meũ verbũ bonũ, duplici ſimilitudine. Primo ad verbũ mentale, qui eſt conceptus mentis, quia eſt ſemper in mente, numquàm ſine ipſa mente. Sic filius ſemper in patre & nunquã ſine patre. Ioã. 10. Ego in patre & pater in me eſt, & eiuſdẽ. 14. Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Neſcis q̃a ego in patre & pater in me eſt? Et eiuſdẽ. 8. Nõ reliquit me ſolũ. Secundò quia ſicut per verbum uocale declaratur concept⁹ mentis & ipſa mens, ſic pater ꝑ filium, Io. 17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi. Et pſal. Dies diei eructat verbum. i. de plena ſcientia proferunt viri docti, & illuminati a Deo populo deuoto & gratia illuminato ſapiẽtiã de patre genitã. Sed videtur ꝙ iſta non ſint prædicanda populis, cũ ſint nimis difficilia & ardua? Reſpondetur ꝙ populi non libenter comedunt offam, nec ſibi incorporant, niſi offa illa condiatur ſpeciebus quæ de longe aſportantur, vt puta de India vel Arabia. Sic nec populus niſi parum audient de iſtis arcanis Dei quæ nõ intelligit vt ea admiretur, & cognoſcat factura non poſſe attingere ad ſuum factorem. Sed periculum grãde eſt nimium de his ſcrutari, quia Prouerbiorum. 25. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria.

Quartò credendum eſt ꝙ omnia per filium Dei facta ſunt contra errorem Manichei qui ponebat duo principia rerum, vnũ bonũ & aliud malũ, & malũ eſſe principiũ omniũ iſtorum inferiorum propter deordinationẽ quæ videbatur in iſtis inferioribus. Et iſtius opinionis videtur fuiſſe Tullius, qui ex eleuatione malorum ad dignitates & regimina populorum & ex depræſſione bonorum arguebat Deũ non regere iſta inferiora, quia putabat illud eſſe inordinatum. Sed hoc eſt contra Ioannẽ, qui dicit vniuerſaliter omnia per verbũ facta eſſe, & iſti plurimum falluntur. Tum primo, quia non vident quãta bona elicit Deus ex malis permiſſis, ita ꝙ maiora ſunt bona quæ elicit Deus quàm mala quæ permittit. Secundo ſi non eſſet malum, non eſſet virtus ei oppoſita neque iuſtitia, neque miſericordia, neque fortitudo, neque patientia, & tunc perderentur coronæ bonorum. Et ſi dicatur. Melius eſſet ꝙ perderentur, quàm tot hoĩe q̃ ſunt mali. Reſpondeo ꝙ plus valet iuſtus homo quàm decẽ mille uiri impij. Sunt. n. reprobi

D Verbum Quare filius Dei dicitur verbum.

E Prædicare An credibilia difficilia ſint prædicanda populis.

F Verbum. Verbum eſt principium viſibilium & inuiſibilium.

probi ſicut malefactores ſuſpendendi in patibulo, quorum quadrigata non valet vnum denarium. Et ideo Dauid imprecatur dicens. Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſq; euellatur exaruit. Quod quidem fœnum eſt modici valoris. Tertio opinio taliũ reprobatur Iob. 22. ab vno amicorum Iob. Cũ enim recitaſſet tales dicere de Deo, circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat, ſubdit poſtea, quorum ſententia longe ſit a me. Quarto neceſſario fatendum eſt quòd omnia merita noſtra in nobis operetur. ¶ Hoc enim dicitur Eſaiæ. 26. Omnia opera noſtra operatus es nobis domine. Et ideo ſubiũgitur, ſine ipſo factum eſt nihil, quia opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.

Chriſtus omnia opera bona operatur in nobis.

In hoc maximè debemus glorificare trinitatem, & ſingulariter quia operata eſt opus noſtrę redemptionis. Quia ſi nos totos ei debemus iure creationis, quanto magis iure redemptionis, quia plus conſtitit ei ad recreandum quàm ad creãdum. Nam in creatione dixit, & facta ſunt, ſed in recreatione multa dixit & fecit, multa inſuper paſſus eſt filius Dei. Et ideo ſi propter creationem quotidie tantum benedicimus trinitatem, vt omne fere ſeruitium eccleſiæ ſit de ea, quanto magis pro redemptione?

G ¶ Quintò credendum eſt ipſum omnia conſeruare. Multi enim artifices rem faciunt, ſed ipſam conſeruare non poſſunt, ipſe autem omnia conſeruat. Et ideo ſequitur, quod factum eſt in ipſo uita erat, ideſt omne quod factum eſt ſubſiſtit eo mediante. Vnde & philoſophi ipſum dixerunt eſſe animam mundi. Vel etiam omne meritum non niſi eo mediante vita eſt animæ, ſcundum illud Pſ. 107. In Deo faciemus virtutẽ. & Ioã. 5. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Ideo debemus eum Dauid Pſ. 16. ſingulis momentis dño dicere. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea, vt noſtrum arbitrium quod procliuius vel ignoratione boni, vel oblectatione paſſionum fertur ad vitia, Deus potius ad virtutum ſtudia recto, quere dignetur. Nam Pſ. 117. ait. Impulſus euerſus ſum vt cadere, in quo liberi arbitrij infirmitas deſignat, & dñs ſuſcipit me. Et iterũ. Pſ. 93. Si dicebã motus eſt pes meus lubrica arbitrij facultate, miſericordia tua dñe adiuuabat me. Et rurſus. Secundum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo, quæ vtique mihi naſcebantur libero arbitrio, conſolationes tuæ lętificauerunt animã meã, per tuam inſpirationem venientes in cor meum. Et ob hoc ſancti viri qui ad conſummationẽ venerunt virtutum, induſtria propria hoc non ſe obtinuiſſe teſtati ſunt, ſed etiam potius a dño præcabantur dicentes. Dirige me dñe in veritate tua, & dirige in cõſpectu tuo viã meã. Et alius hoc experimento didiciſſe proclamat dicens. Cognoui dñe quia nõ eſt in hoĩe via eius, nec viri vt dirigat greſſus ſuos, & ipſe dñs ad Iſrael. Oſeæ. 14. Et dirigam eum (inquit) vt abietem virentẽ, ex me fruct⁹ tuus inuentus eſt. Quia ergo prodigi ſumus debemus Deũ orare vt merita noſtra conſeruet in theſauro ſuo, vt per ipſa poſtea viuere poſſimus. Ait enim. Ego ſum via, veritas, & vita. Sed non ſic in hoc mũdo. Antiquitus currebatur via mãdatorũ Dei, ſicut ille qui dicit. Pſ. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, & ſine iniquitate cucurri & direxi. Sed modo per fortunam bellorum diaboli non frequentatur illa via, ſed modo plena eſt ſentibus & ſpinis. Nunc per viam lapidoſam ſuperbię & obſtinationis & fabuloſã auaritiæ, & lutoſam luxuriæ paſſim curritur, ita ꝙ modo & ſacerdotes & prælati & communis populus, ſunt quaſi oẽs dediti illis peſtibus. De vita modo exponeretur vita proximi pro nihilo, & ſubſtantia eius dimittitur perdi. De veritate modo non eſt loquendum. Quem enim inuenies qui cuſtodiat veritatẽ & promiſſionem, & qui non prodat alterum? Solebat dici. Regem cui omnia viuunt venite adoremus. Sed neſcio quid dicẽ modo. Timeo ne omnia moriantur non in dño, ſed dño. Deus velit ꝙ quicquid faciamus maneat in Deo vita. Manebit autem opus noſtrum in Deo vita, ſi procedat ex viua fide, ſi credamus de eo quæ nobis ſuggerit Ioannes. Promittit enim nobis Deus vitam æter-

Mereri. Non contingit mereri, aut bene agere ex ſolo libero arbitrio.

nam ſub credo, ideſt ſub fide, quia ſecundum Pſal. 32. Omnia opera eius in fide. Si eſſent tabernarij qui vinum ſub credo magna, vel parua concederent, omnes hiſtriones illuc diſcurrerent vt inebriarentur. Et vinum gloriæ proponit nobis Deus ſub credo & parua, & magna, & tamen non curamus nec illuc tendere volumus.

Lumen. Differentia multiplex inter lumē corporale & ſpūale ex euā gelio Ioānis.

Pro ſecunda parte aduertendum eſt, ꝙ dominus circa eos quos vult adoperare in filios multa facit. Primo illuminat eos & viuificat lumine cognitionis & gratiæ. Hinc ſubditur, & vita erat lux hominum. Lux enim gratię & cognitionis conſtituit & conſeruat animam in vita. Corporalia enim per animam ſubſiſtunt, ſed anima per gratiam. Vnde ponitur ibi multiplex differentia inter lumen iſtud ſpirituale, & inter lumē corporale ſolis. Prima eſt, quia iſta lux viuificat animam, & procedit a fonte vitæ, ſed lux ſolis viuificat ſolum corporalia, nec procedit a corpore viuente. Non enim viuit ſol, licèt ſit cauſa vitæ corporalis. Inde malè dixit Pithagoras (ſicut refert Lactantius libro diuinarum inſtitutionum (dicens ꝙ nos ſumus facti cauſa lunæ ſoliſque videndi, niſi forte diceret ꝙ nos ſumus nati ad videndum verum ſolem iuſtitiæ, & lunam, ideſt congregationem fidelium, & hoc verū eſt. Secunda differentia, quia ſol materialis illuminat exterius, iſte interius, ideo dicitur ante. Quod factum eſt in ipſo vita erat. i. vitalis operatio Dei ex gratia proueniens. facta eſt in ipſo operante, immo aliquando exterminat oculos exteriores. Exemplum habetur, 3. dialog. c. 29. de quodam epiſcopo Arriano, qui cum vrbe Spoletana negante epiſcopo ciuitatis locum quem ſuo errori dedicaret, collecta hominum multitudine vellet infringere fores eccleſiæ ſancti Pauli apoſtoli, tunc portæ, diuinitus apertæ ſunt & lampades accenſæ, & effuſo deſuper lumine ſubita cęcitate percuſſus eſt, & alienis manibus ad ſuum habitaculum reductus. Tertia differentia, quia ſol materialis non lucet in tenebris, iſte vero in tenebris, quia in malis hominibus, & vt patet de Arrio qui erat doctus, & quomodo luxit remordendo conſcientiam, ita vt territus in conſcientię ſecreto & commotus intra viſcera, qui volebat temerare eccleſiam Alexandrinam cui præerat beatus Alexāder, quæreret non eccleſiam, ſed locum infectum cloacarum, vbi miſerabiliter interijt, ſicut recitatur lib. 10. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 13. Dicit enim pſal. 4. Signatum eſt ſup nos lumē vultus tui dñe. Ideo dicit Et lux in tenebris lucet. Vel luxit in tenebris humanitatis noſtræ, quando aſſumpſit eam, quia Pſ. 17. Poſuit tenebras latibulum ſuum. Quarta differentia, quia iſtius ſolis materialis cōpræhenditur qualitas, quia calidus & ſiccus, & quantitas, quia certæ quantitatis, & videtur totus & tota quantitas eius, ſed nō ſic iſte, quia tenebrę eam non comprehenderunt. Pſal. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis, turbati ſunt omnes inſipiētes corde. Inde Paulus raptus vſque ad tertium cęlum, non niſi cum admiratione loquebatur dicens. O altitudo ſapientiæ & ſciētiæ Dei, quā incompræhēſibilia ſunt iudicia eius. Quinta differentia, quia ſol materialis non indiget teſtimonio ꝙ luceat, quia apertè videt, niſi a cæcis, & quia cęci ſumus omnes & alias non videtur oculis corporeis, ideo fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hinc venit vt teſtimonium perhiberet de lumine. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Fuit .n. ſicut lucerna accenſa ad quærendum paruulum Ieſum in tenebris noſtræ ignorantiæ, & hunc inuenit & oſtendit dicens. Ecce agnus Dei. Qui mittuntur a Deo ſicut Ioannes, non mittuntur niſi ad perhibendum teſtimonium de lumine deitatis miſſo in mundū. Hoc autem perhibent doctrina & vita. Sed qui mittuntur ab hominibus non ſic, ſed perhibent magis teſtimonium ꝙ vita eorum mala ſit, & ꝙ a Deo non ſunt miſſi. Vita corū oſtendit (ſcilicet commiſſion.) Loco puritatis ad quam ordinantur, ſunt lubrici; loco miſericordiæ ſunt crudeles in populum, & ſic de alijs.

Sed dices, habetur Ioan. 5. Ego enim

teſti-

teſtimonium ab homine nõ accipio, quo-
modo ergo Ioannes fuit miſſus, & quaſi vi
detur ꝙ Ioannes non fuerit homo.
Dicitur ad hoc primo, ꝙ Ioannes fuit
purus homo, ſed repletus ſpiritu ſancto a
principio, & ideo dicitur fuit homo. Et li-
cet fuerit Angelus puritate, non tñ natu-
ra. Secundo dicitur ꝙ non accipit teſtimo
nium ab homine ſic ꝙ indigeat propter
ſe & ſuam dignitatem, ſed tñ propter no
ſtrã miſeriã ſubleuandam & ignorantiam
tollendam. Chriſtus enim natus erat de
patre ſicut radius ſolis a ſole ſine aliqua
diminutione ſuæ ſubſtantiæ, & oculi Iu-
dæorũ infirmi magnã claritatẽ Chriſti nõ
poterant cõpræhendere, ideo neceſſe fuit
aliquod lumen præmitti, quod aſſueſce-
ret eos ad maiorẽ claritatẽ ſuſcipiendam.
Auguſtinus. Tantæ cæcitatis erat homo,
vt ad diẽ ſine lucerna venire non poſſet,
& ideo dicit Deus pater in Pſ. 131. Paraui
lucernã Chriſto meo. Perhibebat autem
teſtimonium ꝙ erat lux vera quæ illumi
nat omnẽ hominem, niſi ponat obſtaculũ
& tunc non eſt defectus ſolis, ſed defect⁹
obijcientes, quia Eccl. 42. Sol per omni
illuminans reſpicit. Secundo familiarita-
tem exibet dominus & familiarem ſe red
dit eis quos vult adoptare. Vnde in mũ
do erat. i. in cordibus mundanis erat in-
ſpirando eos, & mundus per ipſum factus
eſt, ſed mũdus eum non cognouit. In pro
pria venit, & ſui eum non receperunt. In
hoc Iudęorum oſtenditur malitia, quia
ſui erant non ſolem iure creationis, ſed e-
tiam quia ſibi delegerat, & peculiarem
quodammodo fecerat illum populum ex
Abraam ſene & Sara ſterili. ſecundum il-
lud Eſa 43. Populum iſtum formaui mihi
laudẽ meam narrabit, & miraculoſe libe-
rauit de Aegypto, miraculoſe etiam nu-
triuit deſerto. Sed Ioan. 3. Hoc eſt iudiciũ
quia lux venit in mundum, & dilexerunt
homines tenebras magis quam lucẽ. Mul
ti enim hanc deteſtantur, quia habent o-
culos læſos per peccatum. Nam ſecundũ
Augu. Oculis ægris odioſa eſt lux, quæ ta
men ſanis eſt amabilis. Sed væ illi. qui
non recipit eum, ſed facit eum tandiu pul
ſare ad oſtium conſcientiæ nec ei aperit.
Certè ad magnitudinem tuæ damnatio-
nis eſt, ꝙ non ſolum es eius iure creatio-
nis, ſed etiam redemptionis ꝙ te digna-
tus eſt redimere ſanguinis ſui precio, &
paſcere corpore ſuo. Alij eum receperunt
ſed contumelioſe expulerunt, de quibus
Iob 21. Qui dixerunt Deo recede a no
bis. Similes Iudæi qui loco Chriſtum re-
ceperunt Barabbam latronem & homici
dam. Et ſingulariter ſunt ſui ſacerdotes
& clerici, quos etiam temporaliter ſuis
proprijs bonis paſcit, quia peccata populi
comedunt, ideſt oblationes quæ fiunt
Deo ad expianda peccata populi. Sed
Eſaia. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi au
tem ſpreuerunt. Tertio, tandem adoptiuos
Dei filios conſtituit. Quotquot autem
receperunt eum, per fidem in baptiſmate,
dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his
qui credunt in nomine eius, ſcilicet habe
re remiſſionem peccatorum, non quòd
iſta natiuitas ſit ex ſanguinibus, neque ex
voluntate fęminæ aut viri, ſed ex Deo. 1.
Ioan. 3. Nunc filij Dei ſumus, & non-
dum apparuit quid erimus. Augu. Quid
eis præſtitit magna beniuolentia & ma-
gna miſericordia? Vnicus natus eſt, &
multos filios adduxit vnus. Contra illos
qui fratres ſuos & patres vellent eſſe inter
fectos vt haberent eorum ſubſtantiã, im-
mo ſoluit eorum peccata, & fecit cohære
des ſuos. Vnde Chriſt⁹ vocat nos fratres.
dicens Matthęi. 28. Ite nũtiate fratribus
meis. Et Gene. 41. Ego ſum (inquit) Io-
ſeph frater veſter, quem vendidiſtis in
Aegypto. Et ſequitur. Pro ſalute enim ve
ſtra miſit me dominus ante vos. Sumus
autem fratres Chriſti tam ex parte ma-
tris, quàm patris. Inde Mariam vocamus *I Paupertas.*
matrem noſtram Et de patre dicimus. Pa
ter noſter, qui es in cęlis. Ideo debemus
participare hæreditati Chriſti. Habuit au
tem duplicem. Vnam ratione matris, ſci-
licet paupertatem & miſeriam quam ha-
buit ratione corporis ſumpti a matre. Hæ
reditas quam habuit a patre eſt glória
paradiſi. Ex quo ergo ſumus fratres & ſo
rores eius, debemus participare in illa
hæreditate. Sed multi libenter participa
rent, hæreditatem patris, ignitantes hæ-

Paupertas fuit hæreditas Chriſti ex parte matris quam participare debemus.

reditatem matris. Hoc autem non licet, puta ꝙ filius adoptiuus habeat hæreditatem patris, niſi ſicut filius naturalis mediante hæreditate matris. De quo dicitur Lucę.24. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Nemo igitur confidat eam habere, niſi mediante hæreditate matris, ſcilicet tribulatione, quia Actuum.14. Per multas tribulationes, oportet intrare in regnũ Dei. Iſta vero hæreditas patris ad quam præcipue nos adoptauit filius Dei, habet conditiones mirabiles contrarias hæreditati terrenæ. Primo, quia ſancti filij Dei non niſi poſt mortem in poſſeſſionem hæreditatis inducuntur, ſecundum illud Pſal.126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini. Secundo, quia viuente Deo patre, & regnante, hæreditate fruuntur, ideo dicuntur hæredes Dei & coheredes Chriſti, ideſt cum Chriſto. Exo.16. Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ. Et ſequitur. Dominus regnabit in æternum & vltra. Tertiò quilibet eorum totam hæreditatem poſſidet, nec propter multitudinem poſſidentium minus habetur a quolibet. Inde dicitur in Pſal.36. Exaltabit vt hæreditate capias terram. Nec mirum, quia dominus ipſe qui eſt immutabilis, ſimplex, & infinitæ bonitatis, eſt hęreditas ſanctorum, ſecundum illud nume.18. Ego pars & hæreditas tua Iſrael. & Deuter.18. Dominus ipſe eſt hæreditas eorum. Quartò exhibuit nobis ſuam præſentiam, qñ verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis, quãdo verbum abbreuiatum eſt in carne. Si nos faciamus breue verbum & nos humilem, habitabit nobiſcum. Alias non erimus digni conuerſatione eius. Conſideremus autem quanta fecit, quia Deus æternus factus eſt vnius diei puer, & qui cęlum & terrã implet in virginis vtero. Et ſic verbum caro factũ eſt, vt ſicut aurum ſub facco abſconditur, ſic diuinitas lateret ſub carne. Inde dicitur Eſaiæ.45. Tu es Deus abſconditus. Et Zacharię.4. Lampas ſuper caput eius, ideſt humanitas ſuper diuinitate eam tegens. Humanitas vero dicitur lampas propter fragilitatẽ quæ in vitro ſignificatur. Verbum caro factum eſt, ecce mirabilem conuerſionem quam quærebat Dauid dicens. Pſ.79. Dñe conuertere de cęlo & vide .i. fac conuerſionẽ Dei in hominem, vt De⁹ homo fiat, & ſic viſites vineam iſta. Ecce qui in terra iandudum in lapide ſcripſerat Iudæorum duritiã inclinans ſe in carnem ſcripſit in terra cordis teneritudinẽ. Et qui portat oĩa verbo virtutis ſuæ, nunc ab infirmitate noſtra portatur, & radix omnium de virgula ſua naſcitur. Quinto communicauit nobis ſua dona, ſuã gloriam & virtutes, quia vidimus gloriam eius in miraculis, in transfiguratione, gloriam quaſi vnigeniti .i. ſolius filij regis naturalis. Et ſequitur. Plenum gratię & veritatis. gratiæ contra defectum peccati, & veritatis contra defectum ignorantię, vnde Augu. Filius Dei venit ad nos, ſcilicet illuſi veritas, errantibus via, mortuis vita, fatuis ſapientia, infirmis medicina, captiuis redemptio, famelicis refectio, & ideo deſideratus cunctis gentibus. Quia humilis venit, offenderunt in illum homines, quia excelſus venturus eſt ad iudicium, ſuper quem venerit conteret eum. Sed illum non conteret venturus, quem non quaſſauit cum venit. Qui humilem non offendit, non formidabit excelſum.

X Hæreditas. Hæreditas cœli multum differt ab hæreditate terrenę.

De eodem feſto Sermo X. & in ordine XLVI. per thema.

IN humilitate noſtra memor fuit noſtri. Pſalm. 135. Sed quomodo dicitur quòd Deus fuit memor noſtri? Nonne ipſe patitur obliuionem, vt ſic aliquando obliuiſcatur noſtri? Scriptum eſt Pſal. 110. Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, ideſt ordinationis ſuæ quam de nobis fieri inſtituit. Quomodo igitur dicimus ꝙ in humilitate noſtra memor fuit noſtri? Reſpondetur. Dupliciter dicitur recordari Deus. Vno modo memorit ſimplicis viſionis, qua omnia memoriter tenet, nec cuiuſquam obliuiſcitur. ſicut quis memoriter tenet multa, nec tamen propterea exit in actum eorum quæ cognoſcit,

A Memorari. Dupliciter intelligitur De⁹ memorari.

gnoſcit. Et de hac dicitur Eccleſiaſt. 24. Memoria mea in generatione ſeculorum. Alio modo dicitur memorari, quia & cognoſcit & cognita in tempore opportuno ad effectum producit, & obliuiſci cum non videtur educere, & ſic Deus cum iuſtitiam facit videtur ſuæ miſericordiæ obliuiſci. Sic memoratur iuſtitiæ ſuæ quando nos flagellat. Inde Pſ. 78. ait. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Sic vidua Heliæ. Quia diuertiſti ad ancillam tuam rememoratæ ſunt iniquitates meæ. Similiter de iuſtitia dicit Pſ. 30. Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Obliuiſci autem videtur iuſtitiæ ſuæ, quando pro tempore patitur malos ad libitum agere & nō punit. Similis magiſtro, qui aliquādo diſſimulat pueros punire, & ideo videtur fuiſſe oblitus defectus eorum, ſed tamen reſeruat in ſcrinio pectoris ſui vſque ad tempus opportunū. Sic & dominus qui dicit de vitijs malorū. Deut. 32. Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis. Qui quo ad miſericordiam obliuiſcetur eos in inferno. Pſ. 15. Nec memor ero nominū eorū per labia mea. Sed recordabitur iuſtorum ad præmiandum. Pſ. 111. In memoria æterna erit iuſtus. Huius miſericordiæ, quam pollicitus erat patribus videbatur obliuiſci, propterea clamabat natura humana. Pſ. 105. Vſquequo cōtinebis in ira tua miſericordias tuas. Memēto noſtri dn̄e in beneplacito populi tui. Viſita nos in ſalutari tuo. Verè enim tu es Deus abſconditus. Vnum peccatum commiſi, & me perditæ requiſiſti, & bene inueniſti in vna hora. Ecce iam te quærimus per quatuor aut quinque milia annorum, & te non inuenimus. Sed hodie audiuimus eum dicentē. Ecce ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. Inde Maria ait. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros. Ad quam confugiemus, dicentes Aue.

C

Peccatū. Humiliata ſunt corpus & anima ꝑpter peccatum.

IN humilitate noſtra, vel quā nobis inflixit, vel quam oblatam a nobis vltro ſuſcepit, vel quam de noſtro aſſumpſit memor fuit noſtri. Primo in humilitate noſtra inflicta, quia inſoleſcimus virga nos percutit & humiliat. Sicut.n. humiliatus Manaſſes reſpectus eſt a Deo, ſic humiliata erat natura humana ante Chriſti aduentū. pſ. Quare humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Humiliata erat natura vſque ad puluerē mortis. Et non ſolum corpus, ſed etiā anima ꝑꝑ peccatum. Pſ. 87. Tu humiliaſti ſicut vulneratū ſuperbū. ſ. Adam inobedientē tuis mādatis. Et iterū. Humiliata eſt in puluere aīa noſtra. Et rurſus. Humiliaſti ī cōpedibus animā meā. Homo exiſtens in cōpedibus neq; manibus, neq; pedibus ſe iuuare pōt. Sic nec operibus nec affectionibus bonis ſe poterat homo iuuare quin in infernū deſcēdere, non in infernum profundiſſimū, nec in inferiorē, ſed bene in ſuperiorē. Eſt.n. infernus profundiſſimus ſecundū illud Iob. 17. In profundiſſimū infernū deſcendēt oīa mea. Eſt inferior. Pſ. Eruiſti aīam meam ex inferno inferiori. Et iſte eſt cōſcientia mala q̄ cōtinuè torquet impiū remordēdo. Eſt infernus imus & ille eſt limbus. Pſ. 85. Erat aīa mea appropinquās in inferno deorſum. Eſt infernus ſuperior iſte mūdus, de quo Pſ. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Et in iſto vexabanť hoīes quātumcūq; iuſti añ Chriſti aduentū, & tandē deſcendebāt in infernum imum. ſ. in limbum. Scđò in humilitate noſtra quā oblatam vltro a nobis ſuſcepit memorať noſtri, cum. ſ. humiliamus nos ante eum recognoſcētes defectus noſtros, & iſtā nō deſpicit Deus. Pſ. 50. Cor cōtritū & humiliatū Deus non deſpicies. cōtritum. i. in minuta diuiſum ſcđm particulas cordis. Tertiò multo amplius in humilitate noſtra. i. illa quam de noſtro aſſumpſit memor fuit noſtri. Qm̄ dupliciter ſolemus memorari. Primo quidem qñ nodum facimus in corrigia. Secūdo qñ ſcribimus pro memoria. Idcirco ſecundum hæc duabus partibus oſtendemus quomodo domin⁹ memor fui noſtri.

C

Infernus De multiplici inferno.

D

Memorari.

Natiuitas Chriſti.

Chriſtus nodum fecit in corrigia in natiuitate vt noſtri memoraretur.

Primò igitur dominus vt noſtri memoraretur nodum fecit in corrigia, qñ videlicet nodauit diuinitatem cum humanitate. Cuius nodū confeſſus eſt Ioānes ſe neſcire diſſoluere dicēs. Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum eius. Io. 1. Vnde malleus vniuerſæ terræ

hominem

hominem ſolum ex duobus, ſcilicet anima & corpore compoſitum confregerat, quia non ſatis erat fortis, hic autem cum duobus tertium adiunxit, ſcilicet diuinitatem, & ideo non potuit eum diabolus vincere. Et propterea clamabat natura humana, vt filius Dei in auxilium eius mitteretur conquerend. Pſ. 88. Tu autem auertiſti, & diſtuliſti Chriſtum tuum. Et ſequitur. Memorare quæ mea ſubſtantia. Nunquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum? Et iterum. Pſal. 12. Vſquequo domine obliuiſceris me in finem. Sed in conceptione in humilitate Mariæ memor fuit noſtri quādo factus eſt nodus ille & in ſacrario virginis repoſitus. Hodie vero apparuit nobis hæc miſericordia, hodie miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, hodie cum diuina iuſtitia mixta eſt miſericordia æterna, hodie in ſtabulo a communi quot apparuit quando in noſtra fragilitate memor fuit noſtri.

E *Natiuitas Chriſti. Quare humanitas Chriſti dicitur humilitas noſtra.*

Sed quomodo dicimus humanitatem noſtram? Dicitur primo quòd quatuor modis capitur humilitas. Vno modo pro flagellatione & depræſſione alicuius, quā do ab eo auferūtur ea ex quibus natus eſt erigi, vel ea ſibi inferuntur propter quorū abſentiam inſoleſcere ſolet. Sicut illi faciebant Ioſeph, de quibus Pſ. 104. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Et Lucæ. 14. & 18. Qui ſe exaltat, humiliabitur. Secundo modo pro ſeruilitate & obſequioſitate. Inde dicit Ariſto. in 4. Ethicorum. Propter quod omnes blanditores & obſequioſi ſeruiles, & omnes humiles blanditores. Tertio modo pro exhibitione ſignorum humilium. Quarto pro contemptu firmo & rationabili earum rerum, quę communiter eximiæ, & præclaræ ab omnibus videntur, vt propter præſentiam earum non erigatur animus ſupra dignitatem ſuam & ſupra ſe, & iſta eſt virtus. Secundò dicitur quòd humanitas noſtra poteſt dici humilitas cauſaliter, quia vera humilitas cauſatur & oritur ex vera nr̄æ fragilitatis recognitione. Tātum enim eſt paupertatis defectuum, & terrenitatis & peccatorum in nobis, vt inde occaſionaliter in nobis humilitas oriri debeat. Ideo dicitur Micheę. 6. Humiliatio tua in medio tui, ideſt in conſcientia, vel in corde quod eſt in medio hominis, quaſi dicat non eſt tibi longe quærenda humilitas, cuius tantam in temetipſo inuenis materiam. Sicut enim aranea in medio telę reſidens omnem motum factum, in quacunque parte telę ſentit & percipit, ſic anima in centro cordis quaſi in medio ſui omne factum in quacunque parte corporis depræhendit. Et ita ſi homo ibi ſtuderet, cauſam ſuę humilitatis proculdubio inueniret, nec inſoleſceret proſperis, nec frangeretur aduerſi. Dicitur tertiò, ꝙ humanitas Chriſti poteſt vocari humilitas noſtra. Primo quia omnibus flagellationibus, depræſſionibus, & miſerijs quibus affligimur (dempta culpa & conſequentibus ad eam) vexatus eſt Chriſtus, & humiliatus ſicut patuit per totum decurſum vitæ ſuæ. Secundò, quia humanitas illa de tam humili materia formata eſt, quo ad corpus ſicut noſtra, ſcilicet de terra, immo & de limo terrę. Ad hoc autē vt ſit limus duo requiruntur, ſcilicet humor & terra. Qualiter ergo factus ſit iſte limus docet Pſal dicens. Deſcendet ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Stillicidia ſtillant ſuper terram, & faciūt limū, quia cœli rorauerunt deſuper & ſpiritusſanctus pluuiam voluntariam gratiæ deſuper effudit, & ſic factum eſt corpus ſaluatoris animatum. Simul enim facta ſunt, quæ Moyſes ſimul dicere non potuit. Ait enim primo. Formauit hominem de limo terræ, & hoc quantum ad corpus. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, & factus eſt homo in animam viuentem, & hoc quo ad animam dictum eſt. Sed quàm cito virgo credidit, tam cito corpus ſaluatoris de carne virginea formatū fuit, & anima eidem infuſa, & deitas vtrique vnita. Limus autem terra eſt aqua perfuſa & mollis. Dicitur quartò quòd ideo ex tā humili materia, ſcilicet de limo terræ formauit Deus humanitatem Chriſti, vt ſcilicet ex formatore haberet puritatem, & de limo infirmitatem. Haberet puritatem qua te mundaret, infirmitatem qua te redimeret. Niſi enim haberet infirmitatē, pro te

Chriſtus fuit ex limo.

F *Humanitas Chriſti. Quare de limo facta eſt humanitas Chriſti.*

pro te mori non poſſet. Factus eſt de limo terræ, vt te de limo profundi extraheret. Iacebas, o homo, in limo profundi, ſecundum quòd ſcriptum eſt. Pſal. 68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, ideſt non eſt ubi pes ſubſiſtat, qui infixus eſt in limo habente profunditatē. Pedem enim inde extrahere non poteſt, ſed nec pedē alicubi ſtabilire, immo huc illucque labitur. Ita eras tu infixus in limo profundæ carnalis voluptatis & ſecularis cupiditatis. Sed Chriſtus inde te extraxit factus de tuo limo. Eras tu lutum compaginatum, & habebas in te lutum innatum peccatum hæreditarium, & lutum aliūde delatum. Sed Chriſtus fecit tibi lutum ad medicinam datum. Eras lutum compaginatum, ſecundum quòd dicit Iob. 9. Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me. Erat tibi lutum innatum carnale deſiderium, hoc eſt lutum fecis, de quo tu dicis referendo gratiam Chriſto. Eripuit me de lacu miſerię & de luto fecis. Erat lutum aliunde delatum cupiditas, quæ ab iſtis exterioribus venit, quæ vocatur lutum platearū. Ex viſione enim platearum & locorum diuerſorum conſurgit illa cupiditas, de quo Pſal. 17. Vt lutū platearum delebo eos. Sed ipſe fecit tibi lutum ad medicinam datum ſecundum ꝙ dictum eſt. Lutum fecit ex ſputo & liniuit oculos meos. Et non tantum oculos tuos illuminauit, immo te totum ſanauit. Factus eſt ergo homo iſte de limo, vt te liberaret a ſeruitio quod impendebas diabolo in luto & latere, ideſt in peccato luxuriæ per prauam conſuetudinem indurato. Quid enim latet niſi lutum induratum? Si igitur te eripuit de luto homo de luto factus, quomodo te iterum proijcis in lutum? Dicitur quintò quòd veritas hoc eſt filius Dei, qui eſt veritas, de terra orta eſt aſſumens humanitatem de terra, vt excluderet falſitatem, q̄ in cęlo orta eſt. In principio mundi orta eſt falſitas in cęlo & de cęlo, ſed ipſa pondere ſuo ſuum genitorem de cęlo ad terram traduxerit & totam terram repleuit. Sed in nouiſſimis diebus veritas de terra orta eſt, quæ falſitatem a terra ſubduxit, & dilectoribus veritatis viam in cęlo parauit. In hac aurum eſt optimum inuentum, ſecundum quòd dicitur Gen. 2. In ea inuenitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt. In hac factus eſt anulus Aſſueri regis, in quo erat aurum, & gemma, & nomen regis. Aurum caro, gemma anima, & regium nomen deitas filij, qui anulus ablatus eſt Aman, & datus Mardocheo, quia ablatus eſt a populo Iudaico, & datus populo Chriſtiano. Iuxta illud Apoſtoli. Quia repuliſtis a uobis uerbū vitæ huius, ecce conuertimur ad gentes. Huius terræ (vt dicit Eſaias) fructus eſt ſublimis, quia homo natus eſt in ea, & ipſe homo, non ſecundum quòd homo, ſed ſecundum quòd altiſſimus fundauit eam.

Pro ſecunda parte videndum eſt quomodo dominus vt noſtri efficatius memoraretur, ſcripſit & impreſſit in purgamento ſuæ humanitatis ſex notulas cum quibus cantauit canticum nouum, & vult quòd ſimiliter cum eo cantemus. Sunt autem inter alias duæ notule infimæ, ſcilicet vt, re, duæ medie, ſcilicet mi, fa, duæ supremę, ſcilicet ſol, la. Primæ duæ ſignificant duas virtutes, ſcilicet humilitatem & paupertatem, quæ maximè ei competebant puero naſcenti. Duæ mediæ ſignificant iuſtitiam & veritatem, quæ ei conueniebant vt proficienti. Duæ ſupremæ fuerunt pietas & poteſtas, quę ei competebant ut uiro iam perfecto.

G *Natiuitas Chriſti.*

Primo igitur dominus naſcendo impreſſit in ſua humanitate notulas humilitatis & paupertatis. Humilitatis quidem, quia exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus. Paupertatis autem, quia factus eſt vir uidens paupertatē noſtram. Cuius rei Dauid figura fuit. Rex quidem in bello victorioſiſſimus & imperioſus, qui tamen humilis ait. Ludam & vilior fiam. Diues & inclytus valde qui dicit in Pſ. Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Paupertas vero Chriſtum in ſua natiuitate pannis inuoluit, & humilitas in præſepio reclinauit. Iſta eſt humilitas Chriſti, per quam vita primo intrauit in mundū, ſicut

Chriſtus impreſſit ſibi notulas humilitatis & paupertatis in natiuitate.

Humilitas eſt via redeũdi ad Deum.

ſicut per ſuperbiam mors primò intrauerat in orbem terrarum. Per aliam enim viam magi reuerſi ſunt in regionem ſuã. Sicut enim per ſuperbiam primo recedimus à Deo, ſicut per humilitatem primò accedimus ad eum. Et cum dominus Ieſus in omnibus virtutibus polleat, & commendetur, maximè tamen de humilitate commendatur, adeo quòd præ cæteris virtutibus de ea ſcholas cęleſtes ere xerit dicens. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Sic & Maria præ cæteris virtutibus quas habuit humilitatem præpoſuit, quia ſicut per ſuperbiam Euæ mors intrauit in mundum, ſic per humilitatem Mariæ vitæ introitus panditur, vt tanto humilior, quãto altior. Cant. 5. Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Gloſ. Mons myrrhæ, altitudo con templationis, collis thuris, humilitas in intentione. Vnde & Maria poſtquam ſe di xit exultaſſe in ſpiritu contemplationis, ſubiunxit de humilitate & paruitate ſua

H Humilitas. Quanto quis melior, tanto maiorem habet humilitatẽ.

oraculum. Vmbra enim corporis breuior eſt in meridie, ſcilicet contemplationis, & Luna accedẽs ad Solem decreſcit, & Sol altior humiliores radios emittit. Arbor etiam quantomagis eſt fructibus onerata, tantomagis ſe inclinat. Sic quãto quis eſt melior & plenus bonis operibus, magis humiliatur. Vas enim vacuum ſuperenatat, plenum autem auro fundum petit. Sic vacuus diuina gratia, ſuper alios natat & ſe extollit. Sicut autẽ equus infrenatus non poteſt herbam minutam & breuem comedere, ſed longam, ſic diabolus a domino infrenatus, ſuperbis non humilibus poteſt nocere. Et ſicut in ſtatera minimus, qui ponderat mittitur in theſaurum, & qui aſcendit non, ſic ſuperbus qui non habet pondus humiliatis a theſauro regni cęlorum excluditur, ſecundũ

I Paupertas. Paupertatem debemus amplecti cum Chriſto.

illud Hiere. 6. Argentum reprobum voca ui eos. Paupertatem inſuper talem habuit Chriſtus, quòd non habebat vbi caput ſuum reclinaret, niſi fortè quòd intrãs in mundum habuit ſtabulum pro hoſpitio cum boue & aſino, inuolutus in vili panniculo. Hinc Auguſt. Quid ſolicitus es de regali ædificio? ecce ſaluator tuus non habet locum in diuerſorio. Quid ſolicitus es de clientum collegio? ecce ſaluator tuus cum boue & aſino. Nõ ergo debemus paupertatem abhorere, ſed libenter amplecti. Glorioſus miles non dedignatur portare pannum vilem, ſi rex prius portauerit. Paupertas primo fuit dedecori, ſed nũc decori nobilitata per rẽgem noſtrum. Similiter miles Chriſti non timet portare vexillum eius. Paupertas autem vexillum eſt domini, cui contradicitur a multis, maximè auaris dicentibus illud pſal. 73. Signa noſtra non vidimus. Modo enim relinquitur paupertas diuinæ prouidentiæ, ſicut pueri qui proijciuntur ad hoſpitale. Sed merces magna repromittitur amplectenti paupertatem. Vnde quidam rex duas habuit filias, vnam pulchram & aliam turpem. Pulchra ab omnibus amabatur & venerabatur. Turpis vero ab omnibus contemnebatur. Quæ dum fieret coram rege, ait rex. Noli flere, quia qui te acceperit dabo ei regnum. Qui autem acceperit ſororem tuam, nihil accipiet ſecum niſi pulchritudinem ſuam. Soror pulchra, vita eſt proſpera, qua qui fruitur, non habebit regnum cęleſte. Soror vero turpis, paupertas eſt voluntaria, cui repromittitur vita æterna a domino dicente. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cęlorum. Anaxagoras poſt longam peregrinationem pro ſtudio ſapientiæ in patriam reuerſus, cum poſſeſſiones ſuas deſertas videret. Non eſſem (inquit) ego ſaluus, niſi iſte perijſſent.

Mundi cõtemptus exemplũ.

Secũdo impreſſit dominus in ſua humanitate notulas iuſtitiæ & veritatis, & eas oſtendit in progreſſu. Aſtitit. n. puero proficienti ſapientia & ætate, comes & magiſtra veritas ad loquendum, ad ambulandum rectè iuſtitia. Nam veritas docebat eum loqui, iuſtitia vero ambulare. Veritas in prædicatione, iuſtitia in conuerſatione. Vnde Chriſtus peccatores ſylueſtres dulcedine conuerſationis ſuæ, & prędicationis ad eccleſiæ, & religionis ciuitatem vocauit. Sicut Orpheus primo induxit ſua dulci monitione homines ſylueſtres ſeparatim morantes ad cohabitationem

tionem communem. Hoc autem reputat Augu vnum de maximis miraculis Chriſti quòd per ſe pauperem & abiectum, & Apoſtolos paucos & rudes, maiores totius mundi ad eccleſiæ ciuitatem conuocauit. Iſta duo debent habere prædicatores, vt ſcilicet veritatem doceant, & iuſtitiam in conuerſatione ſeruent, vt ſic tandem fructum afferant in conuerſione peccatorum, de quo gaudere poſſent, ſecundum illud Eſa. 9. Letabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe. Paſtoribus.n. primo annuntiatur gaudium de natiuitate domini, ad oſtendendum, quòd cum gratia Dei naſcitur in homine maximè gaudere debent prędicatores & prælati. Exemplum Apoſtoli quem nihil lætificare poterant niſi animarum conuerſio. 2. Cor. 2. Quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me, ideſt ſecundum cor meum, ſcilicet ad pęnitentiam. Sunt tamen multi, qui magis diem natalitium celebrant cum Herode, magis gaudentes cum diabolus naſcitur, in corde peccatoris per peccatum, quàm cum Chriſtus per pœnitentiam, de quibus Eccleſiaſtic. 27. Laqueo peribunt, qui obletantur caſu iuſtorum.

Prædicatores duo præcipue habere debent.

Tertio impreſſit dominus in ſe notulas pietatis & poteſtatis. Hæ tanquam viro tam perfecto aſſiſtunt, & in eius curia pręcipuum ſibi vendicant locum. Pietas erga ciues, poteſtas contra hoſtes. Pietas erga humiles & ſubiectos, poteſtas contra rebelles & ſuperbos. Pietas erga homines, poteſtas contra dęmones. De prima dicitur. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. Hierem. 11. De ſecunda. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Pietas in paſſione, quando ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Poteſtas in eius reſurrectione. Io. 14. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. His omnibus notulis in humanitate ſua impræſſis, memor fuit dominus noſtri, & ideo debemus nos eſſe etiam memores ſui, & ſingulariter in hac ſacratiſſima natiuitate. Primo diligendo ex corde puerum iſtum, & dando ei totum cor noſtrum. Si enim partiremur ipſum alienis, non remaneret nobiſcum. Quia enim Salomon adamauit mulieres alienigenas, alienauit ſe dominus ab eo, & ſuſcitauit ei aduerſarium. Et vxori Hieroboam. 3. Reg. 14. dicit propheta. In introitu pedum tuorum, ideſt affectionum carnis in vrbem, ideſt in domum cordis morietur puer, ideſt perdetur innocentia. Secundò cuſtodiendo eum ſolicitè a nociuis. Sicut enim volens cuſtodire paruulum cauet ne forte appropriet igni vel aquæ, ne ad modicum alterius impulſum cadens comburatur, vel ſubmergatur. Sic volēs ſe cuſtodire cauere debet ne appropriet igni carnalis voluptatis, vel aquę fluxibilitatis mūdanæ, ne impulſus a maligno ſpiritu ſe perdat, vel paruum Ieſum. vnde Marci. 9. Malignus ſpiritus frequenter quendam miſit in ignem & aquam vt eum perderet. Iſidorus de ſummo bono. Satis rarum eſt ut inter mundi voluptates poſitus, a vitijs maneat illibatus. In quibus & ſi non cito multiplicatur, aliquando trahitur. Nec enim diu poteſt eſſe ſecurus, qui periculo fuerit proximus. Hoc in Tobia minore patet. Tob. 6. qui manſit iuxta fluuium Tigris non intendens profundum fluuij intrare, ſed ſolum vti fluuio ad neceſſitatem & pedum ablutionem, & ecce piſcis immanis exilijt, vt cum pedes traheret & deuoraret. Sic quidam nullo modo intendunt ſe mundi periculis inuoluere, ſed manent iuxta mundum, vt inde habeant neceſſitatem, & quando quęrunt neceſſitatem ſuam, accidit eis magnus piſcis, ideſt magnus ſtatus honoris, a quo pedes eorum trahuntur. id eſt affectiones, ita tenētur quòd ab eis deuorantur. Tertio omnia opera noſtra ad hunc puerum ordinando. Si enim probari poteſt, quòd viro abſente, vxor eius conceperit, filius eius eſt illegitimus, nec eſt cauſa pacis inter virum & vxorem, ſed diuiſionis potius. Sic ſi opus faciendo non habuiſti cor ad Deum, tale opus inter te, & Deum non eſt materia pacis, ſed diuiſionis. Cum autem opus bonum propter eum fit, naſcitur paruulus in nobis legitimus ex patre, qui nutriendus eſt in paupertate

Chriſtus habuit pietatem, & poteſtatem.

K *Memorari.*

Natiuitas Chriſti.

Memores eſſe debemus Chriſti ſicut ipſe fuit noſtri.

Mundi ſtatus eſt fugiendus.

Operæ noſtra ad Chriſtum ordinanda ſunt.

pertare & pęnitentia. Nutritus enim fuit Samuel in Sylo ubi erat arca domini, in qua erant virga, manna, & tabulę teſtamẽti. Virga, ideſt pęnitentia, manna ideſt dulcis affectus & deuotio, & tabulę teſtamenti, ideſt mandatum Dei, & eius præceptorum recordatio & obſeruatio.

De ſanćto Stephano protomartire. Sermo I. & in ordine XLVII. per thema.

A Plenitudo gratiæ. De triplici plenitudine gratiæ Chr̃i, Mariæ & Stephani.

Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Act. 6. Videtur ex iſto verbo ꝙ beatus Stephanus in maiori priuilegio ſanctitatis præceſſerit Mariam. Nam hic dicitur Stephanus plenus gratia & fortitudine. Maria autem ſolum dicitur. Plena gratia. Luc. 1. Plus aũt eſt eſſe plenum gratia & fortitudine, quàm eſſe plenum gratia tantum. Reſpondetur primo quòd ſicut venit plenitudo temporis ſecundum Apoſtolum, ita venit tempus plenitudinis, in quo nobis adducta eſt triplex plenitudo gratiæ, ſcilicet ſupereffluentiæ, excellentię, & ſufficientiæ. Inde eſt, quòd licèt Chriſtus dicatur plenus gratia, & Maria plena gratia, & Stephanus ſimiliter plenus gratia, non tamen ſequitur quòd ſint æquales in gratia. Aliter enim fons plenus eſt aqua, aliter riuus, & aliter vas. Chriſtus habuit plenitudinem fontis, q̃a ab ipſo omnis gratia deriuatur. Io. 1. De plenitudine eius omnes accipimus. Sed Maria plenitudinem riui habuit. Per ipſam enim ad nos fons deriuatur. Eccleſiaſtici. 24. de ipſa dicitur. Ego quaſi aquæductus exiui de paradiſo. Sed Stephanus habuit plenitudinem vaſis, quod non tãtum continet ſicut riuus, ideo licèt ſint omnes pleni gratia, non tamen æquales. Dicitur ſecundo quòd licet Maria tãtum dicatur gratia plena, non tamen negatur quin ſit plena fortitudine & cęteris virtutibus. Vnde Chriſtus eſt ſicut caput eccleſiæ a quo omnis gratia & fortitudo deriuatur in eccleſia Dei, ſed per collum quod eſt Maria (de qua dicitur Cant. 4. Collum tuum ſicut turris Dauid edificata cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.) deſcendit in cętera membra, puta in martyres, qui ſunt brachia eccleſiæ protegentia eccleſiam, vel etiam humeri ad ſuſtinendum eccleſiam, vel etiam barba capitis, ſicut dicimus quòd viriles habent barbam hominis. Et ideo gratia eſt vnguentum in capite Chriſti, quod deſcendit in barbã Aaron, ideſt in fortes eccleſiæ, & quod deſcendit in oram veſtimenti eius, ideſt in minores de eccleſia. Ideo ad Mariam, quæ eſt eccleſiæ collum & riuus gratiarum recurramus, offerentes ei illud ſalutare Angelicum, Aue.

B Stephan' Stephan' habuit munditiã & ſoliditatem ſicut uas ĩ quo miniſtrandũ eſt domino.

Dicimus itaq; ꝙ ſanctus Stephanus eſt plenus gratia ſicut vas. Vas autem, in quo debet miniſtrari domino, duo debet habere. Primo quòd ſit mundum & terſum, quia in vaſe lutoſo non offerretur domino. Vas autem quanto macula plus manet in eo, tanto cum maiori difficultate aufertur. Ideo vas quod frequenter colligit immunditias, frequenter debet lauari. Vaſa autem quæ frequenter colligunt immunditias ſummus nos, & hoc quantum ad corpus, in ore, oculo, & aure, & in corde cogitationes immundas. Ideo debemus nos frequenter lauare per pęnitentiam. Prouer. 26. Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas puriſſimum. Nam perſona inueterata in peccato vix, aut nunquam ſe poteſt corrigere. Sicut multi, qui vix in anno ſe poſſunt lauare. Propterea timendum eſt ne dominus faciat eis ſicut fecit Dauid Miphiboſech, de quo. 2. Regum. 19. quòd occurrit Dauid non lotis pedibus & barba intonſa, nec veſtes ſuæ fuerant lotæ a magno tempore. Et tunc Dauid diuiſit ſibi hęreditatem ſuam, & dedit vnam partem Sibe. Sic Chriſtus venit ad nos tempore natiuitatis, & in alijs magnis feſtis, ſed multi ſibi occurrunt immundè, quia cor non habent lotum, nec conuerſationem. Nunquam enim propter bonum feſtum mutant ſuam malã uitam, licèt mutent ſuam malam tunicam, & barba eſt intonſa, quia

ſuperflua bona ſua non diſtribuunt pauperibus. Ideo amouebit eis dominus meliorem partem hæreditatis ſuæ, ſcilicet ęternam, dimittenda eis hæreditatem mundi quæ parum valet. Sed nõ ſic venit Stephanus obuiam Deo, qui virginitate purus erat & caſtus, qui omnia ſua dereliquerat cum cæteris, qui erant de primitiua eccleſia. Mundus quidem a mundo per abrenuntiationem, mundus a carne per abſtinentiam, ſed mundiſſimus per ſanguinis ſui ablutionem, ideo bene dicitur Stephanus plenus gratia. Secundò debet eſſe vas firmum & ſolidum, quia aliter non eſſet multum appreciabile propter inſoliditatem eius, ſicut nec vitrum, quod ſi eſſet firmum appreciaretur ſicut aurum. Inde (vt dicit Policraticus) Octauianus fecit occidi vnum, qui ſibi attulit vitra, quæ proiecta in terram non frangebantur, & hoc ne vileſceret aurum & vitrum eſſet in maiori reputatione. Inde dicitur Eccleſiastici. 21. Cor fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Sed iuſtus eſt, quaſi vas auri ſolidum ornatũ omni lapide precioſo. Sic & Stephanus in omni tentationibus fuit firmus, & vas auri ſolidum, nec infirmum, ſed conſtans, quia plenus gratia. Vas vacuum ſtatim ad ignem frangitur, ſed quia ad ignem tribulationis non eſt fractus concluditur, quòd Stephanus erat plenus gratia, & fortitudine.

Matutino ſermone iuxta thema dicemus quomodo Stephanus gratia Dei repletus eſt, poſt prandium vero quomodo fortitudine & conſtantia.

C *Plenitudo vaſis. Per quatuor cognoſcim⁹ plenitudinem vaſis.*

Per quatuor cognoſcere poſſumus qñ aliquod vas eſt plenum liquore. Primo quãdo non poteſt amplius recipere, ſed ſi quid ſuper infunditur, defluit ꝑ ſuperius. Sic aliquis dicitur plenus gratia ſpiritus ſancti, quando ita repletus eſt gratia & ſpiritus ſancti conſolationem recipere põt, nec inuenire complacentiam in aliqua re mundi, ſed omnia ſunt ſibi amara. Iuxta illud Pſal. 76. Renuit conſolari anima mea, ſcilicet in his temporalibus, memor fui Dei & delectatus ſum. Nec mirum, quia qui habet locum vinum gratiæ non quærit aquam fętidam delectationis mundanæ. Et ſecundum Bern. Delicata eſt diuina conſolatio, nec datur admittentibus alienam, ſed in mente quam ſpiritus ſanctus repleuerit (vt ait Greg.) Amaritudinem terrenorum in dulcedinem æternorum commutat. Sic & beatus Stephanus ita fuit repletus ſpiritu ſancto & gratia Dei, quòd in nullo alio delectabatur. Et quòd ita ſit apparuit, quia (vt dictum eſt) omnibus bonis ſuis abrenunciauit, & ad pedes Apoſtolorum poſuit, cum illis de quibus legitur Actuum. 4. quòd multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & nullus eorũ quæ poſſidebat aliquid, ſuum eſſe dicebat, ſed erat illis omnia communia. Ipſe enim erat de credentibus. Vnde inuenitur differentia inter repletionem factam a corporalibus & a ſpiritualibus, quia corporalia quanto magis multiplicantur, tanto magis implent vas materiale & reddunt magis ponderoſum, & inclinant deorſum, & quanto magis multiplicantur, tanto minus implent vas ſpirituale, ſcilicet cor hominis, immo potius euacuant. Auarus enim non implebitur pecunia. Eccleſiaſticus. 5. & Ariſto. dicit in primo Politicæ, ꝙ appetitus cupidi eſt inſatiabilis, & tamen replendo ſic efficiunt ipſum magis ponderoſum & inclinant deorſum. Ideo tales, qui ita ſe replent bonis temporalibus repræhendit Pſal. 4. dicens. Filij hominum vſque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Mendacium quidem ſunt, quia multa promittunt iſta bona, ſ. ſaturitatẽ, & ſecuritatem, & iocũditatẽ & de his oib. nihil habetur. Hæc etiam promittit mundus fallax ſibi ſeruiẽtibus, ideo fatuus eſt, qui ſibi ſeruit. Fatuus enim ille eſt, qui ſua expendit pro perſona quæ nullius eſt valoris, & quæ non poteſt ſibi retribuere mercedem. Mundus autem parum valet, parũ poteſt. Inde dicitur Mat. 9. Quid prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Malè. n. retribuit amatoribus ſuis pro eo quod ſibi faciũt & expendunt, dum ab eo recedunt, quia pro ſeruitio quod fecerunt ſibi dat eis modicam

D *Repleri. Differenter replẽtur res a ſpirituali b. & corporalibus.*

Rerum tẽporalium fallacia.

eam veſtem de tela, & ſic recedunt. O vere fatui, qui ſic totum tẽpus expẽdunt ad ſeruiendum vanitati & mundo. Et inde eſt, quòd religioſi iam de mundi ſeruitio expediti, portant illud, in quo debent ſepeliri, ac ſi eſſent iam ab eo ſoluti, quia mortui ſunt mundo. Beatus ergo Stephanus cum omnibus abrenunciaſſet, non ſic mundo ſeruiebat, nec terrenis intendebat, ſed (vt dicit epiſtola) intendens in cęlum vidit gloriam Dei. Ac ſi vellet dicere, quia intendebat & inſiſtebat ſeruitio Dei, ideo vidit paratum ſibi præmium. Sed ſpiritus ſanctus quãto magis abundat, tanto magis replet, & replendo alleuiat, & trahit ſurſum, quia deſurſum eſt, ſicut ignis qui quanto maior tanto velocius mouetur ſecundum Ariſt. ſurſum eſt. Ideo cum Stephanus eſſet plenus ſpiritu ſancto, intendens in cęlum vidit gloriam Dei. Etiam ſpiritus ſanctus eſt veritas, ideo facit contemnere vanitatem.

Secundo cognoſcitur, quòd vas eſt plenum quod dum vertitur non elaquetat liquor intus exiſtens. Sic hoc modo Stephanus deputatus ab Apoſtolis ad officium viduarum vt miniſtraret eis, & veritas de officio prædicationis ad tale minus officium nullum verbum dixit, ſed humiliter acceptauit. Licèt enim eſſet Archidiaconus & haberet gratiam prædicãdi & miracula faciendi, tamen non eſt dedignatus implere officium ſibi iniunctum humile comminiſtrando fratribus. Et in hoc dominum imitabatur, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Cauſa autem huius inſtitutionis fuit, quia creſcente multitudine fidelium per prædicationem Apoſtolorum, ut habetur Act. 6. Conuerſi ſunt multi de his, qui erant in Hieruſalem, qui dicebantur Hebræi, & de Iudæis, qui diſperſi fuerant in Antiochia ſub rege Antiocho, vel etiam de conuerſis a gentibus ad iudaiſmum cum mulieribus eorum. Ideo quia habitabant quaſi religioſi in Hieruſalem, propterea murmur fuit inter Græcos & Hebræos, quia mulieres Græcorum deſpiciebantur in miniſterio, & hoc propter alterum duorum, aut quia non eis, ita miniſtrabatur ſicut Hebræis, aut quia erant rudes magis, quàm Hebrææ. Sed audita diſcordia dixerunt Apoſtoli non eſſe æquum eos dimittere verbum Dei, & miniſtrare menſibus; hoc eſt, æquum eſt nos prædicare verbum Dei, & de temporalibus non tantum ſe intermiſcere. Sed modo fit oppoſitum, quia dimittunt prælati prędicationem, & inſiſtunt temporalibus. Dicunt enim quòd oportet res eccleſiæ ſeruare. Falluntur tamen quia ſi inſiſterent prædicationi ſeruarentur res eccleſiæ, ſicut in primitiua eccleſia propter vitam & prædicationem Apoſtolorum omnia apportabantur ad pedes eorum. Quis enim tantum dotauit eccleſias? Vtrum propter nobilitatem eorum, qui erant ibi, vtrum propterea, quia ſciebant bene plebiſcitare, & circumire curias? Non certè, ſed propter vitæ ſanctitatem prædicationem. Modo vero quia iſta ceſſant propter quę dabantur bona, ideo nunc magis deſtrueretur eccleſia, quàm conſtrueretur. Elegerũt ergo Apoſtoli Stephanum plenum fide & ſpiritu ſancto cum alijs ſex ad miniſtrandum menſis, ſcilicet cum Philippo, Procoro, Nicano, Thimone, Parmena, & Nicolao aduena Antiocheno; Et ſic in iſta ordinatione Stephanus fuit Archidiaconus, & inter ſeptem primatum habuit. Inde dicit Auguſt. quòd Stephanus inter diaconos nominatus eſt primus, ſicut inter Apoſtolos primus nominatus eſt Petrus. Qui licèt eſſet apoſtolis minor officio tamen omnes præceſſit martyrio, & qui primus erat diſcipulus in miniſtrando, fit conſequenter magiſter in uiam docendo, non ſolum verbo, ſed opere.

E *Stephanus. Stephanus prim⁹ habuit præbendã paradiſi, abſque hoc ꝙ fieret iniuria apoſtolis.*

Sed videtur quòd Chriſtus iniuriam fecerit apoſtolis non tam cito eos euocando ad cęlum ſicut Stephanum, nec tam cito conferendo eis præbendam paradiſi ſicut Stephano. Quod patet, quia iuſtum eſt, quòd qui prius habet gratiam expectatiuam, primo prouideatur in prębenda. Sed Chriſtus primo promiſit Apoſtolis præbendam paradiſi, quàm Stephano, dicens eis Luc. 22. Ego diſpono

E Stephanus. Stephanꝰ primus habuit prębendã paradiſi abſque hoc quod fieret iniuria apoſtolis.

ſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum &c. Sed ad hoc dicitur quòd Papa in eadem eccleſia bene concedit præbendam iſti & illi, tamen de gratia ſpeciali ponitur aliquando in litera vnius. volo autem hunc omnibus anteferri, & ſic qui vltimus impetrauerat ante omnes poſſidebit. Sic Chriſtus primo promiſit præbendam cęli Apoſtolis, ſed de gratia ſpeciali Stephanum ante tulit, & primum introduxit in poſſeſſionem eius per martyrium, nec in hoc fecit iniuriam apoſtolis. Primò quia non minus participauerũt de præbenda cęli quàm ſi fuiſſent primò euocati, immo plus quia continuè poſt mortem beati Stephani merebantur & augmentabant ſuam gloriam. Secundò quia nemini Deus obligari poteſt, & licèt ei facere gratiã cui vult. Alioquin poſſet dicere murmuranti illud patrisfamilias. Mat. 20. Amice non facio tibi iniuriam. An non licet mihi quòd volo facere? Tertiò quia licèt prius eis promiſiſſet dare regnum cęlorũ: non tñ promiſerat eis ꝙ ipſi introducerẽtur primi in poſſeſſionem illius, ſed ſufficiebat ad impletionem promiſſionis ſuæ ꝙ aliquãdo eos introduceret in illud, ſicut & fecit. Tertiò cognoſcitur vas plenum quando fixè & immobiliter ſtat, ſic ꝙ cum difficultate moueri põt. Sic beatus Stephanus fixus erat & immobilis ad oẽm aduerſitatẽ cõtra infideles Iudæos. Ideo dicitur plenus fide qua ſingulis reſiſtebat & qua fundabatur. Et ſic fuit quaſi lapis firmus contra lapides Iudęorũ, & lapis primus optimè regulatus, quia erat de primis lapidibus in ędificio cęli ponendis. Et quia ſecundũ lapides primos qui portant onera regulãt lathomi cõformiter alios, ideo etiam conformiter ad beatum Stephanũ debemus regulari. Stephanus enim idem eſt quod regula. Dedit autem nobis dominus tres regulas. Prima eſt regula doctrinæ qua debet regulari liber conſcientię. Vnde ſicut ſcriptores diligentes ſunt ad regulandum ſuos quaternos, ſic debes diligenter regulare conſcientiam tuã ſecundum auditum verbi Dei & prædicationis, non ſicut multi qui ſe regulant

F Stephanus. Regula. Stephanũ habemus ſequi ſicut regulam, & de triplici regula.

ſecundum conſcientias malas prælatorum. Stultus eſſet aliquis ſi confideret in teſte de quo ſciret certiſſimè quòd eius teſtimonium non reciperetur in iudicio. Dominus autem non reſpicit in iudicio niſi teſtimonium propriæ conſcientiæ. Roma. 2. Teſtimonium illis reddente conſcientia eorum, non aliorum. Secunda regula eſt ſupliciũ, ſcilicet crucifixus. Gal. 6. Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ſequitur. Quicũq; hanc regulã ſecuti fuerint, pax ſuper illos & mĩia. Hæc eſt regula ſecũdũ quã quilibet Chriſtianus debet ſe regulare. Inde eſt ꝙ altè ſuſpẽditur & in ingreſſu eccleſiæ, vt vnuſquique ibi regulet vitã ſuã. Et ſi illa videatur nimis ſtricta, quia in illa cruce dñs poſuit vnũ pedẽ ſuper alium, dñs dedit nobis tertiã regulam vitã & exempla ſanctorum, & pręcipue ſancti Stephani. Sicut .n. primũ militẽ omnes ſequuntur qui aggreſſus eſt ciuitatẽ, ſic & militẽ Stephanũ in fide & charitate omnes habẽt ſequi. Quartò iudicatẽ vas plenũ qñ percuſſum non reſonat. Ita & beatus Stephanus tactus iniurijs & accuſationibus falſis, ſed etiam lapidibus non reſonabat nec murmurabat, ſed patienter ferebat. Io. 6. Nũquid mugiet bos cum præſepe plenum fuerit. q. d. non. Cũ enim præſepe cordis plenitudinem habet gratiæ, non habet tũc locum mugitus tribulationis illatæ. Non ſic multi qui ad modicã frangũtur iniuriã, ſimiles barillo vel lagene, quæ ſatis pacifica liquorem recipit, & cum murmure emittit. Ita & iſti libenter amplectũtur laudes ſuas vel proſperitatem ſi eis contigerit, ſed non ſine murmure tolerant iniurias ſibi illatas vel aduerſitates occurrẽtes. Quintò cognoſcitur vas eſſe plenũ, quãdo vento dato a ſuperiori parte liquorem cum maximo ĩpetu emittit. Sic Stephanus flante ſpiritu ſancto in prædicatione cum maximo affectu emittebat ſuam primam prædicationẽ, adeo vt ꝓpterea fuerit primus ſtrus a Iudęis. Vnde euidenter apparebat ipſum eſſe valde plenũ gratia, qñ mouẽte ſpiritu ſancto, ita feruenter ſupereffluebat exterius per ſanctæ prædicationis verba. Nam

Mat.12. ex abundantia cordis os loquitur. Et ſecūdum Greg. ſpirituſſanctus quos repleuerit, de ſe loquentes facit. Non.n. poteſt non exire de vaſe pleno gratia id quod in eo eſt, ſcilicet verba gratiæ & ædificationis. Fluebat ergo Stephanus per operationem ſpirituſſancti ad modum fluuij inundantis, de quo Eccleſiaſtici.24. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum. Nam ſicut vas ſuperplenum circunquaque effluit, ita multoties dulcedo infuſa cordi redūdat in ſenſus corporales, & manifeſtatur exterius. Ille enim fluuius Euphrates non ſolum ſuum replet alueū, ſed ſuperinſundit Aegyptum. Nec poterat ipſe beatus Stephanus contineri, quin exterius ſuam plenitudinem oſtenderet. Primò (vt dictum eſt) per verba prædicationis, Secundo per ſanctam orationem, quam non ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis habuit. Tertiò per miracula & ſigna quibus ſubueniebat populo, nec adhuc deſinit ſubuenire mortuus, ſicut dicit beatus Augu.22. de ciuita.Dei.ca. 8. vbi recitat quòd in Africa ſex mortuos ſuſcitauerit, ita quòd plures illorum per ſuas veſtes quę ſuerant delatæ ad baſilicas eius ſuſcitati ſunt. Item vide ibidem de illa nobili muliere quæ morbo arte medicorum incurabili laborans, perſuaſum habuerat a quodam Iudæo, vt ſe cingeret anulo quodam quem tamen cum proiecíſſet, confidens in auxilio beati martyris Stephani, ſanata eſt.

Sermo II. de eodem, & pomeridianus, in ordine XLVIII. per thema præcedens.

A Stephanus. Spes auxilij diuini et præmij incitabāt Stephanū ad certamen.

SOlent homines libenter certamina aſpicere, & delectantur dum vident pugilem ſtrenue ſe gerentem. Hodie proponitur nobis quoddam certamen non ſolum hominibus, ſed etiam Deo & Angelis ſpectabile, ſcilicet certamen protomartyris Stephani, quod dignatus eſt rex cęlorum aſpicere. Apertum eſt enim cęlum, & aſpexit rex cęlorū militē, p ipſo legitimè certantē & aſpexit miles dñm ſuū eum coronare volentē, aſpexit & gloriam quam ab ipſo erat recepturus. Iſta enim animant militem ad prælium, ſcilicet conſideratio diuinæ præſentię & auxilij diuini, & ſpes præmij. Videbat enim dominum præſentem & conſolantem, iuxta illud Pſalm.92. Eleuauerunt flumina perſecutorum Iudæorum, vocem ſuam terroribus minis & cōcuſſionibus lapidū terribilibus, ſed mirabilis in altis dominus qui Stephanum conſolabatur & dolores mitigabat, quia Pſ.88. motum autē fluctuum eius tu mitigas. Secundò habebat ſpem præmij æterni qua fortificabatur, & immobilis fiebat in fide & militia Chriſti. Vnde ſicut anchora immobiliter tenet nauem in mari tempeſtuoſe, ſic ſpes quæ reſpicit æterna tenebat Stephanum immobiliter in fide Chriſti. Et ſicut luminaria cęli quicquid de eis mentiantur homines, vel quicquid in terra agatur, non mutant curſum, vel retardant, ſic Stephanus cuius conuerſatio erat in cęlis, propter mala illata a Iudæis, vel propter falſa teſtimonia quæ contra ipſum producta fuerant, lucem boni operis & patientiæ non mutauit, ſed ſemper in bono perſeuerauit, ita vt eſſet ſicut Dauid qui nec benedictione nec maledictione quaſi Angelus Dei mouebatur, verificans in ſe illud Prouer.12. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Non eſt ergo mirandum ſi Stephanus inuentus eſt tam fortis & conſtans ad præliandum contra hoſtes ſuos, & maximè illis diebus. Nam ſecundum naturales luna exiſtente plena implentur oſſa leonis & aliorum animalium medulla, a qua habent fortitudinem ſuam in inuadendo prędam. Sic cum illis diebus luna naturæ humanæ, quę a principio ſuæ creationis fuerat vacua diuina gratia, ſuperueniente peccato primi parentis, fuiſſet ſic plena, & amplius non potuiſſet repleri, quando diuinitas iuncta eſt humanitati, & poſita eſt in ventre Marię, non eſt mirabile ſi tunc impleta ſunt gratia & fortitudine oſſa leonis de tribu Iuda, ideſt martyres, ſicut Stephanus. Nec dubium quin

multo

multo amplius cæteris repleta ſit virgo Maria, in cuius vtero facta eſt talis coniunctio ſolis diuinitatis cum luna humanæ naturę. Itaque ad eam accedamus vt de plenitudine eius mereamur accipere, dicentes Aue.

B Stephanus. Stephan' fuit miles nobilis ꝓpter tria.

Miles aliquis dicitur nobilis & ſtrenuus propter tria. Primo quando eſt ita animoſus quòd nec timore mortis ſui equi, nec timore ſuæ mortis fugit de bello, ſed viriliter agens & equum ſuum mortuum dimittens, ab hoſtibus deuinci non poteſt. Sic Stephanus qui corpus ſuum in bello dimittens, victor de hoſtibus ſuis Chriſto ſpectante fuit.

2. Secundo quando dominum ſuum vel principem per loca periculoſiſſima tranſeuntem audet ſequi, ita ꝙ nullo metu auertitur quin tranſeat. Sic & Stephanus dominum ſecutus eſt per aſperum & periculoſum iter paſſionis & mortis.

3. Tertio quando primus in impugnatione caſtri intrat muros. Sic iſte primus poſt Chriſtum martyrij violentia intrauit cęlum, ſciens ſcriptum eſſe Mat. 11. Regnū cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vnde ſicut Aminadab, quia primus intrauit mare rubrum, ideo meruit dignitatem præcipuam inter filios Iſrael cum ſua tribu, ſcilicet tribu Iuda, vt recitat Nicolaus de Lyra ſuper primo. c. Matthęi. Sic Stephanus, quia primus mare rubrum martyrij aggreſſus eſt, & primus caſtrum cęleſte intrauit, ideo protomartyr dictus eſt, & primas martyrum, & eccleſiam plurimum dignificauit. Nō enim eſt ita glorioſum intrare caſtrū poſtquam multi intrauerunt, ſicut ſi primo intraretur, nec ita remuneratur talis intrans poſt alios ſicut primus. Ideo quia Stephanus ſic viriliter egit, & primus ingreſſus eſt, conuenienter dicitur, Plenus gratia & fortitudine.

C Stephanus. Stephan' fuit fortis cōtra tres inſultus.

Quoniam matutino ſermone dictū eſt qualiter beatus Stephan' fuit plenus gratia, nunc reſtat dicere quomodo ipſe fuit plenus fortitudine & conſtantia. Itaque fuit Stephanus fortis & conſtans contra tres inſultus. Primum inſultum habuit per diſputationem. Nam viſis ſignis & prædicationibus quæ faciebat ſurrexerūt quidam de ſynagoga Libertinorum, vel quia erant dati libertati, vel de tali loco, & ſimiliter quidam de Alexādria & Cilicia & Aſia diſputantes cum Stephano de lege & articulis fidei. Sed quia ibi erat inordinata affectio, ideo non oportet quęrere rationē in illa diſputatione. Statim tamen a ſpiritu ſancto confutati ſunt, nec poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. Ibi fuit primum adiutorium. Ibi enim erat magna multitudo contra vnum, ſed ſpiritui ſancto nō poterant reſiſtere. Dicit enim dominus. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Mos eſt enim malorum contra bonos inſultare, & principaliter ex inuidia. Nam inuidi ſunt ſicut canes de macello qui non expectant bonas carnes, ſed la tripaille gallicè. Sic iſti in diſputationibus ſuis non quęrebant fructū, ſed tantum ſi quid mali dixiſſet, ſicut etiam multi ſæpe in prædicationibus ſont aux eſcoutes, ſi quid audiant mali vt referant. Sed Stephanus erat irrepræhenſibilis in doctrina, quia quod prædicabat verbis, confirmabat prodigijs & miraculis. Non ſic qui prædicant verbis, & factis negant, ſimiles campanę pulſanti, quę dū alios ad eccleſiam conuocat, ſeipſam vaſtat & extra eccleſiam manet. Igitur cum per diſputationem non proficerent Iudæi impugnando beatum Stephanum. Secundus inſultus eorum fuit adducendo duos teſtes falſos, qui eum de quatuor accuſabant, ſcilicet de blaſphemia in Deum, in Moyſen, in tēplū, & legem. Sed cōtra hoc affuit diuinum auxilium, qm̄ intuētes eū qui erant in concilio, viderunt faciē eius quaſi faciem Angeli, hoc eſt ſplendidam ac ſi iudicaretur aliquid ſpirituale in eo, vt illi nequam terrerentur. Sed de hoc inſultu ſe expediuit & purgauit. Primò magnificando Deum, & oſtendendo quomodo ipſe eſt Deus gloriæ. Secundò ꝙ Moyſes fuit Deo familiaris & zelator pro fratribus ſuis interficiendo Aegyptium. Tertio ꝙ lex data Moyſi fuit a Deo, & quod tēplum ſimiliter factū eſt iubēte Deo. Et

tunc acriter incœpit eos redarguere, dicens. O incircuncisi cordibus & auribus, & dura ceruice, vos ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis ſicut patres veſtri. Quem enim prophetarum non occiderunt patres veſtri? Et interfeciſtis eos qui prænunciabant de aduentu iuſti.

Mali nūc etiam bonos perſequuntur.

Videmus in natura ꝙ ſerpentes & venenoſa aīalia lapidibus obruuntur ab hoībus, & nunquam manu tenentur. Sic naturale eſſet vt mali lapidarentur a bonis lapidibus correctionis, ſicut volebat facere Stephanus. Sed modo fit econuerſo, quia ſerpentes lapidant homines, ideſt mali bonos & exuunt eos bonis ſuis & vita ſua. Ad quæ verba ſequitur tertius inſultus. Audientes enim hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum quod nihil poterant inuenire contra eum. Sed ecce videns dominus ſibi imminere mortis periculum, deſuper aſtitit parans ſibi auxilium. Vnde ſequitur. Cum eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in cęlum vidit gloriam Dei. Intendebat Stephanus in cęlum vt ad ſuæ peregrinationis terminum, ſicut peregrinus lætatur cum appropinquat ad ſuum hoſpitium. Nec mirum, quia locum iam in terra non habebat, quia eiecerunt eum extra ciuitatem. Mercator autem propter magnum lucrum facilē ſuſtinet malam dietam. Sic Stephanus vt lucraretur cęlū, intendebat ēt in cęlum tanquā ad lectū ad quieſcēdum, & vidit gloriam Dei, ideſt corpus Chriſti glorioſum, & ait. Ecce video cęlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virtutis Dei. Vbi conſidera primò ꝙ iſtud verbum fuit cauſa occiſionis Stephani, ſicut ſimile verbum fuit cauſa occiſionis Eſaiæ.

D Stephanus. Stephanꝰ vidit cælos apertos notatur quod martyribus eſt ianua cæli aperta.

Inde Augu. O ſtephane dic Iudæis aliquid vt incipias lapidari & poſſis coronari. Dic eis ꝙ nihil fecerunt, quia viuit quem occiderunt. Dic eis ꝙ vides ad dexteram patris ſtantem, quem illuſerunt in cruce pendentem. Secundò ꝙ in protomartyre Stephano ſignificatū eſt ꝙ omnibus martyribus aperta eſt ianua cęli per martyrium. Ideo iniuriam facit martyri qui pro eo orat in eccleſia, vt dicit Augu. Sicut & cęli aperti ſunt i Chriſti baptiſmate, ad deſignandum quòd omnibus baptizatis aperitur ianua cęli. Et in hoc animat Stephanus conſocios ſuos martyres dicens illis. Ecce video cęlos apertos &c. hoc eſt ſecurum refugiū. de quo Pſ. 80. Altiſſimū poſuiſti refugium tuum. Ante paſſionem non habebatur illud refugium, quando clauſum erat cęlum & ſerui Dei cadebant in regione aduerſariorum in infernum. Ideo tunc non erat mirum ſi timebatur bellum. Infra cęlum non erat reperire locum ſecurū, nec mūdū propter peruerſitatē hominū nec aerē iſtum propter habitationem dęmonum, nec paradiſum terreſtrem propter ignem & gladium qui prohibent ingreſſum. Cęlum vero locus eſt ſecurus, in quo machine non timentur propter loci altitudinem, nec famis inopia propter loci vbertatem, nec proditio propter habitantium fidelitatem. Non ergo timere debuit qui dicebat. Ecce video cęlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virtutis Dei.

E Stephanus. Quatuor conſolabantur. Stephanū quæ conſolantur pugnantem.

Vnde quatuor poſſunt conſolari pugnantem. Primum eſt refugium ſeu oſtenſio refugij. Hoc modo conſolatus eſt Stephanus qui vidit cęlos apertos, non fractione, ſed claritate vel intelligentia. Tolerabilis enim ſibi eſſe poterat domunculę luteę deſtructio, oſtēſo ſibi palatio Dei aperto. Secundo oſtenſio adiutorij, & hoc cum vidit Ieſum ſtantem a dexteris virtutis Dei. Conſolatio magna eſt vnico pugnanti contra multitudinem, videre omnipotentem paratum ſibi auxiliari. Sicut autem mater ſemper eſt prope filium infirmum, ſed nō quando ſanus eſt, ſic dominus eſt ſemper prope eum qui eſt in tribulatione ſecundum illud pſ. 80. Cum ipſo ſum in tribulatione. Tertiò oſtēſio exempli, quia Chriſtum qui paſſus eſt vidit in gloria. Gloſ. Ne pro Deo lapidandus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet in gloria. Sicut autem nobilis canis habet ex natura ſua quòd quando ſentit prædam & habet veſtigium, quòd ardenter inſequit eā per pinas & tribulos & lapides. Sic Stephanus vt vidit Chriſtū ſecutus eſt eū per lapides vſque ad mortē, & ſan-

guinis

guinis effuſionem. Quartò oſtenſione prȩmij conſolatus eſt eum; quia intendens in cȩlum vidit gloriam Dei. Greg. Conſideratio præmij minuit vim flagelli. Sed ex oppoſito apparet calliditas diaboli circa ſuos miniſtros, ꝙ ſe eis non oſtendit ſicut Chriſtus nec domum infernalem in qua cum eo ſunt habitaturi, nec mercedem quam ab eo ſunt recepturi, immo quantum poteſt hæc ab eis abſcondit. Amenitatem vero vix eis oſtendens, velatis oculis eos ad infernale patibulum ducit. Qui eius horribilitatem agnoſceret, ſtatim ab eo recederet, & qui finem vitæ agnoſceret, retro pedes ſuos converteret cum Pſal. 118. qui ait. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua, intendens in cȩlum non in terram, ſicut multi de quibus Pſalm. 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Et principaliter in morte non intendunt niſi terrenis in quibus ſe occupauerunt. His auditis exclamantes voce magna, continuerunt aures ſuas, immo nullas habēbāt qa neq; bene audire poterant de amicis & inimicis ſicut inuidi. Paulus autē erat vnus de his qui cōtinuerant aures ſuas, ſed miſericors dominus qui aperit & nemo claudit, obturatas aures miſericorditer aperuit. Et impetum fecerunt vnanimiter in eum accipiendo eum, & ducendo eum extra ciuitatem. Et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. Illi lapides erant precioſi, & ita quòd ſe ponebāt ad genua ad recipiendum. Fuerunt enim precioſi propter tria. Primo quia fuerunt precium regni & per eos regnum cȩli acquiſiuit, & ideo non immerito vt eccleſia canit lapides torentes, id eſt cum impetu ſicut torrens venientes illi dulces fuerunt. Inde eſt quòd voluit dominus pro milite ſuo facere quod noluit ad tentationem ſuaſoris facere pro ſeipſo, ſcilicet conuertere lapidem in panem. Ipſe enim conuertit Stephano lapides in dulcedinem. Non ſic diabolus qui ſuis conuertit panem in lapides, ſecundum illud Prouer. 20. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea os eius implebitur calculo. Secundo quia ſibi fuerunt in magnum

F
Stephanus. Lapides Stephani fuerunt precioſi propter tria.

adiutorium, quia illis deſtructus eſt carcer corporis eius in quo clauſus tenebatur vt liber egrederetur. Et maximè cum videbat gloriam Dei ad quam anhelabat, ſicut faciebat eius diſcipulus Paulus. Tertio, quia illi lapides erant pars coronæ eius, hoc eſt erant ad præparandum coronam. Iſti enim lapidatores multum vtiliter Stephano ſeruiebant, quia ei fabricabant coronam de lapide precioſo, carcerem deſtruebant hoſtem eius familiarem occidebant, & pecuniam dabant quo emeretur paradiſi gloria. Vnde triplex corona inuenitur in ſacra ſcriptura. Vna ſtellarum. Apoca. 12. quæ pertinet ad ſplendorem ſapientiæ prædicatorum, & illam habuit Stephanus pro primo inſultu. Alia eſt de auro, Exod. 15. quæ cooperiebat arcam, & iſta eſt pro virginibus, quia non putreſit virginitas in terra, ſicut nec aurum. Stephanus autem fuit virgo, quod patet & traditione viduarum in manu eius. Fuit enim cuſtos dominarum, quæ non debebant committi niſi virgini vel caſto. Sed de multis modo timendum eſſet ſi eis committerentur, ne paſtor lupus eſſet. Patet etiam illud ex hoc ꝙ facies eius apparuit ſicut Angeli. Sed tertia eſt de lapide precioſo, de qua Pſal. 20. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Quanto autem quis plures patitur iniurias & tribulationes, tanto maiorem habet coronam in cȩlo, & iſta eſt martyrum.

G
Corona. Triplex inuenitur corona in ſcriptura ſacra.

Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus. Ipſe enim erat conſentiens necȩ eius. Teſtes autem ſecundum legem erāt qui primi lapidabant. Immo ſecundum Auguſtinū. Paulus qui omnium veſtimēta lapidantium cuſtodiebat in omnibus lapidabat quaſi conſentiēs omnibus, ſicut ille qui vadia alicuius ludi cuſtodit ex omni parte, ex omni parte conſentit ꝙ ipſi ludant. Et lapidauerunt Stephanum inuocantem & dicentem, Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. Conſuetudo eſt quòd quando aliquis habet aliquem verum amicum, qui nunquam deficit in neceſſitate, ſi eſt in maxima neceſſitate

H
Stephanus. Commendasse ſpiritum. Exēplum Stephani debemus cōmendare ſpiritum Deum in morte.

conſtitutus ſolet eius auxilium implorare. Sic & Stephanus auxilium Chriſti implorat dicens. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. Cognoſcens enim quòd ſpiritus erat melior pars ſui, ſolicite pro eo rogauit, tradens corpus ſuum lapidationi. Sed econtrario vſurarius non timet diabolo dare ſpiritum ſuum, vel mercator fallax, & mulier venalis. Non timet enim dare animam diabolo, vt corpori poſſint prouidere. Non ſic fecit Stephanus, ſed ſicut rex vel princeps ſæpe exponit contra hoſtem ſuum aliqua parua caſtra, vt poſſit cuſtodire fortia, ſic expoſuit corpus vt cuſtodiret animam. Nec mirandũ eſt ſi Stephanus hanc fecit orationem, quia diabolus etiam ſanctis inſidiatur in tranſitu, vt patet in Martino. Sic & Chriſtus tranſiturus ſpiritum ſuum Deo patri commendauit. Sicut ergo perdix falconem fugit intrando foramen, & ouis lupum fugiendo ad paſtorem, vt ſic ſit in tuto, ſic Stephanus dæmonem fugiens, ad Chriſtum ſuſpirabat dicens. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.

Documenta nobis tradita a diuo Stephano.

Hic poſſumus ſumere tres doctrinas. Prima eſt quòd demus principaliter orare pro anima, & eam Deo commendare.

Secunda eſt ꝙ debemus in morte ſingulariter tale auxilium implorare.

Tertia eſt ꝙ debemus longe ante diſcere verba, quæ volumus dicere in morte. Iſta videlicet q̃ dixit beatus Stephanus vt eorum recordemur in morte, vt hortatur magiſter Ioannes Gerſon. Poſitis autem genibus clamauit uoce magna. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. O quàm ſpecialiter debemus nos commẽdare orationibus ſancti Stephani, quia ſecundum Augu. Nunc multo magis exaudietur pro veneratoribus ſuis quam tunc pro perſecutoribus ſuis pro quibus fuit efficax. Nam ſi Stephanus non oraſſet, eccleſia Paulum non haberet. Igitur preces Stephani exauditæ nobis dederunt ſcyphum in ſacco Beniamini, ideſt Paulum de tribu Beniamin, de quo dominus vinum optimum ſanctę eccleſiæ propinauit. Poſſet autem nunc orans ad dominum pro ſuis cultoribus oſtendendo quæ paſſus eſt dicere. Pſalm. 118. Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Portio mea domine, id eſt illi qui me colunt qui ſunt quaſi pars mea, ſit in terra viuentium. Idem tamen Auguſtinus in ſermone domini de monte ait, quàm Stephanus multum fuit vindicatus in Paulo in perſecutionibus ſuis, & quando caſtigabat corpus ſuum & in ſeruitutem redigebat. Et cum hoc dixiſſet obdormiuit in domino. Augu. O ſomnum pacis, Quid illo ſomno tranquillius? Qualis ibat ad amicos, qui ſic diligebat inimicos?

Orationis S. Stephani mirabilis effectus.

I Stephanus. Ex bona vita Stephani ſecutus eſt bonus finis.

Dicitur communiter quòd bona vita ducit ad bonum finem, & mala ad malum. Exemplum habemus in natura. Nam arbor ad illam partem ad quam inclinata eſt cadit, ſi ad dexteram, ad dexteram, ſi ad ſiniſtram, ad ſiniſtram. Mirabile enim eſſet quòd arbor inclinata ad dexteram caderet ad ſiniſtram. Ideo quaſi miraculum eſſet quòd qui duceret malam vitam, bene caderet in morte. Bene autem Stephanus obdormiuit, quia ſicut ille qui dormit non mouet manum nec pedem, ſic nec iſte fuit motus corde per impatientiá nec opere, ideo dormiebat quia dulciter ſuſtinebat. Sed multi ſunt qui non ſolum concutiuntur lapidibus, ſed leuibus iniurijs. Vnde quando infirmus quieſcit ſignum eſt quòd viuet & curabitur. Ioan. 11. Si dormit ſaluus erit. Sed quando non poteſt dormire nec de die, nec de nocte, ſignum eſt mortis. Sic quando perſona bona ſuſtinet iniurias ſibi illatas, ſignum eſt quòd habebit vitam æternam. Sed quando econtrario, ſignum eſt mortis æternæ.

De eodem Santo, Sermo III. & in ordine XLIX. per thema,

PLacuerunt ſeruis tuis lapides eius. Pſalm. 101. Quæritur quomodo placent ſeruis domini lapides quib. lapidatus eſt Stephanus, cũ lapides illi interfecerint eum. Non enim libenter videntur inter-

fecto-

lectores amicorum, & gladius perditur qui interfecit amicum? Reſpondetur quod ſerui Dei placebant. Primo, quia ſciebant illos ſummo lapidario placere, cuius occulto & iuſto iudicio permittuntur electi a malis torqueri ad profectum & vtilitatem ipſorum. Sicut enim contrarietas eſt inter elementa mundi, ſicut ſecundum iuſtam Dei ordinationẽ inimicitiæ ſunt inter mundi habitatores. Decipiunt.n. aſtuti ſimplices, perſequuntur maligni innocentes, conculcant infirmos potentes. Nec hoc incepit de nouo, ſed quaſi ab initio mũdi. Gen. 3. Inimicitias ponã inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: Serpens enim decepit mulierem ſimplicem, Cain malignus & ſemen ſerpentinum occidit Abel innocentem, Pharao paruulos fecit ſubmergi, Herodes innocentes occidi: Vnde Eccleſiaſticis. 4. Verti me ad alia & calũnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium & neminem conſolatorẽ, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorũ auxilio deſtitutos. Miſerabile enim eſt bellum iſtud & partes valde impares. Nã ex vna parte eſt ſimplicitas, ex alia aſtutia ex vna infirmitas, ex alia potentia; & ex vna innocentia, ex alia malitia. Sed quia ſancti nouerunt iſta procedere ab eo qui ſedet ſuper thronos & iudicat iuſtitiã, de cuius throno procedunt fulgura, voces, & tonitrua, & hoc in vtilitatẽ amicorũ Dei, de quorum numero erat Stephanus qui quaſi primicerius & vexillifer militię domini extitit, ideo nil mirum ſi placuerunt eis lapides eius. Secundò quia cognoſcebant quantæ virtutis & precij eſſent lapides illi. Communiter dicitur quod ruſticus neſcit quantum valeat calcar, ſus neſcit quid valeat gemma. Sic ruſtici moribus neſciunt quid ſit de lapidibus Stephani, ſed ſerui domini ſciunt quod ſunt precioſi. Primò quia habuerunt magnam virtutẽ. Vnde ſemel quidam emit vnũ lapidẽ magna pecunia, quo empto quęſiuit a venditore cuius eſſet virtutis. Reſpondit alter quod neſciebat niſi quia virtutẽ habuerat à burſa extrahendi pecuniam quatuor milliũ librarum. Sic lapides Stephani habuerũt virtutẽ extrahendi a Deo teſaurũ glorię ſuę, ideo non mirum ſi reputentur precioſi. Secundò quia per eos reputatus eſt Stephanus pręcioſus, ſicut illi qui portant lapides vt placeant regibus. Per hos .n. placuit Deo, ita vt corronaretur a Deo corona precioſis lapidibus intexta. Talẽ .n. decebat regẽ regũ dare militibus ſuis. Licet dominus Ieſus fuiſſet coronatus corona ſpinea, ex eo quod mũdus ſuos coronat ſpinis tribulationbus, & miſerijs. Placuit etiam per hos populo, in ſignum cuius dum pingitur ſemper ponitur lapis ſuper caput vel humeros eius. Dicitur de aliquo viro multum reputato quod tetus eſt, quòd qui ne luy peult donner il luy gette. Sic Stephanus erat, ita vt ei proijcecerent lapides precioſos Iudæi, ſed neſciebant precium eorum. Tertiò quia multum ęſtimantur a Deo & appreciantur. Precioſus enim eſſet lapis quo emeretur vnus comitatus, precioſior quo ducatus, ſed precioſiſſimus quo regnum. Præcioſiſſimi ergo erant lapides Stephani in conſpectu Dei, pro quibus dedit regnum cęlorum. Vt autem horum lapidum virtutẽ & precium ſcrutari valeamus, ad lapidicinã Mariam ex qua exciſus eſt lapis ſine manibus, quæ etiã peritiſſima eſt lapidaria recurramus eius iudicium ſuper hoc requirẽtes, & pro ſuo labore ſalutationem ei offerentes dicendo Aue.

A Inimicitia. Inter bonos & malos eſt cõtinua inimicitia & pugna.

B Stephanus. Lapides Stephani erãt precioſi propter tria.

C Lapidari. Septem leguntur lapidati in ſacra ſcriptura.

SEptem inueniuntur lapidati vel lapidari parati in ſcriptura ſacra. Primus fuit blaſphemus. Leuit. 24. c. Sic blaſphemi tanquam euomentes venenum ex ore & animalia venenata lapidari deberent. Sed modo iſtud regnum illo uitio laborat, quia non puniuntur. Secundus fuit Salphat qui collegit ligna in ſabbato Numeri. 16. Sic ſacerdotes qui prætermiſſis ſpiritualibus ſe deputant ad temporalia. Sed modo lapidantur ſtercoribus boum. Eccleſiaſtici. 22. De ſtercoribus boum lapidabitur piger. Iſta ſunt ſtercora Pauli, tẽporalia videlicet bona. Tertius eſt Achor qui furatus eſt auream regulam. Ioſue. 7. Sic religioſi qui regulam & regulę inſtituta furantur contra ordinationes patrũ. Quartus fuit Aduram qui erat ſuper tri-

buta. 4. Reg. 12. Iſti ſatis conſueuerunt lapidari. Iſti ſunt qui colligunt tributa. Colligunt enim lapides aureos, nil mirum ſi recipiãt pro illis lapides linguæ. Quintus fuit Naboth qui noluit cõmutare vineã in hortum olerũ. Sic multi, quia nolunt ſequi malos, & commutare pœnitentiã in voluptatẽ carnaliũ deſideriorũ, ſicut olera quæ cito decident. de quo. 3. Reg. 21. Sextus fuit Chriſtus quẽ voluerunt Iudæi lapidare pro bonis operibus. Inde ait eis Io. 10. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod horum me lapidatis. Sic multi de bonis operibus & propter bona opera quæ oſtendunt lapidantur, & hypocritæ vocantur. Septimus fuit Stephanus, quia dicebat ſe videre cęlos & Ieſum. Sic multi quia contemplatione vacant & cęleſtibus intendunt, opprobrio habentur. Sed iuſti non curant de contumelijs & irriſionibus malorum, ſed gaudẽt digni haberi pro nomine Ieſu cõtumeliam pati, ideo non mirũ ſi ſeruis domini placuerunt lapides eius. ſ. Stephani.

Stephan⁹ duplicibus lapidibus lapidatus eſt. Duplicibus lapidibus lapidatus eſt Stephanus. Primò lapidibus obiurgationis & diffamationis, & lapidibus linguæ. Vnde cõmuniter qui vult alium in vindictam diffamare ſolet dicere. Ego proijciã tot lapides in horto tuo ꝙ percipies. Alij ſunt lapides manu proiecti, & vtrique lapides patiẽter portati placuerunt ſeruis dñi. Et ſecundũ hęc erunt duo ſermones. In primo & mane dicetur quomodo Iudæi proiecerũt in Stephanũ lapides linguæ. Poſt meridiem vero quõo lapides materiales.

Pro primo dico ꝙ proiecerunt in eum tres lapides linguæ. Primus fuit diſputando contra eum vt inueniret occaſionẽ aliquã proijciẽdi in eum lapides materiales. Et pro iſto dicitur in textu epiſtolæ. Surrexerunt quidam de ſynagoga diſputantes cum Stephano inuidentes gratiæ eius, quia cum efficacia prędicationis habebat ſigna & prodigia & ꝑ hoc multos conuertebat. Non ſic multi qui habent pulchra verba, ſed opera nulla, qui bene dicunt, ſed nihil faciunt, ſimiles contractis ante eccleſiam qui habent linguam expeditã & alia membra inutilia. Sed Iudæi volebant aſſimilari bultello qui furfur retinet & farinã dimittit tranſire. Voluiſſent n. ꝙ Stephanus dixiſſet aliqua verba repræhẽſibilia, quę bene retinuiſſet, ſed de verbis ſalutaribus non curabant. Fruſtrati ſunt tamen intentione ſua, quia prouiderat ſibi dominus de prudentiſſimo, & optimo pugile in quo ſpiritus veritatis loquebatur, cui impoſſibile erat reſiſtere. Habebat autem Stephanus conditiones optimi ducis & capitanei. Rex enim volens eligere ducem & capitaneum ſuo exercitui cõtra ſuos hoſtes, eligit virum qui duo principaliter habeat. Primò ꝙ ſit ingenioſus in arte pugnandi. Secundò quòd ſit robuſtus & fortis in ſuſtinendo & percutiendo, vt ſicut primus & principalis det exemplum ſuis militibus. Figura Iudicum. 7. de Gedeon quem dominus elegit uirum fortem & induſtriũ in arte pugnandi. Quod apparet, quia primus in aggrediendo alios animabat dicens. Qđ me videritis facere hoc facite. Sic in Stephano apparuit prudẽtia & ingeniũ in diſputatione, & fortitudo in lapidatione, adeo vt ſuo facto non parum animauerit ſequentes Athletas Chriſti.

D Stephanus. Stephan⁹ habuit cõditiones boni capitanei.

E Teſtis. Teſtes fal ſi ſunt multum culpandi.

Secundus lapis fuit proiectus per falſos teſtes qui Stephanum accuſabant de blaſphemia dicentes, Homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus locum ſanctum & gentem. Vnde falſi teſtes Stephani & generaliter omnes multum culpandi ſunt: Primo quia filij ſunt & genitura diaboli. Inde. 3. Reg. 21. teſtes producti contra Naboth appellati ſunt filij Belial & filij diabolici. Secundò ſunt Antichriſti qui teſtimoniũ perhibent falſitati, ſicut & Chriſtus teſtimonium perhibuit veritati. Ideò enim iſti falſi teſtes contra Stephanũ producti fecerunt ipſum interfici, quia erant Antichriſti. Tales plurimum odit Deus, & ſæpe malè moriuntur. Prouer. 6. Sex ſunt quæ odit Deus &c. linguam proferentem mendacia, & teſtẽ fallacẽ. Et Prouer. 12. Teſtis falſus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia non effugiet. Exẽplũ de hoc habes in quadam epiſtola Cyrili epiſcopi Hieroſolymitani de miraculis beati Hieronymi, vbi dicit ꝙ Sabinianus

nianus quidam hæreſiarchà dum mendacio ſuo vellet infamare beatum Hieronymum, in tutamen ſui erroris attribuens illi aliquod opuſculum, quod ipſe confinxerat. Tandem publicè inuiſibiliter amputato capite perijt. Sed nec defuit Stephano dominus tanquam adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Tunc enim qui erant in conſilio viderunt faciem eius tanquam Angeli, vt facile per hoc pateret, in eo aliquid eſſe diuinũ, & mẽtitos fuiſſe teſtes contra eum. Et ſic Deus, qui in eo ſe ingerebat, fecit eum forte ad reſiſtendum Iudæis, immò fuit eius fortitudo. Vnde ſicut columnę licet aureę, vel argenteę ſint ad onera portanda debiles; ponitur tamẽ aliquid interius ſolidum, vt lignũ vel ferrum quòd exteriorem debilitatem ſupportat. Sic Stephanus debilis erat ad reſiſtẽdũ Iudæis & ſuſtinendum inſultus eorũ propter Deum. Terra enim erat inanis & vacua. Gen. 1. Donec Deus, qui eſt fortitudo bonorum ſe infra animam poſuit, & ſic fortificata eſt anima eius, vt poſſet dicere. Pſal. 117. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Hinc Abac. 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius, quæ tamen quodammodo in vultu eius angelico exterius apparuit. Sed nec ꝑpter hoc mutatus eſt Stephanus quin eſſet corpore paſſibilis. Hinc Tertull. Mutatur faciens Moyſi incontemplabili claritate, ſed idem Moyſes, qui antea videbatur. Sic Stephanus iam angelicũm vultum induerat, ſed eadem caro quæ poſtea lapidabatur.

Tertius lapis fuit proiectus quando ſtridebant dentibus in eum, diſſecabanturq; cordibus. Auditis enim falſis teſtibus, interrogauit Stephanum ſummus ſacerdos ſi hæc ita ſe haberent. Qui reſponſione ſua approbauit legem Moyſi oſtendens eam fuiſſe a Deo datam, & templum eſſe ſanctum. Et tandem conuertit ſermonẽ ſuũ ad increpandum Iudęos dicens. Dura ceruice & incircuncifi cordibus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Vnde Iudæi propter ſuam indomabilitatem dicuntur in Pſal. 21. vnicornes, cum dicitur. Salua me ex ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitatem meam. Vbi gl. ait. Hoc animal citius moritur, quàm dometur. Sic Iudæi ſemper fuerunt indomabiles, vt hic dicit eis Stephanus. Ezech. 3. Patres eorum pręuaricati ſunt pactum meum vſque in diem hanc, & filij eorum dura ceruice & indomabili corde ſunt. Peiora ſunt animalia & crudeliora, quæ vnum cornu, quàm quæ duo habẽt. Sic Iudæi, quæ in vno cultu Dei gloriabantur, quàm Gentiles, qui in pluribus. Sic etiam præpoſiti principiũ, qui poteſtatem ſuper vnum locum habẽt, ſunt crudeliores, quàm eorum principes, qui ſuper plurima loca. Inde Caſſiodo. Quæ vno cornu armantur, multo fortiora ſunt his quibus duo attribuuntur.

Sed hic quæritur an licebat Stephano ſic ſubſannare ſuos perſecutores, & ita durè increpare? Et videtur ꝙ non, quia reſpõſio mollis frangit iram, dura ſuſcitat furorem. Nõ oportebat autem nec licebat Stephano ꝙ eſſet cauſa peccati aliorũ. Reſpõdetur, Prima propoſitio. Vbi fuiſſet ſpes de emendatione ſuorũ perſecutorum, beatus Stephanus eos dulcibus verbis aggreſſus fuiſſet & ſimiliter alij martyres. Vnde Dauid cithara pſallebat, & Saul melius habebat Saul tyrannum ſignificat, quem dulcis locutionis melodia linire oportet, vt ſpiritus malignus iraeũdiæ ab ipſo effugiat. Prouer. 25. Patientia lænietur princeps. Et Prouerb. 15. Reſponſio mollis frãgit irã, ſermo durus ſuſcitat furorem. Eccle. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Similiter Abner percuſſit Azael auerſa haſta in inguine, & ſtatim mortuus eſt, quia niſi principes, aut maiores ex aliquo & indirecto percutiantur correctione potius, quàm euidenter & cum duritia, ſtatim aggrauantur, & in furiam conuertuntur, & ſic nullatenus ſuperantur. Lignum enim & non ferrum tunc debet ad eos conuerti, & obtuſa correctióne non aſpera tunc debẽt percuti, & tunc ſolent facilius per humilitatem cadere.

F *Stephan. An licebat Stephano durè increpare ſuos perſecutores.*

Secunda propoſitio. Quia Stephanus videbat ſuos perſecutores induratos, ideo eos uerbis aſperis torquebat & irridebat. Vnde huius rei cauſa erat, quia abſque timore Dei in eum irruebant. Pſ. 62. Subito ſagitta-

ſagittabunt eum & nõ timebunt. Propterea vt non videretur eos timere qui propter timorem credebant illum a fide diuertere, ideo abſque timore eos duriter increpabat, & ſagittabat ex aduerſo uerbis aſperis, ita vt impleretur illud Pſ. 63. Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorũ, .i. perſecuturum. Paruulus enim erat Stephanus & humiliatus, ſed tyrannos & perſecutores plagabat in corde, nunc verbis duris, nunc patientia ſua, nunc miraculorum coruſcationibus diſſipans eorum conſilia de deſtructione fidei. Pſ. 143. Fulgura coruſcationem & diſſipabis eos. Secundò vt videretur eorum tormenta paruipendere, & ꝙ nihil in eo proficiebant perſecutores. Non enim eum ſauciare poterant ſeu vulnerare. Dicitur enim irridere quaſi intus ridere. Ideo ille irridet perſecutores ſuos, qui licèt exterius crucietur, interius tñ patientia armatus oĩa paruipendit. Chryſ. homil. 22. ſuper epiſtola ad Heb. Sicut pueri cum percutiunt nos cũ furore & nil ſentimus tũc ridem⁹. Sic & nos ridere mente debemus cùm nos mali perſequuntur, qui eorum perſecutio in bonum nobis cedit, ſi patienter tolleremus. Si uero ſeuias, factus es puer. Cum enim ad puerũ ſeuietẽ quis cõſpexerit, ridet. Hæc ille. Inde Vegetius lib. 1. de re mili. dicit ꝙ eſt duplex modus percutiendi, ſcilicet cęſim, ideſt cum acutie gladij, & punctim, ideſt cum punctura. Romani non ſolum facile vicerunt pugnantes cęſim, ſed & irriſerunt, quia ſic pugnans raro interficit, quia vitalia defendunt contra tales ictus tam armis, quàm oſſibus. Percutientes autem punctim aduerſarios ſauciant antequam videant, & tales ictus timendi ſunt. Sic duplex eſt modus percutiendi. Vnus punctim, & illo modo vtitur Deus contra aduerſarios ſuos, propter quod & ipſos ſauciat antequam videant. Quia autem ſic eos punctim feriat patet Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Alius modus percutiendi eſt cęſim, quo contra electos Dei vtuntur perſecutores eorum propter quòd ipſi perſecutores denudantur & exhibent ſe vulnerabiles faciliter, & ipſi electi contra tales ictus muniuntur intrinſecus oſſibus proprijs, ideſt fortitudine patientiæ, & armis protectionis diuinæ, vt non multum lædi poſſint. Ideo talem modum faciliter vincens non curabat Stephanus, ſicut nec ille de quo. 2. Machab. 5. irridens crudelem tyrannum. Tertiò quia videbat ſe Stephanus perſecutoribus altiorẽ & per ſuum martyriũ exaltari, eo quòd dignus habitus eſſet pro nomine Ieſu contumeliam pati, ideo eis tanquã inferiorib. & victis durè loquebatur. Vnde Plutarchus lib. 8. memorabilium dicit. Si ſuper lignum palmæ magna onera imponas, ac tam grauiter oneres, vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, nõ deorſum cadit, nec in terra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit & ſurſum nititur recuruare, & propterea placuit palmam ſignum eſſe victoriæ. Hæc Plutarchus. Deut. 25. Quem iuſtum eſſe cõſpexerint, illi victoriæ palmam dabunt. Sic Stephanus iniurijs & pęnis oppreſſus, ſupra vires humanas nõ deorſum flectebatur, ſed aduerſus pondus imponentes toto ſpiritu exurgebat, vt dicere poſſet. Quaſi palma exaltatus ſum in cades. Semper enim latrat bonus canis in eũ, qui exurgit aduerſus dominum ſuũ. Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus & ſtridebant dentibus in eum. Ipſi enim quaſi equi ſcabioſi ſuſtinere non potuerunt pectinem correctiones, ſed fremebant dentibus in ſuum correctorem. Aliter enim a Iudęis, aliter a gentibus in primitiua eccleſia perſequebantur Chriſtiani. Iob. 271. Ab interioribus, ſcilicet Iudæis, qui erant de genere Chriſti egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus, ideſt a gentibus poteſtas opprimens. Gentiles enim ex poteſtatẽ & contemptu, Iudæi vero ex malitia & furore. Inde dicitur hic quòd fremebãt dentibus aduerſus Stephanum, nõn quærentes niſi eum opprimere. Excellentes enim in virtute & poteſtate ſunt inter populares quaſi leones cum dentibus ſuis inter catulos, vt dicit Antiſtenes, & habetur in 3. Politicæ. c. 18. ita quòd beſtiæ debiles & populares vix poſſunt durare in conſpectu talium, & periculum eſt de

oppreſ-

G Percutere. De duplici modo percutiendi, ſcilicet cęſim & punctim.

Palma cur dicatur ſigni victoriæ.

oppreſſione. Sic contra Stephanum humilem & abiectum erant omnes maiores Iudæorum, & ideo non mirum ſi eum corporaliter oppreſſerunt, non tamen animũ eius mouere potuerunt. Erat enim ſicut oſtium apertum, quod licèt poſſit volui & reuolui, claudi & aperiri frequenter, nunquam tamen propter hoc mutat ſitũ, ſed ſemper remanet in eodem loco. Sic Stephanus licet a Iudęis volui & reuolui corpore potuerit & concuti, ſiue per infamiam, ſiue per oppreſſionem corporalẽ, quia tamen in recto cardine cęli & fidei ſituatus erat, nunquam animo potuit moueri, ſed ſemper idem remanebat fideliter perſeuerans in fide Chriſti, iuxta illud Apoc. 2. Eſto fidelis vſque ad mortem. Quæ fidelitas ſoli Deo debetur, vt in eius ſeruitio perſeueretur. Nam multi ita tẽporalem dominum diligunt, vt ſe pro eo temporali morti exponant, & ſatis improbe, cum illi in eius ſeruitio plus expendant, quàm ille recompenſare valeat. Ideo milites, qui nec vxorem, nec liberos, nec poſſeſſiones habent, non ita fideles ſunt ſicut qui habent. Non ſatis eſt ſuorum donatiuorum ad impendendum vitam eorum. Tale obſequium ſoli Deo debetur, qui ſolus omne damnum reſtituere poteſt. Tenebat Iob typum martyrum, qui afflictus corpore, orbatus filiis, deriſus ab amicis, & rebus omnibus ſpoliatus dicebat Iob. 13. Si me occiderit, in ipſo ſperabo. Sic Stephanus poſt perditionem omnium bonorum ſuorum, & infamationes falſorum teſtium de domino bene ſperabat cum ad mortem accelerabat. Sic Suſanna non habens in terra refugium ſuſpexit ad cęlum. Sic auis in terra ab hominibus & canibus circumcincta, nõ habet effugium niſi ſe eleuet in altum.

H Stephanus. Stephanus erat immobilis ĩ fide Chriſti.

Iob quomodo fuit typus martirũ.

Sermo quartus & pomeridianus de eodem, & in ordine L. per thema ſupradictum.

A Stephanus. Quare plus celebratur mors Stephani, quàm natiuitas.

QVæritur quare potius celebrat̃ mors Stephani, quam eius natiuitas, ita vt ſeruis domini placeant lapides, qui eum excuſſerunt ab hoc mundo, & non potius dies natiuitatis, quæ eum protulit in hunc mundum, cum tamen teſte ſaluatore Ioan. 16. Gaudio gaudeat mulier quæ peperit, quia natus eſt homo in mundum? Reſpondetur quòd in Stephano melior erat dies mortis, quàm dies natiuitatis. Eccleſiaſtic. 7. Primò quia dies mortis eius, nõ fuit funeris, ſed triũphi & coronationis eius. Quapropter dies mortis eius, ſicut & cęterorum martyrum, eccleſiaſtica conſuetudine dies natalis eius appellatur, quia in illo die dę huius vitę tenebris erupit in lucem æternitatis, & dę morte tranſiuit ad vitam. Aug. 13. de ciui. Dei. Tantam fidei gratiam contulit Deus vt mors, quàm vitę conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret per quod homo tranſiret in vitam. Non ſic autem dę die natiuitatis eius, per quam tranſiuit in miſeriam huius vitæ. Secundò quia totum tempus malæ uitæ eſt tempus natiuitatis. Hoc enim habet ignauia quòd ſemper incipit viuere (vt dicit Seneca) & ideo ſemper naſcuntur mali. E contrario totus ſanctorum vitæ decurſus dies mortis dicitur in Pſal. 43. Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sic enim uiuunt quaſi ſemper morituri, & ideo tota vita eſt eis dies mortis. Inde manifeſtum eſt, quòd melior eſt dies mortis, quàm dies natiuitatis, quia melior eſt vita indeſinens, & mors illi vitæ æternæ proxima, quàm dies natiuitatis, id eſt uita ſẽper incipiens, ſemper puerilis & paruula. Tertio quia in die natiuitatis naſcimur omnes ad miſeriam, viles, abiecti, debiles, & peccatis pleni. Inde Iob. 3. Pereat dies in qua natus ſum. Moriebatur autem Stephanus plenus dierum, nobilis meritis, plenus & purgatiſſimus. Quartò quia tempus vitæ huius non erat tempus Stephani, nec aliorum martyrum, ſed tyrannorum & diuitum. Eccleſiaſtic. 1. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocunditatis. Quilibet enim de ſua re poteſt facere ad ſuam voluntatem. Diuites & tyranni ducunt tẽpus ad voluntatẽ ſuã, quia ſi frigidum eſt tempus, ſe operiunt bonis pelli-

Melior ẽ dies mortis, quàm dies natiuitatis.

B Tempus Diuites habẽt hic ſuum tẽpus.

pellibus,ſi calidum manent in umbra, & ſic mutant tempus prout volunt. Non ſic ſancti de eo ſuam faciunt voluntatem. Si enim eſt frigus,in carceribus algent,ſi cariſtia ieiunant, ſi calidum in ęſtu laborant. Sic & Stepha. non habebat tempus ad nutum,nec diſcipulus Stephani Paulus dicens.1.Cor.4. Perſecutionem patimur & ſuſtinemus. Sed nunc tempus ſuum habet de quo Pſal. 80. Erit tempus eorum in ſecula. Dicitur ſecundo quòd in malis melior eſt dies natiuitatis, quàm mortis. Propterea mali, vt Herodes & Pharao ſuam natiuitatem fecerunt ſolemnẽ mortem vero lugubrem. Sicut enim in natiuitate omnia bona tranſitoria ad eos venerunt,ſic in morte omnia perdunt. Sed ecõuerſo eſt in ſanctis,ideo non mirum ſi placuerunt ſeruis domini lapides Stephani, per quos fractus eſt carcer corporis,& ſpiritus liber exijt in cęlum, in quo eſt plenitudo ois boni, a quo etiam omnia tẽporalia bona habemus.Sed de illis minus curare debemus,& accedere ad eam quæ bonorum ſpiritualium auctrix eſt & diſpenſatrix,in cuius ditione cuncta ſunt poſita, cui dicemus,Aue.

Nunc conſequenter reſtat dicere quomodo Iudæi in Stephanum proiecerunt lapides materiales. Vbi duo videbũt. Primũ erit de occaſione huius proiectionis. Secundum erit de ipſa proiectione.

C Quo ad primum occaſio proxima lapidationis Stephani fuit ex eo maximè exorta,ꝙ dixit ſe videre cęlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, quia per hoc videbatur innuere Ieſum eſſe Deum, qđ reputabãt blaſphemiam & pro iſto dicitur in textu. Cum autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto intendens in cęlum vidit gloriam Dei. Vnde Stephano Deus demonſtrauit cęlum. Primò quia ea quæ longè poſita ſunt non niſi a bene videntibus & clarè bene videri poſſunt.Hinc ſecundum perſpectiuos habens oculos elatos tumore exteriori & groſſos oculos & eminentes extra nõ clarè videt, ſed habentes oculos concauos bene vident, vel qui ſunt inferius in puteis, clarè vident ſtellas in die. Sic qui habet intellectum tumidum & elatum, non videt. Roma.1. Dicẽtes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Sed habentes intellectum humilem, qui interius occupatur,in ſui cognitione,bene vident.Prouerb.11.Vbi humilitas, ipſe ſapientia.& Matth.11. Confiteor tibi pater domine cęli & terræ, qui abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ideſt humilibus. Non enim montes alti retinent pluuiam, ſed valles & foueæ. Pſal. 103. Inter medium montium pertranſibunt aquę veritatis,ſcilicet ſcripturæ & gratiæ. Sed Stephanus fuit plenus humilitate, ad humile deputatus officium, quod libenter accepit. Ideo nil mirum ſi vidit cœlos & gloriam Dei. Secunda ratio,quia qui vendunt merces,nõ eas oſtendunt cuilibet muſitanti & inſpicienti intra opertorium. Sciunt enim ꝙ non quilibet poteſt eas emere. Sed quando vident aliquem diuitem intendentem in opertorium,ſtatim occurrunt & oſtendunt ei, quæ precioſa ſunt, Sic dominus ſciens Stephanum locupletem gratia, & intendentem in cęlum oſtendit illi gloriã ſuam,ita quòd poterat dicere illud. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre. Non ſic moderni, qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Dicebat autem in corde ſuo dum oculos leuaret Stephanus in cęlum. Appræhende domine arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.Pſal.34. Arma diuinitatis, & ſcutum humanitatis.Auguſt.Magnum ęſt ſpectaculum videre Deum armatum in campo pro nobiſ.Triplex vero eſt militia,ſcilicet in mola,vt coniugati & actiui, Secunda in lecto, vt contemplatiui. Tertia ĩ agro,vt prælati & martyres.Cum omnibus iſtis eſt Deus, qui ait Matt.vlt. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, præcipuæ tamen cum his, qui ſunt in agro & martyribus,vt pro illis pugnet,ſicut paruit hic in Stephano. Ait enim dominus. Ego flos cãpi. Ecce video cęlos apertos, & filium hominis,&c. Sed dicitur Eccleſiaſt. 9. Verba ſapientum audiunt in ſilentio pluſquam clamor principis inter ſtultos, ideſt verba Apoſtolorũ plus audita ſunt a gentilibus in ſilentio &

Stephanus. Quare Deus oſtẽdit cœlũ Stephano.

Militia triplex

quiete a

quiete a diſputatione quàm verba Chriſti cum clamore a ſtultis Iudęis. Clamabat enim Ieſus in medio ciuitatis. Et cum Stephanus proferret verba veritatis, continuerũt aures ſuas. Clamor Chriſti a morte excitauit Lazarum, & non potuit excitare corda Iudæorum. Multi autem ſimiles ſunt Iudæis, qui ſicut canes nobilium habent aures verſus terram pendentes, ita quòd operiunt foramen per quod intrat vox & ſonus. Illi ſunt qui libenter audiũt loqui de terrenis & vanis, & nunquam volunt audire de ſupernis, immo habent ibi aures obturatas, ſicut iſti de quibus hic dicitur quòd continuerunt aures ſuas. Quidam vero ſunt, qui obturant aures ſuas propter maximum ſonum, & terribilem. Iſti ſunt qui contra iudicia Dei aures obturant. Pſal. In ſimilitudinem aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, & contra increpationes. Sic iſti cum increpabat eos Stephanus. Alij contra turpia verba, ſic debent puellæ facere. Alij contra lyrã & dulcem ſonum, ſic multi contra ſacram doctrinam, & tales fuerunt iſti. Et mirum eſt de illis qui nolunt audire verba domini. Canis enim ſaltat & currit ad nutum ſui nutritoris, cur non magis nos ad imperium noſtri creatoris, qui non loquitur niſi verba ſancta & nobis vtilia? Quod conſiderans dicebat Pſalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus, Deus quoniam loquitur pacem in plebem ſuam.

Aures ſuas multi obturant.

In ſecunda parte videndum eſt de ipſa lapidatione Stephani, pro qua dicitur in textu. Et eijcientes eum extra ciuitatẽ lapidabant inuocantem & dicentem, Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meũ. Hic exponebat Stephanus corpus pro anima. Sub preſſura enim torcularis remanebat corpus oppreſſum, & a preſſura ſeparabatur anima in cęleſtes theſauros reconde nda. Nam dum corpus lapidibus obrueretur, pro anima loquebatur dicens. Domine ſuſcipe ſpiritum meum. Matt. 5. Si quis voluerit tecum iudicio contendere & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, ideſt ei, qui vult auferre interiora bona, dimitte potius exteriora, quæ per pallium ſicut interiora per tunicam deſignãtur. Vel ſi vult, quis auferre animã, dimitte corpus. Vnde & multi Pſalmi intitulantur pro torcularibus, vbi vinũ purum, ideſt anima munda eliquatur in morte reponenda in cellaria æterna corpore remanente in prælo mundi. Eccl. vlt. Reuertat̃ puluis vnde erat, & ſpiritus redeat ad dominum, qui fecit illum. Cã aũt quare prophetæ torcularia tot vicibus recitabãt eſt, qa videbãt venturã vindemiã, q̃ incępit a beato Stephano, in qua debebat Hieruſalem mater noſtra ſuperna lætari. Ideo illam ſuis cãticis decãtabãt, ſicut ſolẽt facere vinorũ magni potatores. Calcatores ãt vini vinũ nõ lędunt, ſed eliquant, & purgant, & corticẽ opprimunt. Sic tyranni corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere, de quibus Iob. 24. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, q calcatis torcularibus ſitiunt, ideſt in talium ſocietate quieſcunt, q martyribus occiſis & preſſis adhuc nõ ceſsãt, ſed ſemper crudeliores exiſtũt, de quibus Thren. 1. Torcular calcauit dñs virgini filię Iuda. i. calcari permiſit virginẽ filiã Iuda. Poſitis autẽ genibus orabat dicẽs. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatum. Vbi aduerte, ꝙ Stephanus pro ſe ſtando, genibus flexis ꝓ inimicis ſuis orauit. In quo oſtendit̃ zelus eius, quem ẽt dñs diligit. Hinc Ezechiel. 2 o. dixit dñs Angelo. ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium & dolentiũ ſuꝑ cunctis abominationibus, & dixit aliis ſex viris. Nõ parcat ocul⁹ ueſter ſenẽ, adoleſcentẽ, uirginem, puerũ, liberũ interficite, & a ſanctuario meo incipite. Oẽm aũt ſuꝑ quẽ uideritis Thau ne occidatis. Ecce ꝙ illis ſolis parcitur, q peccatis hominũ cõpatiuntur. Peiores. n. ſunt qui nõ orant, nec cõpatiunt̃ eis, quàm dãnati. Nã diues in inferno poſitus orauit ne fratres illud uenirent. Tales ſunt filij Cain, q ait. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? & tamen ſanguis Abel clamauit ad dominũ de terra, quia clamãt & conqueruntur nobis animę, cum ſaluti earũ non inſiſtimus, ſed potius per negligentiam, & prauum exemplũ interficimus. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Ibi corpus ꝓ capite. i. corde expoſuit beatus Stephanus. Poſtquã. n. totum corpus cõtritum habuit, caput tñ cordis

D Stephanus. Torcular Martyrium Stephani erat quoddam torcular.

Orandum eſt ꝓ peccatoribus et pro perſecutorib⁹ ſupplicißer.

cordis ita ſanum habebat vt diceret. Domine ne ſtatuas illi hoc peccatum. Non enim dolorem capitis ſentiebat, quia fecerat ſecundum cõſilium ſapientis, Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Sed multi cor ſuum omnibus ictibus exponunr, ideo vitam pro modico ictu exponunt. de quibus Thren. 1. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Non enim eſt modus imminenti ictui prætendere caput, ſed ſcutum. Modus autem cadendi in latrinam vel lutum eſt vt cadant habentes caput, aut corpus deorsũ, & de his vulgo dicitur, ilud cheét la teſte deuant. Sed nos admonet diſcipulus Stephani dicens Ephe. 5. Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, ideſt quam Deus dat, & qua pugnaunt, ſcilicet armaturam virtutis, quæ tantæ virtutis eſt, vt ante poſſit totum corpus diſſecari, quàm aliquid virtutis infirmari in milite Christi. Hoc nunc videre eſt in beato Stephano, cuius totum corpus conterebatur, ſed necdum lorica patientiæ infirmabatur, cũ diceret. Dimitte illis. Bene poterat dicere domino. Domine obumbraſti ſuper caput meum in die belli, ideſt opetuiſti caput meum ne percuteres in capite.

E Stephanus. Propter quatuor Stephanus potius lapide paſſus eſt, quàm alias.

Sed quæritur primo quare Stephanus potius lapide quàm ferro paſſus ſit, vel igne, vel aqua. Cum enim multa ſint paſſionum genera, cur voluit primicerium ſuum a lapidibus incipere? Dicitur quòd hoc fuit quatuor de cauſis. Prima eſt; quia ſynagoga, quam relinquebat dominus vt ſibi aſſumeret in ſponſam eccleſiã de gentibus, erat incircuncisa corde, licet forte circunciſa præputio. Hoc teſtatur hic Stephanus dicens. Dura ceruice, & incircunciſis cordibus, &c. Circunciſio autem fiebat ex lapidibus duris, & acutis. Ideo, vt circunderetur eccleſia a prauis cogitationibus, paſſionibus, & operibus voluit ab initio in primicerio martyrum eam lapidibus duris & acutis circuncidi, non ſolum in præputio, ſed etiam per totum corpus, vt tota circunciderẽ eccleſia per omnes ſenſus & omnia mẽbra, & omnis honeſtas inueniretur in ea. Sponſa ſimiliter ſponſum ſuum æmulatur in quantum poteſt, qui circunciſus eſt, ideo neceſſe fuit eam pariter circuncidi non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Secunda ratio, vt fabricaretur corona victoriæ ſponſæ ſuæ, corona quidem aurea expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria, honoris, & opus fortitudinis, corona de lapide precioſo. Nõ enim decebat tantum ſponſum talem ſponſam, ſicut aſſolet ducere non coronatam. Iam coronam auream habebat Stephanus expreſſam ſigno ſanctitatis, iuxta illud. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Reſtabat in ea ponere lapides precioſos, vt magis placeret. Lapides autem quibus lapidatus eſt Stephanus fuerunt duri, acuti, ſed precioſi. Hæc enim tria requiruntur ad reponendum eos in corona. Quia duri & acuti carnem infirmam attriuerunt, precioſi autem facti, quia ſanguine eius rubuerunt. Sed dulce lignum, dulces claui quibus dominus eſt affixus, dulces ſunt etiam lapides quibus miles eſt lapidatus. Quia igitur duri & acuti carnem & carcerem demolliti ſunt, quia precioſi mortalem in immortalẽ commutauerunt. Quis nõ diceret lapides precioſos, virtutem habentes deſtruendi carcerem, in quo captiuus habitat & liberandi eum? Quis non precioſiores iudicaret ſi ipſum immortalẽ facerent? Tales fuerunt lapides Stephani. Ideo non mirum ſi dicat Pſal. 101. Placuerunt ſeruis tuis lapides eius. Nam & quidam eremita moriens oſculabatur manus fratris cuiuſdam, qui ei omnia furabatur, ex eo quòd cogebat eum quotidie multiplicare labores ſuos, & dicebat. Benedicantur manus iſte, quæ me ſaluum fecerunt, & mihi gloriam immortalem pepererunt. Tertia ratio, vt pararetur noua calciata ad cęlum ſtrata lapidibus, non antiqua malorum, qui de luto deliciarum & voluptatum ad lutum tranſeunt inferni, de delicijs ad delicias credunt tranſire, quæ deſunt ad infernum, de qua Eccleſiaſtici. 21. Via impiorum complantata lapidibus, & in fine illorum confuſiones & pœnæ. Inde Seneca. Non eſt ad aſtra mollis e terris via. Fecit autem Deus in Stephano nouam ſtratam, de quo Amos. 6. Nunquid poſſunt currere in petris equi? Equi niſi

ferrati in petris currere non poſſunt, Chriſtus inferris & clauis paſſus eſt. Equi ergo ferrantur, quando Chriſti milites paſſionem Chriſti meditantur, & ea armantur, ſed in petris currunt dum paſſioni Stephani ſe conformant. Decuit igitur, vt ipſe in lapidibus pateretur, vt per lapides ipſos via ad cęlum quaſi ſterni videretur. Quaſi velit dominus dicere ſternendo lapides per illud Eſa. 54. Ego ſternam per ordinē lapides tuos, id eſt in tuæ paſſionis imitatione volo nouam viam quaſi ſtratis lapidibus præparare. Si propter villam magnā neceſſe eſt ſtratas eſſe vias propter illic peregrinantes, neceſſe erat iter ciuitatis Hieruſalem ſupernę ſtratum eſſe lapidibus. Quare beato Stephano multas debemus gratias, pro cuius amore ſtrata eſt via, & ſuo ſanguine eam ſtrauit, & ei debemus le pauage pro aſina noſtra onerata ſarcinis miſeriarum & peccatorum honorem & reuerentiam, vt viam quam ſtrauit poſſimus incedere. Quarta ratio, vt dominus ſuos ſacerdotes & diaconos ornaret plus quàm in antiqua lege. In Exodo legitur, quòd in veſte ſummi ſacerdotis ponebantur. 12. lapides precioſi. Modo vero plus vult dominus, quòd ueſtis non ſolum ſacerdotum, ſed etiam diaconorū ſit ex toto ornata lapidibus præcioſis, vt ubique vita fulgeant. Vnde & ueſtis Stephani nō tantū. 12. cōtinebat lapides, ſed plena erat lapidicina & petraria. Ideo illis qui ſunt ſerui domini complacet in martyrio illo.

F *Stephanus. Quare nō nocuerunt Stephano lapides.*

Secundo quæritur quare Stephano non nocuerunt lapides? Reſpondetur primo, quia tanquam pactum & fœdus initum eſſet cum ei placebant illi lapides. Et ideo dicitur Iob. 5. A flagello linguæ abſconderis, id eſt non nocebit tibi obiurgatio, vt patuit in diſputatione eius in vaſtitate & famæ ridebis, quando ſtridebant dētibus in eum, & cum lapidibus regionis erit pactum tuum, id eſt pactum domini erit in lapidibus portandis, vel pactum cum lapidibus habere non eſt, niſi perſecutiones quantuncunque duras placere. Vnde bona terra, & craſſa conuertit lapides & alia mala in triticum. Sic Stephani optima terra, ex duritię lapidum protulit fructum patientiæ uberrimum. Immo tale pactum habuit cū lapidibus, quòd exemplo Iacob fecit de eis puluinar, quādo ſuper illos obdormiuit in domino. Secundo, quia Stephanus fuit turris, quæ a lapidibus a machina diaboli miſſis præcipitari nō potuit. Hęc habuit panem fortitudinis, de quo Pſ. 103. Et panis cor hominis confirmet, quem non habebant Iudæi iuxta comminationem. Eſa. 3. Auferet dominus de Hieruſalē omne robur panis. Nō enim defuit ei panis conſolationis, qui vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantē a dextris virtutis Dei, & iam vino gratiæ inebriatus obliuiſcebatur ictuum. Prouer. 23. Verberauerunt me & non dolui, traxerunt me & ego non ſenſi. Nec defuit in illa turri oleum compaſſionis, de cuius parte uiuitur, & de cuius parte dimittitur, quia pro parte ſatisfacit, & iterum de illo meretur. 4. Reg. 4. vt patuit in oratione quam fecit pro inimicis. Sciebat enim illud Matth. 5. Dimittite & dimittetur uobis.

De eodem ſancto Sermo V. & in ordine LI. per thema.

DOmine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum. Act. 7. Cum ita ſit, quòd dicat dominus Io. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Cur nō eſt exauditus Stephanus pro his pro quibus orauit, cum tales non ſint propterea ſalui, nec propterea remiſerit omnibus illis hoc peccatum. Similiter & Apoſtolus 2. Cor. 12. In nomine Ieſu petijt, ut ab eo tolleretur ſtimulus carnis, & tamen non eſt exauditus. Similiter pia mater eccleſia tantum orat dominum, ut tollantur a nobis tribulationes & miſeriæ, quas patimur, & hoc in nomine Ieſu, ſiue per dominum Ieſum, & tamen non uidemus nos exauditos. Videtur ergo quòd in petendo in nomine Ieſu nulla ſit obtinēdi fiducia: Ad hæc dico quòd antequam aliquis petens in nomine Ieſu exaudiatur, tres conditiones requiruntur. Prima eſt, quòd pro ſe

Oratio cur interdum non exauditur.

A *Ieſus, ſeu petere in nomine Ieſu.*

Quid requiritur ad petere in nomine Ieſu.

ſe oret,quia quandoque indigna eſt perſona pro qua oratur, vt ſcilicet exaudiatur. Sicut ſi pro raptoribus, & vſurariis orarem,non eſſet digna oratio, vt exaudiretur,niſi & illi ſuo modo orarent,vel quod in ſe eſt facerent pro vita mutanda. Prouerbialiter enim dicitur,aide toy, & dieu te aidera. Ideo beatus Stephanus quo ad omnes ſuos perſecutores non eſt exauditus, quia in diuina reputatione non erant digni.Exauditus tamen eſt in paulo ſecundum Auguſt Etiam quis nō ita cito exauditur pro inimicis ſicut pro amicis.Et pro omnibus non exaudiretur,qui pro vno obtineret.Secunda conditio eſt,quòd requirat ad ſuam ſalutem. Ideo Paulus de ſtimulo carnis non eſt exauditus,nec eccleſia ſępe in ſuis tribulationibus,quia medicus ſcit, ꝙ aliquando æger quærit vt ab eo potio amara auferatur, & vt non bibat illam,quam tamen medicus & pius pater ſcit ſibi vtilem, & propterea talis æger nō exauditur.Sic nec nos.Tertia conditio, ꝙ talis ſit dignus,vt eius oratio intret in cōſpectu domini, & habeat audientiam vel inueniat modum, iuxta illud Pſal. Intret oratio mea in conſpectu tuo domine.Peccata enim noſtra(vt dicitur Eſa.59.)ſeparant inter nos & Deum.Ideo ad hoc maximè requiritur ſanctorum adiutorium, & maximè glorioſiſſime virginis, quæ inter omnes ſanctos obtinet principatum. Igitur vt a Chriſto poſſimus impetrare deuotionem & gratiam, adiutorium eius imploremus dicentes,Aue.

PRimo mane dicemus quantæ excellētiæ ſit nomen Ieſu ſuper alia nomina, ita vt per illud Stephanus exaudiatur.Secundo poſt meridiem dicemus qualiter pro inimicis orauit & exauditus eſt.

Ieſus. Cæleſtia, terreſtria & inferni obediūt nomine Ieſu.

Circa primum dico ꝙ nomē Ieſu quatuor ſuper alia nomina habet prærogatiuas & excellentias.Primò in ſublimitate, quia inter omnia nomina eſt altius & excellentius.Phil. 2. Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectaẽ, cęleſtium, terreſtriū, & infernorum.Sicut enim audito nomine regis omnes portant honorem, ſic in nomine Ieſu obediūt omnia, & ad illud nomen cędunt.Pſal.137. Magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. Quia cęleſtia obediant ad nomen Ieſu patet, quia nullus Angelorum vnquam ſibi nomen ſaluatoris vſurpauit,neque Cherubin,qui dicuntur ſcientes,neque ſeraphin, qui dicuntur charitatiui & ardentes,ſed hoc ſolius Dei eſt.Heb.1. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, ideſt tanto excellentior factus eſt in humana natura, quāto altius & nobilius nomen ſibi datum eſt. Secundò patet,quia Angelus ad terras venit bina vice nuntiare hoc nomen, ſcilicet Ioſeph & Mariæ. Ideo dicitur quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur.

Tertio patet, quia antequam homines portarēt teſtimonium Ieſu, Angelus permittebat ſe ab eis adorari. Sed poſtquam portauerunt teſtimonium nominis Ieſu non permiſerunt. Inde Apocal. 19. dicit Angelus Ioanni volenti adorare.Vide ne feceris,cōſeruus tuus ſum & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Illi enim portant teſtimoniū Ieſu,qui in omni loco Ieſum in vita & factis imitantur, qui non eum blaſphemant, ſed honorant, de quibus dicitur Apoca.vlti. quòd nomē Dei eſt in frontibus eorū, hoc eſt ſunt parati pro nomine Ieſu vitā ponere contra blaſphemos & vituperantes nomen Dei, & audacter & effronte confiteri.Quia autem inferorum regna obediāt nomine Ieſu patet ex illo Pſ.110.Sanctum & terribile nomen eius. Sanctum quippe in Angelorum reputatione, ſed terribile dęmonibus.Vnde & dixerunt Matth. 8. Ieſu fili Dei cur veniſti ante tempus perdere nos. & Iacob.2. Dęmones credunt & contremiſcunt, immo & iuſti perſequuntur eos. Pſal.87. Circundederunt me ſicut apes, quæ pungunt in parte diſcooperta,& hoc tentationū aculeis,& exarſerūt ſicut ignis in ſpinis,ideſt peccato luxuriæ,vel cōcupiſcentiæ inflammauerunt naturam meam ſpinoſam,& in nomine domini, quia vltus ſum in eos,ideſt ad inuocationem nominis domini vindicaui in eos,& ipſos & peccatum expellendo & in fugam cōuertendo.

tendo. Non enim eſt melior fuga tentationis & victoria quàm in nomine Ieſu, vt dicit Gerſon. Pſal. 43. In nomine tuo ſpernemus inſurgẽtes in nobis. Sed dices. Dæmones perſecuti ſunt nomen dñi in martyribus. Verum eſt perſequendo in membris ſuis & per mẽbra ſua, ſed nõ blaſphemando nomen Dei, immo nec Machometus auſus eſt illud nomen violare aliqua nequitia, ſed teſtimonium perhibuit de ſanctitate eius, vt ſupra dictum eſt in quodam ſermone conceptionis. Sic etiam flectuntur dæmones ꝙ inuocato nomine domini diſcedunt. Hinc dicitur Marci. vlti. In nomine meo dæmonia eijcient. Pſ. 17. Laudans inuocabo dñm, quod non fit niſi eũ ſuo nomine appellando & ab inimicis meis ſaluus ero. Inde Lucæ. 10. Diſcipuli reuerſi cum gaudio dixerunt. Dñe etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Itẽ ad nomen dñi dæmones quandoque cõminuerũt idola. Sed ꝙ terreſtria omnia in nomine Ieſu flectãtur. Patet primò de regibus & imperatoribus, qui modo portant ſignum Ieſu in frontibus ſuis & honorant illud numen. Vnde & lib. 10. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 4. dicitur ꝙ Conſtãtinus magnus habebat in magna reuerẽtia Paſunciũ epiſcopũ, ex Aegypti partibus aſſumptum, ita vt ſæpius oſcularetur oculũ eius dextrum, qui in confeſſione fidei propter nomẽ dñi Ieſu fuerat a Maximiano euulſus. Præterea in criſmate confirmationis ponitur crux in fronte cuiuſlibet Chriſtiani, & titulus eius cuius primum nomen eſt Ieſus, vt deſignetur nomen illud debere a quolibet fideli ſine verecundia portari, cuius celſitudo tanta eſt, vt eccleſia non permittat illud nomen alicui imponi in baptiſmo. Sed ꝙ irrõnabilia obediant nomini Ieſu patet, quia beata Agatha gloriabatur ſe in dicto nomine ſubijcere ſerpentes & venenoſa animalia. Et ſancti patres in deſerto in nomine Ieſu pugnabant cum draconibus & ſerpentibus, ita ꝙ etiam leones mites reddebantur ad inuocationem nominis Ieſu. Ideo excellentiſſimum eſt nomen ratione ſuæ ſublimitatis. Inde & Grego. in concilio Lugdunen. & habetur extra de immunitate eccleſiarum. c. decet lib. 6. ordinauit quoties nomẽ Ieſu intermiſſarũ ſolennia diceretur, ꝙ genua flecterẽt aſſiſtẽtes, vel ſaltẽ capite inclinato profundiꝰ adorarẽt.

Secũdo eſt excellentiſſimũ ratione ſuauitatis eius. Nomẽ .n. Ieſu eſt nomen dulcedinis pietatis & miſericordiæ de quo Pſ. 47. ſecũdũ nomẽ tuũ Deus ſic & laus tua in finis terræ. Turpe eſt militi ignauo habere nomẽ militis, & auaro nomẽ largi. Cũ ergo Chriſtꝰ nomẽ habeat miæ & pietatis quod eſt Ieſus. i. ſaluator debet facere & facit ſcđm nomẽ ſuũ. Iõ dicit Pſ. Benedictũ nomẽ tuũ dñe. i. bñ nominatũ & bene impoſitũ. Vulgo dicitur de alio. Il eſt mal nõme, ſed non ſic de Chriſto. Et ideo Cãti. 1. dictiur oleum effuſum nomẽ tuũ. Vbi ſecũdũ Bernar. ſuper cãtica oleũ tria facit. Primo lucet & fouet ignẽ in lãpade. Sic nomẽ dñi lux eſt, quod portabãt Apoſtoli de quibus canit eccleſia. Portantes facem & illuminantes patriam. Portabat & illud Paulus coram regibus & principibus tanquam lucem, de quo dominus Act. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram regibus & principibus. Erat enim vas in quo portata eſt lux ad illuminandum infideles, & ita erat lux infixa in illo vaſe, ꝙ nõ poterat deleri, & vbi non poterat portare, mittebat ſcripto, vt patet in principio ſuarum epiſtolarum. Vnde in epiſtolis ſuis dicitur nominaſſe nomen Ieſu vel Chriſti quingentis vicibus, immo etiam poſtquã abſciſum eſt caput eius, trina vice & tribus ſaltibus lingua greca nominaſſe fertur. Secundò oleum paſcit & cibum reddit ſapidum. Inde ait Bern. quòd aridus eſt omnis cibus ſi non iſto leo infunditur. Ieſus enim in aure melos, mel in ore in corde iubilus. Hinc & ipſe & Auguſt. nullam ſcripturam, nullam conferentiam aut diſputationem ſapere reputabant, in qua non inſcriberetur Ieſus aut proferretur. Inde eſt quod ſancti viri aliquando ponunt in principio literarum nomen Ieſu, & Paulꝰ ſimiliter quaſi cætera nõ eſſẽt condita ſine nomine Ieſu. Ita & Auguſt. vt dicit de ſe ipſo. 3. confeſſionũ hoc nomẽ ſaluatoris in ipſo lacte matris adhuc

C Ieſus. De ſuauitate nominis Ieſu, & comparatione ad oleum.

Oleum facit.

Paulus quoties nomen Ieſu notauit.

tenerum cor eius biberat & altè retinebat,& quicquid ſine hoc nomine fuiſſet quamuis altum expoſitum & veridicum, non eum totum rapiebat. Et ideo Pſ.52. dicebat. Confitebor nomini tuo dñe qm̃ bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorũ Mãna.n.tantum bonis bñ ſapiebat, malis vero non. Hinc Abacuch ſentiens huius cibi dulcedinẽ ait. Ego autẽ gaudebo in dño, & exultabo in Deo Ieſu meo Abacuch.3. ac ſi diceret. Exultẽt alij in operi bus & fecibus terræ, alij in præcipitibus & tremulis honorum faſtigijs, alij in cubilibus & impudicitijs & ebrietatibus. Ego vero exultabo ĩ Deo Ieſu meo. Exul tent alij in rebus peſſimis, glorientur cũ male fecerint, ducant in bonis dies ſuos, & ſic ad inferna deſcendant, ego autem exultabo in Deo Ieſu meo. Tertio oleum eſt medicina. Sic & nomen Ieſu. Quis vnquam (vt dicit Bernar.) in neceſſitate, in triſtitia, in tentatione, in labore, in gemitu, in tribulatione inuocato nomine Ieſu conſolationem non inuenit & adiutorium? Quis enim dulces fecit Stephano lapides? quis craticulam Laurentio? Vtique nomen Ieſu. Quis Paulo carceres, vulnera, verbera, naufragia, ipſam deniq; mortem, ita vt paratus ſe offerret non ſolum alligari, ſed etiam mori pro nomine Ieſu in Hieruſalem? Vtique nomen Ieſu. Nomen enim Ieſu martyribus dulcia fecit ſupplicia, quorum vel recordatio ſola horrorem nobis incutit, & tremorem, & omnia tormenta deſpicere, quæ etiam tyrannica rabies & irritata crudeli tas excogitare poterat, ſecundum illud Act.5. Ibant gaudentes a conſpectu concilij, qm̃ digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Vnde & Paulus nomen illud tam dulce ſentiebat, vt nihil ſe ſcire niſi Ieſum & hunc crucifixum aſſereret, & ita ſufficit q̃a eſt ſumma animę medicina. Et propterea morientibus tamquam ſit extrema medicina ſalutis clamatur nomen Ieſu. Debet ergo ſemper eſſe in ore noſtro, vt ſit nobis extremum verbum ſicut & beato Stephano. Beatus etiam Ignatius ſemper habebat illud in ore, ita vt poſt mortem eius inueniretur in corde ſuo ſcriptum literis aureis, ſicut recitatur in legenda eius. Tale quoque eſt illud nomen (vt dicit Ber.) q̃ Iudæa phrenetica nunquam illuminabitur, ſatiabitur, & ſanabitur, quouſque cognoſcat nomen Ieſu. Quinimmo anima & in exceſſu & alienatione mentis virtute occulta diuinæ bonitatis ſuper ſe ipſam eleuata ſic in Deum transformatur, vt nihil cogitet niſi Ieſum, nihil videat niſi Ieſum, nihil ſapiat niſi Ieſum. Ieſus enim totius perfectionis, & contemplationis finis eſt. Hinc de apoſtolis poſt transfigurationem dicitur. Leuantes oculos neminem viderunt niſi Ieſum.

Exemplũ beati Ignatii de nomine Ieſu.

D

Tertio nomen Ieſu excedit cętera in poteſtate & miraculorum operatione, ita q̃ in hoc non ſolum boni, ſed etiam mali & increduli fecerint miracula. Inde dicebant apoſtoli domino Marci.9. Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dęmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nos. Luc.6. Virtus de illo exibat & ſanabat omnes. Et Mat. vlt. In nomine meo dęmonia eijcient, ideſt inſultus dęmoniorum, ſerpentes malarum ſuggeſtionũ tollent. Vnde Prouer.18. Turris fortiſſima nomen dñi. Victorioſum ſiquidem nomen. Alioquin non ipſum portaſſet Paulus coram regibus & principibus ad vincendum eos. Eſt enim nomen animans Chriſti milites, & exanimans tyrãnos crudeles. Quo animatus quidam vir Nicomedię illuſtris, crudelia edicta Diocletiani & Maximiani cõtra Chriſtianos in foro pendentia publicè detraxit, ac minutatim diſcerpſit. Licet ipſi principes in vrbe præſentes eſſent vt habetur lib.8. eccleſiaſticę hiſto c.5. Hoc enim fuit fortiſſima turris ad quam ſacratiſſimi martyres fugiebant. In libro autem Talmud quem rex Ludouicus comburi fecit habetur quòd Ieſus ĩ nomine tetragrammaton fecit ſua miracula, quod inuenit in concha piſcis, ſed hoc falſum eſt. Nos vero in nomine tetragrammaton miracula facimus, ſcilicet in nomine Ieſu, vbi ſunt quatuor literæ tres vocales, & vna conſonans, ideſt tres naturæ in vno ſuppoſito.

Ieſus. Nomen Ieſu eſt efficax ad miracula facienda.

Quarto

Z Ieſus. Nomen Ieſu eſt maximæ utilitatis.

Quarto nomen Ieſu cætera excedit in utilitate. Non enim eſt nomen tam vtile ſicut nomen Ieſu. Actuum. 4. Non eſt aliud nomen ſub cęlo datum hominibus in quo nos oporteat ſaluos fieri. Ieſus enim ſaluator interpretatur. Quid enim nobis inter laqueos inimici exiſtentibus quàm ſaluatorem habere conuenit? Clamemus, ergo cum Pſal. 53. Deus in nomine tuo ſaluum me fac. & iterũ. Pſ. 24. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multũ eſt.n. Antea erat Deus vltionum dñs, & longe erat peccatoribus ſalus, id eſt Ieſus. Ideo agnoſcens quilibet peccato, ante glorioſum eius aduẽtum q̃ lõgè eſſet ab eo, clamabat cum Pſ. 34. Dic animæ meæ ſalus tua ego ſum, id eſt Ieſus tuus ego ſum. Ac ſi dixiſſet. Satis dixiſti. Ego dñs exercituum, ego omnipotens, ego terribilis, & quis reſiſtet mihi? Exhibeatur nomen benignitatis, & dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Sed illud nunc exhibet, quia vt dicit Petrus. Act. 4. Non eſt in aliquo alio ſalus. Si pęnites & times Deum vltionum, appella ad Deum & patrem gratiarum, quoniam dicit Io. 3. c. 1. canonicæ ſuæ, remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Sed ſi velis inquirere viã ad cęleſtem Hieruſalem, audi Pſ. 22. Deduxit me dñs ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. Si ignobilis es & nobilitari deſideras. Ioan. 1. Dat dñs poteſtatem filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius, & ſi filij & hæredes. Si egenus es & multa te petere neceſſe eſt, offertur tibi Ieſus pro titulo petitionis in curia patris. Ioan. 17. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Et ideo debes audacter in nomine Ieſu petere. Pauperes enim & coquini libenter conſueuerunt petere in nomine ſancti quem tranſiens diues plus diligit. Deus autem pater ſumme diligit filium ſuum. Vnde olim inueniebantur quatuor hoc nomine Ieſus inſigniti. Primus fuit Ioſeph qui lingua Egyptiaca ſaluator appellatus eſt. Geneſ. 41. Et hoc propter frumenti prouiſionem, quanto magis huic ſaluatoris nomen erit, qui non temporalis vt ille, ſed ſpiritualis frumenti adipe nos ſatiat. Secũdus fuit Ioſue qui deſtructis hoſtibus filios Iſrael in terram promiſſionis introduxit. Sed illa terra erat temporalis & ſubiecta bellis & mortis & peſti. Noſter autem Ieſus in terram promiſſionis paradiſi victis inferni hoſtibus ſuos deducit, vbi nihil niſi bonum nulla mors, nulla peſtis. Tertius Ieſus Ioſedech ſacerdos magnus, de quo Zacha. 3. dicitur quòd erat veſtibus, ſordidis indutus. Sed Ieſus noſter totus candidus eſt puritate & ſacerdos in æternum. Quartus eſt Ieſus. filius Sirach vir ſapiens & ſapientiæ laudator. Sed iſte non eſt noſtro comparabilis, qui non ſolum eſt ſapiens, ſed etiam ſapientia patris, in quo omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei abſconditi ſunt. Nec eſt Ieſus noſter Ieſus ille filius Anani de quo Ioſephus dicit q̃ prophetabat væ ciuitati, vę fano, vę templo, vę populo. Hic autem non niſi ſalutẽ prædicabat. Et quia hunc eiecerant portantem ſalutem & conferentem pacem, alius ſubſecutus eſt deſolationem annuntians. Quicquid tamen ſit de omnibus iſtis, iſtud nomen Ieſus non eis propriè, ſed ſoli Chriſto conuenit. de quo dicitur Oſeę. 13. in perſona eius. Saluator non eſt pręter me. Sed teriet pauperes peccatores apoſtolica tuba. 2. Timo. 2. Diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Et iterum. 1. Cor. 12. Nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto, immo uidetur oppoſitũ verum, quia Mat 25. de malis dicitur. Domine in nomine tuo prophetauimus & virtutes multas fecimus, quibus dicetur Neſcio vos. Quomodo ergo concordari poſſunt hæc? Dicitur q̃ nemo poteſt dicere dñs Ieſus niſi in ſpiritu ſancto illuſtrãte intellectum, ſicut nec aliquã veritatẽ, vel niſi ipſo ſimul mouente intellectũ & illuſtrante affectum quod eſt dicere meritoriè ſicut contingit in bonis. Quia autẽ mali faciant miracula, hoc eſt in atteſtatione veritatis per poteſtatem iuſtitiæ diuinæ. Propterea non ſufficiunt oſtendere aliquem ſanctum, niſi cum eis fuerit humilitas & vitę ſanctitas, ſicut uidem' aliquando malos prẹlatos & principes & reges

Y Ieſus. Multi olim vocati ſunt Ieſus ſed ĩpropriè.

Mali cur miracula faciant.

reges facere miracula in certis infirmitatibus, & tamen non propter hoc efficiuntur ſancti. Hæc vero gratia miraculorum quandoque datur reprobis ad ipſorum condemnationem, & ſingulariter principibus, & vt iuſti non pro magno deputent, ſi vel habeant vel non habeant hãc gratiã. Hinc eſt quòd dominus dicebat diſcipulis. Nolite gaudere quia ſpiritus vobis ſubijciuntur, gaudete autẽ ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. Lucę. 10.

Sermo VI. de eodem, & pomeridianus, & in ordine. LII. per thema præcedens.

A Stephanus.

Quomodo nõ erubeſcebat Stephan⁹ ſic publicè duci ad mortem.

Qværitur quomodo non erubeſcebat beatus Stephanus deduci ad illam confuſionem mortis ignominioſę lapidationis, quinimmo quaſi libenter eam acceptaret orabat pro ſuis perſecutoribus dicens, Domine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum. Cum tamen hoc natura refugiat duci ad mortem quaſi latro vel homicida. Quis enim non cõfundatur publicè duci ad patibulum vel lapidibus obrui coram omnibus. Reſpondetur quàm multis de cauſis non erubeſcebat, ſed magis exultabat. Primò quia verecundia eſt timor ingloriationis. 4. Ethi. Sed ipſe non timebat eſſe inglorius apud mundum, cuius gloriam non quærebat. Vnde Aug. lib. 5. de ciui. Dei, ideo non erubeſcebant martyres, quia hic gloriam ſuam non quærebant. Propterea fremitu humanæ offenſionis non ſunt deteriti a prædicatione ſalutis. Non enim gloriam ab hominibus quęrebant, ſed quæ a ſolo Deo eſt. Romani enim multa perpeſſi ſunt dura, vt ſibi gloriam acquirerent humanam, ſicut Mutius Sceuola qui pro reipublicæ liberatione diu tenuit manũ immobiliter in igne, & propter idem Curcius in hiatum terrę cum equo præcipitem ſe dedit, de quibus Augu. 4. de ciui. Dei, c. 20. nec confuſi ſunt. Videant ergo homines quanta dilectio etiam inter tormenta debeatur ſuper nę patriæ propter vitã ęternam, ſi tantum a ſuis ciuibus dilecta eſt terrena propter hominum gloriam. Secundò non erubeſcit, ſed magis gloriatur miles, cum vi armorum ſe iam reſpicit intra portas ciuitatis. Stephanus enim ſciebat portam paradiſi anguſtam & ferream, quam videbat in tormentis vltro ſibi apertam. Ideo non eſt mirum ſi tunc non erubeſcebat, quando inter tormenta portas paradiſi ſibi vltro videbat apertas. Nobis autem vltro non aperitur, qui contra noſtram patimur voluntatem. Tam arcta eſt porta mortis, vt eam tranſcundo Paulus caput dimiſerit quaſi capitium, Agatha mammas, Bartholomeus pellem quaſi veſtẽ, & Stephanus fuerit varij cõcusſionibus lapidum quaſi diminutus, conſtrictus, & condenſatus, ſicut qui tranſeunt per arctum foramen, alius amictum, alius veſtem, alius birrum deponit. Sic diuerſi martyres diuerſa ibi membra dimiſerunt, maximè pellem temporalium & corporis. Hęc eſt porta de qua Eccleſiaſtices. 4. per quam de carcere catenìſque quis egreditur ad regnum. Hic eſt turbo per quem Helias aſcendit in cęlum. Hæc eſt uirga aurea quam nobis porrigit Aſſuerus in ſignum clementiæ, per quam ſecurus intrat homo in beatitudinem viſionis Dei. Hanc etiam virgam ſcilicet tribulationis & pasſionis porrexit dominus uerus Aſſuerus Heſter reginæ, ideſt virgini glorioſæ, & pręſertim in cruce cum eius animam doloris gladius pertranſiuit, ad quam recurremus dicentes Aue.

Mortis porta arcta eſt.

B Stephanus.

Ex duobus pugna Stephani reddebatur difficilis.

Dvo ſunt quæ bellum & pugnam beatisſimi Stephani difficilem reddebant. Primum eſt, quia ipſe ſolum ex media ſui parte pugnabat, immo pars ſui ſibi aduerſabatur, ſcilicet caro. Simile eſt de Chriſto qui dicebat. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Quomodo ergo caro pugnaſſet cum beato Stephano, quando infirma erat? Infirmus enim pugnare non poteſt, cum etiã caro ictibus reſiſtebat, ſaltẽ naturali appetitu & ſẽſitiuo. Secũdũ fuit, quia primus in acie venit. Fecit enim lauangarde, ideo habuit de primis ictibus, & du

& du traiſt premier, quia de lapidibus. Vnde ꝙ fortiores milites in prima acie ponuntur.

C Stephanus. Charitas Stephani erat fortis vt mors ex tribus.

Sed tam fortis erat charitas in Stephano, vt nequaquam uinci potuerit, ita vt de ea recte diceretur illud Canti. 8. Fortis eſt ut mors dilectio. Dicitur autem mors fortis propter tria. Primo dicitur aliquis fortis propter operum difficilium operationem, vt ſi quis fortiſſimis vinculis ligatus ea faciliter ſolueret aut rumperet diceretur fortis, ſicut de Sanſone legitur. Iudicum. 15. & 16. Sic facit mors quę animam a carne diuidit, hominem ab amicis ſubtrahit, & temporalia relinquere facit. Sic fecit charitas Stephani quę animam eius a carne diuiſit pro Christo eam exponendo, & ab apoſtolis ſeparauit ad tempus, & omnia temporalia abnegare fecit. Secundò propter firmam tentionem. Qui enim quod habet ita firmiter tenet ꝙ ei auferri non poteſt, meritò fortis putatur. Hoc facit mors. Quem enim ſemel tenuerit, nunquam ab eo auferetur. Sic per charitatem Stephanus, ita Deo adhæſit, ut neque diſputationibus, neque teſtibus, neque lapidibus ab eo ſeparari potuerit, adeo vt poſſet dicere quod Apoſtolus Roma. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Dei, tribulatio, an anguguſtia, an fames? Et ſequitur. Certus ſum ꝙ neque mors, neque uita ſeparabit nos a charitate Dei. Tertiò propter fortium ſuperationem, & principaliter aduerſariorum. Fortis enim dicitur & qui de fortiſſimis, & qui de aduerſarijs triumphare poteſt. Mors autem primo triumphat de fortiſſimis, ita quod non eſt tam fortis qui non ſub eius poteſtate cadat. Sic charitas Stephani de prælatis ſynagogæ qui tunc inter cęteros maiores reputabantur, & de tota eorum ſocietate. Magnum eſt vnum habere tante multitudinis uictoriam. Similiter mors triumphat de ſuis aduerſarijs. Aduerſarij enim mortis ſunt medici, quos cōmuniter mors accipit primos. Sic & Stephani charitas, ſuorum aduerſariorum non eſt oblita, ſcilicet ſuorum perſecutorum quando pro ipſis orauit. Non enim eius charitas defuit, quin parceret quantum in ſe erat ſuis inimicis, & quin eos oratione inuaderet. Nam non deberet eſſe ita durus quin videns quem perſequitur pro ſe orare, & bonum ſuum quærere, flecteretur ad pietatem & compunctionem. Orauit autem Stephanus pro ſuis perſecutoribus & eorum bonum quærebat dicens. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Morr cur fortis dicatur.

Circa Stephani charitatem qua inimicos dilexit quæruntur duo. Primò vtrum de neceſſitate ſalutis diligendi ſunt inimici? Secundò quod eſt magis meritoriū, inimicos diligere, an amicos?

D Diligere inimicū. Quomodo ſit intelligendum ꝙ teneamur diligere inimicum quo ad naturam.

Ad primum dicitur. Primo ſecundum Tho. 2. 2. q. 25. art. 8. ꝙ diligere inimicum ſic ꝙ eius inimicitia diligatur eſt malum & peruerſum & charitati repugnās, quia hoc eſt diligere malum alterius. Contra aliquos peſſimos armatos qui vellēt nunquam eſſe finem litis & inimicitiæ inter principes, vt bene ſoluantur de uadijs, ſeu ſtipendijs ſuis, peiores in hoc maſtinis, quia maſtini licet non tenerentur ad ouile, nec ibi nutrirentur ad cuſtodiendas oues ſi non eſſent lupi, tamen sēper lupos oderunt, & affectione naturali vellent nullos eſſe, vel non nocere ouibus. Sed iſti non curant quid patiatur populus, dummodo habeant pinguem præbendam, ſeu ſalarium. Dicitur ſecundò, ꝙ diligere inimicum ratione ſuę naturæ poteſt intelligi tribus modis. Primo modo, ꝙ ſibi oſtēdantur ſigna dilectionis ſicut ei qui eſt amicus, & ſic homo non tenetur, & ſi faceret, hoc eſſet magnę perfectionis, puta ſi communicaret & familiariter conuerſaretur cum inimico. Per inimicum autē intelligo illum qui affectat, vel infert alicui malum aliquod, nō correctionis amore vel iuſtitię. Parentes enim corrigentes filios vel ſeruos, vel etiam iudices corrigentes malos, non ſunt reputandi inimici. Alio modo ſic ꝙ in bonis communibus, puta in orationibus teneatur ipſum inimicum non excludere, & ſic eſt de neceſſitate ſalutis, quia alias hoc pertineret ad liuorem & ad inuidiam contra illud Leuitici. 19. non quæres vltionem, & non eris memor iniurię ciuium tuorū.

Sed timeo ne hodie impletum ſit prouerbium Senecę dicentis. Memoria beneficiorum labilis, iniuriarum tenax. Hodie enim multi faciunt de beneficijs & iniurijs, ſicut dolium de bono vino & fecibus. Nam dolium vix poteſt tam bene ligari & ſtringi quòd bonum vinum retineat, ſic ꝙ non defluat aut diſtillet, ſed feces ita retinet ꝙ non poſſunt exire, immo vix cũ cultello poſſunt abradi. Sic beneficia nobis collata a Deo, vel proximo facile obliuiſcimur, ſed feces, idest iniuriæ nõ poſſunt tolli quacunque increpatione, quin de eis vindicari velimus. Sed dices, nonne licite ego poſſum orare Deum vt inimicus meus moriatur, & ſimiliter quęrere recompenſam iniuriæ factæ. Ad primum dicitur ꝙ non debes mortem orare pro inimico, vel optare, niſi conditionaliter tantum propter duo, aut quia impedit bonos & iuſtos homines, & veriſimile eſt ꝙ non aliter cędet niſi per mortem, & hoc affligendo eos vel per mala exempla, aut ne addat peccata peccatis. Si autem aliter faciat quis, hoc quærit per modum vindictæ, & ſic vult Deo facere magnum opprobrium volendo ſecũdũ Guil. Pariſ. ſe eſſe iudicẽ & Deũ eſſe ſuũ tortorẽ. Vnde iuſto Dei iudicio permittuntur mali diutius viuere, & affligere bonos ad erudiendum & exercendum illos, ſicut relicti ſunt Chananei in terra filiorum Iſrael ad erudiendum eos. Iudicũ. 3. Licèt multum deſideretur mors eorum, ita ꝙ ſicut coluber venenoſus difficilè moritur, eſto ꝙ etiam ſcindatur per medium, ſic iſti raptores & venenoſi homines, quamuis omnes eis maledictionem & mortem imprecentur, adhuc tñ viuunt. Et ſi forte quandoque dñs iraſcendo tollat tales e medio, tñ exigentibus peccatis populi, permittit peiores regnare vel dominari. Et propterea quædam vetula tempore Dionyſij tyranni orabat vt ipſe diutius viueret, quę cum interrogata eſſet quomodo pro tali oraret viſo ꝙ abſtulerat ei vnam de vaccis ſuis, reſpõdit ꝙ pro tali orabat timens ne alius eo peior ſuccederet, qui ei totum auferet. Ad ſecundũ dico ꝙ illã recompẽſam quęrere per modum vindictę, & ex cupiditate vindicandi eſt malum, ſed illã quęrere altero illorum duorum modorũ, aut quia volo ꝙ ſatisfaciat de iniuria contra legem Dei facta, aut quia rationabiliter arbitror morbum offendentis humanitus emendari non poſſe, niſi per viã punitionis, & ſic eſt licitum, nec eſt talẽ odire, ſed diligere. Stephanus autem nullo modo petijt vindictam, ſed etiam preces particulares pro inimicis effudit. Tertio modo poteſt intelligi ꝙ debeamus diligere inimicum ſuccurrendo ſibi de bonis particularibus, & ſic non tenemur de neceſſitate ſalutis, niſi in præparatione animi, ſcilicet quando occurrit neceſſitas. Hoc enim modo eſt proximus tuus & in concilio ſalutis, & in oratione & deſiderio beatitudinis æternæ, & in ſubuentione corporali.

I Optare mortem. An liceat optare mortem inimici.

Dices tñ ꝙ ſi inimici vallarent hanc vrbem & eſſent in neceſſitate ꝙ non deberes eis ſuccurrere, ſed in hoc ſeruandus eſſet furor principis. Reſpondetur primo ꝙ ſi quærerent pacem & ſubuentionem ꝙ ſic. Aliter non tibi innoteſceret eorum neceſſitas. Exemplũ ad hoc habes libro. 11. hiſto. tripar. libro. 16. de Achatio Amidæ ciuitatis epiſcopo, qui cũ captiui Perſarum (qui erant circa ſeptem milia) fame cõſumerentur, nec vellent eos Romani milites reſtituere, allocutus eſt clericos ſuos dicens. Deus noſter nec diſcis, nec calicibus opus habet. Nam neque comedit, neque bibit. Et quia multa vaſa aurea & argentea eccleſia noſtra habet ex oblatione Chriſtianorum, cõuenit ex eis liberare exercitum captiuorum, egentibuſque cibos offerri. Quæ cum dixiſſet, conflauit vaſa, & militibus dedit preciũ captiuorum, quos cum recreaſſet cibis datis ſumptibus ad regem proprium deſtinauit. Hoc mirabile opus Achatij Perſarum rex magis obſtupuit, quia & bello Romani & beneficijs euiciſſent. Aiunt enim quia etiam deſiderium habuerit rex Perſarum vt videret Achatium, ſed hoc Theodoſius prohibuerit imperator. Ex iſto facto patuit charitas Achatij, qui nõ ſolum inimicos eſurientes refecit, ſed & liberauit a ſeruitute, ita vt impleretur

Exemplũ magnæ charitatis.

tur illud Prouerb 25. Si eſurierit inimicus ciba illum, ſi ſitit potum da illi Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius, ideſt accendes eum ad te diligendum. Nam ex ſuo opere inflammauit regem Perſarum ad amorem ſui & Romanorum. Si ita faceremus, inimicos noſtros facilè prouocaremus ad pacem & concordiam. Rubigo enim ferri tollitur dum ponitur ſuper prunas, & tunc calefit & inde percutitur. Sic inimicitia tollitur dũ ſuper prunas charitatis per beneficium impenſum eraditur.

F Diligere amicum. Diligere inimicũ. Diligere inimicũ eſt magis meritoriũ quam diligere amicum.

Dicitur ſecundò quòd Romani plus amore quàm furore acquiſierunt, & Chriſtus rex regum in cruce exaltatus omnia ad ſe traxit orando pro inimicis, & non in furore. Et ideo nõ eſſet tũc in neceſſitate inimicorũ ſequendus furor principis.

Secunda quæſtio eſt, vtrum diligere inimicos ſit magis meritorium quam diligere amicos. Et videtur ꝙ diligere amicos quia odium amicorum eſt peius quã odium inimicorum. Apparet ergo quòd etiam dilectio amici ſit melior quam dilectio inimici, quia contraria debent ſe habere oppoſito modo ad inuicem.

Reſpondetur per duas propoſitiones. Prima propoſitio, dilectio inimici ſimpliciter eſt maioris meriti, quàm dilectio amici propter multas cauſas. Prima eſt propter mercedis magnitudinem. Maior enim merces repromittitur his, qui diligunt inimicos quàm qui amicos Mat. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nam & Ethnici hoc faciunt. Et ideo inimici ſunt libentius diligendi quam amici. Terra enim fructificans magis ſeminatur, & vitis quæ melius vinum affert libentius excolitur, & merces lucrabiliores citius comparantur. Sic cum inimicus plura bona afferat, eſt magis diligendus. Inde & Stephanus quia vidit gloriam Dei quam habuit pro inimicorum dilectione, ſtatim voluit eam vna oratione comparare dicens. Domine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum. Perſecutores enim noſtri iuxta illud Pſalm. 87. Circundederunt me ſicut apes, ad modum apis nos hic pungunt tribulationibus, ſed in futuro fauũ beatitudinis nobis præparant, ſicut & Stephano, iuxta illud Eccleſiaſtici. 1. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocunditatis. Secunda ratio eſt propter ipſius dilectionis puritatem. In amicis enim caro, vel beneficium diligitur, in hoc ſolus Deus, & ideo gratior eſt Deo talis dilectio. Vnde quando in die iudicij quæreret dominus rationem de præcepto dilectionis fraternæ, & dixerit quis ſe aliquem amaſſe quia bene factor ſuus, aut quia ab eo amabatur. Reſpondebit pro illo amore iam nihil debeo tibi, quia pro illo ſolutus es. Si vero dixerit quis ſe alium dilexiſſe, quia offendit eum multis iniurijs, tunc dicet Deus, de iſto amore tibi debeo. Hunc enim mihi dediſti *Lucæ. 6.* Si diligitis eos qui vos diligunt quę vobis gratia, & ſequitur. Veruntamen diligite inimicos veſtros. Sic etiam diligebat Stephanus dominum vt dicit Fulgentius, quòd in illa neceſſitate oblitus amicorum non videtur pro eis oraſſe, ſed pro inimicis ſolum, ſicut fortis non ſe vult exercere in debilibus operibus, ſed in fortibus. Hinc eſt quòd cum pro ſe orauit, ſtans orauit, cum autem pro inimicis genibus flexis. Eius enim charitas tam accenſa erat ꝙ plꝰ dolebat de malo inimicorũ ſuorũ, quã de ſuo proprio. Tertia ratio propter pręcepti Dei adimpletionem perfectiorem & maiorem difficultatem. Nam præcipitur Mat. 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Pſalm. 118. Latum mandatum tuum nimis. Latum eſt cum amici & benefactores diliguntur, valde latum cum extranei & incogniti, ſed nimis latum per modum loquendi ſcripturæ, cum inimici. Latum etiam nimis, quia qui diligit inimicos a fortiori diligit etiam amicos. Si tam lata fuit charitas Stephani, vt mala perſecutorum ſuorum plus defleret, quàm propria incommoda, ſicut ſi frater tuus inſanus manu vna gladio ſe transfoderet, & alia tibi alapam daret, plus doleret de magno malo quod inferret ſibi, quam de paruo quod inferret tibi. Amplius enim doleu-

Stephanus magis amicos quam inimicos diligebat propter Chriſtũ.

G Stephanus. Stephanꝰ ſicut & cæteri maximè dolebat de peccato perſecutorum.

dolendum eſt de ſpirituali morte perſequētium, quàm de corporali patientium. Ideo ſumma pęna martyrum erat ex charitate & compaſſione ſuorum perſequentium. Sic enim torquebatur Paulus propter inimicos ſuos Iudæos qui eum perſequebantur, quos etiam velut filios (vt ait Chryſ. in homi. 3. de beato Paulo) diligebat. Ait enim ꝙ ſicut pater quando videt filium phreneticum iniuriantē & maledicentem ſibi, quantomagis hæc facit, tantomagis flet & compatitur, & nunquam iraſcitur. Sic erat Paulus, ita vt optaret anathema eſſe ꝓ fratribus, qui erant cognati ſui ſecundum carnem. Ac ſi diceret ſecundum Bern. Nolo intrare modo, niſi & iſti perſecutores mei (quos meos filios reputo) intrent mecum in gloria, ſicut mater habens paruum filium clamantem, & inuitata ad bonas epulas in domo diuitis dummodo dimittat filiū extra, non vult intrare, niſi intret & filius. Quarta ratio, propter maiorem vtilitatē quę ſequitur in præſenti ſeculo. Seruiūt enim nobis de abluendis delictis noſtris. Plus autem teneor ei qui me acquittat quàm ei qui me obligat. Sed ſi quis mihi faciat bonum ille me obligat ad ſibi ſimile faciendum. Qui vero me lędit, ſi habeo patientiam me acquittat. Hoc conſiderans quidam (vt habetur in vitis patrum) ridebat propter iniurias ſibi dictas in porta ciuitatis Athenienſium, & ideo fuit iudicatus dignus admitti in conſortio Philoſophorum, qui etiam mercedem dederat tribus annis his qui eum cō uitijs & iniurijs afficiebant. Item ibidem, alius frater quanto eum plus quis iniuriabatur aut irridebat, tanto magis ille currebat dicens. Iſti ſunt qui nobis occaſionem præbent ad profectum noſtrum. Quinta cauſa eſt propter Dei imitationem. Primò quia Chriſtus orauit pro inimicis ſuis & poſuit animam ſuam pro patribus noſtris qui erant inimici eius cum eſſent infideles. Secundò quia Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, immo malis magis communicat bona. Vnde dicit Chryſ. Erimus filij Dei ſi ſumus illi ſimiles imitatione in diligendo inimicos. Filij autem carnales frequenter aſſimilantur patribus in ſpecie aut loquela, aut in riſu, aut in alio corporis ſigno, ſed filij Dei in ſanctitate. Et illi quidem ſi ſimiles fuerint nullam laudem merentur, & ſi diſſimiles, nullam vituperationem, quia non eſt in poteſtate hominis qualem accipiat corporis qualitatem. Filij autem Dei ſi ſimiles fuerint laudandi ſunt, ſi diſſimiles, vituperādi, quia in poteſtate vniuſcuiuſque eſt mēſura iuſtitię faciendæ. Et ideo debent ei aſſimilari in dilectione inimicorum. Propter tria vero non debemus appetere vindictam de inimico noſtro. Primo, quia ille qui tibi iniuriatur magis iniuriatur Deo quàm tibi qui hoc ei prohibuit, & qui habet maius ius in te quàm tu ipſe. Exēplum accipe, quia ſi domus tua eſſet obligata ad centū lib. reditus annui, eſſet magis creditoris quàm tui. Sic eſt de nobis reſpectu Dei. Si ergo Deꝰ differt vindicare iniuriā illam, & nō eſt ei dedecus, ſed gloria, certus eſſe debes ꝙ nec tibi dedecus erit, ſi in præſenti non te vindicas. Non enim eſt dedecus homini ſi quid facit exemplo Dei, immo gloria magna eſt ſequi dominum. Eccleſiaſtici. 23. Certiſſimus eſto ꝙ Deus ſemel iniuriam ſuam & tuam vindicabit, ſi patienter expectes, & plus puniet eum Deus vno verbo niſi ſe correxerit in vita ſua quàm tu & totus mōdus punire poſſet per centum annos. Secundo quia talis ſpiritualiter mortuus eſt, & quaſi inſanus manus in ſe iniecit occidendo animam ſuam. Dedecus autem eſt inſanire in mortuum, vel in inſanum, & naturale eſt compati. Inde & lancea Chriſti dicitur dira, quia ipſum eſt perſecuta mortuum, & crux & claui dulces. Tertiò quia eſt membrum tuum. Si manꝰ offenderit oculum, non propter hoc expetit uindictam. Ideo ſi unum mēbrum corporis myſtici aliud offendit, non debet expetere vindictam. Et propterea nec Stephanus qui erat oculus eccleſiæ. Dicitur enim ꝙ archidiaconi ſunt oculi epiſcopi, vindictam quæſiuit, licet offenſus. Sed aliqui ſunt qui fecerunt domum cordis quam deberet dilatare charitas, ita arctā

H Appetere vindictā. Propter tria non debemus appetere vindictā de inimico.

quòd

ꝙ non poteſt eſſe charitas in ea. In domo enim aliquorum non intrant niſi amici, in domibus aliorũ nõ intrat niſi dimidius homo,qui corpus diligunt,non animam.

Odire amicos, eſt maioris demeriti quam inimicos odio habere.

Secunda propoſitio. Odire amicos eſt plus demeritorium, quam odire inimicos. Hoc enim eſt magis contra naturalem inclinationem, & homo redditur ingratus de beneficijs acceptis, reddens malum pro bono, quod non inuenitur in odio inimicorum. Nec oportet quòd ſi dilectio inimicorum ſit magis meritoria, quàm dilectio amicorum,ꝙ etiam odium inimicorum ſit peius odio amicorum.Ratio eſt ſecundum Durandum in 3. diſtin. 30.q.2.quia dilectio inimici quodammodo includit dilectionem amici, quia omnis, qui diligit inimicum diligit amicum vel actu, vel ſaltẽ habitu,quia ſi occurreret & opus eſſet,diligeret,& propterea eſt melior, quia bonum includens aliud melius eſt.Oportet ergo ex illa radice, quòd odium amici ſit peius odio inimici, quia odium amici eſt actus malus includens odium inimici, quia qui odit amicum, multomagis odit inimicum, & ſic erit actus peior.Sicut viuere melius eſt, quàm eſſe ſolum & nudum, quia viuere addit ſuper eſſe, & tamen non inde ſequitur quòd non viuere ſit peius,quàm non eſſe, immo oppoſitum.

De ſancto Ioanne Euangeliſta Sermo primus,& in ordine. LIII. per thema.

A

Ioannes Euangeliſta: Quare celebratur memoria tranſitus Ioannis poſt natalem domini, cum tunc nõ fuerit mortuus.

EXaltauit illum,apud proximos ſuos. Eccle.15. Cum ita ſit, ꝙ Ioannes euangeliſta (ſicut dicit Rationale diuinorum officiorum) in die ſancti Ioannis Baptiſtæ in tempore æſtiuo ab hoc ſęculo deceſſerit, quare eſt, ꝙ hodie celebratur eius tranſitus memoria? Si de alijs sãctis ſit die ſuo, vt de ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, & ſic de alijs,cur non de iſto? Reſpondetur quòd multæ ad hoc poſſunt aſſignari rationes.Prima eſt, quia ſcribitur Matth. 24. Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ. Et ſic dum filius Dei aſſumpſit corpus, cõgruũ erat vt ad iſtud corpus congregarentur aquilæ, ſcilicet Stephanus,& Ioannes. Stephanus quidẽ aquila erat, qui in terris poſitus claro intuitu ſtantẽ Ieſum in cęlis intuitus eſt.Similiter Ioannes,qui ſuper oẽs cęlos Cherubin,& Seraphin exaltatus,oĩum beatorum eſcam contemplatus eſt,& prędã illam quã de diuinitate guſtauit nobis ſuis pullis vorãdam attulit. Ideo oportuit ꝙ ad illius corporis aſſumptionem ille aquilæ congregarent̃, ſicut aues vnius ſpeciei ſe naturaliter cõſequunt̃. Iſte.n. duæ aquilę ſunt arma noſtri imperatoris,queadmodũ & Romanorũ imperator duas habebat aquilas,quarum aquilarum prima pugnauit in campum Stephanus,& ſecunda vltima pugnauit Ioannes. Scdã rõ,quia videmus,ꝙ in geſina alicuius de parẽtela,parẽtes veniunt ad ſolẽnizandũ feſtũ, nec reputatur,qui ibi non affert ſua encęnia. Si ergo in natiuitate Ioannis Baptiſtæ vicini & cognati congratulabant̃ ei, nõne magis congruũ fuit ꝙ Mariæ partui virgineo parens ſuus & nepos Ioannes adeſſet? Et ita fuit, quia ibi pro encęnijs lilium virginitatis attulit;ſicut Stephanus ſui ſanguinis optimum vinum, ita Ioannes carnem mundiſſimam. Cognati enim Marię ſpirituales ſunt,q ſunt amaro aĩo pro ſuis peccatis,aut alienis. 1. Regum.18. Ad Dauid congregati ſunt, qui erant amaro animo. Sic ad Chriſtum congregati ſunt,qui pro eo varias amaritudines paſſi ſunt Stephanus & Ioannes. Vt igitur aliquid dicere poſſimus,&c.

B

Exaltatio.

De triplici exaltatione, & ꝙ exaltatio in temporalibus eſt periculoſa.

Triplicem exaltationem ex ſcripturis legimus a Deo factam. Prima eſt periculoſa qua plures exaltat proſperitatem temporalium conferendo aliis expoſitis paupertati. Vnde cum quis diues efficitur, dicitur, il eſt monte en peu dheure,ſicut in domibus magnatũ aues, vt accipitres, & falcones,in perticis exaltantur, & ibi multũ benè retinent̃ per gethia, quia uix aut nunquã vellẽt a tali honore & gradu deſcendere, poſtquã de honore modicũ q̃d

hauſerunt,

hauſerit,ſicut gallinæ & anſeres inferius relinquuntur. Sed hæc exaltatio eſt periculoſa. Primo quia tales proni ſunt ad cõtemnendum Deum,quia accipiter quanto a domino ſuo plus ſaturatus fuerit,tanto tardius ipſi reclamanti venit.Sic mundani quanto ditiores & potentiores ſunt, tanto facilius mandata Dei contemnunt. Eſaiæ.1. Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me. Inde & gallina in auguſto non audit vocãtes ſe, quia nimis habet vnde viuat. Secundo eſt periculoſa reſpectu proximi ne lędat ipſum.Quãto enim ſentiunt ſe ditiores & potentiores,tanto audatius lites ſuſcitant,auferũt aliena, vt lupi cum ſe ſentiunt armatos dentibus acutis non timent oues impugnare.Pſal.88. Exaltaſti dexteram deprimentium eum.Hinc quidem.Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum.Exemplum de aſino, qui induit pellem leonis, & omnia alia animalia miſer aſinus conculcabat,& timebatur ab oĩbus.Tandem a domino ſuo per aures aſininas & magnas recognitus eſt,& reductus ad priſtinum ſtatũ. Sic tales miſeros exaltatos in altum poſtquam officium leonis,ideſt regis induerunt, ſæpe contingit grauare populum. Sed poſtea per magnam malitiam ſuam a domino recognoſcuntur & reducuntur in miſerum ſtatum,quandoque tẽporaliter,quandoque æternaliter. Tertio eſt periculoſa reſpectu ſui ne tentatus de altiori cadat.Alta enim ædificia ventis & tempeſtatibus infeſtata citius ruũt in diuerſa genera peccatorum. Exemplum de tortuca, quæ voluit portari ſurſum ab aquila,qua cum eſſet multũ eleuata,aſpiciens deorſum timuit, deſiderans adhuc eſſe in foramine ſuo.Ad quam aquila,Nõ feci(inquit)tecum mercatum quòd te reportarem inferius.Et ſic ex illa altitudine dimiſſa ruit,& penitus confracta eſt.Secũdò ne maiorem pœnam habeat. Magis enim ingratus magis puniendus eſt, & magis ingratus exiſtit, qui plus beneficij accepit ſi offendit.Secũdò dominus exaltat hominem gratioſa exaltatione, ſcilicet per gratiam ſuam ad deſiderium æternorũ.Pſal.9. Exaltauit me de portis mortis, ideſt de peccatis & occaſione peccatorum. Primo ne ſubmergatur cor ab amore illicito, vt natans caput eleuat ſuper aquas.Pſal.3. Tu es ſuſceptor meus, gloria mea,& exaltans caput meum,ideſt cor & mentem.Si enim habeat homo caput,in aqua ſubmergitur. Si vero totum corpus ſit,in aqua & caput extra,non perit. Sic quantumcunque homo habeat tẽporalia,ſicut Democriti pater,qui ex diuitijs ſuis poterat præparare conuiuium toti exercitui regis Perſis, ſi cor non poſuerit plus debito amando,non nocet.Pſ. Diuitię ſi affluant nolite cor apponere.Et ſi nihil habeat, & habeat voluntatem illicitè acquirendi,perit.1.Timo.6.Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum & in tentationes diaboli.Secundò ne corrũpatur, per charitatem temporalia relinquendo, vt vua,vel vitis, in partica leuatur ne putrefiat in terra.Eccleſiaſtici.vlt. Exaltaſti ſuper terram habitationẽ meã. Sed primo modo non exaltauit Deus Ioãnem Euãgeliſtam, quia in vita ſua nec bona nec dignitates mundi occupauit, quia ante Chriſti vocationem pauper erat, & poſt Chriſti vocationem cum Chriſto ſemper pauper fuit. Sed ſecundo modo exaltauit illum apud proximos ſuos eum ſubtrahendo ab aquis vbi piſcabatur, & faciendo omnia relinquere,& inter cæteros maximè diligendo, vt ſic de eo dicere poſſimus:Exaltauit illum apud proximos ſuos.Tertia exaltatio eſt glorioſa,qua exaltauit hominem in gloria, & iſta conuenit perfectis,de qua pſ. 56. Expecta dominũ, & cuſtodi viã eius,& exaltabit te vt hæreditate capias terrã.Hoc enim beato Ioanni dici poteſt Nam & expectauit dominũ in hoc mundo vſq; ad nonageſimumnonum ætatis ſuę annum, & cuſtodiuit viã eius,immo ſemitam arctam,& docuit eã. Ideo dominus exaltauit illum, vt hæreditate caperet terram, & hoc eſt,quod dicit thema. Exaltauit illum apud proximos ſuos.

C Ioannes Euãgeliſta.

Quinque modis inuenitur dominus Ioannem Euangeliſtam exaltaſſe ex ſacra ſcriptura. De quorum primo ſolum dicemus, in hoc ſermone. De reliquis vero

Diligere. Propter multa diligebat domin⁹ Ioãnem Euãgeliſtam.

vero quatuor ſermone ſequenti.

Primo igitur exaltauit dominus Ioannem, vt eſſet familiaris amicus ſuus; gallice le mignon de Ieſus, ita vt in ſcriptura nomen proprium amittat, & dicatur. Hic eſt diſcipulus quem diligebat Ieſus. Modo quo ſolet dici in curia, ſi quæratur de familiariſſimo regis quis eſt ille, dicitur, ceſt le mignon du roy. Si magnum eſt a magno principe diligi, quid a Deo excellenter diligi? Si familiaritas principum multum commendatur a populo, quanto magis Ioannis ad Deum? Huius autem excellentis dilectionis quatuor putantur cauſę: Prima eſt fidelitas. Multum enim diligit optimus paterfamilias ſeruum ſibi fideliſſimum. Et quis inter diſcipulos fidelior Ioanne, qui eum comitatus eſt vſque ad mortem, Petro negante & cęteris abeuntibus? Vnde etiam fidelis miles reputatur, qui nunquam in inimicum domini ſui conſentit, aut longius abſcedit, ſic Ioannes. Petrus enim parua retia reliquit, hic autem cum retibus patrem, quod longe maius eſt. Petrus iandudum cognouerat vxorem, hic omnem carnis voluptatē, immo nuptias (vt dicit Hieronymus) pro Chriſto negauit. Fecit enim Chriſtus ſicut bona nutrix, quę filium in igne eadem tem cito ſubtrahit. Sic Chriſtus eum a concupiſcentia carnis. Petrus iam vir vocatus ſe Chriſto obtulit, hic vero gratiſſimum florem iuuentutis ſuę in odorem ſuauitatis quaſi optimum cibum obtulit. Petrus paupertatem & obedientiam, hic vero cum iſtis lilium virginitatis. Secunda ratio eſt ſimilitudo. Similitudo enim eſt naturaliter cauſa dilectionis. Naturaliter enim videmus, quòd de duobus ludentibus quos nunquam videmus, vnum tamen prædiligimus & præaccipimus ad lucrum. Et huius non eſt alia ratio niſi maior ſimilitudo complexionis, propter quā præacceptamus vnum alteri. Inde Ambr. Eſt a natura inſitum bonis, vt virtutes proprias in cæteris quiſque amet. Cum etiā ad ſibi ſimilia volatilia conueniant. Ideo non eſt mirandum ſi Chriſtus præ cæteris Ioannem dilexerit propter virginitatis priuilegiū, quo pręcellebat Chriſtus.

Non enim plantulam virginitatis hortulanus Chriſtus in ſuæ eccleſiæ horto maximè diligebat. Nec reputandum eſt illud Hieronymi uerum, quòd Chriſtus cū retraxit a nuptijs volentem nubere Mariæ magdalenæ propter duo. Primum eſt, quia dicere, quòd Ioannes uoluerit nubere, eſt dicere quòd Ioannes voluerit carnē ſuam & integritatem corrumpere, & per conſequens eſſet diminutione de eius integritate, quod non eſt dicendum. Secundo quia Magdalena erat & nobiliſſima & ditiſſima, magnam partem ciuitatis Hieruſalem obtinens. Ioannes uero pauper piſcator. Non eſſet autem ueriſimile, quòd tam nobilis domina, tam pauperem piſcatorem coniugem ſibi accepiſſet. Tertia ratio fuit charitas maxima ipſius Ioannis. Maximè enim diligebat dominum. Seneca autem inquit. Monſtrabo tibi amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ueneni carmine. Si uis amari, ama. Sed nullus inuenitur Chriſtum plus dilexiſſe, quàm Ioannes. Quod patet primo, quia non ſolum ſibi corpore propinquus erat, ſed etiam anima, ut primo literæ, & ſcripturæ ſuæ perhibeant teſtimonium, quaſi ipſe ſit caminus uel fornax diuini incendij, & per ſcripturam quaſi per rimas exeat, quaſi per omnes paginas de charitate loquēdo, modo ſingulos ne ītim ad charitatē ꝑuocat, modo filios, modo filiolos, quaſi tenerrimè diligens appellat, nūc ꝓprijs ætatū uocabulis adoleſcētes, nūc infantes modo etiā deuoto fęmineo ſexui deſtinat epiſtolas, ita quòd mulierum deuotarum non obliuiſcitur. Solus enim ille inter Apoſtolos ad mulierem deſtinat epiſtolam. Secundo hoc idem patet, quia Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Gala. dicit, quòd illud vas diuinæ ſapientiæ propulſatum in ſenio cum portaretur a diſcipulis præ ſenectute ſemper dicebat. Filioli diligete alterutrum. Et percontatus cur ſemper amoris reſonaret uerbum, reſpondit. Hoc eſt præceptum ſtatutum teſtamentum & legatum domini mei Ieſu, quod ſi ſolum fiat, ſufficit. Verè de illo dici poterat illud Pſa¹. 118. Ignitum eloquium tuum uehementer, & Matth. 8.

Diui Hieronymi opinio inualida de Ioanne.

Ioannis charitas magna erga omnes.

Ex

Ex abundantia cordis os loquitur. Inde Chryſoſt. Mos eſt amantium vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant. Sicut enim homo afficitur ſic loquitur. Nos videmus, quòd affectiones habent voces & locutiones ſibi proprias, ſicut dolor habet voces gemebundas, amor iocundas, ſic & gratia gratioſas. Non mirum ergo ſi ille totus plenus gratia & charitate talia verba eructabat. Tertiò hoc idem patet exẽplo quod Clemens Alexander doctor recitat, & ab eo adducit Euſebium. 3. lib. hiſto. eccle. c. 23. Cum enim poſt Domitiani obitum de Pathmos inſula Epheſum rediret rogabatur etiam vicinas illuſtrare prouincias, quo vel eccleſias fundaret, in quibus non erant locis, vel in quibus erant ſacerdotibus ac miniſtris inſtrueret. Cum igitur veniſſet ad quandam vrbem non longe poſitam, omnibus eccleſiaſticis ſolemniter adimpletis, vidit iuuenem quendam validum corpore, & vultu elegantem & animi acrem nimis, reſpicienſque ad epiſcopum, qui nuper fuerat ordinatus. Hunc (inquit) ſummo ſtudio tibi cõmendo ſub teſtimonio Chriſti & totius eccleſiæ. Tunc ille omnem diligentiam pollicetur. Sed iterum atque iterum ſæpius repetens iuuenem cõmendabat attentius, & poſt hoc Epheſum rediit. Tum epiſcopus in domum ſuam iuuenem recipit, amplectitur & fouet, & ad vltimum baptiſmi gratiam tradit. Poſt hæc confidens gratiæ, qua fuerat commonitus, paulo indulgentius iuuenem habere cœpit. At ille vbi immatura libertate potitus eſt, continuò per æqueuos quibus luxus & deſidia cordi eſt, amare vitia & corruptæ vitæ incedere tramitem perdocetur. Et primo quidem conuiuiorum illecebris decipitur, deinde nocturnis eum furtis ſocium ſibi participemque conſciſcunt, & tandem in tanta mala prolabitur, vt efficeretur latronum princeps. Verum tempore lapſo ex cauſa aliqua Ioannis ad prædictam vrbem vocatur. Et cum cetera quorum gratia venerat ordinaſſet. Age (inquit) o epiſcope depoſitum repræſenta, quod tibi ego & Chriſtus commendauimus eccleſia teſte,

Exemplũ magnæ charitatis Ioannis.

quam regis. At ille primo obſtupuit, pecuniam putans a ſe repoſci, quam non acceperat. Sed rurſum conſiderabat, nec poſſe fallere Ioannem, nec ipſum quærere, quod non dedit. Hærebat igitur ſtupẽs. Quem Ioannes videns. Iuuenem (inquit) illum repeto abs te, & animam fratris. Tunc grauiter ſuſpirans epiſcopus, & in lachrymas reſolutus ait. Mortuus eſt. Quomodo inquit, vel quali morte, Deo ait mortuus eſt, quia peſſimus euaſit, & nunc princeps homicidarum & latronum factus eſt. Tunc gemens ſanctus Apoſtolus ait. Bonum te cuſtodem animæ fratris dereliqui. Sed nunc mihi equus paretur & dux itineris. Et cum perueniſſet ad locum, a latronibus qui cuſtodias obſeruabant capitur. At ille exclamauit. Ad hoc ipſe veni vt me caperetis, adducite mihi principem veſtrum. Qui cum veniſſet eminus agnito Ioanne pudore actus, in fugam vertitur. Tum ille equo poſt eum admiſſo, ætatis oblitus, ipſum inſequitur clamans. Quid fugis o fili patrem tuum, quid fugis inermem ſenem? Miſer noli timere, habes adhuc ſpem vitæ, ego Chriſto rationem reddam pro te. Certè, & pro te mortem libenter excipiã, ſicut & Chriſtus excipit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum & crede mihi, quia Chriſtus me miſit. At ille reſtitit, & armis proiectis ad genua ſenis prouoluitur gemitibus & vlulatibus quibus poterat ſatisfaciens. Apoſtolus vero iurauit ſe a Chriſto veniam impetraturum, ſimulque genibus eius prouolutus, atque ipſam dexteram ex cuius ſedis conſcientia torquebatur tanquam iam per pœnitentiam purgatam deoſculans, ad eccleſiam reuocat, & ieiuniis & lachrymis ei veniam a domino procurat, & nec ab eo diſceſſit quouſque eum eccleſiæ præfecerit, vt eſſet in prodigium & miraculum. quomodo poſt tam ſubitã mutationem & infimum ſtatum ad tam altum ſtatum deuenerit, & ſic patet eius amor. Quarta cauſa huius dilectionis eſt, quia inter omnes humillimus fuit. Hoc patet ex prędicto exemplo. Vnde & pater ſemper ſolet applaudere filio iuniori

& in-

& inter cæteros magis amare, licet antiquiori reſeruet hæreditatem. Hinc Gen. 42. Beniamin erat patri magis dilectus. Ioannes autem erat iunior Apoſtolorum, & ſic minor ętate, & etiam in ſui conſideratione, ideo erat Beniamin Chriſti, & ſic inter cæteros magis dilectus.

D Ioannes Euangeliſta. Diligere. An Ioannem plus diligebatur a Chriſto quàm Petrus et de ſignis familiaritatis Chriſti ad Ioānem.

Sed hic oritur quæſtio, quia Petrus magis diligebat Chriſtum, iuxta illud Ioan. vlti. Simon Ioannis diligis me plus his, ergo plus diligebatur. Dico ad hoc quòd forte Petrus feruentius diligebat Chriſtum. Amor vero Ioannis quietus & cū virginitate mixtus, propter quod vtrumque Chriſtus ei maiora dilectionis ſigna oſtendebat, licèt Petro ſuæ eccleſiæ hæreditatem reſeruaret. Sex autem ſigna familiaritatis ei oſtendit. Primo enim rex ſuo amico & familiari ſuam oſtendit potentiam. Sic fecit Chriſtus Ioanni in ſuſcitatione puellæ Archiſynagogi, vbi primū mortuum ſua poteſtate ſuſcitauit a mortuis, quod maius eſt, quàm poteſtate interficere hominem. Secundo gloriam & magnificentiam, quod fecit in transfiguratione. Tertio in amaritudine animæ ſuæ reuelauit ei ſecretum, ſcilicet nocte paſſionis, quando dixit. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Quartò quando ſuperuenit aliquod bonum beneficium, vel officium primo vocatur. Sic Chriſtus primò vocauit Ioannem cum Andrea ad officium Apoſtolatus. Quintò conſtituit eū legatum ſuum, in cęna præparanda, quia fuit vnus ex duobus, qui ierunt ad parandum ſibi paſca. Sexto maxima familiaritas eſt inter regem & militem, quando per aliqua ſigna mutuo ſe intelligunt & cognoſcunt. Sic Ioannes per internam inſpirationem ſibi a Deo datam ipſum præ cęteris cognoſcebat & intelligebat, vt patet Ioan. vlt. quando ſupra mare Tyberiadis ambulabat cognitus eſt a Ioanne Chriſtus. Tunc enim virgo virginem agnouit.

Sermo ſecundus de eodem, & in ordine. LIIII. per thema præcedens.

A Ioannes Euangeliſta. Aliquæ rationes propter quas celebratur tranſitus Ioānis ſecunda die poſt natiuitatem Chriſti.

Præter rationes quę præcedenti ſermone aſſignatę ſunt de eo quòd hodie & hoc tempore celebretur feſtū ſancti Ioānis Euangeliſtæ, & non in die natiuitatis beati Ioannis baptiſtæ, quo dicitur mortuus, poſſunt adhuc alię aſſignari. Quarum prima eſt, quia per Stephanum intelliguntur actiui, qui habent miniſtrare menſis, per Ioannem contemplatiui, qui cęleſtia contemplantur. Ideo ad denotandum quòd vtramque vitam inſtituere venerat Chriſtus, & homines in vtraq; vita ſaluari, ne deſperent, qui vitam non ducunt religioſam & cōtemplatiuam, ideo iſta duo feſta iunguntur natiuitati ſaluatoris. Pſ. 46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraam. Ridiculum enim eſſet dicere quòd ingreſſum in regno ſuo faceret rex ſine ſuis principibus. Et quia per anguſtias actiuæ fuit tranſitus ad contemplatiuam iocunditatem, & poſt copulam Lyæ laborioſam ſequuntur dulces Rachelis amplexus, ideo poſt feſtum Stephani ſequitur feſtum Ioannis. Secunda ratio ad oſtendendum quòd Chriſtus natus eſt, vt viam oſtendat ad gloriam, quæ primum ignorata erat, ſ. per tribulationes ad requiem, per lapides Stephani ad requiem Ioannis. Si enim remanent tribulationes in mundo, recurre ad lapides Stephani, quia petra refugium erinacijs, & deinde ad lectum & requiem Ioannis, in quo cum domino in pace obdormiuit. Etiam non poſſet commode celebrari eius ſolēnitas in die, quo fertur mortuus, propter ſolemnitatem natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ. Vt autem digne celebrare poſſimus feſtiuitatem hodiernam, accedamus ad Rebeccam matrem noſtram, vt nos induat veſtimentis, nō quidem Eſau, ſed Ioannis, id eſt gratiæ valde bonis. Illi ergo dicemus, Aue.

B Ioannes Euangeliſta. Ioannes fuit camerarius & ſecretarius Chriſti.

Cvm Ioannes ſicut dictum eſt ſermone matutino ſit ita familiaris Chriſto,

ſto, oportet dicere quòd habebat a Chriſto de primis officiis vacantib. & ita factū eſt. Primò enim conſtituit eum dominus ſuum camerarium & ſecretarium. Quia ſic ita patet primo, quia ſicut ſecretarij in fine literarum ſuarum ponūt nomina ſua, in teſtimonium ſcripti, ſic Ioannes in fine Euangelij ſe ſubſcripſit dicens. Hic eſt diſcipulus ille qui ſcripſit hæc. Secundo hoc idem patet, quia in cęna ſuper dominicum pectus recubuit. Tantum enim biberat de vino, quòd inebriatus vino cęleſti dormiebat, non ſicut cęteri ebrij, qui quod fecerunt, aut audierunt obliuiſcuntur, ſed benedictus Ioannes non ſic fecit, qui ea ſcripſit. Vnde cęteris altius hauſtum ſapientiæ potauit, de quo Auguſti. In pectore enim Chriſti erant omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ Dei abſconditi: Ipſe autem ſedit ſupra fontem vitæ a quo ipſe abūdantiam habuit, ita vt eſſet vnus de magnis fluuijs paradiſi ad terram eccleſię irrigandam, immo fuit apotheca ſpiritusſancti ſpeciebus gratiarum plenus. Pectus enim Chriſti eſt menſa cœleſtis, in qua ſunt deliciæ Angelorum, eſt etiam gazophylatium, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiarum. Quando autem famelicus ſedet ad menſam deliciarum valde ſaturatur. Quando egenus intrat gazophylatium valde ditatur. Sic fecit Ioannes cum illic obdormiuit, ita vt eius doctrina per orbem diuulgata miretur orbis terrarum. Ait Bruno ſuper Gen. Tulit Iacob unum lapidem & ſupponens capiti ſuo dormiuit, & tunc vidit ſecreta cęleſtia. Iſte lapis erat Chriſtus, ſuper quē dormiens Ioannes non minora meruit videre, quàm Iacob. Scyphus enim Ioſeph inuentus eſt in ſacco minoris, ſcilicet beniamin, id eſt Ioannis Euangeliſtæ, qui minor erat Apoſtolorum. Sic in ſacco, id eſt in corde humilium maximè inuenitur diuina ſapientia. Pſal. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Adam dormiens in paradiſo terreſtri prophetiā accepit de uxore ſua, hic vero dormiens in paradiſo, Angelorum prophetiam accepit de ſponſa agni & eccleſiæ. Sed quæri poſſet quid ibi uolebat facere Ioannes? Dico quòd interrogauit dominum dicēs. Quis eſt, qui tradet te? nullus autem diſcipulorum hoc audebat interrogare. Nō enim Petrus interrogare audebat, quia de ſua paſſione loquens durè fuerat increpatus a Chriſto. Matth. 16. Et etiam quia Ioannes magis familiaris erat. Inde Petrus Damianus. Conſiderandum eſt fratres qua deuotionis inſtantia beati Ioannis flagitare debemus auxilium, quem ſibimet interuentorem & Apoſtoli ipſi petierunt. Quantum apud iuſtum iudicem poterit pro peccatoribus, qui & pro ipſis curiæ cęleſtis ſenatoribus interuenit. Ipſe enim poteſt adire Ieſum quotieſcūque uoluerit. Tamquam enim familiariſſimus, nec faciem eius confundet, quia nepos eſt reginæ & quaſi filius eius, & regis cognatus. Sed nonne huic quæſtioni ſatisfecit Chriſtus? Dico quòd ſic, quia nihil occultat amicus amicis. Ioannes autem amicus eſt Ieſu. Si uerus eſt amicus, effundit animum in amicum ſuum. Inde dixit Petro cui curam de ouibus cō miſerat. Quid ad te, mihi cura eſt de illo.

C Ioannes Euangeliſta. Fuit theſaurarius Chriſti in cuſtodia matris ſuæ.

Sed oportet quòd ſi non ſit amicus, & familiaris regis æterni in minoribus officijs, oportet quòd euolet ad alta. Ideo dominus conſtituit eum theſaurarium ſuū, quando ſibi commiſit matrem ſuam in cuſtodiam. O maximum priuilegium, & admiratione dignum, quando ſibi inuentrix gratiæ commendatur in matrem, Dei mater in directricem, & imperatrix orbis in cuſtodiā. O quàm debebat habere plures præbendas & beneficia plura, qui habebat in cuſtodia largitricem præbendarum. Dominus Ieſus cruci affixus nihil plus habebat in mundo niſi ſuam crucē cui hærebat, & matrem ſuam. Veſtibus enim ſuis nudatus erat & diſcipulis. Crucem quaſi quoddam magnum bonum retinuit ſibi, ſed Mariam diſcipulo dedit. Ad inſtar principis bellicoſi, qui in bello poſitus, deſtitutus a multis paucis diſtribuit ex animo, quæ habet. ubi Petre eras, ubi Andreas &c. ſolus aſtitit Ioannes, & theſauri domin. factus eſt cuſtos. Vulgo dicitur quòd bene afficitur ad theſaurum

ſuum,

ſuum, qui mortis quæ iam dentibus hæret & ſuorum vulnerum mortalium oblitus, de ipſo conſtanter loquitur. Sic Chriſtus mortis proximę, & ſuorum vulnerũ oblitus, de theſauro ſuo matre ſua non obliuiſcitur, & ſimiliter recommendat matri ſuę ſon mignon, ſicut matres habent ſępe tales. Vnde Petro commendatur eccleſia, huic Maria. Illi tumultuoſa negotia, iſti quieta. Illi luna vniuerſalis eccleſia, huic nedum pulchra, vt, luna, verum electa vt ſol ad eum portandum, ſicut ſol ad nos illuminandum. Maximum vero eſt Ioannis priuilegium, quòd poſt illud reclinatorium, in quo vidit in principio erat verbum, ſibi traditur officina illa in cuſtodiam, in qua verbum caro factum eſt, ac ſi in toto orbe melior & fidelior inueniri non poſſet, cui tantæ matris miniſterium reliquiſſet. Si tantum ei allatum eſt, in exilio huius paupertatis, quantum putas ei datum ęſt in terra cęleſtis vbertatis? Si tantum exaltatus eſt in hac valle miſerię, quantum eleuatur in ſolio gloriæ? Tria enim tantummodo legitur Chriſtus in hoc mũdo habuiſſe diſpenſanda, ſcilicet matrem, eccleſiam, & burſam ſuam. Sed optimè cognoſcens illorum trium valorem: Ioãni & Petro fidelibus & probatis viris matrem & eccleſiam commendauit. Latroni vero Iudæ burſam ſuam quaſi nullius valoris dedit in cuſtodiam. Parum enim de burſa ſua curat, qui eius cuſtodem latronem facit. Nunc autem econtrario fit. Mater eccleſia nunc vilibus & garſionibus & latronibus datur in cuſtodiam, qui lanam ab ouibus optimè ſuſcipiũt & arripiunt, oues vero in periculo frigiditatis æternæ dimittunt. Burſam ſuam committunt fideliſſimo & probatiſſimo viro cum fideiuſſoribus, eccleſia vero pueris & garſionibus. Sed ecce filij ſęculi huius prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Vñ credendum eſt, ꝙ vna cum matre Chriſti ſuũ ſenſit martyrium. Dixerat enim illi dominus & Iacobo fratri eius. Mat. 10. Calicẽ quidem meum bibetis. Sic ergo quia non fallit Chriſtus alicubi ſuum calicem epotauit. Non in dolio feruentis olei, cum illæſus ab eo exiens nõ legitur paſſus. Nec in morte, cum (Hieronimo teſte) in termino vitæ, in hoc matri ſocius, ab omni dolore inuenitur alienus. Igitur oportet dicere ꝙ ſimul cũ matre paſſus ſit. Inde Aug. Dicebat dominus, ecce mater tua, & mulier, ecce filius tuus. Dum hæc pauca diceret, illi duo lachrymas fundere non ceſſabant. Tacebant ambo illi martyres & prę nimio dolore loqui non poterant. Hinc ex Ioanne & Maria & Chriſto fit ſcala, qua pauperes peccatores aſcendunt in cęlum. Canticorum. 4. Fecit ſibi rex Salomon ferculum de lignis libani, cuius columna argẽtea, reclinatorium aureum, ſed aſcenſum purpureum media charitate cõſtrauit propter filias Hieruſalem. In hoc ferculo quod nos euehit ab hoc ſęculo eſt columna argentea. Gala. 2. Petrus & Ioannes qui videbantur columnę eſſe dextras dederunt Paulo & Barnabæ ſocietates. Maria vero aſcenſus purpureus, ſed media charitas eſt Chriſtus, reclinatorium aureum patet eſt.

D Chriſtus. De tribus ſcilicet matre eccleſia, & burſa q̃ diuerſis Chriſtus commiſit.

Quarto dominus verus & ſummus põtifex cõſtituit eum prothonotarium ſuũ, non ꝙ ſit prius notarius tẽpore, quia Matthæus primo ſcripſit, deinde Marcus, tertio Lucas, & quarto Ioannes, immo Ioannes omnia alia ab Euãgeliſtis ſcripta adhuc in carne viuẽs vidit, vt dicitur. 3. lib. eccl. hiſto. Sed fuit primus perfectione, qa de maioribus & altioribus locutus eſt. Quia enim ſcd̃m philoſophum. 1. phyſicorum, a notioribus ad obſcuriora innata eſt nobis via. Ideo cęteri Euangeliſtę eccleſiam quaſi infantulam circa patientia humanitatem Chriſti geſta inſtruxerunt. Ioannes vero tanquã prouectã de difficilioribus inſtruxit, & ideo theologus antonomaticè dictus eſt. Vnde & Mattheus homo in figura deſcribitur, quia in principio humanam Chriſti generationem tractat. Marcus vero leo, quia in principio Ioannis Baptiſtæ tanquam leonis rugientis in deſerto vocem exaltat. Lucas autem bos, quia in principio ſui Euangelij Zachariam ſacrificante Ioãnẽ & Chriſtũ oblatos demonſtrat. Boues. n. antiquitus ſacrificabant. Ioães vero in principio altiſſima

E Ioannes Euangeliſta. Ioannes fuit prothonotarius Chriſti, & quare.

Euangeliſtarum figuræ qd ſignificet.

ma diuinitatis documenta deſignat, ideo cæteris altius velut Aquila volat.

Sed quæritur quare eum fecit dominus ſuum prothonotarium? Reſpondetur, vt poſſit habere duo beneficia incompatibilia,ſicut & nunc habēt prothonotarij. Antiquum beneficium erat his, qui erant in antiqua lege, vt donum haberent prophetię,ſed hoc beneficium ceſſit apoſtolatui. Inde Pſal. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Et ſicut impoſſibile eſt aliquem eſſe patrem primo & poſtea filium,ſic iſta duo beneficia fuerūt incompatibilia. Propter quod dominus fecit eum prothonotarium ad ea ſimul habenda. Diues autē multum reputatur,qui ſimul habet in cellario ſuo vinum vetus & nouum,ſicut habuit Ioannes. Fuit.n. in epiſtolis Apoſtolus,in Euāgelio Euāgeliſta, & in Apocalypſi propheta. In Euangelio nos inſtruit in fide,in Apocalypſi ſpecie prouchit de ęternis,& timorem infert de beneficijs, in epiſtolis charitatem commendat & laudat. Erat enim diſcipulus ille notus pontifici, ideo non mirum ſi multa obtinuit beneficia. Fuit enim Apoſtolus Chriſti,qui poſt quam abſolutus eſt per Mariæ tranſitum ab eius cuſtodia, ſeceſſit in partes Aſiæ, vbi tanta prædicatione fulſit, vt a Domitiano Romam deductus,anno 13. Imperij eius tūc feruente perſecutione in Chriſtianos, propterea quia Domitianus ſe faceret velut Deum adorari,tunc in feruentis olei dolium miſſus ſit, ſed illæſus exiuit. Tunc poterat dicere illud Pſ. 140. Impinguaſti domine in oleo caput meum, & calix meus inebrians,quàm pręclarus eſt. Et illud Pſal. 139. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Nam & de eo dicit dominus in Pſ. 80. Eripiam eum & glorificabo eum,eripiam eum,ſcilicet de tormento. Longitudine dierum replebo eū, quia vixit vſque ad nonaginta annos, & oſtendam illi ſalutare meum in gloria. Tanta autem gratia & tāta grauitate pollebat,vt poſt exitum a dolio præſes libenter dimiſiſſet eū. Nec Domitianus ob eius reuerentiam voluit eum vltra torquere, vt impleretur quod dictum eſt a domino. Io. vlt. Sic eum uolo manere. Sed miſit eū in exilium ad inſulam Pathmos,vbi relegabatur ad metalla portanda,& ibi Apocalipſim ſcripſit.

F Ioannes Euangeliſta. Ioannes fuit apoſtol⁹,euāgeliſta,et propheta.

Sic igitur fuit ſecūdò propheta in Apocalypſi,in qua magno ſpiritu pręuidit vltima,finalem eccleſię ſtatum,bonorum pręmia,& malorum ſupplitia. Multi affectāt ſcire,ſed refugiunt laborem, & quærunt ſcientiam in delicijs, recreationibus, & otijs. Sed Iob. 28. Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Ioannes autē ſuām prophetiam in exilio ſcripſit,vbi nō omnia neceſſaria creditur habuiſſe. Sed mortuo Domitiano & interfecto a ſenatu,omnia facta eius reuocata ſunt a Nerua ſuo ſucceſſore. Et ſic Ioannes ab exilio Epheſum redijt. Et ſicut dicit Hyreneus Lugdunen. poſt Timotheum a Paulo ordinatum, illic ordinatur epiſcopus, vbi multis miraculis claruit. Contra Cratonem philoſophū prędicauit, & gemmas confractas ſolidauit, & ipſum conuertit, alios etiam duos conuertit, qui venditis omnibus ſecuti ſunt eū. Et propterea qa eos penituit ſequi eum, mutauit frondes in aurū,& lapides arenæ in gēmas, & pp hoc ſuſcitauit iuuenem quendam. Item reuertens a exilio ſuſcitauit Druſianā ad preces populi Aſiæ,qui venit ſibi obuiam dicens. Benedictus q uenit in nomine domini. Venenum bibit,& templum Dianę Epheſi deſtruxit. Arctiſſimam tūc vitam ducebat, ſed tamen diſcretione temperabat. Nam & aliquando paruis iocis & honeſtis ſenex laſſus corpore ne ocio vacaret,ſe occupabat. Vnde Caſſianus libro collationum dicit,ꝙ cum Ioānes cū quadam auicula luderet, ſuperuenit quidam Architenens, qui a longinquis partibus ad ipſum uenerat propter famam eius viſitare, & eo viſo ſic ludente deriſit dicens. Quomodo hic ſenex, cuius tanta eſt fama, ſic cum auibus ut puer ludit? Reſpondit Ioannes. Quare non tenes ſemper arcum tuum extenſum? Reſpondit, quia uirtus eius laxaretur,& in beſtias minime poſſet impetus eius. Ad hæc Ioannes. Sic & rigor diſciplinæ & operis aſſiduitas arcū corporis laxaret, & redderet inutilē, ſi non quandoq; indulgeretur ei.

Ioannes quomodo fuit propheta mirabilis.

Tertio

Tertio fuit euangeliſta in euangelio. Poſtquam enim rediijt ab exilio creuerunt multæ hæreſes. Nam quidam dicebant matrimonia eſſe cōmunia, vt Nicolaitæ, de quibus mētionem facit in Apocalypſi, non tamen quòd Nicolaus diaconus illā ſectam inceperit, vt dicitur in 3. lib. eccle. hiſto. quia ille fuit ſanctus homo, ſed occaſionem ex quodam facto ab eo ſumpſerunt. Alij vt Cherintus, & quidam pauperes ſenſu (qui Ebionitæ dicti ſunt) negabant Christum eſſe Deum & deprauabant ſcripturas. De quo Cherinto legitur eodem libro, quòd cum Ioannes ve
6 niſſet ad balnea lauandi gratia, & vidiſſet ibi Cherintum exeuntem, dixit. Fugiamus hinc, ne balneæ ipſe corrumpāt nos, in quibus lauatur Cherintus veritatis inimicus. Ideo ad preces Aſiaticorum epiſcoporum ſeptuaginta quinque annorum ſcripſit euangelium contra Cherintum, vt dicit Hugo Floriacen. & hoc triduano inſtituto ieiunio, in quo ſuppleuit ab alijs minus dicta, & in quo ſecundum Auguſtinum non ſolum terrarum cacumina, vt Geometre, non ſolum ſyderum altitudines, vt Aſtrologi, non ſolum Angelorum choros, ſed etiam cęlos omnes conſcendit. Niſi enim conſcendiſſet, quomodo ad verbu n per quod omnia facta ſunt perueniſſet? Inde Origenes. Ioannes tranſcendit non ſolum quæ dici aut intelligi poſſunt, ſed quæ omnem intellectum, omnem denique ſermonem excedunt. Petrus altè volauit Deum & hominem confitens ex tempore factum, ſed altius Ioannes clamans eum de Deo genitum. Paulus vſque in tertium cęlum raptus eſt, ſed Ioannes vſque ad vltimum, immo ſuper omnes cęlos. Paulus audiuit verba quæ non licet homini loqui. Ioannes vero vnicum verbum audiuit quod ei loqui licuit, quantum poteſt hominibus prædicari. Immo ſecundum Hieronymū ſuper Zacha. Ea auſus eſt propalare myſteria, quæ forſitan mens neſciuit Angelica. Vnde qui prius erat ardea piſcans piſces in aquis, factus eſt aquila prædam capiens in cęlis. Stellæ enim cœli propinquiores magis illuminantur quàm remotiores, vt

Ioannes euangeliſta. De excellentia doctrinæ Ioannis.

Luna. Sic Ioannes præ cæteris eſt illuminatus, quia Chriſto vero ſoli propinquior. Hinc ſecundum Helmandum fertur beatiſſimus Ioannes pro illo loco ſecretiſſimo in quo ſeceſſerat diuina ſcripturus oraſſe, vt nullas huic inſiſtens ope ri ventorum aut imbrium pateretur iniurias, & adhuc locus ille vſque in hodiernum diem talem ſerenitatem obſeruat. Huius diſcipuli fuerunt ſanctus Papias Hierapolitanus. Policarpus Smirnenſis. Ignatius Antiochenus. Milenus Sardenſis, qui eius vitam ſcripſit. & Craton philoſophus quem conuertit.

H Ioannes euangeliſta.

Quinto dominus Ieſus non ſolum pōtifex ſummus, ſed & princeps regum terræ dedit ei regnum ęternum, & inuitauit ad ſuum cęleſte conuiuium. In magnis enim feſtiuitatibus potentes ſuos amicos ſolent ad conuiuia vocare, alios per literas, alios per nuntios, alios ore proprio. Ioannes autem ſicut intimus amicus ore proprio vocatus eſt. Ioan. vlti. Sic eum volo manere donec veniā, ideo inuitatus non diſtulit venire. Ait enim dominus ſibi. Veni delecte mi, tempus eſt vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. At ille reſpondit. Gratias ago tibi domine, quia me dignatus es ad tuas epulas inuitare, & ſtatim die dominica, quidam dicunt quòd erat dies natalis Ioannis baptiſtæ, Miletius vero quòd erat dies dominica in octauis paſce, fecit ſibi parari foueam, & vale dicens populo poſt prædicationem longam introiuit in foueam, & ibi obdormiuit in domino. Magnam enim habuit Ioannes moriendi voluntatem & eſſendi cum Chriſto, quando in ſepulcro ingreſſus eſt. Valde deſiderabat guſtare illud cōuiuium, ideo gratias agit inuitanti. Theſaurus ſuus Chriſtus & Maria erant in cęlo, & vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, ideo ibi eſſe ſumme deſiderabat. Inde ait. Suſcipe me cum fratribus meis, & ipſo intrante in foueam apparuit lumen immenſum, & abſcedente lumine poſt horam & amplius, nihil ibi inuentū eſt niſi manna ad modū fontis ſcaturire, corpus autem eius

Quia Chriſtus eum ore proprio vocauit ad regnum ſuum.

Ioannis euangeliſtæ finis.

ibi non eſt inuentum. Itaque de corpore: cius neſcitur vbi ſit. Quidam dicunt propter verbum Chriſti, ſic eum volo manere, ꝙ latet ſub terra viuens & expectans Chriſti aduentum ad iudicium. Sed iſtud reprobat Auguſtinus, quia tunc Chriſtus non maximè dilexiſſet Ioannem inter cęteros apoſtolos, quos iam collocauerat in ſuis potioribus bonis, niſi eum collocaret in gloria ſua. Alij dicunt ꝙ etiam tráſlatus eſt in paradiſum terreſtrem, expectans ibidem aduentum antichriſti cũ Enoch & Helia, ita ꝙ in lege naturę tráſlatus eſt Enoch, & in lege ſcripta Helias ad teſtificandum contra antichriſtum, ſic in lege gratiæ Ioannes, vt dicunt. Sed iſtud refelleretur vt prima opinio. Ideo eſt tertia opinio, ꝙ eſt in corpore & anima in paradiſo cęleſti tenens ſocietatem corpori Chriſti & matris eius. Hoc enim poteſt multipliciter deduci. Chriſt⁹ enim cuſtodiuit corpus eius ne corruptioni ſubiaceret, ne oleum feruens adureret, ne venenum noceret, ne gladius cum interimeret. Si tam fuit liberalis in mundo, cur nõ in cęlo? Secundo Ioãnes fuit Chriſti ſeruus & amicus ſicut cęteri apoſtoli, & etiam hoc fuit filius virginis per adoptionem, & Chriſti per creationem ſicut alij, igitur dupliciter filius ergo duplex ſibi manebat portiõ. Si ergo alij diſcipuli portionem habuerint quo ad animam, ſequitur ꝙ ipſe quo ad corpus & animã habuerit. Et hoc pulchre figuratum eſt. Geneſ. 45 ꝙ Ioſeph inuitauit omnes fratres ſuos, & dedit ſingulis ſtolam vnam, Beniamin plures minimo duas, quia frater erat ex patre patris & matris, ſaltem Beniamin plures ſtolas habuit quàm fratres ſui. Sic de Ioanne reſpectu aliorum, igitur. Tertio, quia corpus ſuum nullibi inuenitur in terris, ſicut corpora cęterorũ inueniuntur. Et quia corpus ſuum non inuenitur in terris, vbique nomen eius celebre habetur & multiplicatur in hominibus, ſicut nobiles vbi non habent terram, tamen ſibi retinent nomen. Sic Ioannes licèt hic inferius terrã ſuam non habeat, nomẽ tamen ſuũ multiplicat. Quartò nõ debet eſſe mirum ſi Chriſtus pro ſuo ſpecialiſſimo amico voluit concedere quod in morte ſua multis dignatus eſt dare. Sed reſurrectionem in corpore & anima dedit multis in ſua reſurrectione, quia multa corpora ſanctorum qui dormierát ſurrexerunt. Quicquid ſit de hoc probabiliter dictum, nõ eſt pro certo diffiniendũ. Tum primò quia ſapiens Prouerb. 30. inter tria difficilia vnum reputat viam aquilæ in cęlo vel contemplando celeſtia, vel etiam quem euolauit ad Chriſtum. Tum ſecundo quia Petro de hoc interroganti dixit Chriſtus. Quid ad te. Quid ergo habemus de hoc temere diffinire? Quicquid tamen ſit. Ioannes in hoc Moyſi aſſimulatur, quia aſſumptus de aquis & legẽ ſcribens populo Iſrael mortuus eſt, & corpus eius poſtea nullibi inuentum eſt. Sic beatus Ioãnes aſſumptus eſt ex aquis vbi piſcabatur, & legem ſcripſit euãgelicam, & poſtea nullibi inuẽtum eſt corpus eius.

I Ioannes euangeliſta. Quia ſit in cœlo in corpore et anima probatur aliquibus rationibus.

De eodem Sermo Tertius, & in ordine LV. per thema.

A Ioannes euangeliſta. Propter prerogatiuam virginitatis Ioannes meruit domino amplius cæteris edoceri.

Qvartum animal ſimile aquilæ volanti. Apocal. 4.

Quæritur quare potius Ioãni quàm cæteris apoſtolis cõceſſum eſt ſuper pectus domini recumbere, & ibi diuina perdoceri myſteria. Non enim videntur alij eo fuiſſe inferiores ſanctitate.

Reſpondetur quòd hoc maximè indicatur fuiſſe propter prærogatiuam virgineæ puritatis. Congruum enim fuit vt ſuper pectus virgineum ſolus virgo recumberet, & a virgine edoceret virgo. Integritas enim mentis & corporis multum valet ad ſapientia capeſſandam. Econtrario humor carnalis concupiſcentiæ impedit debitam oculis interioris ſeu intelligẽtiæ diſpõnem. Inde Philo. 14. de animalibus dicit, ꝙ aues habentes in oculis humorem purum & temperatum ſunt acuti viſus & alti volatus, vt patet de aquila quę propter puritatem oculorum volat altius cęteris animalibus, & ſolem cernit irreuerberatis obtutibus. Cum ergo Ioãnes haberet oculum mentis depuratũ ab om-

omni concupiſcentia carnali, nec vnquã fuiſſet expertus nuptias ſicut cæteri apoſtoli, non mirum ſi tanquam cęleſtis aqui la præ cæteris altius volauit, & fluenta ſapientiæ de ipſo dominici pectoris fonte potauit. In quo edocemur q̀ ſi volemus volare ſublimius pennis virtutum, & cœleſtia contemplari lympidius, amplecti debemus cum Ioanne puritatem mentis & corporis. Sic enim fecit & Paulus, qui de puritate ſua loquens ait. 2. Timo. 1. Gratias ago Deo meo cui ſeruio in conſcientia pura, & quaſi iam ad cœleſtia euolaſſet dixit. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, & ita altí volatus fuit & acutiſſimi viſus, q̀ vſque ad tertium cœlum, ideſt vſque ad tertium genus viſionis quo contemplabatur trinitatẽ, raptus eſt. Vnde Caſſiodorus. Paulus venit ad tantam ſapientiã propter carnis mũditiam. Narrat etiam Grego. Nazanzenus, q̀ cum ipſe iuuenis ſtuderet Athenis, apparuerunt ei in viſione duæ ſpecioſiſſimæ puellæ, quæ accedentes proprius ruerunt in eius amplexus, ipſe vero vt caſtus erubuit, & admiratus nõ modicum ait. Quænam eſtis? At illę, nos (inquiunt) ſumus duæ puellæ admodum tibi familiares & dilectę. Et ego ſum caſtitas dicit vna, & alia dicit. Ego ſum ſapientia, & venimus ad te volẽtes tecum, o caſtiſſime iuuenis habitare, quia tu nobis in corde & corpore tuo ſanctum habitaculum preparaſti. Sapientia enim in animas ſanctas ſe transfert, & immundum habitaculum deteſtatur. In cuius figura legitur Exodi. 19. q̀ Moyſes filijs Iſrael recepturis legem precepit vt ueſtimenta lauarent & a mulieribus abſtinerent. Cum enim lex domini ſit immaculata & eloquia Dei caſta, diuina ſapientia immaculatum & caſtum requirit diſcipulum. Ideo dicit Hugo in Didaſcalon. Illaudabilis eſt ſciẽtia quam uita maculat ipudica. Inde. 1. Reg. 21. Abimelech ſacerdos antequam panes propoſitionis daret Dauid & pueris ſuis, diligẽter quæſiuit. Sunt ne uaſa puerorum munda a mulieribus. In quo datur intelligi qui deſiderat a ſummo ſacerdote Chriſto pane ſapientiæ & intellectus cibari, ſtudeat caſtitati. Sicut enim candela madefacta vix poteſt accendi, ſic in corde carnali pleno cõcupiſcentia lumen doctrinæ vix poteſt ſuſcipi, & ſi forte ſuſcipitur, citò a uento uanitatis extinguitur. Et ſicut oculus corporalis clarè uidere nõ poteſt ſi fuerit lippus uel ſordibus plenus, ſic ad hoc q̀ oculus ſpiritualis ſyncerè diuinam ſapientiã contẽpletur, ab humore carnalis concupiſcentiæ depurari oportet. Ideo. 4. Regũ. 6. Aperuit dominus oculos pueri, & vidit montem plenum curribus & equitibus in circuitu Heliſei. Perfecta nanq; contẽplatio ſapientiæ, non cõpatitur fœditatem incontinentiæ. Inde Hiero. epiſtola. 70. ad Ruſticum monachum, ama ſcientiam literarum, & vitia carnis non amabis. Quia vero excellentiſſima inter omnes puras creaturas caſtitate mentis & corporis enituit virgo Maria, idcirco copioſius cæteris omnibus hauſit de ſapientia cœleſti. Immo in eius vterum deſcendit ille in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, qui etiam eſt diuina ſapientia. Igitur ad eam confugiẽmus ut edoceamur, &c.

Diui pauli puritas & ſapientia.

Sapientiã deſiderãs ſtudere debet caſtitati.

B Differentia eſt inter humanum oculũ & aquilinum, quia humanus oculus non ſufficit ad reſpiciendũ rotam ſolis in ſplẽdore ſuo, niſi forte interponatur aliqua nubes, ſed oculus aquilæ eam melius & acutius uidet. Sic oculus humanus hic non eſt ſufficiens ad habendum claram notitiam de cęleſtibus & ſignanter de trinitate, nec poteſt cognoſcere niſi mediante nube fidei, per quam inducimur ad credendum huiuſmodi myſterium trinitatis, nec poteſt quis oculo fixo intueri, quia omnem humanum intellectum excedit. 1. Timo. 6. Lucem habitat inacceſſibilem quam nullus hominum uidit. Neque enim hoc cognouit Salomõ, quia difficile eſt cognoſcere uiam maris, principaliter quando eſt ibi infinita profunditas. Auguſtinus autem uocat trinitatẽ pelagus infinitum, quia ſicut in mari quaſi non inuenitur fundus, ſic nec in trinitate. Sed tamen oculus aquilæ, ideſt beati Ioanni omnem intellectum exceſſit humanum ſicut oculus aquilę oculum

Ioannes euangeliſta.

Ocul⁹ Ioãnis quaſi aquila ecla rius cæteris uidit myſteriũ trinitatis.

 hominis.

hominis. Nam & Ioannes per aquilā figuratur, ſicut etiam patet in verbis thematis, & quartū animal ſimile aquilæ volāti.

Iuxta thema duobus ſermonibus oſtēdemus quomodo Ioannes rectè comparetur aquilæ, eo ꝙ ei conueniant conditiones aquilæ, de quibus aliquas dicem⁹ hoc ſermone matutino, reliquas vero ſermone ſequenti.

Ioannes cur Aquilæ comparetur.

Igitur Ioannes cōparatur aquilæ. Primo quia ſicut aquila in arduis ponit nidum ſuum, ſic Ioānes tenuit altitudinem ſtatus. Primò quia ſtatum vitę virginalis. Secundo quia ſtatum vitæ cōtēplatiuæ.

C Status. De triplici ſtatu, virginali uiduali et cōiugali.

Quo ad primum triplex inuenitur ſtatus. Primus eſt eorū qui habitant in terra q faciūt opera terrena & carnalia. 1. Cor. 7. Quæ nupta eſt, cogitat quę mūdi ſunt. Nuptiæ enim replent terrā. Secundus eſt viduarum eorū. ſ. qui habitant inter cœlū & terrā, qui poſt opera carnalia eleuantur ad ſpiritualia. Vnde Ezechiel in vtroque ſtatu fuit, Habuit enim vxorem, ſed ea mortua dixit. Eleuauit me ſpiritus inter cœlū & terrā Ezechiel. 24. Tertius eſt eorum qui habitant in cœlo rectè facientiū opera cœleſtia. 1. Cor. 7. Virgo cogitat q̄ Dei ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu, qui dicere poſſunt illud Phil. 3. Noſtra cōuerſatio in cęlis eſt. Hæc. n. eſt Angelorū conuerſatio. Hiero. In carne pręter carnē viuere non terrena vita eſt, ſed cęleſtis. Conuerſantur enim ſancti in cęlo, vbi nō nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei. Matth. 22. In hoc ſtatu ſemper fuit Ioannes, qui virgo electus a domino, uirgo in euum permanſit, & ſic altam poſuit conuerſationem ſuam, quando vocatus de nuptijs a domino (vt dicit Hieronymus, ſuper quo diſputatum eſt primo ſermone) ſtatum virginitatis aſſūpſit, de quo poſſet intelligi illud Iob. 37. Nunquid ad præceptum tuum, ideſt ad vocationem tuam eleuabitur aquila de ſtatu carnali ad cęleſtem, & in arduis ponet nidum ſuum? Quia ſi quis dixerit, ergo Ioannes perdidit virginitatem, & per conſequens non ſemper manſit virgo, vel ſaltem mente corruptus fuit.

Reſpondetur quòd duplex eſt virginitas. Vna corporis, & iſta perdita non recuperatur, nec illam perdidit Ioannes. Alia eſt mentalis, & iſta dupliciter poteſt perdi. Vno modo per matrimonij iuſti deſiderium, & iſta perditur ſine peccato. Alio modo per concupiſcentiam malam aliter quàm in matrimonio, & iſta perditur per culpam, & vtraque reparari poteſt. Primo modo perdidit eam Ioannes ſecundum dictum Hieronymi, ſed reparata eſt ipſo virginitatis ſtatum aſſumente. Occaſione huius virginitatis creditur cum ciuibus cœleſtibus multam familiaritatem habuiſſe, propter quod Angelus renuit ab eo obſequium accipere, & forte propter periculum idololatriæ, vel quia Ioannes iam par erat Angelis, vel maior, vel ad maius officiū deputatus. In cuius ſignum Gabrieli iunctus eſt tanquam ſocius ad Mariæ cuſtodiam, & intantum a Chriſto dilectus, vt dixerit Chriſtus matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Amor enim transformat amantem in amatum vt dicit Dionyſius. Ac ſi dixiſſet illud Dan. 4. Et ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Secundus ſtatus quem aſſumpſit quoddammodo conſequens ad ſtatum virginitatis, eſt ſtatus vitæ contemplatiuæ. Eſt enim duplex vita, ſcilicet actiua & cōtēplatiua. Vita actiua eſt qua homines etiam boni implicātur ſecularibus negotijs & recte conuerſantur in medio huius nationis prauæ & peruerſæ, intenti quomodo alijs proſint vel per eleemoſynas, vel prædicationem, aut alijs modis. Eccl. 2. Cogitaui vt animum meum transferrem ad ſapiētiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem quid eſſet vtile filijs hominum, quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuę. Et Eccl. 30. Occupatio magna creata eſt filijs hominum, & iugum graue ſuper filios Adæ a die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ in matrem omniū. Cōtemplatiua eſt qua ſpirituales viri ceſſant a ſecularibus negotijs, intenti meditationi, lectioni, & orationi, cuius dulcedine adeo rapiuntur a temporalium cura, vt nihil penè de illa ſentiant dicentes cū pſ. 7. Et cōculcet i terra vitā meā. Et illud

D Vita. De differentia vitæ actiuæ & cōtemplatiuæ.

Cant.

Cant 5. Laui pedes meos quomodo iterũ inquinabo illos? Cum autem venter noſter qui ſecularibus negotijs implicamur adhęſerit terrę, adeo ꝙ oculos noſtros ſta tuerimus declinare in terram, nec a terra valeamus aliqualiter ſubleuari, quis dabit nobis pennas ſicut columbæ, vt volemus in ſolitudinem eorum qui ſe elongauerunt a ſtrepitu mundi, & aſſumentes pennas vt aquilæ volant, & non deficiunt, donec a ſolitudine perueniant ad deſertum illud vbi paſtor relictis ouibus nonaginta nouem venit, quærens ouem centeſimam quæ perierat? Et hunc ſtatum maximè tenuit Ioannes in Pathmos inſula in quam fuerat relegatus, vbi contemplatione ſua meruit communicare & conuerſari cum ciuibus cęleſtibus, & edoceri de futuro ſtatu eccleſiæ. Sunt enim actiui terra, contemplatiui cęlum quæ in principio mundi creta ſunt, quia actiui dum in terra verſantur, quaſi terra ſunt, contemplatiui verò cęlum, dum quærendo quę ſurſum ſunt non quæ ſuper terram, conuerſantur in cęlis. Actiui ſunt natatilia in aquis vel reptilia, contẽplatiui volatilia ſuper terram, quia dum inter fluctus mundi quatiuntur quaſi natatilia in aquis ſunt, ſed alij dum pennis contemplationis volant ad alta, quaſi volatilia in libro aere manẽt. Actiui ſunt Iaphet, contemplatiui Sem, dum alios dilatat per bonam operationem, in aliorum vero tabernaculis Deus inhabitat per internam quietem. Illi cum Rebecca de chameli deformitate deſcendunt, alij cũ Iſaac ad meditandum in agro exeunt, quia dum alij peccatorum deformitatem deponunt, cum Rebecca de chameli gibbo deſcendunt, alij meditationi & orationi vacantes in agrum diuinæ lectionis exeunt. Sunt nempe primi Iacob in ſtadio mundi luctantes, alij Iſrael per contemplationem Deum quotidie videntes. Illi Lya, iſti Rachel, quia dum illi propter perplexitatem temporalium Deũ clare videre non poſſunt, quaſi Lya lippis oculis ſunt, alij dum ipſum contemplantur Rachelis venuſtum aſpectum habent. Illi contra Amalech cum Ioſue pugnant in valle, iſti cum Moyſe pro populo Dei orant in monte, quia dum illis eſt colluctatio, non tantum aduerſus carnem & ſanguinem, ſed etiam aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum, quaſi cum Ioſue contra Amalech, ideſt populum lingentem ſanguinem pugnant, iſti in oratione ſuſpenſi a terra quaſi ĩ monte cum Moyſe orant. Illi cum cęteris diſcipulis manent in pede montis, iſti cum Petro, Iacobo, & Ioanne in montem ad contemplandam Chriſti trãſfigurationem aſcendunt. Primi ſunt duo molentes in mola, dum in circumitũ mundanorum voluuntur & verſantur. Secundi ſunt duo in lecto contemplationis. Sed vnus ex vtroque ſtatu aſſumitur & alter relinquitur, quia ſecundum exigentiam meritorum alij aſſumuntur ad regnum, alij geheunæ relinquuntur. Primi quaſi Petrus cui dictum eſt. Tu me ſequere. Secundi quaſi Ioannes qui in cæna recubuit, de quo dictum eſt. Sic eum volo manere donec veniam. Sic igitur meritò Ioannes aquila dicendus eſt, qui tantam tenuit ſtatus arduitatem & altitudinem, vt quaſi contingeret cęlum ſtans in terra per virginalem & contemplatiuam vitam.

Actiui et contemplatiui quibus comparentur.

Secunda cõditio eſt, quia aquila eſt auida prædæ & citiſſimè deſcẽdit ad prædã, liberaliſque eſt ita ut cęteris aialibus partiatur prędã, niſi ſit famelica. Sed ſi famelica eſt nec ſibi ſufficiat, proximiorem ſibi auem rapit & deuorat. Sic Ioannes auidus prædæ cęleſtis, velociter ad pectus dñi ſe inclinauit predam illic capturus, unde diſpergeret omnibus auibus, ideſt prædicatoribus & Chriſtianis, ſupramodum inebriatus ad dolium, ſed gratia Dei non ſicut ebrij oblitus eſt eorum quæ illic didicit, ſed memoriter tenẽs omnibus contradidit. Ait enim Io. 1. De plenitudine eiꝰ accepimus omnes. Pectus iſtud ſuper quod reclinauit Ioannes pectus erat Aaron in quo ponebatur rationale ornatum lapidibus cęleſtis coloris. Nam in domino Ieſu erat omnis rationabilitas ſcientiarum & doctrinarum cęleſtium. Vel pectus illud pectus eſt ſapiẽtiæ, ꝙ dicitur

Pectus ſupra quod recubuit Ioannes quid ſignificet

citur Leuit. 7. pectuſculum eleuationis, quia ſapientia eleuat hominem ad ſuperna. Et ꝙ ponebatur in pectora Aaron rationale Exod. 39. ſignat ꝙ ſapientia noſtra debet eſſe diſcreta. Ro. 12. Rationabile obſequium veſtrum, & ꝙ debet eſſe de rationabilibus & cæleſtibus, non de mundanis, quia ſtultam fecit Deus ſapientiam hui⁹ mundi, propter quod virga Aaron deuorauit virgas magorum, eo quòd de mundana ſapientia ait dominus Abdiæ. 1. perdam ſapientiam ſapientium. Sed modo oppoſitum fit, quia ſapientia poetarum Moyſi, immo Chriſti ſapientiã deſtruit. Non ſapientiam mundi quærebat Ioannes quando appropinquauit ad fontem totius ſapientię, ſed ſupra mundanã, cui⁹ odore & ſapore ſic recreatus eſt, vt poſſet tunc dicere quod in fine, odor tuus domine cõcupiſcentias in me excitauit ęternas. Nec mirum, quia odor eius eſt ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Ille eſt odor ſine quo non curritur, quia nemo venit ad patrem, niſi tractus a filio, ſicut & ad filium nemo venire poteſt, niſi pater ſuus traxerit eum. Sed ad iſtum odorem varij vario modo ſe habent. Sũt enim quidam ſortiti animam bonam, quos a puero notauimus anhelare ad diuinos odores, & ad cæleſtia deſideria naturali quodam inſtinctu ſuſpendi, nondum habentes vſum rationis plenum. Habent autem alij curuas in terris animas & cæleſtium inanes, inſtar pecorum. Vnde diſcipulus patris vnius ex eremo conqueſtus eſt eidẽ cum admiratione ꝙ vnus e fratribus apoſtatauerat. Mirare (inquit) potius fili quo pacto remanet aliquis, ſi non venit ſpecialiter a Deo, non humano ſolũ conſilio tractus. Exemplũ addidit de vario⁹ genere catulorum, quorum aliqui per odorem beſtiæ perſequuntur eam infatigabiliter, dum alij quamuis excitati per clamorem ſtatim deſiſtunt, nec alios comitantur, quia odorem venaticum naribus non hauriunt. Chriſti autem bonus odor ſumus dicebat apoſtolus, ſed non omnibus ad vitam, quemadmodum Iudas quando domus repleta eſt ex odore vnguenti, nõ cucurrit, ſed lapſus eſt. Ioannes autem illo odore perfuſus velociſſime cucurrit ad Chriſtum aſſumens pennas vt aquilæ ſimilis Nazareis de quibus dicitur ꝙ ſunt aquilis velociores, leonib⁹ fortiores. Infatigabiliter etiam volauit, de illorum numero de quibus dicitur Eſa. 40. Sancti qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem, volabunt & non deficient. Et ſicut aquila famelica nec habẽs ſufficientem alimoniam proximiorẽ ſibi auẽ rapit & deuorat, ſic & Ioannes non contentus de præda Iudæorum quaſi nõ eſſet ſufficiens, etiam gentiles qui ſibi per vitæ eius & doctrinę imitationẽ ꝓximabant velut famelicus rapiebat & deuorabat, vt cũ eo fierent mẽbra vnius corporis myſtici, cuius caput eſt Chriſtus. Vel deuorabat & deſtruebat hæreticos q ſibi approximare videbantur vt haberent de ꝑda ſua, i. vt ſibi tollerent diſcipulos ſuos per doctrinam ſuam fallacem, quos tamen acquiſierat Chriſto per veram & ſanam doctrinam. Tales enim ſicut Ebionem, Cherintum, & cęteros confundebat Ioannes. Vnde & Ioannis buccina perſonante vulua hæreticorum ſine liberis facta eſt, & vbera eorum facta ſunt arentia, & reuelata eſt inſipientia magiſtrorum mendacij. In cuius ſignum dicebat dñs Oſeæ eiuſdem. 9. Da eis. ſ. hæreticis, & cum quęſiſſet propheta. Quid dabo eis? Reſpondit dñs. Vuluam ſine liberis & vbera arentia. Huius enim operationis impletio facta eſt in Ioanne, qui exaltans vocem ſuam tanquã tubam, peccantium mentes perterruit, eorum ſcilicet q bella volunt, & linguas pręcipitauit. Optima eſt hęc tuba non tantum cornea, ſed argentea & aurea. Cornea quia ſicut cornu carnem excedit, ſic iſte diſcipulus defectus carnis ſuperauit, quæ ſurſum ſunt ſapiẽs nõ quæ ſuper terrã, in carne ambulãs, nõ ſecũdũ carnẽ militans, ſicut cornu carni inhæret & eã ſuperat. Argẽtea etiã eſt & aurea, q̃ eloquij venuſtate reſplenduit, & ſenſus profunditate enituit. In auro. n. ſapiẽtia, in argento eloquẽtia intelligĩt. Ductilis etiã eſt, quia terendo frangitur, ſed ꝓducitur. Malleis enim tribulationũ examinatus, nõ defecit, ſed ꝓfecit. De eo-

E Odor Chriſti. Varij diuerſimode ſe habẽt ad odorem Chriſti.

F Ioannes euangeliſta. Ioannes confundebat hereticos & perturbabat buccina euãgelica.

De eodem ſermo quartus, & in ordine L VI. per thema prædictum.

A Ioannes euangeliſta. In doctrina Ioānis eſt re fectō omnium fidelium.

BEnedictus dominus, qui ſic prouidit aquilę noſtræ Ioanni vt haberet vnde diſtribueret prædam non ſolum domeſticis Iudæis, ſed etiam toti mundo. Fecit autem dominus ſicut bonus diues qui tempore cariſtiæ miſertus pauperum, aperit horreum ſuum, & facit domum ſuam conſuetudinariam pauperibus. Nam dominus in eccleſia ſua aperuit horrea ſua doctores ſuos continentes triticum ſapiētiæ ſalutaris, vt inde ſuſtētent pauperes fideles ſuos, quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et maximè hoc fecit per beatū Ioannem euangeliſtam, cuius doctrina tanquam purum triticum ſpiritus in totum orbem tam copiosè diffuſa eſt, vt nō ſolum per menſem vel annum, ſed uſque in ſeculum ſufficiat totum ſuſtentare mūdū. De quo dici poteſt illud Eccl. 15. In medio eccleſiæ aperuit os eius, & imple uit eū dn̄s ſpiritu ſapiētię, & intellect⁹. Bene dixit in medio eccleſię vt eſſet eius doctrina communis, ſicut ſi quis aperiret ſaccum in medio foro, vt omnes ad illum attingerent. Contra illos qui prædicāt in latibulis, vt hæretici, & qui non omnibus, tantum aliquibus propter fauorem & gloriam prędicāt, & ſolum magnis perſonis. Non ſic iſte, ſed in medio eccleſię. Nec de vacuo corde verbum protulit, quia impleuit eum dn̄s, & non ſolū ſpiritu intellectus, ſed etiam ſapientiæ, quæ affectionē impregnat. Sine ſpiritu intellect⁹ eſt prædicatio ſtulta, ſine ſpiritu ſapientię indeuota. Multi .n. ſunt qui prędicant qui non dū intellectū habent prius docentes quā diſcant, ſimiles veſicis plenis vento, quæ ſonant cū tribus piſis. Multi etiā habētes intellectum nōdum ſapientiā habent in quibus non viuit ſcriptura, quia tantūmodo picta eſt in memoria ſicut in codice, ſed non viuit in eorum affectione. Beatus autē euangeliſta Ioannes plenus erat ſpiritu ſapientiæ & intellectus, taliter ꝙ hydria farinę ſalutaris doctrinę eius non defecit nec deficiet, nec lecythus olei minuetur. 3. Reg. 17. Sed ſemper habebunt fideles unde paſcantur ad ſalutem in doctrina eius, quam præ nimia ſui plenitudine terris effudit, vtpote qui pleno ore hauſerat doctrinam illam in fonte ſcientiarum Chriſto, & in eximio eius riuulo virgine glorioſa, cui poſt paſſionem tanquam matri deſeruiens, audiebat verba ſapientiæ & gratiæ q̄ ꝓcedebant de ore ei⁹. Ad cuius ſcholam confugiamus, vt aliq̄d ſalutiferum haurire poſſimus, ſolita eam oratione ſalutantes & dicentes, Aue.

B Prędicatio quomodo eſſe debeat.

QVęritur vn̄ habuit aquila noſtra Ioānes ꝙ ſic ī doctrina ſua volauit in altum, & ꝙ tam profundè intellexit myſteria ſcripturæ, immo & tradidit, vt merito compararetur Ioannes aquilæ non quā litercunq; ſe habēti, ſed volanti. Quomodo enim literas ſcire potuit, qui eas nunquam didicerat?

B Ioannes euangeliſta. Humilitas Ioannis fecit eum exaltari ad cæleſtia myſteria intelligenda.

Reſpondetur ꝙ habuit ex inſpiratione ſummi magiſtri & benedictione eius, pectus in cęna recubuit, qui plus ſcientiæ ſubito infudit quàm poſſet natura in quantocunque tēpore & cum quātolibet exercitio literario, & hoc propter humilitatem ipſius Ioannis, qui minor & iunior erat inter apoſtolos. Humilitas enim facit hominē magis capacē doctrinæ cęleſtis. Primò quia ſicut qui habet clauem domum facile ingreditur, ſic humilis facile pertingit ad capeſſenda ſecreta cęleſtia & ſcripturæ ſacrę. Nam vt dicit gloſ. ſuper illud Lucæ 11. Væ vobis legiſperitis. Humilitas eſt clauis quam qui habēt, ſcripturas intelligunt. Secundo vas inclinatum plus haurit de aqua. Sic Ioannes inclinauit ſe ſuper pectus domini, & hauſit de fonte ſcientiæ abundantius. Tertio nobiles reuelant ſecreta ſua celantibus, ſuperbi autem iactando tacere neſciunt quod humiles celant. Inde Mat. 11. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Quod impletum videmus in Ioanne cui paruulo & humili reuelata ſunt tam ardua myſteria, ut neceſſe fuerit eum volare ſuper pennas uentorum ad ea intelligenda, in quo non

immerito comparatur aquilæ volanti, cũ dicitur. Quartum animal ſimile aquilę volanti.

C Maria. Ioannes euangeliſta. Maria in Ioãne fuit mater eccleſiæ, & de comparatione Mariæ et eccleſiæ.

Dictis duabus conditionibus aquilæ, reſtat loqui de aliquibus alijs oſtendendo quomodo etiam conueniant Ioanni euangeliſtæ.

Igitur tertia conditio aquilæ eſt, ꝙ in præruptis ſilicibus & inacceſſibili rupæ nidificat in deſerto loco. Sic Ioãnes nidum ſuum poſuit in rupe Marię vnde proceſſerunt fontes aquarum, inacceſſibili hoſti antiquo, quę pullos duos habuit, vnum naturalem, ſcilicet Chriſtum, alium adoptiuum.ſ.Ioannẽ, quorum vterque in radios ſolares obtut⁹ figebat. Vel magis dic ꝙ aquila duos fet⁹ gignit. Sic Maria duos, vnũ naturalem filiũ, alium adoptiuum tã quam in eo eſſet mater eccleſiæ. Hunc.n. fecit Chriſtus Mariæ filiũ in cruce, dum ſibi matrem commendauit. Super quo Petrus Damianus. Commiſit dominus Petro claues eccleſię, & voluit beato Ioanne cuſtodiam delegare Mariæ. Vtraque mater, mater Maria, mater eccleſia, ſed Maria mater Chriſti, eccleſia mater Chriſtianorum. De Maria Chriſtus carnem ſuſcepit, & eccleſiã de latere ſuo produxit. Ex iſta prodijt ſecundũ carnẽ natus, illã protulit carne iã mortuus. Ex iſta voluit naſci, pro iſta dignat⁹ eſt mori. Ex vna ſemel natus eſt in perſona ſua, ex altera naſcunt̃ quotidie mẽbra ſua. Magna & fęlix mater Maria, ex cuius viſceribus caro Chriſti aſſumpta eſt, ex qua rurſus per aquam & ſanguinẽ profluxit eccleſia. Hoc itaque modo & ex Maria prodijſſe videtur eccleſia. Vtraque tñ caſta, vtraque mũda, vtraque perpetuæ virginitatis ſignaculo præmunita. Harũ duarũ matrum & virginũ alteram Ioanni, alterã Petro voluit cõmẽdare, vt perpenſo diligenter vtriuſq; põderе myſterij, excellẽtiũ meritorũ dignitas in duobus cęli ſenatoribus videatur ęqua ri. Dixit dñs Petro. Tibi dabo claues regni cęlorum. Nunquid & Maria cęlũ nõ fuit, in cuius vtero virginali nouẽ mẽſib⁹ tota diuinitatis plenitudo permanſit, ex cuius caſtis viſceribus verbum Dei per quod facta ſunt oĩa, immaculata ſe carne veſtiuit? Non igitur præſumptione cęlũ dicitur Maria. Atque Ioannem dñs cęli quodãmodo clauicularum eſſe cõſtituit dũ genitricis ſuæ cuſtodem eſſe decreuit.

D Maria. Ioannes euangeliſta. Ioannes cuſtodiebat Mariam, & cuſtodiebatur ab ea.

Sed quæritur vtrum Ioannes cuſtodiebat Mariam, vel Maria Ioannem? Videt̃ ſecundũ quia maior minorẽ cuſtodit, Pręterea non indigebat Maria cuſtodia, quæ Angelorum munita erat ſocietate. Similiter erat tñ gratia cõfirmata, & ideo videt̃ ꝙ non indigebat. Reſpondętur primò ꝙ & rex cuſtodit regnum ſuum & populũ ſuum, & populus cuſtodit eũ. Immo dñs cuſtodit vniuerſa, & tamẽ vult etiã cuſtodiri. Dicit enim ſapiens, Prouer.27. Cuſtos dñi ſui glorificabitur. Nil ergo mirũ ſi Ioannes cuſtodit Mariam, & ecõuerſo, dicitur ſecundo ꝙ Maria Ioannem cuſtodiebat precibus, exemplis, & doctrinis in quibus præcellebat. Sed Ioannes eius cuſtodiam habebat conſolando eam, nutriendo, quamuis panem otioſa non comederit. Mulier enim ſola (quicquid prudentiæ & ſanctitatis ſit in ea) videtur derelicta, niſi aliquo ſuffragio ſuſtentet̃ virorũ vel mulierum. Dicitur tertio ꝙ in illo facto denotat ꝙ parẽtes & alij quib⁹ incũbit debẽt dare pueris ſuis cuſtodiã bonę ſocietatis, ſicut dñs dedit virgini virginẽ tanquã ſociũ & cuſtodẽ. Bona enim ſocietas vtilis eſt homini non ſolũ vt cõſeruet eum in bono, ſed etiam vt faciat commutare vitam malã in bonã. Cuprum enim durũ & rubeũ ſi diu cum vitro liquefactũ bulliat, ductile & clarum efficitur, & a rubore & fragilitate aliqualiter immutatur. Sic homo quãquã ſit per carnalitatẽ rubeus, & per obſtinationẽ durus, & ꝑ impatientiã frangibilis & impurus, ſi tñ vitro.i. claris bonis ſocijs adiungatur, ſolet mutari, & tẽperari, & a ſuis malis conditionib⁹ alterari, & in bonis ſi quas habeat confirmari. Exemplum de Saul & ſeruis eius, qui quamuis ſpiritũ prophetiæ non haberent, immo perſequendo Dauid in malo ꝓpoſito eſſent.i.Reg.19.tñ veniẽtes ad cuneũ ꝓphetarum cęperunt cum eis prophetare, & mutati ſunt in viros alios. Vnde de ramo ſyluestri oliuæ domeſticæ inſerto, id eſt de malo homine per bonam

E Societas bonæ. Multum vtilis eſt bona ſocietas.

nam ſocietatem alterato loquitur Apoſtolus Roma. 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. q. d. ſicut ſurculus radici vel ſtipiti inſertus participat ipſi radicis influentiam, & virtutem, ita quòd ſic cari non permittitur, ſed potius virtute radicis fructificat, viret, & augetur, ſic qui adiūgitur cum ſocietate participat de ipſius bonitate, vt quilibet ſocius dicat Apocal. 1. Ego Ioannes frater veſter particeps in tribulatione & regno. Qui enim ſunt ſocij tribulationis, erunt & ſocij conſolationis. Carbo etiam viuus mortuum accēdit, ſed non mortuus mortuum. Sic bonus ſocius datus etiam malo puero, illum plerunque accendit ad amorem Dei, ſed non malus homo. Ideo debent ſuper hoc parentes & ſuperiores prouidere, vt Ioānes, ideſt ille, in quo eſt gratia ſit cuſtos & ſocius Mariæ, hoc eſt puerorum vel ſubditorum ſuorum. Alioquin eſt magnum periculum, ſed habeat malā ſocietatem, quia Pſal. 17. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.

F *Ioannes euangeliſta. Euāgelia. De quatuor euangelijs, & excellentia Ioannis ſuper cæteros euangeliſtas.*

Quarta conditio ſeu excellentia aquilę eſt, ꝙ eſt rex auium. Sic & Ioānes omniū ſuperior euangeliſtarum, & propterea vbi alij euangeliſtæ alijs figuris deſignantur, ipſe figuratur per aquilam. Sunt autē quatuor euangelia quaſi quatuor flumina paradiſi, ex vno fonte pectore Chriſti profluentia, hortum ſanctæ eccleſiæ irrigantia. Hæc ſunt quatuor camerę in arca eccleſię ſupra ſentinā diſpoſitę, quia ſupra legem veterem (quæ ꝑꝑ fecem literæ quaſi ſentina intelligitur) quatuor euangelia quāſi quatuor camerę ſunt erecta. Hæc ſunt quatuor extremitates in ſcala Iacob, per quā Angelos aſcendentes & deſcēdentes conſpexit, quia in quatuor euāgelijs quaſi in quatuor angulis ſiue extremitatib', ſcriptura ſacra per quā doctores aſcendūt cōtemplando ardua, & deſcendunt humilia annunciando, innexa firmiter continetur. Et per ſupremas extremitates quaſi in cęlo fixas, Ioannes qui de eius diuinitate, & Marcus, qui de eius reſurrectione (quibus quaſi in cęlo conſiſtit) plenius tractant, meritò intelliguntur. Per infimas terrę hærentes Matthæus & Lucas, qui pręcipue de eius humanitate agunt, per quā in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Hæc ſunt quatuor uxores Iacob, ex quibus prolem ſuſcepit, quia per doctrinam quatuor euangeliorum noſtro Iacob multiplex proles fidelium eſt propagata. Hæc eſt arca teſtamenti quadrangula. Exodi 26. quia doctrina euangelica propter ſui ſtabilitatem quadrata, in quatuor orbis climata eſt annunciata, quando in omnem terram exiuit ſonus eorum. Hi ſunt quatuor anni Salomonis poſt quos cępit templum ædificari, quia poſt annunciationem & prædicationem quatuor euangeliorum cępit eccleſia ordinari. Hæc ſunt illa tria inueſtigabilia, & quartum quod Salomon ignorat, quia in alijs euangeliſtis ſpiritualis intelligentia inueſtigabilis eſt, & Ioannis uia, qui tanquam aquila ſolem intuetur in rota, penitus ignoratur, niſi quantum fides adminiſtrat credentium. Hæc ſunt quadrigæ illę de quibus Cantic. 6. Anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab, quia noſter Aminadab (qui interpretatur ſpontaneus) id eſt Chriſtus, qui ſponte uenit ad paſſionem quadriga quatuor euangeliorum vehitur ad corda fidelium, quando ex hac quadriga euangelica turbantur ad pęnitentiam. Hæc ſunt etiam quadrigæ de quibus Zachar. 6. Vidi & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes æenci, quia quatuor euangeliſtæ quibus quaſi quadriga Chriſtus ad corda uehitur auditorum, de concordia duorum teſtamentorum ęternitatem annuntiantes, ad portandam fidem domini per mundum progrediuntur. Iſti ſunt quatuor uenti cęli, qui egrediuntur ut ſtent coram dominatore uniuerſæ terræ, quia quatuor euangeliſtæ cęleſtem doctrinam inſufflant. Zacha. 6. Hæc ſunt quatuor filiæ Philippi, qui interpretatur os lampadis, quia quatuor euāgelia ex ore illius lampadis proceſſerunt, quæ cum ſit lux uera illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Vñ qa Chriſtus fuit rex, ꝓpheta, ſacerdos, & Deus, ideo quatuor euāgeliſtę ꝓpter hæc quatuor

Quatuor euāgelia quod ſignificent.

G *Euangeliſtæ. De figuris quatuor euangeliſtarum.*

quatuor officia quatuor ſpeciebus animalium deſignantur, & a quatuor incipiunt ſua euangelia. Primo Matthęus a genealogia Chriſti oſtendendo quomodo deſcendit de ſemine regio, ideo homo pingitur, quia regalem & nobilem hominis generationem ſcribit in principio. Secundo Marcus a prophetia Eſaiæ incipit. Et quia prophetæ antiquitus velut leones contra peccata populi rugiebant, vt patet inducēdo in ſingulis prophetis, ideo in leonis forma ſcribitur. Tertio fuit ſacerdos, ideo Lucas in principio euangelij a ſacerdotio Zachariæ incipit, & in forma bouis qui conſueuerat ſacrificari pingitur. Quarto eſt verus Deus, ideo Ioannes a diuinitate euangelium incipit, & quaſi aquila altius volans pingitur. Cum enim cęteri euangeliſtæ quaſi ambulent cum domino in terra, iſte in cęlo graditur. Nam & in principio ſui euangelij aſcendit ad prædā diuinitatis, ſed tamen ſtatim & immediate deſcendit ad prædam humanitatis, cū dicit, & verbum caro factum eſt. In manu eius ponitur calix, ſed certe vini meri cum dicit. In principio erat verbum, ibi puram affirmans diuinitatem, ſed plenus mixto, cum vnionem humanitatis, cum deitate aſſeruit dicens. Et verbum caro factum eſt, adeo vt Chriſtianos inebriet vino in quo non eſt luxuria, ſed germinare faciente virgines.

H Ioannes euangeliſta. Quare dixit quòd diligebat eum Ieſus.

Sed hic quæritur quomodo in fine euāgelij ſui auſus eſt dicere, Hic eſt diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, qui ſcripſit hæc. Videtur quòd ſit iactantia. Nonne etiā alios & viros & mulieres diligebat? Dici poteſt primo quòd nomen ſuum tacuit ad euitandum iactantiam. Sic & Lucas quādo apparuit ei dominus in Emaus, quia dicitur fuiſſe ſocius Cleophæ, etiam non præmiſit nomen ſuum actibus Apoſtolorum quos ſcripſit. Matthæus vero dixit vbi erat res non laudis. Dicitur ſecūdo quòd ſe ſignificauit Ioannes per diſcipulum quem diligebat Ieſus, ad oſtendendum primò quòd ſua ſcriptura de Chriſto vera erat. Nam Chriſtus non niſi veraces diligit. Pſal. 83. Diligit dominus veritatem & iudicium. Et propterea dilectionem eius exprimit vt ſe oſtendat tā ſcribēdo veracem. Secundò homo magnæ reputationis reputatur verax, quia ſi mendax eſt nullius reputationis credo, quicquid officij vel beneficij habeat. Et ideo Ioannes in ſcribendo teſtimonium de Chriſto, vt ei credatur, æſtimationem & reputationem quam de ſe habebat Chriſtus indicat. Tertio vt doceret vnumquemque facere, quod in ſe eſt ad hoc quòd diligatur a Deo. Ipſe enim erat ille, qui complebat mandata Dei, ideo diligebatur. Et quia dominus videbat, quòd multum proficeret in tribus voluminibus, quæ fecit, & magiſter diligit ſtudioſos, igitur dicit ꝙ diligebat eum Ieſus. Quartò quia videbat ꝙ dominus multum differebat recipere illum in gloria ſua, ſed ne miraremur, oſtendit quòd & ſi aliqui differantur, & dimittantur diutius in mundo, non tamen propter hoc minus diliguntur. Dicitur tertiò quòd dominus aliquos alios & viros, & mulieres diligebat, ſed quia Ioannes erat le mignon, ideo ſe ſignificauit per nomen dilecti, ſicut per antonomaſiam denotatur Paulus per nomen Apoſtoli.

I Ioannes euangeliſta. Ioannes ſignificat nobis oēm virtutem cuſtodem animæ.

Quinta conditio aquilæ eſt, quòd prouocat ad volandum pullos ſuos, volitans ſuper eos, vt dicitur Deut. 32. Sic & Ioannes non ceſſabat prouocare homines ad volatum ſanctæ conuerſationis roſtro, volatu, & vnguibus. Hoc eſt verbis affectiuis, volatu deuotionis, operibus ſanctis & ſcripturis, ſciens ſibi eſſe præceptū Oſeæ. 8. In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum dñi. Prædicabat enim quaſi tuba exaltans vocē ſuam, prædicabat ſcriptura ſua, ꝑdicabat uita, prædicabant facta eius & inſtruebant homines, ita quòd ex factis ſuis ſignificat nobis omnem virtutem cuſtodem animæ. Diuerſis enim modis dicitur aliquid cuſtodiri. Primo cuſtodit arca theſaurum. Sic Ioannis humilitas theſaurum omnium virtutum. Humilitas enim eſt arca ferrata. Cuſtodit etiam vigil ciuitatem, miles caſtrum, bonus præpoſitus vel iuſtitiarius ciuitatem, & ſal carnes a putredine, in quo ſignificantur quatuor virtutes Cardinales. Quid vigil niſi prudentia, miles fortitudo, bonus

Cuſtodiri diuerſimo dè aliquid dicitur.

præpo-

prępoſitus iuſtitia, ſal ſobrietas. Sal enim modeſtiam ſignificat in cibis, potibus, verbis, veſtibus, & ſic de cæteris. Propter hoc baptizando candela in manu ponitur, quæ ſignificat prudentiam, vngitur quaſi pugil inter ſcapulas propter fortitudinem, induitur alba veſte propter iuſtitiæ puritatem, ſal in ore ponitur propter ſobrietatem. Ioannes autem has quatuor gratias ſignificat. Legitur enim primo de ipſo quòd recubuit ſuper pectus domini, & hoc ſignificat prudentiam, ſecundo quia non defecit frixus in oleo, & hoc deſignat fortitudem, tertio quòd virgo fuit, & hoc rectè ſignificat iuſtitiæ incorruptionem, incorruptio enim maxime pertinet ad iuſtitiam, quartò quòd manna inuentum eſt in ſepulchro eius, qui fuit cibus filiorum Iſrael, & dabatur ad menſuram Gomorreorum. Exod. 16. & hoc ſignificat ſobrietatem. Hæ ſunt quatuor virtutes, quæ plurimum valent ad inſtitutionem vitæ hominis, quas docet ſapientia. Sapien. 8. Sobrietatem enim docet, & ſapientiam, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in uita hominibus. Itaque Ioannes diutius militauit pro populo inſtruendo, & prouocando ad amorem Dei uita, ſcripturis, & etiam uiua uoce, ſicut patuit in inſtructione Cratonis philoſophi reprobando modum, quo docebat mundum eſſe contemnendum per fractionem gemmarum precioſarum, eo ꝙ talis modus eſſet inutilis ad ſalutem. Aiebat enim. Sicut vana eſt medicina, qua morbus non abſcinditur, ſic uana eſt doctrina qua uitia non currantur animarum. De manna quidem ſcientiæ noſtræ uermes curioſitatis & uanitatis ebullium, dum ad aliud reſeruantur, quàm ad ſabbata quietis ęternæ. Hoc etiam patuit quando docebat uitandum eſſe nimium amorem diuitiarum, & in plurimis alijs. Poſtea uero in principio imperij Traiani migrauit ad Chriſtum, anno a paſſione domini. 68. ut dicit Hierony. libro. de uiris illuſtribus. Quando autem paſſus eſt dominus erat Ioannes. 31. annorum. Et ſic mortuus eſt nonageſimumnonum agens annum ætatis ſuę, & exijt de carcere mortis huius, in quo diutius fuerat clauſus, pro quo poterat orare in ſua ſenectute dicens illud. Pſal. 141. Educ domine de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo cum fratribus meis. Sed contingebat illi ſicut Paulo, qui dicebat Philippen. 1. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, manere autem in carne neceſſarium propter fratres. Dominus autem qui tandiu eum dimiſerat in mundo, amplius in morte præ cæteris honorauit, in aſſumptione videlicet corporis & animæ, ut prius probabiliter dictum eſt, eo quòd uita, ſcientia, ætate, ac meritorum dignitate quę diuturniori tempore acquirere potuerat, præcellere uidebatur. Talis enim etiam in eccleſia militante plus honorari deberet & præferri illis, qui non æquè pollerent talibus prærogatiuis. Nam ut dicit gloſſ. ad Coloſ. 3. ſuper locum illum. Mulieres ſubditæ eſtote uiris. Hæc eſt pax domeſtica & cohabitantium ordinata a Deo concordia & clara iuſtitia, ut ſcilicet qui excellunt, ratione excellant dominatione. Sed modò tanta eſt in ipſa militante eccleſia perturbatio ob defectum prælatorum, quia non eſt, qui ambitioſos & impudentes ſe ingerere reprimat dicens. Da huic locum, nec eſt qui humiles extollat dicens. Amice aſcende ſuperius, ſed impletum eſt quod dicitur Eccl. 10. Eſt malum aliud quod uidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens a facie principis, id eſt cuiuſlibet ſuperioris cuius eſſet ea quę ſub ipſo ſunt ordinare. Stultum vidi poſitum in dignitate ſublimi, & diuites, ideſt meritis præminentes ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos. Et hoc eſt quia non eſt hodie qui attendat merita hominum, quia omnia reguntur fortuna, ut dicit Eccle. 9. Vidi ſub ſole nec uelocium eſſe curſum, nec fortiū bellum, nec ſapientium panem, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumque in omnibus. Non ſic facit dominus in eccleſia triumphante, ſed qui potiores ſunt meritis, illi ſunt magis glorioſi.

Ioannes quando mortuus eſt.

K *Dignitas. Quia deberent pferri i dignitatib⁹ qui plus meruerunt.*

De eodem ſermo quintus, & in ordine LVII. per thema.

A Amor. Ioannes euangeliſta. De triplici proprietate ignis amoris in Ioanne reperta.

Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. j Ioan. 3. Secundum doctores, amor eſt quidam ignis inflammans animum hominis. Iſte ignis inter cęteras proprietates tres habet. Primò ardet & vrit, ſed ad ſimilitudinẽ ignis qui erat in rubo non conſumit. Sic amor quanto maior, tanto magis vrit animum hominis, ſed non conſumit, ſed magis conſeruat & viuificat. Odium enim eſt magis paſſio mortificans, iuxta illud. 1. Io. 3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt, ſcilicet ſuiipſius. Et ibidem. Qui non diligit manet in morte. Sic Ioannes tanto amore accendebatur, vt nihil ex ore eius niſi verba amoris exirent. Secundò lucet. Non enim eſt ignis flammans ſine luce, ſic nec charitas ſine ſapientia. Ex hoc ſortitus eſt Ioãnes multa bona, ſcilicet ſcientiam, & illuminationem intellectus, quia dilectio magis illuminat, quàm ſtudium, nec charitas eſt ſine luce ſapientię ſicut nec ignis ſine luce. Et vt dicitur Eccleſiaſtici. 1. Dilectio Dei honorabilis ſapientia, quia facit hominem honorabilem. & Eccleſiaſtici. 2. Qui timetis dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Tertiò aſcendit, & quãto maior tanto altior. Ideo velut aquila aſcendit ſuper omnes, vt dictum eſt. Et dicit Hiero. in prologo ſuper Zacha. Vel etiam propter hoc aſcendit ad cœlos in ſupremo prope beatam virginem. Et inde poſſet dicere verba propoſita. Tranſlati ſumus de morte ad vitam. Et quia beata Maria fuit ſumme dilectrix, ideo ſuper omnes eleuata eſt. Ad eam igitur confugiamus dicentes, Aue.

B Ioannes euangeliſta. Ioannes dilexit fratres recto amore, nõ recurruo ad terrena ſicut multi.

Iuxta thema dicemus primo quomodo Ioannes dilexit fratres. Secundo quomodo tranſlatus eſt de morte ad vitam.

Quo ad primum ſecundum doctrinam ſuam. 1. Io. 3. Filioli non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. Primò dilexit fratres & proximos opere. Primò iuuando eos in neceſſitate, ſicut patuit in Druſiana quam ſuſcitauit, & in pluribus alijs. Non quidem diligẽs ſicut multi, qui diligunt amore non recto nec diuturno, ſed reflexo ad terrena. Qui diligunt ſicut canis oſſa, ſicut meretrix leccatorem, quãdiu habet aliquid quod accipiat. Arbor enim diligenter ſeruatur & frequenter viſitatur quamdiu in ea ſunt fructus, ſed ablatis fructibus ſine cuſtodia relinquit. Vt patet in vineis, quę tempore fructuum clauduntur & cuſtodiuntur, ſed ablatis fructibus exponuntur. Similes pullis vulpiũ, qui quando non inueniunt lac in maternis vberibus, mordent & dilacerant dentibus. Amor iſtorum habet vnam ſolam ſaiſon, ſicut flores placent ſolum quãdo ſunt recentes. Sicut canis ſequitur vetulam ferentem tripas ad forum, ſed in reditu non. Inde Seneca. Hoc ſolum habet boni aduerſitas, quòd amicos probat, & quando nihil plus habet homo, tranſeunt ad alios. Sicut porcus de quercu ad quercum, vt habeat glandes. Secundo dilexit opere ſe exponendo morti pro ſalute proximorum. Nam cum ſeditio exorta fuiſſet Epheſi pro ſubuerſione templi Dianæ, quod ſubuerterat Ioannes, ad pacandum Ariſtodemum ſacerdotem idolorum principem bibit venenum mortiferum, vt & inde ipſe Ariſtodemus & cęteri infideles conuerterentur ad fidem, cũ vidiſſent ex eiuſdem veneni potatione nihil mali irrogatum Ioanni.

Sed ibi quæritur vtrum licebat Ioanni bibere venenum? Dicitur primo ꝙ hoc non eſt in conſequentiam trahendum. Dicitur ſecundò quòd ſancto Ioanni fuiſſet hoc illicitum, niſi ſentimentum habuiſſet per diuinam inſpirationem, vel per virtutem ſecum exiſtentem operantem miracula ad hęc facienda. Sicut enim mali aliquando ad magicas artes habent aliquẽ dęmonẽ familiarem, ſic ſancti in ſuis virtutibus ſentiunt virtutem Dei, vel per ſe, vel per Angelos ſibi familiares, ratione cuius ad hæc operandum inducuntur.

C Diligere. Diligẽdi ſunt proximi propter merita.

Secundò dilexit fratres in veritate, docendo veritatem per quam ſalui fierent. Sicut patuit in tota doctrina ſua, in qua etiã præcepit nobis diligere fratres & proximos,

mos, dicens. Filioli diligite alterutrum. Et hoc debemus facere propter multas cauſas. Primo ratione ſimilitudinis, vt ouis ouem diligit. Eccleſiaſtici. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile. Inde dicitur quòd Chriſtus diligebat Ioannem, quia erat ſimilis ei in conditionibus. Erat enim virgo mente & corpore ſicut fuit Chriſtus. Et ſi dicatur ꝙ hoc nullibi inuenitur in ſcriptura ſacra. Dicitur primo ꝙ verum eſt, nec oportebat eum per ipſum Ioannẽ ſacra ſcriptura ſit cõpleta. De ſe autem hoc teſtimonium nõ perhibuiſſet. Nullus enim teſtimonium hoc ferre potuiſſet, niſi poſt eum ſuperſtites aliqui eſſent. Nulli autem ſuperſtites fuerunt diſcipuli poſt eum. Dicitur ſecundo ꝙ poſteri eius diſcipuli, vt Miletius fidem nobis fecerunt de hoc, qui ſcripſerunt legendam eius, ſicut & de cęteris legendis ſanctorum quę traditę ſunt a fide dignis, & ab eccleſia receptæ. Tertiò dico, ꝙ non ſolum ſicut legendę credẽdum eſt hoc, ſed adhuc magis, eo ꝙ vniuerſalis eccleſia hoc canit, hoc etiam approbat. Et ideo in ſignum huius matrem ſuam virginem ob priuilegium ſuæ virginitatis illi cuſtodiendam dedit. Secundo ratione fraternitatis ſpiritualis. Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Multitudo fratrum carnalium minuit portionem terrenam, ſed non ſic de fratribus in cęlo, ſicut lux non minuitur quando a pluribus participatur. Hinc Grego. Fęlix hæreditas quam multitudo fratrum non anguſtat. Ideo ſe debent plus diligere fratres ſpirituales, quàm carnales. Nam Gal. 5. Quia ſi inuicem mordetis, videte ne ab inuicem conſumamini, ſicut viſum eſt de multis ciuitatibus. Inde eſt ꝙ Ioannes tenerrime diligebat quos in Chriſto genuerat, filios ſpirituali generatione, fratres in percipiẽda hæreditate, ſicut patuit in iuuene, de quo dictum eſt prius. Tertio ratione diuinæ præceptionis. Hoc enim vltimo ꝑcepit dominus quaſi magis obſeruandum. Dicebat autem Ioannes. Hoc eſt teſtamẽtum legatum & preceptum magiſtri mei, quod ſi ſolũ fiat, ſufficit. Vnde hoc Apoſtolis reliquit. Non agros, non vineas, & tanquam ſignum cognitions diſcipulorũ Chriſti. Sed multi ſunt, qui hoc non erogant ſuis proximis, nec in morte ſuis filijs, de quibus Pſal. 77. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Quarto ratione diuinę dilectionis, vt mulier debet diligere amicos viri ſui. Audi Ioãnis doctrinam. 1. Io. 4 Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Fons qui ĩ alto oritur de facili ad loca infima deriuatur. Sic amor Dei ſi de Deo perfectè habeatur, ad proximum deriuatur. Hinc dicitur. Qui diligit me, diligit canẽ meũ. Ad iſtum ſenſum, qui diligit me, diligit amicum meum, non intelligendo de maſtinis, quia illud eſt falſum. Non enim oportet ſi dilatetur cor meum ad diligendum aliquem, quòd dilatetur vſque ad beſtiam. Si eſſent minus de maſtinis & plures de amicis melius eſſet. Deus enim nihil odit eorum quæ fecit, ſed omnia diligit. Non poteſt ergo quis diligere Deum & odire fratrem ſuum. Quinto ratione mutuæ connexionis. Sumus enim vnius corporis membra, ideo ſicut membra debemus facere. Primò membrũ alteri ſubuenit in neceſſitate, vt oculus toti corpori videt & manus prouidet. 1. Cor. 2. In idipſum pro inuicem ſolicita ſunt membra. Secundo non vindicando. Os enim non mordet digitum ſi lędat oculum vel ſeipſum. Similiter non oportet coniurare in uentrem ſi omnia vorat. Eccleſiaſtici. 28. Qui vindicari vult, a domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Et eodem. c. Homo homini ſeruat iram, & a Deo quærit medelam. Tertiò in ſupportando alterum, ut collum, brachium fratrum. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Exemplum eſt in manu, qui naturaliter tutatur alias partes. Quarto defectum alterius celando. Manus enim turpia tegit. Inde manu & folijs primi parentes turpia regunt. Sic & filij ſectando eos. Quintò malum alterius medico reuelando, ut os malum pedis. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Sequitur. Si te non audierit dic eccleſiæ tanquã medico ſpirituali. Vnde non debemus uindicare, ſed cum mãſuetudine

Chriſtiani omnes ſunt vnices corporis membra.

ſuctudine corripere, ſicut fecit Ioannes illum epiſcopum cui depoſitum cõmiſerat.

D Ioannes Euangeliſta dimiſſus eſt diu ĩ hoc mundo ꝓpter multa.

Pro ſecundo quod eſt de tranſlatione eius de morte ad vitam quæruntur tria. Primò quæritur quare dominus ita diu ſeruauit Ioannem ſcilicet nonagintanouem annis, vt dictum eſt in ſermone præcedenti. Videtur ꝙ non curauerit de eo, quia tantum dimiſit eum tegere in cineribus ſuis, & in hoc mundo. Reſpondetur ꝙ propter multa. Primò ad hæreticorum ſubuerſionem. Hæretici enim tunc temporis cœperunt pullulare, cum deſierunt apoſtoli eſſe in hoc mundo qui fuerant cũ Chriſto. De quo loquens Egeſippus, vt recitatur. 3. lib. hiſto. eccle c. 32. ſic ait. Vſq; ad tempora illa virgo munda & immaculata permanſit eccleſia, corruptoribus veritatis & diuini verbi temeratoribus, aut nuſquam omnino extãtibus, aut ſi qui forte fuerant, in occultis & abditis hiatibus terræ deliteſcentibus. Vt vero apoſtolorum chorus & omnis illa ætas quę a domino ſuſceperat viuæ vocis auditum, de hac luce diſceſſit; tum velut in vacuam domum, falſæ doctrinæ impius ſe error immerſit. Vnde tunc non auſi erant aliq̃d dicere hæretici, quando adhuc erat regiſtrum patens Chriſti Ieſu, quando adhuc erat pectus, in quo quieſcebat ſpiritusſanctus. Sed quando miſſus eſt Ioannes in exilium, inſurrexerunt hæretici, ſtatim tamẽ deſierunt ipſo redeunte. Sicut enim quãdiu vixit Ioſue & cæteri qui tranſierunt mare rubrum, & viderant miracula quę fecerat dominus in deſerto non errauerunt filij Iſrael, ſed illis obeuntibus idola coluerunt. Sic in Chriſtianitate, ita fuit ꝙ cęperunt hęretici poſtquam deſierũt apoſtoli & luminaria mundi. Ideo multo tẽpore dimiſit dominus Ioannem ad ſupplẽdum doctrinam, quæ ſupererat. Erat enim ſenex venerandus, dilectus a Chriſto, & cognoſcens omnia opera eius, & propterea ad extirpandos errores, erat magis aptus. Vt enim dicit Hiero. ad Aug. Bos laſſus fortius figit pedem. Hoc patet in Euãgelio, & Apocalypſi quæ ſenex cõpoſuit.

Hæreſiæ quando ĩcœperũt.

Mors quõ eſt fortior amore.

Secunda ratio, vt oſtendatur amor eſſe lõgiſſimæ durationis. Vinculo amoris ligãtur anima & corpus, & nullum vinculum amore illo fortius. Et ſi dicatur ꝙ mors eſt fortior. Dicitur quòd nunc licet mors & vinculum illud pughet, & vincat mors, tamen in fine vincet amor Chriſti, quando amor Chriſti ad ſuos faciet deſcendere Chriſtum ad deſtruendum mortem, iuxta illud. 1. Cor. 15. Nouiſſimè inimica deſtruetur mors. Ioannes autem fuit totus amor. Philoſophi autem dicunt, quòd amor dilatat cor, & odium conſtringit. Amor facit cor iocundum, & nihil eſt quod faciat magis viuere, quàm iocunditas. Si ita ſit, quæramus dilatationẽ & lætitiam cordis, non conſtrictionem aut triſtitiam. Et ſingulariter amor domini Ieſu multum durat, ideo quem ſingulariter diligebat fecit multum durare. Tertia ratio, quia quando ſunt multi in vna parentela, qui ſunt in ſeruitio regis, prouiſio vno fratre, oportet quòd alius expectet ſuam prouiſionem. Fuit autem primus prouiſus Iacobus maior frater eius, ideo oportuit quòd differretur alterius prouiſio, non in malum, ſed ad multitudinem meritorum. Quarta ratio, vt diſcant amici Dei, & homines benè viuentes pati hũc mundum, quia amici Dei ſingulares ab eo per maxima tempora, & tribulationes multas dimiſſi ſunt. Ioannes enim per tres perſecutiones Imperatorũ ſtetit, vbi Petrus & Paulus in prima occiſi ſunt, dempta perſecutione Iudæorũ. Quinta ratio eſt, quia ſcola Chriſti eſt, vt vnuſquiſque diligat proximum ſuum. Inde recedens de charitate fecit ſermonem, pacem ſuis dereliquit, & dilectionem præcepit dicens. Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Ideo quia vidit, ꝙ Ioannes erat optimus ad tenendum ſcholas pulchri amoris, ideo voluit eum eſſe longeuum. Non ſicut qui tenent ſcholas lupanariorum, & lubricitatis, qui paucum viuunt: Sicut Salomon qui poſt ſcholam ſapientiæ tenuit ſcholam meretricum, & quamuis eſſet quinquagintaduo annorũ, tamen dicit ſcriptura quòd mortuus eſt ſenex. Hinc dicit Ariſtote. in lib. de longitudine vitæ, quòd paſſeres breuis ſunt vitę; eo quòd ſunt frequentioris coitus. Etiã de fonte dulcedinis plus hauſerat Ioannes,

nes, quando dormiuit ſupra pectus Chriſti. Docuit autem ſcholaſticos ſuos in euãgelio amorem ad Chriſtum. In epiſtolis amorem ad proximum. Sed in Apocalypſi docuit mundum contemnere.

2 Ioannes euangeliſta. Quare pingitur Ioannes euangeliſta iuuenis cũ fuerit ſenex mortuus.

Secundo quæritur quare pingitur Ioannes ſicut iuuenis, cum fuerit ſenex mortuus, & tamen Ioannes Baptiſta, qui iuuenis mortuus eſt pingitur cum barba? Dicitur quòd Ioannes Baptiſta fuit finis veteris teſtamenti quod tandiu durauerat, ſecundum illud euangelij Matth. 11. Omnis lex & prophetæ vſque ad Ioannem, ita etiam vt cum antiquis patribus ad limbum deſcenderit. Ideo ad repræſentandũ vetuſtatem veteris teſtamenti, ita pingitur. Ioannes vero nouum incepit, cum dixit. In principio erat verbum, ſicut Moyſes. In principio creauit Deus cęlum, & terram. Ideo quodammodo propter nouitatem teſtamenti velut nouus homo pingitur iuuenis. Vel ideo quia Ioannes Baptiſta a Chriſto dictus eſt Angelus, ideo aliqui voluerunt dicere quòd erat Angelus incarnatus, propterea ne aliquis hoc crederet non iuuenis vt ſoliti ſunt Angeli apparere, & patuit in reſurrectione Chriſti, ſed ſenex pingitur. Ioannes vero euangeliſta, quia a pleriſque pie creditur cum Chriſto in corpore & anima reſurrexiſſe, ideo pingitur in ſtatu reſurrectionis ſuæ, vt detur nobis ſpes futuræ reſurrectionis, ſecundum illud Pſal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Tenet autem calicẽ ad oſtendendum quòd ſi amicus domini Ieſu guſtauit calicem domini antequam guſtaret de gloria cœleſti, a fortiori nos potabimus. Sed debemus in hoc conſolari, quia non deeſt conſolatio cęleſtis in tribulatione. Nam ab aduentu ſpiritusſancti in diſcipulos vſque ad tempus illud quo ſub Domitiano Ioannes fuit exilio relegatus, fluxerunt anni circiter quinquaginta, nec toto tempore illo legitur tot & tantas conſolationes diuinas habuiſſe, quot habuit tempore quo tribulationem exilij perpeſſus eſt. Sic & nos ſi patienter tulerimus aduerſitates, multo plus conſolabimur a Deo in illis, quàm tempore proſperitatis, quia Pſal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lętificauerunt animam meam.

Tertio quæritur an Chriſtus appareat hominibus in fine? Et quòd ſic uidetur, quia ipſe dixit Ioan. vlt. Sic eum volo manere donec veniam, igitur. Dicitur primo quòd aliquibus ſanctis Chriſtus apparuit in fine antequam anima exiret corpus, ſed hoc fuit ſpeciale priuilegium & paucis cõceſſum. Et ideo damnandę ſunt iſtę matutinæ uetularum & earum credulitas, quæ dicunt. Quicunque dixerit has uel illas orationes, uidebit Chriſtum in fine. Dicitur ſecundo quòd Deus apparet in fine, id eſt poſt mortem ad iudicium exercendum ſiue in bonum, ſiue in malum, non in deitate, ſed in humanitate ſua, quia ſolus, cum patre filius iudicat. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, quia filius hominis eſt.

De beatis Innocentibus Sermo primus, & in ordine LVIII, per thema.

A Innocentes. Innocentes priuãtur bonis a mundo, ſed non a Deo.

Non priuabis bonis eos, qui ambulant in innocentia domine virtutum. Pſ. 83. Sed quomodo hoc dicit propheta? Tales enim communiter priuantur vita, imò iſti beati innocentes uix potuerunt in hac uita reſpirare. Et communiter innocentes ſunt illi qui perdunt in hac uita. Vulgo dicitur, qui ſe fait brebis le loup le mẽgeuſt. Eſa. 59. Et qui receſſit a malo prædę patuit. Quomodo ergo abundabunt bonis? Reſpondetur primo quòd non dicit textus, non priuabuntur bonis, quia ut plurimum innocentes priuantur bonis, & qui mali ſunt abundant, ut contemnantur bona temporalia, & laudetur Deus, qui ſolẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Innocentes enim duo oculi reſpiciunt, oculus lupi & oculus paſtoris. Lupi ut deprædetur. Pſal. 10. Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcõdito quaſi leo in ſpelunca ſua, inſidiatur ut rapiat pauperem. Oculi paſtoris ut impinguet oues. Pſal.

Pſal.10. Oculi eius in pauperem reſpiciūt, palpebræ eius interrogant, id eſt diſcretio Dei permittit ad tempus probari eos, ſed interrogabit poſtea aliter, & reddentur eis ablata, quia patientia pauperum non peribit in finem. Secundo dico, non ſine cauſa innocentes in mundo prædæ ſunt. Primò quia mundus in maligno poſitus eſt, ideo non eſt mirum ſi illi, qui ſunt in mundo ſi velint innocenter viuere, ſi multa patiantur a malignis vel in rebus, vel in fama. Et inde dicit Apoſtolus. 2. Tim. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiūtur. Sic Cain in principio innocentiam interemit in Abel. Tertio dico ꝙ Deus non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. Pſal. 83. Patet, quia illi (vt dicit dominus) ambulabunt ſecum in albis, quoniam digni ſunt, non autem impij. Non enim decet ire iuſtum cū impio, matronam cum meretrice. Si igitur ſunt ſocij Chriſti apertè, Chriſtus perdidit in hoc mūdo temporalia & lucratus eſt ęterna, nil mirum ſi hic cum Chriſto perdant temporalia & lucrantur ęterna. Et ad hoc hortatur ſapiens Eccleſiaſt. 2. Coniungere Deo & ſuſtine. Et Pſ. 26. Confortetur cor tuum & ſuſtine dn̄m. Vnde innocentibus lucratus eſt dn̄s hæreditatem cęli, & eam illis conſeruat, non impiis. Sicut enim pater quando videt filium bene ſe habētem, & bonæ indolis, multū ſolicitus eſt de acquirenda ſibi & multiplicanda hęreditate, & ſolet dici ꝙ illud quod ſibi acquirit erit bien employe gallice. Sed qn̄ videt eū male ſe habere non acquirit ſibi hæreditatem, ſed vendit ne redeat ad malum hæredem, & ſolet dicere. Quare acquirerem & parcerem mihi, quādo hęredes mei nō ſunt digni habere. Ita etiam quando videt dominus hominem bene ſe habere ſeruā do innocentiam, conſeruat ei hæreditatē cęleſtem, ſed quando malè priuat eum. Pſ. 83. Gratiam & gloriā dabit dominus, ſcilicet innocentibus. Secundo quia nō ſunt bona ipſe diuitiæ, quæ ſic malis tribuuntur, ſed ſolum figura & vmbra bonorum. Hoc ſolum bonum eſt innocentia, nihil alteri neque ſibi nocere, & æquitas, id eſt facere bonum & non omittere. Pſal. 36. Cuſtodi innocentiam & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Iſte reliquiæ allatæ ſunt de paradiſo tempore iſto clauſæ in vtero virginis, & lumen circumfulſit paſtores vt viderent eas in manu oſtendentis Mariæ. Vt ergo nobis aperiat theſaurum eccleſiæ, vt reliquias illas videamus, ſalutemus eā, dicentes, Aue.

B *Innocentes. An ſit celebrādum feſtum innocentū.*

Quæritur an debeamus facere feſtum Innocentum? Et videtur ꝙ non, quia non facimus feſtum aliorum, puta Abel, Eſaiæ, Dauid &c. qui tamen fuerunt ſancti, nec ipſi innocentes fuerūt poſt paſſionē Chriſti pluſquam illi ſancti patres. Dicitur ꝙ de tribus tantummodo qui fuerunt in veteri teſtamento facit eccleſia feſtum. Primo facit feſtum de ſeptem Machabeis, quia eorum martyrium ſimile eſt omnimode martyrijs noui teſtamenti. Ideo eccleſia propter ſimilitudinem facit de eis feſtum & memoriam. Ab Antiocho enim occiſi ſunt ſicut iſti ab Herode, quia nolebant manducare carnes porcinas, eo ꝙ eſſent eis lege diuina prohibite, ideo penè ſimilis pęna eis contingit. Vel etiam quia fuerūt vltimi ante innocētes. Secundo de innocentibus, & hoc propter tria. Primò quia Chriſtus in eis quærebatur & occidebatur. Secundo, quia in eis Chriſtus celabatur diabolo & Herodi. Tertio, quia nomen domini licèt non loquendo, tamē moriendo confeſſi ſunt, quia pro Chriſto & vice Chriſti occiſi ſunt. Tertio de Ioanne Baptiſta, quia canonizatus expreſſè a ſummo Pontifice. Ideo ſi canonizatos ab alijs facimus, a fortiori ab iſto. Alios autem eccleſia omittit, aut propter multitudinem, aut quia cęlum intrauerunt in die aſcenſionis, ideo in illo die reputatur feſtum Chriſti & eorum. Aut etiam ne videremur legem veterem omnimode ſeruare, omiſerunt ſancti multitudinem, ſed etiam ne videamur eam reprobare, aliquos paucos accipimus, & eos martyribus Chriſti coniungimus, quaſi per ipſum & virtute ipſius victores, inter quos annumerantur iſti beati innocentes, qui pro Chriſto occiſi ab eodem martyrij palma donati ſunt, ita vt eis conueniat, & de eis verifice-

Feſtū ſanctorū veteris teſtamēti cur ab eccleſia non admittitur.

verificetur verbum præaſſumptum. Non priuabis bonis, &c.

Primò dicetur quomodò innocentia eſt depulſa. Secundo quomodo eſt interempta. Tertio quomodo bonis non eſt priuata. Circa primum dicemus de fuga domini in Aegyptum, & hæc pro primo ſermone. Circa ſecundum dicemus de morte innocentum. Circa tertium vero dicemus de vindicta in perſecutores, & laude perpetuò innocentibus indita & data, quę duo declarabimus ſermone ſecundo.

C Ioſeph Pœnitēs. Angelus domini apparuit quater Ioſeph, ideſt inſpiratio diuina pœnitenti quatuor īſpirat.

Præſens ſermo continebit primò de reuelatione Angeli quo ad fugam domini. Secundo de ipſa fuga. Quo ad primum dicit euangelium. Cum receſſiſſent magi circa annum poſt, apparuit Angelus domini in ſomnis Ioſeph. Quater enim apparuit ſibi. Primo quando dubitabat accipere Mariam, dicens. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Sic homini dormienti in periculis huius mundi apparet Angelus, ideſt diuina inſpiratio. Primo monendo eum vt non timeat pœnitere, dicens. Noli timere accipere Mariam, ideſt pœnitentiam. Et Hiere. 31. Statue tibi ſpeculam, ideſt conſidera damnum peccati; pone tibi amaritudines, quia multa damna incurriſti. Secundo in Bethleem, quando dixit ei. Surge tolle puerum & fuge. Sic monet inſpiratio ut quis ſuam pęnitentiam faciendo fugiat vanam gloriam, & quærat Aegyptum, ideſt tenebras. Semen enim operitur terra ne volucres comedant illud. Mat. 13. Semen quod cecidit ſecus viam volucres cœli comederunt illud, ideſt anihilauerunt adulatores. Fiebat enim fuga illa propter timorem Herodis, qui interpretatur glorians in pellibus. Tertio quòd rediret in terram Iſrael, ideſt quòd recogitet beatam uitam vt libentius operetur. Operarius enim uiſa mercede libentius operatur. Gen 49. Iſachar, ideſt Deum memorans, uidit terram quòd eſſet bona, & requiem quòd eſſet optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. Parum enim fellis in dolio mellis mixtum, cito abſorbetur. Ideo dicitur de Stephano quòd lapides torrentes illi dulces fuerunt. Quartò admonetur vt iret in Galileam, & hoc in ciuitatem Nazareth, hoc eſt vt ſic tranſeat per bona temporalia contemnendo ea, vt non amittat ęterna, ſed perueniat ad locum floridum paradiſi in quo requieſcit Ieſus. Dixit ergo Angelus Ioſeph. Súrge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi, futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Solus inuentus eſt Ioſeph dignus ferre puerum Ieſum, ideſt ſolus iuſtus. Ioſeph enim interpretatur accreſcens, ſcilicet virtutibus & gratijs. Sicut enim ignis nunquam dicit ſufficit, ſic nunquam iuſtus ceſſat a bonis operibus. Prouer. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit vſque ad perfectum diem. Sed differenter creſcunt boni & mali. Boni. n. creſcunt ſicut granum ſinapis, quod dum ſeminatur in terra minus eſt omnibus ſeminibus, cum vero ſeminatum fuerit, aſcendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſent aues cœli ſub vmbra eius habitare. Ita vbi iuſtus primo modicus eſt cum incipit Deum timere, poſtea per incrementa virtutum creſcit vſque quo efficiatur maior omnibus oleribus, ideſt omnibus temporalibus, ita ꝙ ramos expandat compaſſionis & miſericordiæ, ſub quibus volucres cœli, ideſt uiri cęleſtes proteguntur, & odore bonorum operum reficiuntur. Mali autem ſunt ſicut rapum quod in terra non ſurſum aſcendens augeſcit. Sic tales non augmentantur, ſed uanitate & falſitate mūdana inflantur. Et ſicut ueſica uento inflata tribus fabis uel piſis intus appoſitis tumultum facit, & cum acu pungitur, deinflatur & quædam burſa uiliſſima efficitur. Sic tales pleni videntur cum tumultu & pompa incedere, tamen cum acu mortis punguntur, nil niſi uile cadauer & burſa uermium efficiūtur. Et hoc contingit quia non habēt herbā ſanctæ doctrinæ, per quā humilienē, & incrementum ſumant uirtutū. Hiere. 14.

Ioſeph nomen quid ſignificat.

Onagri ſteterunt in rupibus, ideſt mali viri, & maximè religioſi, non proficientes de bono in melius ſteterunt in auſteritate vitæ diſciplinæ regularis, traxerunt vẽtum, ideſt temporalia quæ ſicut ventus inflant, non implent. quaſi dracones, ideſt apertè mali. defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Accipe puerum & fuge in Aegyptum. O duriſſimum nũciũ. Vbi es glorioſiſſima virgo? quid dicis in corde tuo? nunc cum lachrymis alloqui potes Angelum, Quomodo o Angele Dei, o Gabriel qui mihi tam iocunda nuncium attuliſti, quomodo tam miſerabilia aſportas? Dixiſti vt filium altiſſimi conciperẽ, & nunc oportet fugere? Sed quomodo filius Dei ante hominem fugit? Gigas ante pulicem aut vermen? Quis liberet de inimicis ſi & ipſe inimicos timet? Quomodo fugit mortem, qui pro omnibus mori venerat? Reſpondetur ꝙ hoc fecit primo, q̃a nondum venerat hora eius. Scribitur. n. Exod. 23. & 24. Non coques hædum in lacte matris ſuæ, ideſt Chriſtum non interficies in infantia ſua. Dicit etiam Iſidorus de ferro. 16. Etymolo, quòd ferrum accenſum igni, niſi induretur ictibus, corrumpitur nec proficit, rubens tamen (ſecũdũ cundũ) non eſt habile ad tundendum .ſ. ſtatim quãdo extrahitur de camino, ſed expectare oportet donec albeſcat. Chriſtus eſt ferrum propter ſuam vniuerſalem potentiam, quia Danie. 2. ferrum domat omnia, quod accenſum fuit igne quando humanitati iũctus eſt ignis diuinitatis. Deute. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Ideo oportuit eum ictibus paſſionum indurari, ad ſolidandum eum incorruptione reſurrectionis, quia oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, non tamen immediatè poſt extractionem de fornace vel camino, ideſt vtero virginis oportuit ipſum tundi. Caminus enim benè dicitur vterus virginis, quia ſecundũ Hiere. in ſermone de aſſumptione, nouis continue incendebatur deſideriorum affectibus, quoniam totus in ea incanduerat diuinus amor, ita vt in ea nihil eſſet quod mundanus violaret affectus, ſed ardor continuus & ebrietas perfuſi amoris.

D Fugere. Propter multa fugit dominus perſecutionem Herodis.

Chriſtus eſt veluti ferrum.

Maria dicitur caminus.

Voluerunt aliqui ferrum iſtud immediate poſt extractionem a camino iſto tundere vt Herodes & ſui, ſed non ſunt permiſſi. Sed poſtmodum quando venit hora debita albeſcebat, quãdo in mundo apparuit ſpecioſus forma præ filijs hominũ in præſentia hoſtium ſuorum ſpoliatus & nudus, & ſic ipſum tundebant fabri crudeliſſimi, ſecundum illud Pſ. 128. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Hæc eſt ratio hiſtorica fugæ domini, quia nondum venerat tempus paſſionis eius. Secundo hoc fecit ſecundum Chryſoſtomum vt ſedarentur hæreticorum latratus, qui corpus phantaſticum ipſum habere dicebant. Nam regulam humanæ quã naturæ ſuſcepit voluit conſeruare, & principaliter in hac parte. Conuenit autem humanę naturæ, & maximè ętate puerili fugere poteſtatem minantem. Alioquin ſi illud agat in puerili corpore conſtitutus, quod eſt proprium Dei, non in ſe oſtendit humanam naturam, ſed diuinam. Tertia cauſa eſt vt cæteri Chriſtiani dum neceſſitas aduenerit in perſecutione fugere non erubeſcant, vt multi fecerunt, ſicut de Athanaſio legitur, qui propterea accuſatus excuſauit ſe per fugam domini in Aegyptum. Vnde ſi te fugit perſecutio, fuge, ſi te appręhendat, amplectere illam.

Sed hic quæritur cur potius mittitẽ in Aegyptum quàm alibi. Reſpõdet Chryſ. ꝙ hoc ideo eſt, quia Aegyptum ſemper aduerſus populum domini fuerat inimica, & dñs qui non in finem iraſcitur, nec in æternum cõminabitur, recordatus quãta mala fecerit ſuper Aegyptũ, ideo mittit filiũ ſuũ in ea dans ei magnę reconciliationis ſignũ, vt decẽ plagas Aegypti vna medicina ſanaret. Et ſecundum Augu. qu lꝰ priꝰ Moyſi miniſterio clauſerat diẽ, nunc adueniens ſedẽtibus in vmbra mortis reſtituit lucẽ. O mirabilis commutatio dexterę excelſi, vt populus qui prius fuerat perſecutor populi primogeniti, poſtea fieret cuſtos vnigeniti, vt qui illis violenter dñati ſunt, iſti cum deuotione ſeruirent, vt iam non irent ad mare rubrũ demergendi, ſed vocarentur ad aquas ba-

E Fugere. Aegyptꝰ Quare potius fugit dominus in Aegyptũ quam alibi.

ptiſmatis

ptiſmatis viuificandi. Secundum hiſtoriã vero ſcholaſticam, ſicut nõ fuit domus in Aegypto in qua non caderet mortuus primogenitus, ſic nec templum in quo non caderet idolum.

Secundo deſcribitur fuga domini, cum dicitur. Qui conſurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte & ſeceſſit in Aegyptũ. Et erat ibi vſq; ad obitũ Herodis.

F

Fuga domini.

Quomodo Mattheus ſcripſit de fuga domini, cum videatur ignominioſa.

Sed hic cum Petro Rauennate quæri poſſet cur hęc ſcribit Mattheus ad perpetuã rei memoriam? Deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam & referre conſtantiam, virtutes loqui, & timores ſilere, aduerſa dolore, & prædicare victorias, ita vt hoſtium auſus poſſit frangere & ſociorum excitare virtutem. Reſpondet idem quòd hoc fuit nõ pauoris, ſed artis & myſterij; quia vult eum in aperto vincere, qui publicam ex hoſte cupit referre victoriam. Tum quia ſecreta victoria & latens virtus exemplum poſteris non relinquit. Hinc eſt ꝙ Chriſtus fugit vt cedat tẽpori non Herodi. Si enim inter alios occubuiſſet, hoc non maieſtati eius, ſed impotentiæ & infirmitati attributum eſſet. Et ideo volebat palam & aperte ſuperare hoſtes ſuos, ſicut leo venatus de latibulis fugit, & in plenum campum venatores & canes intrepidus expectat.

Hic conſidera quomodo audita diuina reuelatio Ioſeph ſtatĩ ſurrexit, & ad iter arripiendum feſtinauit, & hoc Mariæ intimauit. Ad cuius verba concuſſa ſunt viſcera eius ſuper filio. Nunc meditare quomodo puerũ Ieſum mater eleuat & puer excitatus plorat. Cõpatere eis ſi quæ ſint in te viſcera pietatis. Conſidera nunc media nocte fugientem Ioſeph, fugientẽ matrẽ cũ filio in vlnis ad mammas pendẽte, euntẽ per deſerta in quibus feræ & dracones habitabant, quod a Bethleẽ per quindecim dietas diſtat, & in quo olim fuerũt filij Iſrael quadraginta annis. De Chriſto dicitur Pſ. 89. Domine refugium factus es nobis, ſed vbi refugium cum fugit? Heliç contra inſidias regis Achab vna vidua ſuffecit ad occultandum, ſed contra minas Herodis tota Iudęa non ſufficit. Helias igne emiſſo conſumit ſuos perſequentes, ſed hic ſe ſola fuga ſaluat. O magna Dei patiẽtia, qui fugit ante eum quem in momento perdere poteſt. Anſelmus opinatur ꝙ a latronibus captus eſt, & ꝙ bonus latro videns in vultu pueri maieſtatẽ regiam & lucere faciem eius, tunc requiſiuit ab eo vt ſui aliquãdo miſereretur, & ſic fecit in cruce, & eum ex nomine cognouit. Et idem recitat Fulgentius in mithologijs. Similiter videtur dicere Caſſiodorus in hiſto. tripartita. lib. 6. c. 42. ꝙ in ciuitatẽ Hermopoli quę eſt apud Thebaidem eſt ibi arbor quæ ſe inclinauit vſque ad terram cum tranſiret dominus. In qua propter ſui magnitudinem atque pulchritudinem erant cultus demonum. Demonibus autem fugatis ad Chriſti præſentiam quã non poterant ſuſtinere, quaſi eſſet ab omni immunditiã ſanctificata ſeſe inclinauit dño. Ex iſto poſſumus cõcludere ꝙ ſemper in hoc mundo poſt delectationẽ ſuperuenit triſticia. Nam poſt natiuitatis gaudium superuenit circumciſionis flectus, poſt regum oblationem fuga in Aegyptum, vt in gaudio mundano nulla oſtendatur eſſe ſecuritas.

Mira res de bono latrone percipienda.

Gaudiũ ſemper ſequitur luctus.

G

Pueri.

Tres pueri ſunt nobis neceſſarij.

Qui conſurgens accepit puerũ & matrẽ eius. Tres pueri ſunt nobis neceſſarij. Vnus in Aegyptũ cũ matre portandus. Alius in monte immolandus. Tertius in cęlo adorandus. Si Ioſeph deſcendat in Aegyptum, peccator in mundum, ſecum tollat puerum .i. ſapientiã quæ Chriſtus eſt & matrẽ eiꝰ .ſ. caſtitatẽ. Sapientiã ne ꝑ ignorantiam fiãt viæ illorum tenebræ caſtitatem ne per lubricitatem fiat via illorum lubricum, & ſic ſit donec ad obitum Herodis, ideſt donec vincatur diabolus, vt verificetur illud Pſal. 14. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. De ſecundo filio dicit dominus ad Abraam Vade in terram viſionis, & immola mihi filium tuum quẽ diligis Iſaac, ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi. Terra viſionis eccleſia in qua quilibet videt quid agendũ & quid non, mõs eminentia ſanctæ conuerſationis. Super quem montem ſunt religioſi per eminentiam vitæ. Talib. præcipitur vt interficiãt filium ſuũ Iſaac .i. gaudium tẽporale &

hoc in monte, ſuper quem immolat qui ſe abnegat. Nam Deut.12.dicitur. Caue ne offeras ſacrificia tua in omni loco.. Inde arguuntur reges Iuda, qui immolabant in excelſis,ſicut faciunt qui pro laude hominum vel dignitate acquirenda ſe affligunt,vel bona opera faciunt. Quibus dicit diabolus.Pſ.10.Tranſmigra in mõtē ſicut paſſer.Abraę iurauit dominus dicēs. Per memetipſum iuraui, quia feciſti rem hanc,& non peperciſti filio tuo vnigenito propter me,multiplicabo ſemen tuum vt ſtellas cęli. Sic quicunque carnale deſiderium pro Chriſto interficit,multiplicat ſemen bonorum operum vt ſtellas cęli & numero & pulchritudine, & quia in cęlũ mittuntur. De tertio dicitur Apocal.12. Mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius &c.Sequitur. Et peperit filium maſculũ qui recturus erat omnes gētes.Mulier enim iſta amicta ſole iuſtitiæ,ſub cui⁹ pedibus eſt omnis defectus corruptionis & peccati,eſt uirgo Maria,quæ nulli vnquam fuit peccato ſubdita, & peperit nobis Chriſtum auctorem & rectorem totius vniuerſi, & ab omnibus creaturis adorandum.

De eodem feſto Sermo II.& in ordine. LIX. per themaſupradictum.

A. Innocentes.Quare feſtum innocētũ cum alijs duob⁹ comitatur feſtũ natiuitatis.

QVæri poſſet quare hæc tria feſta comitentur feſtum natiuitatis? Reſpondetur ꝙ propter duo.Primo ad oſtēdēdũ ꝙ pro omni ſtatum dñs natus eſt.Stephanus enim glorioſus miles & bellator fortis qui de prope ſequitur dñm,ſtatũ nobilium repræſentat, deprecans pro populo non depredans populũ, patienter magis ignorantiã populi ſuſtinens quam populũ interficiens. Sed ſubſequitur Ioannes pro eccleſiaſticis.Feſtũ.n.Ioannis euangeliſtæ erat antiquitus feſtũ ſacerdotũ.Is.n.eſt ſacerdotum gloria,cuius propter officiũ Angelus abnuit cultum, immo qui tanta de ſecretis cęleſtibus agnouit,vt Hiero.ſuper Zachariam dicat ꝙ ipſe multa cructauit verbo qui mens neſciebat angelica. Magna gloria in ordine ſacerdotum tantum habere doctorem,ſicut in ordine prædicatorum uel minorum habere egregios doctores vel ſanctos.Sed & minor populus ſubſequitur, qui quaſi rudis a maioribus reputatur. Et non obſtante ſua ruditate maior multitudo ipſius populi ſaluatur quam aliorum,quia libentius audiunt verbũ Dei & cuſtodiunt illud quam maiores qui pluribus implicantur negotijs. Ideo maxima multitudo innocentũ occiditur, quorum feſtum celebrat eccleſia.Et ita ad oſtēdēdũ ꝙ pro omnibus natus erat Chriſtus,iſta tria feſta ad tres hoĩm ſtatus deſignandos ſubiunguntur. Secunda ratio ut oſtenderetur dñs pro oĩs ętatis conditione natus.Pſ.88. Cõtinui in ſinu meo multarũ gentiũ.Stephanus quidē vir vel iuuenis obijt.Ioannes uero ſenex,Innocentes autem paruuli.Et ideo ut oſtenderetur Chriſtus pro omnibus natus qui oĩm languores tulit, hæc tria feſta adduntur. Et ſingulariter ad tollendũ errorem qui quõdam fuit a Pelagio introductus ꝙ pueri carebant originali,& ꝙ propterea moriētes in illa ætate non indigebant redemptore.Sed addidit eccleſia feſtum de innocentibus,vt ſcilicet tali indigentiæ crederentur ſubditi,licèt nolim dicere ꝙ oporteę aliquem eſſe peccato obnoxium antequã ſit capax redēptionis,ſicut patet de beata virgine quę fuit nobiliſſimæ redempta, quia ab omni labe peccati præſeruata,cui dicemus, Aue.

B Innocentia. De triplici vera innocentia ſeruanda ſicut hd la prabē de paradiſi.

SVnt aliqui manifeſtè nocentes, alij innocentes, ſed tecti malitia, tertij verè innocentes, ſed pauci. De primis ſatis inueniuntur & de ſecundis. Vnde Augu. ſuper Pſalm.93. Deus vltionum,aliter lupus, aliter leo inuadunt oues.Nam leo etiam canibus latrantibus, accipię quod vult de ouibus. Lupus uero acciperet, ſed audito latratu canum timet, nec quicquam accipit, ſed nonne innocens erit? Certè non, quin ſi capiatur, tanquam prædo interficiatur.Sed veri in nocentes ſunt ſi triplicem cuſtodiãt innocentiã, Vnã cordis,quę principalior eſt,pſ. 100.Perambulabam in innocentia cordis mei

mei in medio domus meæ. Nam qui vult Deum habere oportet hoſpitium cordis eſſe mundum. Secundam oris. de qua Iaco. 3. Si quis non offenderit in verbo, hic perfectus eſt vir. Et tertiam operis, de qua intelligi poteſt illud Iob 24. Donec deficiam nō recedam ab innocentia mea, ſed ſemper ſeruabo eam, & iſta cuſtodit per bonam ſocietatem Pſ.17. Cum viro innocente innocens eris. Et hanc debem⁹ ſolicite cuſtodire. Cum enim quis in curia Romana ita operatur ꝙ impetrat gratiam, expectatiuam ſuper aliquâ dignitate, curiosè cuſtodit bullam per quam recipi debet in eccleſia, & in qua conſeruatur ius. Innocentia bulla eſt per quam recipitur quis & ſtabiliter in prębēda paradiſi, ſecundum illud Pſ.40. Me autē propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti me in conſpectu tuo in ęternum. Ideo eſt ſolicitè cuſtodienda. Nā & iuxta thema Pſal. 83. non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. ſtatus innocentiæ non diu durauit, quia ſtatim ab innocētia cecidit homo. Ratio eſt, quia qui in alto ambulat ſtatim per phantaſiam cadit. Status innocentiæ ſublimis eſt. Ideo per phantaſiam diabolicam ſtatim cadit homo ab illo. Et ita domine tu eos qui a ſtatu innocentiæ ceciderunt priuaſti bonis, nunc autem non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia.

Poſtquam dictum eſt precedēti ſermone de fuga domini in Aegyptum, nunc cōſequenter eſt dicendum, Primo de occiſione innocentum. Secūdo de vindicta in perſecutores & gloria puerorum.

Quo ad primum dicitur in textu. Tunc Herodes vidēs quia illuſus eſſet a magis, miſit in Bethleem & occidit &c. Hic cōſideremus primo Herodis malitiā, Secundo innocentum victoriam. Secundū Au-gu. Herodes putauit magos viſione ſtellę deceptos & erubuiſſe ad eum redire. Sed poſtmodum auditis quę dicta fuerant in templo ab Anna & Symeone & a paſtoribus, tunc turbatus ex his timuit. Et forſitā ſecundū Chryſ. talia apud ſe dicebat. Quis eſt puer iſte qui antequā naſcatur in terra apparet i cęlo? Necdū ipſe ſe oſtē-

Herodis malitia circa Chriſtum.

dit, & omnes illum quęrunt? Quis eſt ille qui antequam mecum pugnet iam vincit? Quid putas facturus eſt ille in regno meo ſi creuerit? Ego dona hominib⁹ ſpargo, & gladiū porto, vt qui nō timet, vel diligat, & qui nō diligit, vel timeat, ille nec populum habet nec diuitias, quomodo ſine auro diligitur & ſine ferro timetur?

Iratus itaque propter duo. Primo quia ſucceſſorem in regno ſuo timebat. Nam reges ſi ex alijs cauſis iraſcuntur, citò placantur, ut dicit Chryſo. Illa autem ira in eis extinguibilis eſt quam regni zelus accendit. Rex autem quicquid aduerſus regnum ſuum putauerit, verum exiſtimat, dum omnia timet, omnia ſuſpicatur, & facile credit quicquid ſuſpicatus fuerit, ſicut vir ſi zelet vxorem, aut vxor virum omnem auditionem turpem de illo credit, dato ꝙ non ſit idonea vt credatur. Secūdo quia illuſus erat a magis. Quēadmodum ſi quis infundat oleum ſuper ignem ardentem, magis credit incendiū. Sic ardentem zelum Herodis deluſionis opprobrium amplius excitauit, quaſi diceret in ſeipſo. Certe iſti magi puerum illum inuenerunt, quem regnaturum dicebant, & aut aurum acceperunt a parentibus eius, aut largis promiſſionibus ſunt placati, & ideo ad me non ſunt reuerſi. Illuditur autem Herodes, ideſt diabolus a pęnitentibus, quando dimittit eos & non reuertuntur ad eum, ſicut cattus tenens murem bene dimittit illum ad horam, ſed cum intrat cauernam illuditur. Sic diabolus bene permittit aliquem ad Deum conuerti vt recidiuet & peius ei ſit, ſed illuditur cum non reuertitur. Dicit enim peccatoribus illud Exodi. 8. Dimittam vos vt ſacrificetis Deo veſtro in deſerto. Veruntamen ne longe abeatis. Hoc itaque facto de eorum occiſione tractauit, non perpendēs, quia non eſt conſilium, non eſt ſapientia, non eſt prudentia contra dominum. Vnde communis eſt opinio & principaliter hiſto. ſcholaſticæ, quod fuit per annum & amplius impeditus a perſecutione, quia citatus Romam venit contra pueros, & eundo quia audiuit magos

C Illudi. Illuditur Herodes, ideſt diabol⁹ a pęnitente, quando dimiſſus nō reuertitur.

tranſijſſe per naues Tharſis, ideo omnes quotquot inuenit, iuſſit comburi iuxta prophetiam. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Ideò anno reuoluto poſt Chriſti natiuitatem iuſſit iugulari infantes. Et quia ſciebat iam tranſijſſe annum ab apparitione ſtellæ, ideo omnes pueros infra biennium occidit, timens ne talis aliquanto ſpeciem ſui transformaret vel ad minorem ætatem, vel ad maiorem, & ita deſeuit vſque pueros vnidici, vt inter iſtos omnes vnum inueniret, ſed hoc eſſe non potuit. De omnibus enim maſculis Hebræorum ſaluatus eſt vnus ſcilicet Moyſes. Sic Chriſtus.

D Innocentes. Primum bellũ Chriſti fuit ex innocẽtibus.

Non enim decebat dominum cum innocentibus iugulari, qui poſtmodum cum nocentibus cruſicifixus eſt. Vnde primũ bellum domini fuit ex innocentibus. Cõprobatur enim rectitudo ſubditorum ad regem in tempore aduerſitatis, quia qui non ſunt recti eo tempore ipſum deſerũt, qui vero recti ſibi adhærent. Pſ.24. Innocentes & recti adhæſerunt mihi. Sed modo verum eſt illud Micheæ.7. Perijt ſemen in terra, & rectus in hominibus nõ eſt. Innocentia iam fugit a ſeculo, antiquitus ſolebat reperiri in prælatis & iudicibus, ſed nouiſſimè fugata eſt per munera & diſſolutiones.

Exemplũ quod Iuſtitia muneribus corrũpitur.

Qui enim piſcatur cum lignea virga, antequam capiat piſcẽ virga ſtat recta, ſed quando capit piſcem tunc incuruatur, & tanto magis quanto maior piſcis. Virga in manu eſt auctoritas prælationis. Quandiu prælatus non capit, ideſt non eſt cupidus, virga ſuæ poteſtatis manet recta, ſed quando eſt cupidus, virga ſuæ poteſtatis incuruatur, & eo magis quo groſſior eſt piſcis vel lampiſa. Inde Caſſiodorus. Oblatio muneris tinea eſt regiminis. Propterea ſequitur poſt verſum allegatum. Libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis, quia propter illam cauſam ſatis habet mala populus minor.

E Innocentes. Innocẽter opprimuntur ab aſtutis & malis, & ꝗ mali comedunt carnes in quadrageſima.

Occidit itaque malignus rex pueros qui ſunt flores martyrum ſecundum Augu. primę eccleſiæ gemmæ, qui primos ictus in exercitu Chriſti receperunt. Sic maiores quotidie in mundo opprimũt minores. Paruulis enim multa latent pericula. Nam ſæpe tranſeuntes per vicos, ab equis & quadrigis conculcatur. Sic ſimplices a ſuperbis deprimuntur. Inde Eccl. 4. Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec hoc de nouo incipit, ſed a mundi principio cum ſerpens ſimplicem decepit mulierem, & Abel & Cain occiditur. Immo comedunt ſuperbi carnes in quadrageſima. Malachiæ 3. Comederunt carnẽ populi mei, ideſt temporalia quæ cum labore carnis acquiſierunt, & pellem eorum deſuper excoriauerunt. Hiere.50. Primus comedit cum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. Vnde Herodis magna fuit crudelitas, quia ſecundum Philoſophum omnes pueri vocant omnes homines patres propter defectum rationis, & ſic tyrannus illos occidit, qui ſi vidiſſent eum vocaſſent eum patrem.

Vox in Rhama audita eſt ploratus paruulorũ & vlulatus mulierũ. Quis.n. ſe potuiſſet cohibere viſa tanta crudelitate? In Rhama, nõ in Rhamatha, ſed in excelſis vel vſque ad cęlos ſanguis eorũ clamauit. Ideo hodie eccleſia cantat. Vindica dñe ſanguinem noſtrũ. Et ſubditur, Rachel plorans filios ſuos, vel quia in Bethleem ſepulta eſt, vel quia magna pars fuit de tribu Beniamin quia non ſolum in Bethleem, ſed in eius confinibus occiſi ſunt. Et noluit conſolari, quia non ſunt ſcilicet viuentes. Eccleſia enim triplices filios luget. *Eccleſia filios triplices luget.* Primo martyres, conſiderans eos eſſe ſibi ſubtractos, & non vult conſolari in præſenti, quia omnem conſolationem transfert in futurum, quia nõ ſunt ſcilicet præſentes. Secundos filios luget eccleſia, qui verè ad partum veniunt, in quibus patitur abortiuum. Tertios qui per baptiſmũ renati, per peccatum retrocedunt, & vtroſque luget eccleſia, quia non ſunt, ideſt ſunt damnati. Et ideo quia luget eccleſia, aliqua cantica lætitiæ ſubticentur, puta Gloria in excelſis Alleluia, &c. ad compatiendum martyribus lugentibus vel quia deſcenderunt ad limbum patrũ.

Pro

Pro ſecunda parte monet deinde Angelus anno ſeptimo ipſum Ioſeph vt iterũ redeat in Iſrael, & aſſignat cauſam, Defuncti ſunt.n.qui quærebant animam pueri. Non ergo Herodes tantum quærebat, ſed etiam nobiles regni & Iudei. Ideo Herodes iſte quãdo mortuus eſt, vocauit omnes maiores natu de Iſrael, & videns quia Iudei cum lætitia expectabant eius mortem, fecit eos includi in carcere, & iuſſit eos occidi dum moreretur, vt ſimul in eius morte omnes lugerent, quod tamen non eſt factum. Nihilominus ſecundũ Chryſ. multi illorum interfecti ſunt ab Herode, & vt exiſtimatur qui conſenſerũt in perſecutione Chriſti. Omnes autẽ principes vel maior pars conſenſerant Herodi, vt quæreret puerum ad perdendũ eũ. Vnde quidã quærunt animam pueri Ieſu ad perdendũ in membris eius, & iſti ſunt de gentibus Herodis, ſed iſti defuncti ſunt. Et ratio eſt, quia quærebant animam medici ad perdendum eum. Et ideo cum infirmi eſſent furia, non eſt mirũ ſi defuncti ſunt. Immo fugerat ille qui erat uita eorũ.ſ. Chriſtus, iuxta illud Prouer.8. Qui me inuenerit, inueniet uitam. Propterea nõ eſt mirabile ſi tales moriantur obſtinati in peccatis ſuis. Alij ſunt q̃ quęrunt ad ſaluandum eum, vt ſunt Maria & Ioſeph. Lucæ.2. Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Nec eſt mirum ſi tales uiuãt, quia dicit Pſ. Quęrite Deũ & uiuet anima ueſtra.

F Quærere Ieſũ. Quidam quærunt Ieſum ad p̃dendum, quidã ad ſaluandũ.

G Herodes. De morte Herodis.

Sed de horrenda morte Herodis dicendũ. Primò q̃ qui matrũ filios interemerat, a filijs ſuis eſt perſecutus & Romã citat°, & cũ eis in cauſam uenit & ab eis paratũ eſt ſibi uenenum, vt qui dolere fecerat de filijs matres, doleret etiam ipſe & in filijs. Secũdò qui occiderat aliorum filios, in ſeipſum gladium uertit, ſcilicet in proprios filios, ita q̃ coram ſe tres occidi fecit, ita q̃ unum eorum per quinque dies ante mortem exterminauit, adeo ut diceret Octauianus ſe malle eſſe porcum Herodis quàm filiũ. Tertio qui iſantes exterminauerat, morbo infantium.ſ. ſcabie per totũ corpus cum grauiſſima febre percuſſus eſt ſenex iam 70. annorum. Et qui in paruos ſæuierat, prurigine, ideſt gratella, & ex conſequenti paruis animalibus qui cerobei dicuntur comeſtus eſt, adeo vt inteſtina eius uermibus ſcaturirent. Et ſicut pueri cõſilio medicorum lauabatur in balneis calidis, ſed tamen nihil proficiebat, ſed augmentabatur dolor, & tandem uoluit in guttur ſuum prę dolore & miſeria infigere gladium, & nõ pręualuit propter aſtantes. Demum cũ omnibus iſtis doloribus plenus putredine expirauit, qui ſecũdum Chryſo. quot membra corporis habebat, tot doloribus torquebatur. Et quia multoties mori non poterat, qui multos occiderat infantes, propterea uindicta morientium plurimorum in pluribus ei doloribus reddebatur. De iſto Herode uide lib.1. hiſto. eccleſiaſtic. ca. 7.8. & 9. & in hiſtoria ſcholaſtica in principio hiſtorię euangelij. Verum in iſta occiſione innocentum bene prouidit dñs pueris, q̃a nunquam tantũ bonum fuiſſent adepti ſi Herodes ipſos honoraſſet, quantum adepti ſunt mortem pro Chriſto tolerando. Inde Augu. Ipſe iniquus non potuiſſet eis tantũ prodeſſe obſequio, quantum profuit odio, q̃a dũ rapiũtur ab amplexibus matrũ, redduntur gremijs Angelorũ. Iſtos.n. ad honorem filij ſui fecit rex regũ nouos milites. Nam in incarnatione filium ſuum nouum militem fecerat, quem in papilione uirginalis uteri lorica noſtræ mortalitatis ueſtiuit, & in campum huius mundi contra diabolum pugnaturum poſuit, & ad honorem eius multos milites fecit ſcilicet martyres, inter quos innocentes iſti (qui iuuenes milites facti ſunt) in prima acie mortui ſunt, & primitias glorię martyrum conſecuti ſunt.

H Innocentes. Bene fuit innocentibus per mortem.

De eodem feſto Sermo III. & in ordino. LX. per thema.

ACcipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptum. Mat. 2. Communiter dicitur melior eſt bona fuga quàm mala expectatio, & principaliter quando a perito & iuriſconſulto conſulitur. Sed

A Fugere. Quare cominus fugis.

ſic eſt quod iſta fuga ab Angelo conſulebatur, ideo debuit Ioſeph obedire & fugere & non expectare. Et ſi dicatur, videtur quòd qui fugit debilior ſit, Cur ergo dominus fugiebat? Dicitur quòd non ex debilitate, Sed primo quia debebant innocentes pueri præcurrere mortem Chriſti. Vnde multi ſtulti ſeruiunt ipſi Chriſto qui non ſolum ſapiens eſt, ſed etiam ſapientia Dei. Stultus enim erat Herodes, qui tamen non intendebat ſeruire, ſed potius ſeruire, ſed inuitus & neſcius ſeuiendo ſeruiuit. Decebat enim vt puerum Ieſum pueri præcurrerent, qui etiam iam adulto laudes decantauerunt. Mat. 21. Vt in vtraque ętate impleretur illud Pſalm. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, quàm ſplendidè & opulentè ſeruiuit qui tales primitias & tales agnos tam nouellos & teneros ad menſam conuiuij cœleſtis tranſmiſit. Apoc. 14. Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno. Secundò fuit Chriſtus ad ſaliendum in cruce. Si enim tunc mortuus fuiſſet inter illos iuuenes, mors eius non fuiſſet ponderata. Sed tunc ponderata eſt tot mortibus iuuenum. Cuſtodia regis ſe dimitteret truncari priuſquã regem. Sic truncata eſt infantia quaſi cuſtodia noui regis. Sed cum magnus factus eſt etiã magni truncati ſunt. Quando enim luna eſt plena, implentur oſſa leonis & aliorum animalium medulla, & ſic ſunt fortiora animalia. Sic quando luna plena fuit. i humanitas Chriſti plena diuinitate, vel vlterius virginis, tunc fortes ingreſſi ſunt prælium a minimo vſque ad maximum, & Maria ſimul cum principe Chriſto pugnauit in paſſione & vicit. Et nos etiam neceſſe eſt indui armis fortitudinis ad debellandos hoſtes noſtros, præſertim inuiſibiles aerias poteſtates. Ad Mariam igitur pro auxilio habẽdo recurramus, porrecta ſupplicatione per angelicum verbum, Aue &c.

B *Innocentes. Omnes innocentes etiam incircuncisi trucidati ab Herode ſaluati ſunt.*

Aliqui voluerunt dicere quòd inter innocentes ſoli circuncisi fuerunt ſaluati & non alij, propter illam legem ſcriptam. Gen. 17. Omnis maſculus cuius caro præputij circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo. Sed dicitur cum beatiſſimo Bernardo in ſermone de his tribus feſtis, & cum beato Auguſtino, quòd illi omnes etiam incircuncisi ſaluati ſunt. Nam & canit eccleſia ꝙ non loquendo, ſed moriendo Chriſtum confeſſi ſunt, & in hoc martyres extendendo nomen martyris, non pro teſte, ſed pro eo qui ſuſtinet pro Chriſto. Indifferenter autem mortui ſunt pro Chriſto incircuncisi ſicut circuncisi. Secundò nunc baptiſmus ſine propriæ voluntatis vſu ſufficit ad ſalutem, ergo a fortiori pro eo ſuſcepta mors (quæ eſt quidam baptiſmus) ſecluſo vſu rationis ſufficiet ad ſalutem. Tertiò ſecundum iura qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, ſed Chriſti occaſione innocentes omnes trucidati ſunt, ergo ad eos coronandos videtur fuiſſe iuſtum vt bonitas Dei dederit illis vitam gloriæ, quibus occaſionaliter abſtulit vitam naturæ, vt nec ſic maior eſſet Herodis iniquitas, quã Chriſti pietas. Quarto quia ſecundum Augu. Chriſtus pro liberandis hominibus venit, immo etiam pro ſuis interfectoribus orauit, ergo a fortiori de illorum prẽmio cogitauit & ordinauit qui pro eo interficiendi erant: Immo credendum eſt ꝙ maxime cum illis miſericorditer egit, cum mortis debitum conuertit eis in preciũ regni cęlorũ. Terra.n. corporis noſtri in Adam onerata eſt debito mortis. Hæreditas vero cum onere ſuo tranſit ad poſteros, ideo mortis debitores erant paruuli, quam tamen Deus recepit tamquam precium regni. Et ſic fecit eis dominus quaſi de neceſſitate virtutem, & eos tunc rapuit de medio, ne grandes effecti poſtea a malitia immutarentur. Sed quia nondum venerat hora Chriſti vt interficeretur cum illis paruulis, ideo ad declinandum ſæuitiã Herodis & occiſionem Chriſti præcepit Angelus Ioſeph dicens. Accipe puerum & fuge in Aegyptum &c.

C *Veritas. Veritas eſt puer quem inuenitur Ioſeph, id eſt quilibet homo accipere.*

Iuxta euangelium erunt duæ partes in hoc ſermone. In prima dicetur de fuga Chriſti. In ſecunda de occiſione innocentum.

Pro primo dicitur in textu. Apparuit Angelus

Angelus Ioſeph dicẽs, Accipe puerũ &c. Puer iſte veritas eſt naſcens de cordis puritate. Nam veritas de terra orta eſt, ſed quando veritas de corde naſcitur, a ſpiritu elationis vehementius infeſtatur, vel de hoc gloriantes, & ſic in publicum propter gloriam propalantes, vel altiora, ſe quęrẽtes vt ſui obliti, intima ſua deſerant, & altiora rimantes, protinus ad nimiam lucem deijciantur & ruant. Sed tũc iubemur ad tenebras noſtras ire, vel ad tenebras noſtras, id eſt in abſcondito veritatem ſilere, vel ad Aegyptum noſtram, id eſt ad tenebras conſcientiæ noſtræ redire, & infirmitatem noſtram conſiderare. Ignorantia enim noſtra, concupiſcentia noſtra tenebræ ſunt. Deus lux eſt, & conſcientia noſtra nox eſt. Deſcendit autem puer iſte in Aegyptum, quãdo nos docet de nobipſis, in Iudæam vero cum de Deo, iuxta illud Pſal. 73. Notus in Iudæa Deus. Fuge igitur in Aegyptũ ne forte lux veritatis extinguatur, ſed nõ ſine virgine matre, id eſt ſine puritate, quia ſi ſine illa vadimus, iam ſtatim ad cõcupiſcẽtias noſtras redimus. Sed eſto ibi vſque dum dicam tibi. Noli inniti ſcientiæ tuæ, caue conſilium Sathanæ, qui ſe transfigurat in Angelum lucis, & ſub ſpecie boni, ſeminat conſilium erroris, quia ſi ante tempus reuertaris in Iudæam, cito reuerteris ad ſuperbiam, & ſi nimium in Aegypto moraris, proculdubio in deſperationem cadis, quia ſi ad mala tua nimis intendas, te in foueam deſperationis præcipitas. Si ante tempus vel vltra modum de Dei miſericordia confidas, te in præſumptionem erigis. Omnia enim tempus habent, & exitus de Iudæa & reditus. Hæc Richardus de ſancto Victore in ſermone.

Sed quomodo dicebat Angelus Ioſeph, vt fugeret in Aegyptum cum eſſet pauper & nihil habebat, quare non prouidebat. Si eſſet modo qui fugeret in terram alienigenarum, quantuncunque diues eſſet, adhuc timeret de neceſſariis ſuis. Dicitur primo ꝙ poſſibile eſt, ꝙ iam prouiſum erat ad nutriendum puerum per reges. In ſignum ꝙ reges & principes debent prouidere pauperibus, & non tollere ſua. Vel dicitur ꝙ Ioſeph erat bonus artifex & etiã Maria ad lucrandum vitam ſuam, & ita, dummodo homo ſit in ætate, in qua poſſit operari, & ſciat artem, non debet diffidere de auxilio diuinæ prouidentiæ. Dicitur tertio, ꝙ in hoc datur exemplum, ꝙ Deus non permittit ſuos in neceſſitate ſine conſolatione, non dico quin debeat homo vti induſtria ſua, & ꝙ non faciat, quod in ſe eſt de lucrando vitam ſuam. Inde dicit Pſal. 53. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet, &c.

Deus prouidet inopiã ſuorũ neceſſitatibus.

Futurũ eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Puer Ieſus in Iudæa perſequitur, & in Aegypto ſeruatur, quia Chriſtus ab illis, qui ſunt in terra Iſrael, id eſt eccleſię, vel religionis per diuerſa vitia fugatur, & tñ ab his qui ſunt in mũdo per deuotionẽ colitur, quia hodie Chriſtus plures hẽt in eccleſia perſecutores, quàm in mũdo cęteris paribus, & iam vr̃ a terra Iſrael i. ab eccleſiaſticis recedere, & i Aegypto i. inter laicos habitare, ſecũdum illud Io. 8. Ieſus abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum. Videtur prima facie ex textu, ꝙ Ioſeph incepit fugã illo die quo interempti ſunt innocentes, ſcilicet nocte quæ erat principium illius diei. Sed contra, dies ille infauſtus eſt, in quo non debet bene cõtingere alicui, vt dñt multi tñ & bñ contigit ei.

Quæritur ergo cum Gerſon, vtrum dies innocentum ſit infauſtus & infortunatus ad aliquid inchoandum, & conſequenter alij dies per totum annum habentes ſimilem ſituationem? Et videtur ꝙ ſic, quia ſunt etiam multi alij dies poſiti in calendario infortunati, vt dies Aegyptiaci, dies caniculares, quare ergo non iſtis? Dicitur quòd non eſt infortunatus. Nam ſi ſic, aut hoc eſſet ex diſpoſitione ſyderum ſecundum aſtrologiam, aut ex dęmonum actione ſecundum artem magicam, vel ex ſanctorum innocentum merito ſecundum religionem Chriſtianam, vel ex obſeruantium phantaſia, uel imaginatione, quæ allegat experientiam. Sed nulla iſtarum eſt rationabilis. Talis igitur obſeruatio eſt uana & reprobanda.

D Innocentes. An dies innocẽtũ ſit infortunatus, & ibi improbãtur ſuperſtitionesque rundam.

Non

Non primum, quia hoc eſt contrarium regulis & principijs aſtrologie, quia aſtrologi variant ſua iudicia ſecundum variationem poſitionis ſyderum, ita vt non poſſit confici almanach vniformæ perpetuum, quia dies lunæ exempli gratia, quæ modo eſt indiſpoſita & infauſta, ſecundum regulas eorum ſi ſint veræ, erit hebdomada ſequenti diſpoſitionis alterius. Attento maximè quòd in his quæ concernunt arbitrij libertatem, aſtra non imponunt neceſſitatem, iuxta illud Ptolomęi. Vir ſapiens dominabitur aſtris. Et hæc ratio ſolet efficaciter fieri contra ſignationem, quæ reperiri ſolet in calendarij de diebus Aegyptiacis ſeu periculoſis. Nec ſecunda quia hoc eſſet manifeſte vergere in idololatriam, ſi quærantur placari dęmones per hoc quod eſt nihil agere, tanquam plus in hoc timeant, quàm Deus & ſancti ſui, dum creditur quòd ſi quis aliquid ageret, cauſarent infortunium. Secundo quia non tantũ his duobus, ſed ſicut dicit Petrus. Aduerſarius veſter diabolus aſſidue circumit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide, non vana ſuperſtitione. Inde ait Pſal. 39. Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Dat rationem in alio paſſu, quia odiſti (inquit) obſeruantes vanitates ſuperuacue. Præterea ſecundum ſacros doctores & pręcipuè Auguſti. tales obſeruationes ſunt illicitæ & contra baptiſmalem ſanctitatem, ita quòd euenit Chriſtianis baptizatis illud de euangelio, dum immundus ſpiritus exierit ab homine per baptiſmum, ſequitur. Reuertẽs adducit ſeptem nequiores ſe, & fiunt nouiſſima hominis illius, qui eos recipit peiora prioribus. Melius eſt enim veritatem non agnoſcere, quam poſt agnitam peruerſe viuere, eamque factis aut verbis abnegare. Rurſus hoc attendatur nullam eſſe diẽ quæ non ſit plena infortunijs, nunc iſtorũ nunc aliorum, pro quibus tamen non eſt dies timendus, vel euitandus, ſed hominũ infelicitas vel miſerenda eſt vel culpanda, quorum operationes malæ iuxta Auguſt. faciunt malos dies. Denique nihil eſt fallacius ſtulti vulgi traditionibus, qui vt ſępius faciunt de non cã cãm. Verbi gratia, præcipitabitur aliquis ab equo indomito in via lubrica vel in flumine ſubmergetur, aſſignabunt vulgi huius infortunij cauſas diuerſi diuerſimode. Dicet vnus quòd in exitu domus obuiam habuerat vnum catum, vel leporem, vel quòd in egreſſu oſtij offenderat pede, vel quòd mane camiſiã reuerſam induerat, aut calceus dexter pro ſiniſtro acceptus fuerat, quod ſignũ Cęſar Auguſtus reputabat ſibi infauſtiſſimum, vel quia ſic ſomniauerat, vel quia crocitauerat coruus ſuper tectum, vel bubo cum ſtridore ſuperuolitauerat, vel gallus præter horam vocem dederat. Dicet alius, ecce mala dies erat vel infortunata & ægra. Alij traducent ad mores dicentes hora tali non potuiſſe ei fęliciter contingere, qui ſic & ſic egerat rapiendo bona vicinorum vel fraudando, vel adulterando, vel blaſphemando, aut quoniam ex improbis & iniuſtis parentibus trahebat originem. Et iſti faciunt de non cauſa cauſam, & de non experientia, experientiam, quaſi certam & fundatam aſſerentes. Nec eſt dicendum tertium, quòd ratione occiſionis innocentum prouenit iſtud infortunium tali die & in ſequentibus ſimilibus, quia iſtud caret ratione. Alioquin Theologi & viri religioſi & deuoti, deberent iſtã obſeruantiam magis cuſtodire & cognoſcere, qui tamen diſſuadent illam & reprobant, & dicunt hoc eſſe in dedecus Dei, & ſanctorum innocentum. Rurſus talis honor ſi eſſet rationabilis, magis deberetur domino Ieſu & matri eius pro ſuis feſtiuitatibus, quàm feſto innocentum. Nec eſt dicendum quartum, quòd talis obſeruatio fungitur, vel timent vel exercetur ex ſola hominum phantaſia vel ex melencholia imaginatione, quia hæc phantaſiatio falſa & corrupta & ſuperſtitioſa, prouenit in hac materia ſicut in alijs mille milibus, ex varijs ſeductionibus. Primò aliquando proueniunt hæ falſæ credulitates & confictæ obſeruationes ex dęmonum ſuggeſtione, vel illuſione ad animarum damnationem, & fidei Chriſtianæ ſubuerſionem, & ſanctorum infamationem. Secundo ex magicorum maligna traditione. Tertio ex

Superſtitioſæ opiniones vnde proueniant.

Gen-

Gentilium & aliorum infidelium derelictione, ſicut in principio conuerſionis ad fidem Chriſti frequenter inueniebatur. Quartò ex phãtaſię vel imaginatione virtutis debilitatione. Cuius ſignum eſt ꝙ vetulæ, & pueri & puellæ, & idiotæ proniores ſunt ad tales obſeruationes credendas vel obſeruandas. Inde ortum habuit illud epitheton, vetulæ ſortilegæ. Circa illud attendendum eſt verbum Pſal. In manibus tuis ſortes meæ, qui dat intelligi per hoc, non in ſuperſtitionibus & ſortilegijs huiuſmodi fictitijs & plerunque noxijs eſſe confidendum. Retrahunt enim ſpem a Deo, ſuperſtitionibus occupant, in moribus inquietant, obſunt aliquando reipublicæ, & viam ad hæreſes aperiunt. Quintò prouenit hæc corruptio iudicij rationis ex primena a puero per ſtultas matres, & nutrices enarratione. Delectantur enim dicere fabulas admirabiles, & puerilis ętas imbuta talibus vix repellit, quia qđ noua teſta capit, inueterata ſapit. Sextò hoc poteſt prouenire ex humano timore, & diffidentia diuini auxilij, & curioſa ſciẽdi futura libidine, vt patuit in Saul & alijs ſine numero. Septimò ex certa confictione ad fallendum alios & irridẽdum, ſicut fit apud aliquos deceptores. Octauò ex lectione quorundam romantiorum, id eſt librorum compoſitorum in gallico quaſi poeticorum de geſtis militaribus, in quibus maxima pars fabuloſa eſt, & magis ad generandum quandam nouitatum admirationem, quàm veritatis cognitionem. Nonò ex inobediẽtia ad diuinam legem, & ex modica eius reuerentia, vel cognitione. Cuius ſignum eſt, quòd tales ſuperſtitioſi citius crederent verbis vel ſcriptis, vel narrationibus fabuloſis quantuncunque in apparentibus, quàm diuinæ auctoritati & ſuis doctoribus. Immo & facilius inducuntur operari valde difficilia, ut in ieiuniis & certis orationibus, & certis votis, quàm poſſent induci ad opera legis Chriſtianæ facilia. Sicut ſunt ieiunia per eccleſiam inſtituta uel orationes, quã citius frangerent, quàm dimitterent ſuas ſuperſtitiones longè grauiores, quæ nec utiles ſunt, ſed ſępe in damnationem animarum & præcipitationem corporum præcipitantes. Et de talibus nunquam quærerent conſilium, ſed deſpiciunt eruditos in ſcientijs. Deberent tales attendere uerbum domini dicentis Eſaiæ, 44. Ego ſum dominus faciens omnia, extendens cęlos ſolus, ſtabiliens terram & nullus mecum, irrita faciẽs ſigna diuinorum, & ſequitur, ſciẽntiam eorum ſtultam faciens. Et illud Hiere. 10. A ſignis cęli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ ſunt. Et ſi dicatur, ego bene obſeruo nouenariam dierum ad recuperandum ſanitatem, quare non obſeruabo ſingulos dies ſimiles hæbdomadarum ad honorem iſtorum ſanctorũ? dicitur hic quòd multa tolerantur ab eccleſia, quæ crudè ſumpta ſonant ſuperſtitionem. Dicere enim quòd nouem dies non plus nec minus requiruntur ad ſanandum illud eſt ſuperſtitioſum, quia numerus nihil facit ad ſanitatem quin ita bene ſancti in minori uel maiori tempore ſanarent ſicut in nouenario. Secundò hoc eſſet cõſtituere Deo terminum ad ſubueniẽdum. Sed hoc reprobatur Iudith. 8. Non eſt (inquit Iudith) iſte ſermo qui miſericordiã prouocet, ſed potius qui irã excitet & furorem accendat. Poſuiſtis uos tempus miſerationis domini, & in arbitrium ueſtrũ diem conſtituiſtis ei. Sed quia patiens eſt dominus, in hoc ipſo pęniteamus & indulgentiam cum lachrymis poſtulemus. Dico tamen ſecundo quòd eccleſia tolerat propter deuotionem fidelium, qui forte hoc faciunt propter reuerentiam nouem ordinum Angelorum. Vel qui in numero dierũ nõ confidunt, ſed ſolum in tali tempore ſperant Dei auxilium affuturum, & ſic toleratur. Dicitur tertio quòd non eſt inconueniens celebrare, uel octo uel nouem dies, immo ſingulis diebus unius ſeptimanæ, unum diem, dummodo non ſit admixta ſuperſtitio de non volendo illo die incipere aliquod opus uel conſummare, quia bene celebrantur octauæ innocentum, & ſingulis diebus ſeptimanæ eccleſia dedicat ſabbatum beatæ uirgini, licèt non obſeruet. Tum quia ſunt ſatis feſtiuitates in Kalendario noſtro. Tũ quia illud

E

Nouenaria.

An obſeruatio nouenaria ſit licita.

poſſet

poſſet vergere in errorem & Iudaiſmum; vt patet per illud de conſecr diſtin.3. peruenit vbi dicitur, ꝙ Antichriſtus faciet iſtam multiplicitatem feſtorum. Dicitur quartò quòd aliquando expedit principibus certũ diem in ſeptimana accipere, in quibus vacent Deo, & ſuæ conſcientię, ſe queſtrando ſe ab omnibus exterioribus negocijs. Sicut dicebat Iacob poſtquam ſeruiuit Labani diutius: Tempus eſt, vt prouideam domui meæ. Et in diebus illis vacare prędicationi audiendę, lectioni, quieti, & romantijs bonis & decentibus ad animandum eos ad bene agendum, dummodo tamen propter huiuſmodi voluntarias acceptiones feſtorum, dies feſti eccleſiæ non minus obſeruentur. Habent enim principes multas ſollicitudines, & anxietates, ſuper alios, ideo indigent maiori quiete, quàm alij.

Et erat vſque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum eſt a domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum. Vocat nos dominus ab Aegypto, id eſt a mundo vt exeamus. Primo, vt mater filium a loco periculoſo. Aegyptus enim interpretatur anguſtia, & ſignificat mundum, in quo mundani plus hent anguſtię, quàm delectationis, ſi bene attenderent. Inde Numeri. 11. dicitur ꝙ filij Iſrael veſcebãt cepę & porris & alijs, in quibus cibis licet a leccatoribus libenter comedantur, habetur tamen plus acerbitatis, quàm dulcoris. Ideo Pſal. 118. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me. Cum enim mater videt filium iuxta præcipitium aquę vel foueæ, in loco ruinoſo, vocat eum ad ſe. Sicut aui tutum non eſt eſſe iuxta laqueum, piſci iuxta naſſam, puero iuxta fornacem, ſic nec homini eſſe in mundo pleno laqueis & foueis, id eſt occaſionibus multis ad peccandum. Mat. 18. Væ mundo a ſcandalis. Hinc vidit Ieſus Iacobum & Ioannẽ in naui, & vocauit eos, ſcilicet de mundo. Nauis enim in mari per dimidiam horam vix eſt in tuto, & ideo dicitur Eccleſiaſt. 43. Qui nauigant mare enarrant pericula. Qui enim morantur in mari ibi pereunt, & propterea alijs pericula narrare non poſſunt; ſed qui nauigant, id eſt qui tranſeunt. Secundò vocat nos dominus a mundo, vt nobilis accipitrem, qui auolauit cum reclamatorio, ſcilicet carne rubea affixa ligno. Sic dominus oſtendit in cruce carnem ſuam rubeam homini, de quo dicitur Oſeæ 12. Effraim quaſi auis auolauit, ſed pauci curant, adeo vt meritò conqueratur dicens illud Prouerb. 1. Vocaui & renuiſtis, extendi manum meam in cruce, & non fuit qui aſpiceret. Accipiter enim ſaturatus nõ venit ad reclamatorium, ſed famelic⁹. Sic nec diuites, ſed pauperes ad Chriſtũ. Inde Luc. 12. prodigus adoleſcens ad patrem non redijt, quouſque inopia eum oppreſſit.

F Vocare. Deus vocat nos ab Aegypto, id eſt mũdo dupliciter.

In ſecunda parte videndum eſt de occaſione innocentum, & pro iſto dicitur in textu. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet a magis, &c. Tribus inimicis debemus illudere, carni, mũdo, dęmonio. Caro perſuadet ſuauia, mũdus inania, diabolus iniqua. Caro eſt inimicus domeſticus, ideo timendus, mundus ſophiſticus, ideo cauendus, diabolus iniquus, ideo expugnandus. Illudamus ergo dæmoni ipſi non obediendo, carni ipſam affligendo, mundo ipſum latenter fugiendo. Illudamus dęmoni, quia ſecundum Pſal. 53. draco iſte quem formaſti ad illudendum ei, id eſt vt ei illudatur ab homine. Illudamus & carni & eam decipiamus, quia quando Samſon Dalilam decepit, ſecurus dormiuit, ſed quando dixit vbi erant vires eius, ipſum Dalila decepit. Sic cum decipit homo carnem ſuam, ſed cum aſſentit ei decipitur, & ideo Micheæ. 7. dicitur. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, ſcilicet a carne. Similiter Iacob Laban decepit quãdo eo ignorante receſſit, ita vt ſi velimus aliqua bona facere, fauorem mundi non appetamus. Neſciat Laban, ꝙ in terrã promiſſionis fugit Iacob. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Neſciat Herodes ꝙ per aliam viam reuertimur in regionem noſtram Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, &c. Hic conſiderandũ eſt quale periculum eſt, in receſſu Chriſti, quia quando fuit cum iſtis infantibus, fuerunt ſalui,

G Illudere. Debemus illudere carni, mũdo, & diabolo.

Receſſus Chriſti eſt magnum periculum.

ſalui, quando receſſit, occiſi. Quando enim capitaneus exit de bello, res male ſe habent. Sic debemus orare Chriſtum ne recedat a nobis, ſed ſemper maneat nobiſcum, dicentes cum pſalm. vigeſimoſexto. Ne derelinquas me domine Deus meus, ne diſceſſeris a me. Vnde tunc impletum eſt illud Geneſ. tertio. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius. Quando ſcilicet Herodes ſemen ſerpentis, ſtatim poſtquam natus eſt Chriſtus perſecutus eſt eum, quaſi ſemen Mariæ, ita, ut de eo uerificetur illud Apoc. 12. Draco ſtetit ante mulierem quæ erat paritura maſculum: ut cũ peperiſſet filium eius deuoraret, ſed non præualuit. Similiter Holofernes. ideſt. Herodes iuſſit præcidi aqueductũ gratiæ, cũ iuſſit cum innocentibus occidi Chriſtũ. Chriſtus enim eſt aquæductus per quem venit fons gratię, & miſericordiæ in ciuitatem mundi, ſed illud non potuit, quia non eſt permiſſus a Deo, ſed bene vt occideret innocentes. Reſtabat enim, vt poſtquam in omni ferè intelligibili ætate aliqui confeſſi fuerant Chriſtum, ſicut in ętate ſenili Symeon, & Anna uidua: in mediocri ætate paſtores & reges, ꝙ etiam innocentes ipſum confiterentur, vt ex ore infantium, & lactentium perficeret Deus laudem. pſ. 8. Occidit omnes pueros. Quadruplicem puerorum occiſionẽ legimus. Primò a Pharaone factam. Exodi. 1. Secũdo hic ab Herode. Tertio a Medis. Eſa. 13. Suſcitabo ſuper eos Medos qui ſagittis paruulos interficient. Quarto ab Antiocho. 1. Machab. 1. Suſpendebant pueros a ceruicibus per uniuerſas domos. A Pharaone occiduntur ſubmerſione, ab Herode gladio. a Medis ſagittis. ab Antiocho ſuſpendio. Primi ſunt innocentes, qui a diabolo per ſuggeſtionem præſentis uoluptatis ſubmerguntur in flumine deliciarum carnalium. Flumen enim uoluptatem ſignificat. Herodes uero glorians in pellibus decidit eo gladio, ideſt timore præſentis aduerſitatis, quæ ſignificatur in gladio, iuxta illud Deuteronom. 32. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Medi, ideſt diaboli occidunt timor futurę aduerſitatis ſignificatæ in ſagittis quæ a longe percutiunt. Antiochus uero, ſuſpendit eos ad futuram proſperitatem. De iſtis autem innocentibus occiſis ab Herode recitatur hodie illud Apocalyp. 14. Vidi ſupra montem Sion, ideſt eccleſiæ triumphantis, agnum Chriſtum ſtantem: & cum eo centum quadragintaquatuor milia, ubi ponitur numerus certus pro incerto. Sed timeo ne illud uix poſſit uerificari de eccleſia militante. Nam uix ſupra montem Sion, ideſt eccleſiæ militantis inuenitur agnus Chriſtus qui eſt ſapientia Dei, id eſt prælatus ſapiens, & literatus. Sed potius agnus, ideſt prelatus iuuenis ſimplex, & idiota. Multi enim talium ſunt hodie ſupra montem Sion in eminentia dignitatis. Et dato quòd in religione, vel in eccleſia ſint multa animalia oculata, hoc eſt multi uiri diſcreti, & ſeniores prouidi in prælatione, tamen non ponuntur hodie tales, ſed magis agni, ideſt iuuenes, prece, precio, & fauore occupant eccleſiaſticas dignitates. Iam completa eſt prophetia Eſaiæ. 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Et Eccleſiaſticus decimo. Vidi ſtultum poſitum in dignitate ſublimi. Et iſti ſtatim, vt ſunt eleuati, non ceſſabunt quouſq; fecerint uenire in conſpectu ſuo in diuerſis beneficijs, præbendis, & dignitatibus centum quadragintaquatuor milia, non innocentum, & bonorum uirorum, ſed talium qualium multitudinem copioſam, de illis qui portant nomen ſuum, & patris ſui: id eſt de proprijs parentibus, cognatis, compatriotis, familiaribus, atque notis. Et ibi auditur maxima multitudo cithariſtorum, ideſt adulatorum qui linguis ſuis non ceſſant noua cantica reſonare.

H Occiſio puerorũ. De quadruplici occiſione puerorũ, & quid ſignificet.

In

In feſto Circuncisionis domini Sermo I. & in ordine LXI. per thema.

A Circuncisio. Omnes debent celebrare feſtum circuncisionis.

POſtquam conſumati ſunt dies octo, vt circũcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Lucæ. 2. Cum baptizatur infans occurrunt caudatim mulieres, & propter baptiſmi honorem & ad oſtendendum amicitiam & reuerentiam ad mulierem de nouo accubatam, ſi tamen ſint inuitatæ. Hodie Maria de nouo accubata, vadit ad circuncidendum filium ſuum. Tunc enim loco baptiſmi noſtri erat circuncisio, ideo hodie inuitat per eccleſiam ad faciendum ſibi hodie reuerentiam, & ad monſtrandum ſibi amicitiam. Si enim partum corruptum aliarum ita honorant mulieres, quanto magis partum virginis ſine corruptione debent honorare? Sed de uiris an debeant & huic intereſſe feſto? Dico ꝙ ſic. Antiquitus enim gentilitatis tempore dies iſte apud Romã celeberrimus erat & ſuperſtitionibus plenus, in quo confixerant ſibi quẽdam Deũ nomine Ianum, cui dedicauerunt primũ menſem, bifrontem, duas facies habentẽ, vnam ad reſpiciendum annum præcedentem, & aliam ad videndum ſequentem. Et coram eo exercebantur in lucis in honeſtis, & ita fœdis, vt nec digna ſint relatu, vacabantque ſtrenis, augurijs, & ſuperſtitionibus. Si gentilis populus hæc faciebat dæmoni, nonne fidelis populus debet magis facere Chriſto, qui non ſolum videt ex duabus partibus, ſed etiam in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis, qui etiam duas facies habet, ideſt duas naturas, qui nobis dedit hodie ſtrenas carnẽ præputij ſui, & preciosum ſanguinẽ? Donum quippe maxime charitatis indicium, & neque auro neque gemmis omnibus comparandum Ideo ad celebrandum hãc diem tam viri, quàm mulieres habent cõcurrere. Eſt enim hodie multiplex feſtum. Primo quidem circũciſionis. Secundo primę effuſionis ſanguinis Chriſti. Tertio impoſitionis nominis Ieſu. Quarto octauæ natiuitatis. Quinto feſtum virginitatis Mariæ. Inde eſt, ꝙ hodie laudes & maior ſeruitij pars eſt de beata virgine. Vt ergo honoremus eam in hac ſua ſolennitate, ſalutare angelicum pręſentabimus dicentes, Aue.

B Circuncisio. De multiplici circuncisione.

TRiplex eſt circuncisio. Quædam eſt naturæ, de qua Gen. 17. Maſculus cuius caro præputij circunciſa non fuerit, peribit anima eius de populo ſuo. Et hæc fit cultello lapideo ſecundum illud Ioſue. 5. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide filios Iſrael. Et in iſta caro lædebatur, ita vt vix poſſent per triduum moueri extra caſtra; & hac ſpoliatur homo a carne ſua, & eſt naſcentium, fuitque hodie facta in carne Chriſti. Secunda eſt renaſcentium, qua ſpoliatur homo cogitationibus ſuperfluis & vitijs. De qua Gal. 5. Circuncisio cordis in ſpiritu non in litera. Et hæc fit verbi Dei gladio penetrabiliori omni gladio ancipiti. Hebr. 4. pertingenti vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, ideſt ſenſualitatis & ſpiritualitatis literæ. Tertia eſt reſurgentium ab omnibus miſerijs, de qua Gen. 17. Circuncidetur omne maſculinum, ideſt omnes qui opera virilia & virtuoſa perſeueranter fecerit. Et hæc fiet tuba ſpiritus ſancti. 1. Cor. 15. Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti, qua circuncisus eſt dominus Ieſus, quando reſurgens ex mortuis iam non moritur. Roma. 6. Prima fiebat die octaua. Geneſis 15. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Secunda fit ꝑ Chriſti reſurrectionẽ, qua fit die octaua, ideſt in dominica die, quæ ſicut eſt prima reſpectu dominicæ ſequentis, ita & octaua reſpectu pręcedentis, uel fit die octaua, ideſt poſt tempus vitę huius mortalis. Nã oẽs dies huius vitæ ſeptenario numero compræhẽduntur, oportet ergo quòd dies, qui eſt poſt hanc vitam ſit octauus. Ipſa enim reſurrectio Chriſti debet nos mouere ad circuncidendum omnem ſuperfluitatem vitiorum, vt ſic habere poſſimus ſpem reſurgendi cum Chriſto, quia 1. Cor. 15. ſi Chriſtus reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicũt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt, & c. ſequitur circa finem. Omnem

qui-

quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Tertia fiet in fine in octaua ætate, quando per Chriſtum petram omnis ab electis abſcindetur corruptio. Iudæi circuncisi ſunt carne, ſed præputiati mente. Gal. 3. Neque enim qui circu ncidun- tur legem cuſtodiunt, Gentiles eccleſiæ præputiati carne, ſed circuncisi mente. Licet circuncisio carnalis eſſet tunc de præcepto Iudæis, cui ſe voluit dominus ſubijcere vt circuncideretur ſicut cæteri maſculi, & ideo dicit thema. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, &c.

Circuncisio cur a domino iſtituta ſit in populo Iſrael.

Duo dicemus. Primo quare dominus circuncisionem in populo Iſrael inſtituit, vt ſcilicet omnis maſculus circunciderettur in membro genitali. Secundo quare dominus voluerit circuncidi. Primum in hoc ſermone terminabitur. Secundum vero ſermone pomeridiano. Sed adhuc hic dicetur primo de prima quæſtione. Secundo vtrum eſſet in lege naturæ aliquod remedium contra originale peccatum ſicut erat in lege ſcripta per circũciſionem, vel etiam in lege gratiæ per baptiſmum.

Quo ad primum videtur quòd non debuit fieri circuncisio (cum eſſet pęnalis) in membro genitali, quia illud non peccauerat, ſed potius debuerunt puniri manus, quæ contrectauerunt pomum vetitum, & os quod protulit verba malitiæ loquendo cum ſerpente, vel ſe excuſando ſuper Deum, vnde etiam mors ſecuta eſt ſecundum illud Sap. 1. Deus mortem non fecit, impij autem ſcilicet primi parentes manibus & verbis accerſierunt illam, igitur debuit eſſe aliqua ſpecialis punitio in manibus & ore, & non in illo membro occulto. Reſpondetur quòd debuit potius fieri circuncisio in illo membro genitali, quàm alibi. Primo quia in illo membro maximè concupiſcentia feruebat, ideo vt eſſet remedium contra concupiſcentiam peccati originalis voluit dominus in illo membro fieri circuncisionem, vt qui generabantur carnaliter, per ſacramentum circuncisionis Deo generarentur ſpiritualiter. Circuncisio enim erat remedium cõtra peccatum originale ſicut baptiſmus. Sed differebat a baptiſmo in ſex. Primo quia baptiſmus confert maiorem gratiam quàm circuncisio, quia confert gratiam in virtute paſſionis Chriſti iam exhibitæ. Circuncisio aut in virtute paſſionis Chriſti præuiſæ vel exhibendæ, modo gratior fuit Chriſti paſſio exhibita, quàm exhibẽda. Secundo, quia baptiſmus aperit ianuam, non autem circuncisio, niſi forte fuerit cum paſſione Chriſti. Tertio quia competit baptiſmus viris & mulieribus, non autem circuncisio. Quarto quia baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem omni populo mundi, circuncisio autem ſoli populo Iſraelitico conueniebat. Multi enim ſaluabantur extra circuncisionem, qui nõ erant de populo Iſrael, vt Iob & multi prophetæ gentium. Similiter patet de illo, quæ inuentus eſt ſub muris ciuitatis Conſtantinopolitanę tempore Conſtantini, & Helenę habens laminam auream in pectore, in qua ſcriptum erat. Chriſtus naſcetur ex virgine, & ego credo in eum. O ſol ſub Helenæ & Conſtantini temporibus iterum me videbis. Et illud exemplum recitat ſanctus Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. Nam ad ſolum populum Iſrael dirigebatur præceptũ domini de circũciſione quo ad viros, ita q; ſoli & omnes tales obligabantur. Et ſi obiiciatur de illis, qui nati ſunt in deſerto, qui per 40. annos non fuerunt circuncisi. Reſpõdetur quòd pro tunc diſpenſatum eſt cum eis, quia Nume. 9. quãdo nubes eleuabatur de tabernaculo debebat proficiſci populus, & neſciebant eleuationem eius, nimis autem graue fuiſſet ſtatim poſt circuncisionem proficiſci. Quinto quia circuncisio tollebat culpam originalem & mortalem ſi erat, non tamen pęnam debitam, hoc totum tollit baptiſmus. Deus enim magnificentiam ſuam extraneis oſtendit, & non Iudæis. Sextò quia circuncisio non imprimebat characterem ſpiritualem, ſed ſolum in carne, baptiſmus autem econuerſo. Ratio eſt, quia populus ille fidem ſuam quaſi ex ſucceſſione carnali acquirebat, hic autem non licet multum conferat. Ad Roman. 10. Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. & Gala. 3. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis, non eſt Iudæus

C Circuncisio. Propter multa debuit potius fieri circuncisio in mẽbro genitali quàm alibi.

Circuncisio differebat a baptiſmo in ſex.

Dubium de pueris hebræorũ qui oriebantur de populo Iſrael ĩ deſerto.

Iudęus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina, omnes nos unum eſtis in Chriſto Ieſu. Secunda ratio eſt, ut diſtingueretur populus ſuus a non ſuo, & propterea dum erant in eremo ſoli, non circuncidebantur. Voluit enim dominus generationem Abrahæ eſſe ſuam, ideo voluit ſignum eſſe in membro illo deputato generationi, vt cognoſceretur quia ordinis erant Chriſti, & in quo debebat naſci Chriſtus, ſicut ad maiorem raſuram capitis cognoſcitur quis eſſe religioſus, ita quod per illam abſciſſionem cognoſcebatur ille populus eſſe religioſus, & populus domini. Qui enim vult habere bonam vineam palmites eligit ex quibus eam plantat. Sic dominus ſemen elegit ex quo ſibi populũ formauit, & a quo ꝓcedere debebat. Hiere. 2. Ego te plantaui uineam meam electam, omne ſemen verum. Sic & dominus elegit ſpecialiter religioſos, quibus donauit vt abradantur pili propter paupertatem. Et ſicut quando legem cuſtodiebant filij Iſrael dabat eis temporalia in abundantia, quando vero non, non dabat. Sic poſtquam religioſi non cuſtodierunt regulam ſuam, dedit eis commendatores ſeu magis comeſtores du hault pas, ſcilicet homines ſublimes, qui omnia deuorant ſpecioſa deſerti. Tertia ratio. Debuit fieri circuncīſio in mẽbro occulto, ad deſignandum ꝙ debemus opera noſtra bona facere in abſcondito non in publico propter gloriam hominum. Et de hoc Hiero. ad Terentiam ſic ait. Circũciſio non in propatulo membro quod ab omnibus cerneretur, ſed in membro fit vbi in ſigno obſcuritas & in nomine confuſio eſt. Hoc ideo ne iuſtitiam noſtram faciamus corã hominibus, ſed in occulto ſolum coram illo cui nihil occultum. Velanda enim ſunt opera noſtra, vt non uidentes ea ſic videant, ut rimantes quæ intus nos ſunt. iuxta Apoſtolum. Quos ſeductores putãt veraces eſſe fateantur, & quos nihil habere credebant oĩa poſſidere cognoſcant, & quos mori iudicabant, viuere in ęternũ teſtentur, ut non in carne palam, ſed in occulto cordis Iudæi ſimus, non litera,

Opera noſtra bona ſunt celãda.

ſed ſpiritu. Hæc ille. Quarta ratio. Vt per circuncīſionem corporalem intelligerent homines ſe eſſe circuncidendos ſpiritualiter & interius. Sicut enim circuncīſio carnalis erat ſignũ ꝙ aliquis erat de populo Dei, ſic circuncīſio ſpiritualis eſt ſignũ ꝙ aliquis ſit de amicitia Dei. Et ſicut circuncīſio carnalis erat ſciſſio alicuius pellis in membro, ſic circuncīſio ſpiritualis eſt ab ſciſſio ſuperfluorum in corde & ſenſibus, & principaliter peccatorum & malarum conſuetudinum. Sed lata eſt differentia inter circuncīſionem carnalem, & ſpiritualẽ, quia carnalis ſiue corporalis fiebat tãtum in vno membro, ſed ſpiritualis debet per omnia mẽbra fieri & interius & exterius, licet forte magis ĩ illa parte in qua mandata eſt Iudæis fieri circuncīſio, quia hoĩes multũ inclinati ſunt ad voluptatem illã, & ad declinandũ ad naturam beſtiarũ. Sed tñ quia non eſt pars in hoĩe quæ nõ ſit tabida & infecta veneno peccati & concupiſcentiæ, iuxta illud Eſa. 1. A planta pedis vſq; ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas. Et ideo ſecundum Bern. Sicut tunc populus uelut paruulus & rudis in fide & dilectione, congruum ſibi mãdatũ congruę circuncīſionis accepit, ſic vbi creuit in virũ perfectiorẽ, toto iubeẽ corpore baptizari, qui eſt totius hoĩs integra circũciſio. Hinc eſt ꝙ dñs octauo die voluit circuncidi, & 34. anno crucifigi, ubi corpꝰ diſtẽſum eſt uniuerſum. Debet. n. nunc eſſe integra circuncīſio. Sicut. n. ridiculũ ſe facit q in parte barbã radit, ſic q in parte circũciſionẽ ſpũalẽ facit, & in parte ſe incircumciſum relinqt. Debemꝰ aũt nos circũcidere interius. Primo quo ad cogitationes & deſideria mala, & odia & delectationes uiles, & hoc cor noſtrũ. Sed intellectum noſtrum per petram fidei debemus circuncidere tollendo ſpiſſam ignorantiæ pellem. Aures uero circũcidendæ ſunt ab obduratione verbi Dei, ne ſimus illis ſimiles quib. improperabat Stephanꝰ. Actuum. 7. Dura ceruice & incircuncīſis cordibus, uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Similiter ne audiant uerba detractorias. Sed oculi a lubricis aſpectibus. Os a uaniloquii cõſuetudine. Manus

D

Circunciſio.

De differentia circunciſionis carnalis & ſpiritualis.

Circũciſio noſtra quomodo eſſe debeat.

nus

nus a munere. Tactus a viliſſima & illicita delectatione. Sapiens enim portas claudit inimicis ne intrantes totum destruant, & ſecundum Pſal. 126. Non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta, dicens eis. Non intrabitis. Exéplũ habemᵘ de Democrito qui ſibi eruit oculos. Similiter de Origene qui ſibi abſcidit teſticulos caſtitatis a nore, & ne eos quos priuatim inſtruebat tam viros quàm mulieres concupiſcere carnaliter diceretur, vt habetur libro. 6. hiſto. eccle. c. 6. Item de eſpiſcopo Calcedoniꝗ qui Maris dicebatur, qui reſpondit Iuliano apoſtatæ improperanti cęcitatem oculorum. Gratias ago Deo meo pro cæcitate, quia hoc ideo eſt geſtum, ne te videam pietate nudatũ. lib. 6. hiſt. tripar. c. 6. In prædictis quantus eſſet amor virtutis oſtenditur, quia nõ curabant dãna ſenſuum corporalium ſciẽtes ſe inde facilius poſſe circuncidi mente, & euadere pericula & occaſiones vitiorum. Vnde ſolet aliqua res circuncidi vel reſcindi dupliciter, ſeu propter duo. Primo ne per ipſam alia corrumpatur, ſicut quando in membro vno eſt ignis ſancti Antonij oportet ꝙ præſcindatur mẽbrũ. Sic in nobis & peccata noſtra cultro pęnitentiæ & conſuetudines prauæ, & inueteratæ & male ſocietates reſecãdæ ſunt. Peccatum enim eſt ignis vſque ad conſumptionem animę deuorans. Quando autem ſemen malum oritur in terra cultoris, tũc non tm̃ ſcindit herbas ſuperius, ſed etiam peruenit ad radicem, & tunc non plus pullulat, ſed quando dimittit radicẽ, tũc pullulat. Dñs autẽ in corde noſtro ſeminauit bona ſemina virtutum. Matth. 13. Nonne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro, ſed diabolus ſemper ſeminat zizania peccati. Ideo bonus cultor non ſolũ debet eradicare auctũ exteriorem, ſed etiam interiorem & malã voluntatem & omnes occaſiones peccati, vt amplius non pullulet. Sicut enim præputium amotum nũquã redit, ſic nec peccatum redire debet. Et ſicut ille qui nunquam capillos nec vngues ſibi reſcinderet potius videretur eſſe pecus quàm homo, ſic qui deſideria carnalia ſequuntur nullũ omnino reſcindentes, potius pecora

E Circuncidi. Propter duo res aliqua ſcinditur propter qui debemus ſpiritualiter circũcidi.

ſunt quàm hoĩes, & potius cõſtituunt gregẽ porcorũ quàm Dei populum. Hinc Seneca ait. Quoſdam ventri obedientes loco animaliũ numeremus, nõ hominũ. & Hiero. Qui poſt carnem ambulant in ventrẽ & libidinẽ proni quaſi animalia irrationalia reputantur. In hoc enim excellit homo reſpectu iumentorum, ꝙ poteſt reſcindere deſideria ſua & refrenare, quod ſi nõ fecerit, iumentis inferior efficitur. Secũdo reſcinditur aliqua res vt fructus amplior habeatur. Sicut reſcinduntur rami arborũ inferius, vt arbor creſcat ſuperius, & dominus voluit deſideria noſtra ad bona trãſitoria reſcindi, vt amor noſter in Deum creſceret. Deuteronomij 30. Circuncidet dñs Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui, vt diligas dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Hanc autem ſpiritualem circuncisionem initiauit dominus in Adam, quando ſibi prohibuit lignum ſciẽtię boni & mali. Gene. 2. In qua ſpirituali circũciſione voluit electos ſuos proficere, cum varia delectabilia ſecundum carnem eis pohibuit. Vitis enim quæ non putatur minus fructificat, ſic qui non circuncidi tur a ſuperfluis & nociuis cogitationibus, minus fructificat, & preces eccleſiæ minus participat, & cum hoc fructum æternę gloriæ. Nunquam enim ruſtico habenti vile artificium nobilis & potens daret filiam ſuam. Sic nec Deus vile peccati officium exercenti daret gloriam ſuam. Et ſicut volens habere filiam alicuius magni ſolet ſe decentius gerere, ſic & nos ſi gloriam velimus habere, debemus nos a vilibus reſcindere & retrahere. Inde dicunt filij Iacob, ideſt Angeli, illud Gen. 34. Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram, ideſt vitam æternam homini incircunciſo, ideſt immundo. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe noſtri ſimiles, ideſt vacare munditię Circuncidatur in vobis omnis maſculi ſexus, ideſt purgetur voluntas ab omni peccato.

Circunciſio ſpiritualis quãdo initium habuit.

Quo ad ſecũdò quæſitũ dicitur primò ꝙ in lege naturæ erat aliquod remedium cõtra peccatum originale. Ratio eſt, quia nunquã Deus dimiſit hoĩem infirmũ infirmi-

F Peccatũ originale. In lege naturæ erat certũ remed ũ contra originale, ſi licet ſit eſ parentũ.

firmi-

firmitate ſpirituali ſine remedio. Si enim (vt dicit Iſidorus lib. Etymo.) nunquam natura fecit aliquod nociuum homini, quin etiam dederit remedium. Dat exemplum de baſiliſco, contra quem muſtela ſe armat, multominus Deus. Dicitur ſecundò quòd ſecundum Grego. 4. lib. moralium, & recitatur a magiſtro. diſt. 1 4. & de conſe. diſt. 4. quod apud nos valet aqua baptiſmi, hoc apud veteres egit pro paruulis ſola fides. Et ratio eſt, quia originale eſt in paruulo non ex ſua culpa, ſed aliena, ergo rationabile eſt quòd ſibi ſubueniatur ex aliena fide. Dicitur tertio ꝙ oportebat quòd actus ille actualiter dirigeretur ad ſalutem paruuli, & ſufficiebat ſola intentio, vel parentum, vel aliorum hominum dirigentium illam ſuam intentionẽ ad Deum pro pueri ſalute, puta obſecratio aliqua in fide mediatoris. Dicitur quartò, quòd non requirebantur ſacramẽta legis naturæ quæ erant tria, oblationes, ſacrificia, & decimæ, propter tria quæ tenebantur credere, Deum ſcilicet eſſe creatorem, redemptorem, & remuneratorem. Oblationis in recognitionem creationis, & erant dona Deo oblata, ſed ſacrificia in recognitionem redemptoris, quia ibi effundebatur ſanguis, ſed decima quam offerebant ſignificabat in ſe imperfectionem & in Deo perfectionem, & a Deo expectare eam tanquam a remuneratore. Tenebantur tamen pro loco & tempore ſuam profiteri fidem per iſta ſigna ſenſibilia, quando erant adulti, puta poſtquam peccauerãt mortaliter, vel pro receptione alicuius boni. Non enim tunc matrimonium erat ſacramentum, quia non conferebat gratiam, licet eſſet inſtitutum. Nec ſacerdotium, licèt eſſet etiam in his qui non erant de ſtirpe Leui. de quo Hierony. ad Onagriũ præsbyterũ. Abel, Enoch, Noe placuerunt Deo & victimas obtulerunt. Et Iob legitur oblator munerum, & quotidie pro filijs ſuis hoſtias immolabat, cum tamen non fuerit de genere Leui, ſed de ſtirpe Eſau, inter principes Edom qui Deo placet etiam inuentus. Melchiſedech autem Chananeus fuit de ſtirpe Iudæorum, & ante vſus eſt

Sacramẽta legis naturæ.

Matrimonium & ſacerdotium in veteri lege non erant ſacramẽta.

ſacerdotio quàm eſſet circunciſio, vt nõ gentes ex Iudæis, ſed Iudæi a gentibus ſacerdotium acciperent. Hæc ille. Vnde gloſ. ſuper illud Gen. 14. Melchiſedech autem rex Salem, &c. ait quòd Hebræi dicunt omnes primogenitos a Noe vſque ad Aaron fuiſſe ſacerdotes, vt patet de Melchiſedech, quem ferunt nonnulli fuiſſe Sem filium Noe, quem vixiſſe tradunt vltra Abraam. 3 5. annis per omnes generationes intermedias. A cuius ortu vſque ad generationem Abrææ fluxerant trecenti nonaginta anni. Vixit autem Abraam centum & ſeptuaginta annis, & ita de alijs primogenitis. Et idem dicit gloſ. ſuper illud Gen. 27. de veſtibus Eſau valde bonis. Iſta enim ſunt primogenita quæ vendidit Eſau Iacob. Nihilominus ſacerdotium nunquam fuit ſacramentum, nec gratiæ collatiuum niſi in lege noua. Et ſi dicatur ꝙ fides nunc ſit æque efficax ſicut erat tunc, & per conſequens nihil aliud oportebit nunc quàm fidem ſolam. Reſpondetur primo quòd nunc eſt perfectius remedium, quàm tũc, quia maior gratia confertur, ſecundò eſt certius, quia tunc non multum erat certum, modo autem certum eſt. Dicitur ſecundo ſecundum Bonauenturam, ꝙ qui ſeculariter viuit ad aliqua tenetur, ſed ſi religionem intrat, ad alia maiora tenetur. Nũc autem intrauimus religionem Chriſtianam ſicut Iudæi intrauerãt ſuam, ideo tenemur ad præcepta eius, quorum vnũ eſt baptizari, licèt illi de prima lege non tenerentur, & hoc ad maius meritum noſtrum, nec ſufficit nobis ſola fides ſicut tunc.

F

Fides. Quia nũc non ſufficit ſola fides pro paruulis.

De eodem feſto, Sermo ſecundus, & in ordine LXII. per thema præcedens.

A

Circunciſio domini. Quare circũciſio celebra-

QVæritur quare eſt quòd iſta dies quæ eſt prima dies menſis & anni celebretur circũciſio dñi i qua effuſus eſt ſanguis ſuus. Videtur ꝙ Chriſtiani ſint viri ſanguinũ, q annũ ſuum incipiunt a ſanguine, vbi tamen

tur prima die anni, cum in ea fuerit effuſus sã guis.

men iſto die abſtinebant gentiles ab effuſione ſangninis, ita quòd pauci reperiuntur hodie martyrizati reſpectu aliorum dierum. Dicitur primo quòd ſanguis iſte Chriſti effuſus eſt in ablutionem & redemptionem noſtram, non in contaminationem ſicur ſanguis aliorum hominum. Et ideo ad denotandum quòd ſicut hodie incipit annus vſualis & naturalis, ita etjam incipit annus gratiæ & redemptionis noſtræ. Iſta die celebramus feſtum circuncifionis domini, & primę effuſionis ſanguinis eius. In circunciſione enim quaſi arra quædam redemptionis noſtræ nobis dara eſt. In paſſione antem totum præcium perſolutum fuit, quando totus ſanguis Chriſti effuſus eſt. Vnde duplicem habemus conſiderare redemptionem Chriſti. Vnamq́ quæ per ſanguinem ſuũ facta eſt. Aliam per gratiam qua quotidie nos redemit Deus. Chriſtus enim factus eſt fideiuſſor, & quod plus eſt, obſes pro nobis. Fideiuſſor eſt qui ſe obligat pro alio, vt ſi non ſolueric ipſe ſoluat. Sed plus eſt eſſe obſidem, quia obſes ſe ponit perſonaliter pro alio in carcere, ſed quandoque de fideiuſſore fit redemptor. Quando enim ille pro quo facta eſt fideiuſſio non eſt de ſoluendo, fideiuſſor pro eo fit perſolutor & redemptor. Et quia non eramus de ſoluendo pro peccatis ſecundum illud Pſ. 39. Mutuabitur peccator & non ſoluet, ideo factus eſt dominus redẽptor. Et inde hortatur ſapiens vnunquenque noſtrum. Eccl 29. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris. Dedit enim animã ſuam pro te. Hoc autẽ promiſerat Oſeę. 13. dicens. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Et hodie incepit illud implere, ita vt hodie poſſimus verè dicere illud Pſal. 110. Redemptionẽ miſit dñs populo ſuo. Cum igitur fuerit hodie initium noſtræ redẽptionis, non eſt mirum ſi illud myſterium ſcriptum eſt in capite libri, & celebratur in principio menſis & anni. Dicitur ſecundo ꝙ hodie habemus materiam multam gaudij pluſquam cęteræ nationes infidelium. Ratio eſt, quia ille cui dedicata eſt pręſens feſtiuitas, vocatus eſt hodie Ieſus. i. ſaluator, vt fiducialiter ſperemus per eum ſalutem æternam, cuius expertes ſunt infideles. Dicunr aurem Hiero. & Haymo, ꝙ in iunctis vrbibus, maximè in Aegypto & in Alexandria, idololatrię vetus conſuetudo fuit, vt vltimo die anni & menſis ponant menſam fortunæ refertam varij generis epulis & poculum mulſo mixtum, vel quia fęlicẽ annum præbuerit, vel quia futurum fęlicẽ prębituram putant. Si hæc faciebant idololatræ dęmoni in principio vel in fine anni, quantomagis Deo vero debemus agere gratias de conſeruatione & augmentatione fęlici bonorum ſpiritualium & temporalium, & ſingulariter hodie pro initio redemptionis noſtræ in circunciſione ſua pro ſpe ſalutis nobis impreſſa quando voluit ſibi nomen ſaluatoris imponi. Nec tamen debet eſſe expers gratiarum actionis beata virgo Maria, quæ creditur fuiſſe miniſtra huius circunciſionis & impoſitionis nominis Ieſus. Igitur ei ſupplices dicemus, Aue.

B Redẽptio. De duplici redemptione.

C Circunciſio domini. Quare Chriſtus circunciſus eſt, cũ non feceris peccatum.

Poſtquam dictum eſt de ratione inſtitutionis circunciſionis, nunc conſequenter dicendum eſt quare circunciſus eſt Chriſtus. Et primò dicetur de ipſa quęſtione. Secundo quare octaua die iubebatur fieri circunciſio. Tertio utrum pueri qui moriebantur ante octauum diem peribãt.

Quo ad primum videtur ꝙ nõ debuit Chriſtus circuncidi. Nam circunciſio fiebat ad tollendum peccatum, maximè originale, ſed Chriſtus nec contraxit, nec fecit aliquod peccatum. Hinc Bernar. ꝙ nõ feceris peccatum ætas ipſa manifeſtat, nõ ꝙ contraxeris multo fortius probat patris diuinitas & matris integritas. Eſt tibi pater ab æterno ſed Deus, eſt tibi mater ex tempore, ſed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Præterea quid in Ieſu circuncidetur, cum nihil ſuperfluum habuerit?

Reſpondetur quòd propter multa voluit circuncidi. Primo vt legem veterem approbaret, quam non venit ſoluere, ſed adimplere. Pſalm. 148. Præceptum poſuit & non præteribit. Debuit enim per omnia fratribus aſſimilari. Alias dediſſet Iudęis occaſionem ſcandali. Scan-

dalizaretur enim nunc fideles ſi viderent vnum hominem non baptizari. Ex hac prima ratione cócluditur ꝙ princeps vel prælatus licet dicatur ſolutus legibus,tamen debet pati legem quam tulit. Tum pro ſubditorum exemplo, tum pro reuerentia præſtanda Deo,vt ſ. non ſecularia deſideria in eo videantur dominari. Habemus multa exempla in gentilibus, ſed nunc ſufficit exemplum in circuncisione. Ex quo patet querelarum materia contra tot & tam leues excommunicationum & irregularitatum cenſuras & reſeruationes caſuum in foro confeſſionis, quibus ſuperiores alligant ſuos ſubditos, & nolunt alligari. Secunda ratio eſt,vt humilitatis cxéplum daret. Inde Bernar. Quoniam verbum caro factum eſt, filius Dei minoratus eſt paulominus ab Angelis. Hodie vero iam multo minus minoratus eſt ab Angelis, qui non ſolum habet formam hominis, ſed etiam formam habet peccatoris, & infigitur quodam cauterio latronis. Pater enim videns filium ſuum pelle Adę latronis indutum ſecundum ſimilitudinem carnis peccati,voluit vt cauterio circuncisionis ſignaretur. O vilis vermicule puluis & cinis. Deus tantum pro te humiliatur, & tu elatus ingratus Deo & durus & contumax perſeueras. Sed adhuc domino parum erat humilitatem factis oſtendiſſe, niſi etiam inſuper nomine oſtenderet. Dicitur enim in euangelio, vt circunciderctur, nō rex, nō dominus, non præpotés, ſed puer. O nomen humile,quam præcelſam tecū fers maieſtatem. O immenſam maieſtatem quàm exiguo contineris nomine. Audiāt hæc tituloium cupidi, audiant hæc qui bullatis, grandiſſoniſque nominibus gloriantur. O Deus optime quàm contraria huic hominum inſolentiæ modeſtiæ reperitur. Res precio infinita paruo extenuat̄ nomine. Nos vero viliſſima res quātum poſſumus addimus ad titulos,ad hoc vt ſimus nominati pluribus nominibꝰ dominiorū vel dignitatum. Nam ſi quis modo moriatur, ſupra tumulum ponitur ꝙ fuit bis archidiaconus,quater canonicus vel ſemel aut bis abbas. O vanitas vanitatum & omnia vanitas. Hos enim quos vocamus reuerendiſſimos patres imperatores, reges, & principes, quid ſunt aliud niſi fumus & ſpurcidus ſtercorum ſaccus? Et quos uocamus ſapientes,ignorantes, & inſipientes reperies. O puer verè puer primo purus, quia virgo contra luxuriam. Secundo paruus,quia humilis contra ſuperbiam. Tertiò, quia modico ſatiatus per abſtinentiam contra gulam. Quarto, quia ludens contra accidiam. Quinto quia concordans contra inuidiam. Sexto cito dans contra auaritiam. Septimo quia cito pacificatus contra inueteratum rancorem. Quis autem vellet (vt ait Aug.) adhuc eſſe ad mamillas matris, quod fecit humiliter pro te, ſaluator factus puer. Sed forte dices, quomodo hoc eſſe potuit, cum de eo Hiere.c.31. dixerit. Fęmina circundabit virum, non ergo puerum. Dicitur quòd euangelium ætatem pueri deſcribit. Hieremias vero gratiarum plenitudinem in viro. Tertia ratio eſt, vt charitatem ſuam nobis oſtenderet. In circuncisione enim amore noſtri cæpit ſanguinem fundere, & vbi in die natalis indumenta pontificalia induerat, nunc incipit ſacrificium pro nobis offerre. Vnde ſicut volens ſtrenuè ſe habere in arte pugnatoria, ſolet in ea exerceri in iuuentute. (Quando enim aliqui a iuuentute ſuſtinuerūt duros ictus in torneamentis, tunc audaciores & duriores ſunt in alio bello.) Sic Chriſtus in iuuentute, quia erat bellum duriſſimum aggreſſurus pro ſuis hominibus defendendis, voluit hodie tentare quomodo belli congreſſum cum hoſte poſſet ſuſtinere pro nobis effundendo ſanguinem. Hinc Bern. Qui peccatum non fecit non dedignatus eſt peccatorem ſe reputari. Nos & eſſe volumus, & reputari nolumus: Et iterum idem. Veſtigium nullum vulneris habens alligaturam vulneris non refugit. Nos autem noſtrorum erubeſcimus, vulnerum alligaturam, immo de vulneribus interdum gloriamur. Iterū Bern. Multum debemus animari ad portandum

Dubium & ſolutio.

tandum pęnas pro peccatis proprijs cum cernimus ipſum tantas ſuſtinuiſſe pro alienis. Etſi non poſſumus pati, ſaltem cõpatiamur ei. Conſidera in mente tua tuũ dominum, & tuum redemptorem, beneſactorem, & Deum omnipotentem, hodie pro te gelidiſſimo tempore in ſua delicatiſſima carne lacerum, cruentum, dolore graui perfuſum, nudum, lachrymis & gemitibus ſuffuſum, an poſſes hoc ſiccis oculis intueri, & auribus obturatis & corde duro eius miſerabiles excipere planctus? Penſa eius acerbitatem, penſa charitatẽ, penſa humilitatem. Diſce amare, diſce pati, diſce ceruicoſam humiliare mentẽ.

D
Circuncisio.
De multiplici circuncisione.

Quarta ratione, vt exemplum circuncidẽdi ſpiritualiter nobis tribueret. Vnde quadruplex eſt circuncißio. Prima eſt carnalis in Iudæis, quæ nunc eſt damnabilis. Gala. 5. Ecce ego Paulus dico uobis, ſi circuncidamini Chriſtus nihil vobis proderit. Secunda eſt ſpiritualis in bonis Chriſtianis per amputationem omnium vitiorum & occaſionum facta, cuius exemplum dedit nobis dominus, quæ commendabilis eſt. Ro. 2. Circuncißio cordis in ſpiritu, nõ in litera, cuius laus nõ ex hoibus, ſed ex Deo eſt. Et ex oppoſito incircuncisi ſpiritualiter ſunt multũ vituperandi, quales erant illi quos repræhendit Stephanus. Act. 7. Dura ceruice & incircuncisis cordibus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis.

E
Circuncisio.
Quatuor sunt circuncidenda spiritualiter.

Quatuor autem tali circuncißione ſunt circuncidenda. Primò quidem cor a nociuis & ſuperfluis, ſicut agricola de agro vrticas & herbas nociuas reſecat, ne bonũ ſemẽ ſuffocet. Circũcidere. n. nihil aliud ẽ quàm ſupflua cędere. Hie. 4. Circũcidimini dño & auferte pputia cordiũ veſtrorũ uiri Iuda & habitatores Hieruſalem.

Secundò a ſuperfluis, ideſt ab amore temporalium & ſui & ſuorum. Quantum enim rami collaterales multiplicantur, tãto minus arbor ſupereleuatur. Ideo amor temporalium reſecandus eſt, vt Deus plus diligatur. Inde Deutero. 30. Circuncidet dominus Deus tuus cor tuum, vt diligas eum in toto corde tuo, & poſſis viuere. Moyſe. n. eunte in Aegyptum cum filijs ſuis & vxore iratus eſt dominus, ſed facta circuncißione dimiſit illos.

Tertiò ſenſus exteriores a rebus quæ poſſunt eſſe occaſio peccati, vt auris a detractione. Sapiens enim membrum putridum amputat, ne alia corrumpat. Matthęi. 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.

Quartò opus bonum a peccati mixtione, vt ſcilicet fiat propter Deum & ſalutem æternam. Et hoc modo Geneſis. 17. iubetur omnis familia Abrahæ circuncidi. Sunt enim qui non rectè circuncidunt a temporalibus gaudijs, ſed pro dignitatibus habendis, vt Sichen filius Emor pro amore Dinæ, ideſt iudicij, ſcilicet prælationis. Geneſis 34. Tertia eſt ſuperficialis, ut in hypocritis, & hæc deteſtabilis eſt. Romano. 2. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto eſt in carne circuncißio, ſcilicet laudem habet, ſed vituperium. Tales ſunt ſicut qui ſigna ſuę peregrinationis portant in ſuo pectore, qui verbis vel aliter ſuam oſtẽdunt perfectionẽ alijs. Vnde tyranni ſępe plus portant ſigna quàm ſit veritas. Sic multi plus oſtendunt eſſe quam ſint, vt mechanici ſigna officiorum ſuorum depingunt in oſtijs ſuis. Quarta erit generalis in omnibus electis hæc erit laudabilis ſignificata per circuncißionem quam fecit Ioſue, eiuſdem. 5. in introitu terræ promißionis. Et hoc erit poſt ſeptennium huius vitæ in octaua ætate quæ erit reſurgentium. Tunc enim abſcindetur ab electis per petram, ideſt Chriſtum omnis corruptio carnis & ſpiritus. Prima dies vel annus eſt peccati cognitio, in quo die erat qui dicebat Pſalm. 50. Iniquitatem meam ego cognoſco. Et. 2. Regum. ulti. Ego ſum qui peccaui, ego qui iniquè geſſi. Secunda dies eſt peccati abominatio, quem agebat Pſalm. 118. dicens. Iniquitatem odio habui & abominatus ſum. Debemus enim facere ſicut Amon, de quo dicitur. 2. Regum. 3. quòd poſtquam cognouit ſororem ſuam Thamar, ipſam exoſam habuit, in tantum ut maius eſſet odium quo eam oderat amore quo antea dilexerat, ita vt nos

Circuncisio perfecta, quomodo, & quando fiat.

quod commiſimus odio habeamus, magis quàm ante perpetrationem diliximus. Tertia eſt peccati recogitatio, ſicut faciebat ille qui dicebat. Eſaiæ.38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quarta eſt cordis contritio, ad quam euocatur pœnitens. Micheæ.4. Dole & ſatage filia Sion quaſi parturiens. Quinta eſt oris confeſſio, pro qua Iob. 7. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei. Sexta eſt corporis ſatisfactio, de qua Lucæ. 3. Facite dignos fructus pœnitentię. Septima eſt perſeuerantia in bono, & tunc in octaua die, id eſt in die iudicij quę erit poſt hos ſeptem dies quibus præſens tempus voluitur, circuncidemur a pœna & culpa.

F *Circuncisio. Quare fiebat circũciſio octaua die.*

Ad ſecundò quęſitum reſpondetur ꝙ ideo iubebatur expectari octauus dies. Primò ſecundum Rabimoyſen, quia ante octauum diem puer eſt ita tener ac ſi eſſet in vtero matris & inde propter teneritudinem vſque ad tẽpus illud dimittitur. Secundò vt prædictum eſt, & idem ſentit magiſter in 4. diſtin.2. & hoc eſt in ſignum perfectæ circuncisionis quæ fiet in octaua reſurrectionis poſt ſeptem ætates mundi, vel poſt ſeptenarium huius vitę quando reſurgemus cum Chriſto. Et ſi quæratur vtrum Chriſtus reſurrexerit circuncisus & vtrum reſumpſerit illam pellem abſciſam? Dico ad primum quòd ſic ad honorem eorum ex quibus fuit ſecundum carnem natus & ad peruerſorum confuſionem. Dico ad ſecundum quòd illa pars non erat de integritate humanitatis, ideo non oportuit ipſum illam reſumere. Inde dicitur in hiſtoria ſcholaſtica quòd illa pellicula circunciſa a corpore Chriſti fuit ab Angelo allata Carolo magno, & ab eo poſita Aquiſgranis. Sed poſtmodum per Carolũ Caluum poſita eſt in villa Caroſij. Et ſecundum alios dicitur quòd eſt Romæ in ſancta Maria trans tyberim, & propterea (vt dicitur) fit ibi hodie ſtatio.

Ad tertiò quæſitũ dicitur primo quia ſi circuncidebantur pueri ante octauum diem ingruente neceſſitate mortis, quòd circunciſio ſuum habebat effectum. Dicitur ſecundò quòd ſi ipſum non circuncidebant timentes ne circuncidẽdo mortem accelerarent pueri, ſaluabatur puer in fide parentum. Nec eſt conſentiendum magiſtro in hoc quod dicit.1. diſtinctione.4. ꝙ tales peribant, ſicut paruuli qui moriuntur ante baptiſmum, quia noluit Deus puerum obligari ad circunciſionẽ ante octauum diem propter nimiam teneritudinem corporis eius. Dicitur tertiò quòd qui faciebant circunciſionem poſt octauum diem, licèt peccarent quandoque tranſgrediendo pręceptum, tamen cum faciebant habebat effectum. Quicũque enim trangreſſus eſt præceptum, reuerti debet ad illud implẽdum quàm citiſſimè poteſt. Hec Rich. diſt.1. in expoſitione textus. Vnde & plures gentiles in maiori ętate circuncisi ſunt, vt Achior, Herodes, Abraam, Iſaac, Iſmael, nec erat neceſſitatis ſacramenti ꝙ fieret octaua die, ſed ſolum de neceſſitate præcepti, vbi nihil adeſſet legitimè excuſans. Duo enim tãtum erant de neceſſitate circũciſionis. Primò quòd fieret in membro genitali, & ideo mulier non circuncidebatur. Et etiã alia ratio erat, quia corruptio naturę per quam originale peccatum contrahitur, præcipuè fuit a viro & principalibus, quàm a muliere, quia vt dicitur in ſecundo ſenten. ſi Adam non peccaſſet, etiam poſtquã Eua peccauerat, proles eius peccatum originale non contraxiſſet, quia pater principalius eſt agens in generatione. Secũdò ꝙ auferretur pellis in circulũ. Aliter non fuiſſet circunciſio, ad denotandũ primò ꝙ aĩa prius infecit carnẽ, deinde caro nũc infecta in patre inficit carnẽ pueri, & ſic circulus erat. Secundò ad innuẽdum ꝙ ſicut illa pellis aufertur nec redit, ita cum originale peccatum aufertur, nunquã redit. Quia autẽ fieret cum cultro lapideo non erat neceſſitatis ſed ſignationis. Signabat enim ꝙ mediante petra Chriſto, radebatur peccatum originale. Sic fecerat Sephora vxor Moyſi. Exo.3. Sic eſt præceptum Ioſuæ. Moderni tamen Iudæi non ſic faciunt, ſed cum cultello ferreo. Erat autem multum pęnale ſuſtinere illam abſciſionem

G *Circuncisio. An omnes pueri non circũciſi vel morientes ante octauum diẽ peribant.*

H *Circuncisio. Duo tantum erãt de neceſſitate circũciſionis.*

ſciſionem carnis, & ideo congruū fuit ut commutaretur in remedium facilius adueniente lege gratiæ, ſcilicet in baptiſmū. Vnde ſicut Dauid proceſſurus ad bellum contra Goliam, tentauit & ſuſcepit arma Saulis, ſed tandem vt oneroſa depoſuit, ſic Chriſtus ſacramenta quæ in lege ſuſcepit circunciſus & oblatus, onus quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus. Actuum. 15. tandem depoſuit, & illi depoſitis cum ſola humanitate & lapide diuinitatis Goliam deiecit.

De eodem feſto, Sermo Tertius, & in ordine LXIII. per thema.

A Continuatio annorum.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Pſ. 64.

Dominus facit continuationem annorum propter multa.

Quæritur verum procedit hæc annorum continuatio viſis malis quæ currunt & inſurgunt contra dominum. Hinc Ezechiel. 7. En venit finis, venit finis ſuper quatuor plagas terræ, & ſubdit ſtatim rationem. Ponam (inquit) abominationes tuas contra te. Et Gen. 6. Finis vniuerſæ carnis venit coram me: Et ſequitur. Repleta eſt terra iniquitate eorum, & ego diſperdam eos cum terra.

Dicitur ad hoc quòd triplici de cauſa ſecundum ſcripturam continuatur annus præſens alteri, & dominus continuationem facit. Primò propter ſanctos & bonos qui mundum ſuſtinent, & ſeruiunt Deo. Pſalm. 118. Ordinatione tua perſeuerant dies, & ſubdit rationem, Quoniam omnia ſeruiunt tibi. Et ſi dicatur ꝙ non omnia ſeruiunt ei, quia multi mali ſeruiunt diabolo, ſic iſti gentes armorum nō contentæ ſuis ſtipendijs, quę ſunt les crochez diaboli, les ſacqueboutes, blaſphematores execrandi, & ſic de alijs. Dicitur Eſaiæ. 40. Gentes in conſpectu Dei quaſi nihil & inane computati ſunt. Solus iuſtus a Deo inter omnia computatur. Reliquæ autem creaturæ præter peccatorem Deo ſeruiunt. Vnde quamdiu Noe fuit in terra, non eſt ſubmerſa terra, quādiu Loth fuit in Sodomis, non perijt Sodoma, quandiu filij Iſrael fuerunt in Aegypto, non perijt Aegyptus. Sed Exo. 10. Aegyptijs malis ſubtracta eſt dies ita vt ſpatio trium dierum fuerit denſiſſima nox, adeo quòd nemo vidit alium. Et ideo finis tunc erit quando derelinquet homo creatorem ſuum, & quaſi nulli inuenientur fideles in terra ſeruientes Deo, ſed tota terra repleta erit iniquis. Et propterea dicit dominus, Lucæ. 18. Putas ne filius hominis cum venerit, inueniet fidem in terra? Quandiu ergo perſeuerabit in multis ſyncera fides, perſeuerabūt omnia & cœleſtia & inferiora ad famulandum hominibus in mundo. Sapientiæ vlti. Omnis creatura erat deſeruiens præceptis tuis, vt pueri tui inuenirentur illęſi. Secundò quia nondum uenit tempus vindictæ Dei cum vindicabit de inimicis iuſtorum. Inde quęrit Pſal. 118. Quot ſunt dies ſerui tui. Et reſpondet ꝙ terminabuntur quando facies de perſequentibus me iudicium. Deute. 32. Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Sanctis enim qui quæſierunt Apoca. 6. Vſque quo domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra, dictum eſt eis ut requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum & fratres eorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi. Quia ergo nondum complerę ſunt iniquitates Amorreorum, id eſt malorum hominum, nondum venit finis temporis. Et ſi dicatur quòd poſt finem mundi erit adhuc tempus. Reſpondet Pſal. 138. Dies formabuntur. & nemo in eis, id eſt nemo menſurabitur tempore qui ſaluus. Sed illi qui tunc quaſi ſtercora reputabūtur, erit tēpus eorum in ſecula, quia continuę mutationi ſubijcientur. Vt ſicut nunc annus ex diebus & noctibus cōcluditur uel conficitur, ſic in mundo ſunt nunc mixtim opera tenebrarum & opera lucis. Sed qñ ceſſabunt hic, tunc erit nox perpetua in inferno de qua Poeta. Impia perpetuā timuerunt ſecula noctē, & dies æterna in cęlo, de qua Pſ. 83. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia. Pſ. 138. ſicut tenebræ

Dies ligni qui ſunt.

eius in inferno, ita & lumen eius in paradiſo. Tertia ratio tangitur Eſaia. 56. Secundum dies ligni erit & populus meus, quia quandiu verbum ligni crucis prædicabitur, perſeuerabunt dies. Et in ſignum ꝙ durabunt ſecũdum verbũ crucis, hodie in primo cantu anni fit mentio de incarnatione & paſſione in inuitatorio cum dicitur, natum ſub lege Chriſtum venite cuncti ad collaudandum, quos eius incarnatio redemit & paſſio. Inde immediatè ante thema propoſitum dicit Pſal. 64. In ſtillicidijs eius lętabitur germinans. Quandiu enim germinabit & florebit eccleſia per mediũ ſtillicidiorum, ideſt ſacrorum doctorum diſtillantium ſuper eccleſiã & curret ſermo Dei, ad rigationem illã dñs multiplicabit dona eccleſiæ & continuabit eam. Propterea. 2. Theſſa. 3. rogat apoſtolus vt currat ſermo Dei & clarificetur, modo miracula ceſſauerunt, ſeu claritas miraculorum. Hoc autem fecit poſtquam locutus eſt de fine mundi & aduentu antichriſti, quando ceſſabunt prædicationes. Et ideo quia nondum ceſſauit verbũ Dei currere per eccleſiam, nondum etiam finis, ſed tu domine benedices coronæ anni benignitatis tuę. In ſignum harum trium cauſarũ dies ter prolongata legitur in ſcritura. Primo propter ſeruum Dei Ezechiã. 4. Regum. 20. Secundo propter vindictam in aduerſarios. Ioſuæ. 10. Tertio propter terrorem malorum & conſolationẽ bonorum, de quo habetur. 1. Parali. 4. Sic igitur ex benignitate domini eſt, ꝙ dies prolongantur. Hanc autem benignitatem oſtendit quando apparuit dominus, & ſingulariter in principio anni dignatus eſt oſtendere benignitatem quam fecit populo ſuo, quando Maria dedit mundo fructum vt pretium, quando in circuncisione ſanguinẽ ſuum effudit. Quia tamen ſecundum Bernar. nihil nos habere voluit dominus quod per manus Mariæ non tranſiret, demus ei hodie vnum bona dies, vnam ſalutem dicentes, Aue.

B Dies. Ter legitur prolõgata dies.

Benedixit dominus coronæ anni, dum apparuit eius benignitas, ponendo, ſcilicet in vna die quatuor ſolęnnitates, & in principio anni dando quatuor benedictiones contra quatuor peſſima iudicia ſua, præputium carneum contra famem, puritatem virgineam contra aeris infectionem, & nomen Ieſu ſalutare contra gladium. Eſt enim Ieſus nomen pacis & ſalutis, & contra beſtias nociuas, ipſa humanitas de qua celebrantur octauæ repoſita eſt in præſępio pro animalibus domeſticis. Bene ergò prophetauerat Pſ. 64. pro tẽpore aduentus Chriſti. Benedices coronę anni benignitatis tuæ.

In hac die quatuor ſunt ſolemnitates.

Iuxta thema duo quærunt pro hoc ſermone. Primò qualem benedictionem in hoc anni circulo dominus aſportabit. Secundò quis eſt iſte annus benignitatis de quo Pſ. loquitur.

C Benedictio domini. De ſex benedictionibus domini.

Ad primũ reſpõdetur ꝙ oĩs benedictio dñi cõſiſtit in pace, iuxta illud Pſ. 28. Dñs bñdicet populo ſuo in pace, ideo iuxta illa quę ſequuntur ad pacẽ quam dñs iuxta beneplacitum donabit ſex dabit benedictiones. Primo in pace campi ſunt vberes & bene culti. Sic prima benedictio quam dabit dñs eſt, vt campi. i. doctores eccleſię in quibus inuenitur frumentum & portant ipſum ad paſcendũ eccleſiã repleanẽ vbertate doctrinæ, ita ut inebrientur ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potentur Pſ. 33. Sunt enim quaſi mercatores ſpiritusſancti qui portent merces eius ad vendendum populo ſine auro & argento, vt emptio non ſit niſi inuentio, & vt dicant populi. Inuenimus eam in campis ſyluæ, ideſt ſapientię in doctoribus qui ſunt in mundo. In campis. n. ſyluæ paſcuntur oẽs beſtiæ agri & habentes cornua, & non habentes. Sic in doctrina bonorum prædicatorum & doctorum paſcuntur reges & cæteri habentes cornua dignitatum, & ſimplices populi. Secunda benedictio concernit religioſos. Pingueſcent (inquit) ſpecioſa deſerti. Pſ. 64. In deſerto huius ſeculi ſpecioſius ſolebat eſſe religio, pinguis in gratiarum actione & deuotione, quando benedictionem dabat legiſlator & ibant de virtute in virtutem. Pſ. 83. Sed nunc obſcuratum eſt aurum deuotionis & vitę & conuerſationis, & mutatus eſt color optimus, ita vt nõ ſit nunc

nunc de primo panno. Tertia benedictio concernit principes & iudices, quia ita domine benedices, quòd exultatione colles accingentur, ita vt gaudeant in pace & ſecuritate iuſtitiæ, iuxta illud Pſal. 71. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Colles enim ſunt cacumina montium, & ſecundo exultatione accingentur cum populo, quando Iohelis. 3. ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. Et hoc debent, quia hic non habent qui eos iudicet, ſed iudicabuntur poſtea niſi ſic faciant, quia Eſa. 2. Dies domini ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos. Sed quomodo iudicabit in illa die? Certè Eſaiæ. 40. librabit montes in pondere, & colles in ſtatera. Quarta benedictio quam dominus ſi placet donabit, erit circa prælatos. Induti (inquit) ſunt arietes ouium. Pſal. 64. Aries enim præcedit gregem, & ducit eum & tuetur, ita dominus dabit, quòd prælati præcedant oues ſuas in bonitate, ſcientia, & doctrina tueantur eos contra lupos rapaces, contra inſidias diaboli, & induātur veſte charitatis ad fouendum in deuotione oues ſuas frigidas. Sed timendum eſt ne ſit verificatū illud Threnorum. 1. Principes eius facti ſunt velut arietes non inuenientes paſcua, quia nunc ſatis non habent. Quem videbis de eis, qui paſcat oues doctrinæ? Quem videbis, qui in tempore famis, pauerit eas cibo temporali? Vnus eſt forte, & ſecundum non habet. Et quòd ita ſit videbis eos quærere magnas penſiones a principibus & extorquere, quia non ſatis ſunt eis paſcua in eccleſia, quæ deberent etiam ſufficere pro paupertate gregis ſui ſubleuanda. Quinta benedictio quam dominus dabit eſt, ꝙ valles abundabunt frumento, ideſt omnibus bonis, ſimplices abundabunt & temporalibus & ſpiritualibus, ita vt dicatur illud, Pſ. 4. A fructu frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt, in pace in idipſum. Sexta eſt, ꝙ dominus illa benedicet, vt poſſit ad ſuum beneplacitum laudari & magnificari ꝑ ſe & pro ſuis beneficijs. Pſal. 48. Cōfitebitur tibi cum benefeceris ei. Et iterū. Pſ. 135. Qui dat eſcam omni carni cōfitemini Deo cęli, ideo ſubiūgit. Clamabūt etenim hymnum dicent. Oportet enim ꝙ populus cantet ei & benedicat. Alijs cantant nutrices, quamuis eis multa mala faciant, ſed confitemini dño quoniā bonus. Pſ. 105. Alijs quando vaſtauerunt omnia, ſed cantate domino cāticum nouum, quia mirabilia fecit. Pſ. 95 Sic cātabat dño Dauid dicēs. Miſericordias dñi in ęternū cātabo. Pſ. 32. Cantabat.n. ſed ſolum plenū & cōem cantū, quia tota terra plena eſt illo cantu, & ſcitur ab oībus. Pſ. 118. Miſericordia dñi plena eſt terra, ſed poſtquā dixit le menu fa, le fleurtis & le contrepoint dixit. Pſ. 110. Miſericordiam & iudiciū cantabo tibi dñe. Miſecordia eſt plenus cātus, ſed iudicium eſt le fleurtis vbi ſupra vnā notā fient quinq;.i. tantū erit de iuſtitia ꝙ vix aliqd apparebit de miſericordia, & dicet in illa die, Dñe recordabor iuſtitiæ tuę ſolius. Pſ. 70. Sic & cantabat Dauid dicens. Pſ. 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Sic Cantauit Maria canticum iuſtitiæ & miſericordiæ dño. Sed Ezechiel fecit choſes faictes in volumine ſuo, vbi erant ſcriptæ lamentationes huius mundi quę ſunt le contrepoint, carmē paradiſi, q eſt le deſſus & vę q eſt le gros teneur déſer. Sed dicet aliquis ꝙ beatus eſt populus qui ſcit iubilationem.i. muſicam. Rñdeē ꝙ non, quia libenter hn̄t malum caput ſi bibant. Sed dicit Pſ. 88. Mia & ueritas ꝑcedent faciē tuam. Dicit enim ꝙ qn̄ in curia regis vel principis bene cōcordant mīa & veritas, ideſt iuſtitia, ita ꝙ miſericordiā ſit populo, vt nō grauetur, cum iuſtitia de inimicis & malis, tunc beatus eſt ille populus, qui ſcit & cognoſcit per experientiam illam iubilationem. Inde Themiſtocles philoſophus, vt recitat Augu. in epiſtola. cum recuſaſſet inter epulas canere, & interrogatus dixiſſet ſe neſcire cantū. Dixit ei quidam ſenex. Quid ergo noſti? Rē (inquit) publicam ex parua magnam facere. Sicut autem pueri libenter audiunt cātum, ſic videt dominus libenter deuotionem ſanctorum virorū. Et breuiter ſi debeamus lętari etiā; pro benedictione temporali, oportet ꝙ campi ſint bene culti, & fructus

Prælati debēt ꝑcedere ſubditos in doctrina & bonitate.

fructus vberes, & abundantes aſportent, q̄ tāta ſit pax vt deſerta terra pingueſcat, ſentibus & vepribus depoſitis, & montes viriditate paſcuarum accingantur,non fructetis & rubis,quòd gentes armorum non comedant. arietes boni hominis, ſed paſcant pacificè & bene veſtiantur,ita quòd ſit lanę abundantia, & bonus pannorum mercatus,& quòd in vallibus ſit frumenti abundantia,& populus valeat laudare nomen domini & reddere gratias ei qui tanta dederit creaturæ ſuæ.

D Annus. De triplici anno, ſcilicet malitiæ, benignitatis & iuſtitiæ.

Secundo quærebatur circa thema quis eſt iſte annus benignitatis,quia tot tribulationes percipimus,tot crudelitates videmus, quòd verè magis dici poſſet annus crudelitatis. Dicitur primo quod Eſaias Ezechię.4.Reg.9. Primo anno quæcunq; repereris comede. In ſecundo autem anno quæ ſponte naſcuntur. Porrò in tertio anno ſeminate & metite,plantate vineas, & comedite fructus earum. Tres ergo anni ſunt. Vnus malitiæ & primus, quos ſciebat Iacob.Geneſ.47.cum ait.Dies peregrinationis meæ centum.30. anni parui & mali.Primo anno comederunt primi parentes quæcunque inuenerunt,ſed ad dānum ſuum. Tunc enim fuit ver malitiæ mundi & plantatio iniquitatis in paradiſo, quando ibi pater mendacij plantauit iniquitatem, & ſeminauit zizania inter Deum & hominem. Sed æſtas fuit tempus diluuij,quādo adeo feruor malitię creuit,quòd ad extinguendū eam pluit Deus diluuium ſuper terram, pluit & ignem vt ignem igne deſtrueret. Tertio ſuperuenit autumnus, quando quotquot boni fuerūt & pauci facti ſunt ſub torculari legis. Sed hyems ſuperuenit,quando omnes ad idololatriam declinauerunt & ad auaritiam, ita quòd tempore Chriſti magnitudine hyemis ferè omnes conſumpti ſunt in deſtructione Hieruſalem. Secundus annus fuit benignitatis,de quo Eſa. 61. Spiritus domini ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt prædicarem annum placabilem domino. Annus autem iſte incipiens ab incarnatione quatuor etiam habuit tempora ſicut annus noſter. Et ſicut apud Iudęos annus incipiebat in vere, ſic eo tempore huius anni fuit initium, & durauit ab incarnatione vſque ad aſcenſionem.Ex tunc enim æſtatis feruor incaluit,& feruēte ſancto ſpiritu & accenſa rabie tyrannorum collecta eſt meſſis martyrum copioſa. Poſtmodum ſucceſſit autumnus,cum ſub vite & ficu in pace quieſcentes eccleſiæ, quaſi autumnali vbertate lætati ſunt homines,vindemiatores botros ſcripturæ & aurea poma carpentes.Hyems erit tempore nouiſſimo,quia erit tribulatio qualis non fuit ab initio.Mat.14.Orate ne fiat fuga veſtra in hyeme,vel ſabbato.In hyeme annus,in ſabbato ſeptimana finē accipit, & ſic in vtroque tempus vltimum deſignatur. Et ſic annus gratiæ ex quatuor cōſtituitur,in quo verſerit & plantat, æſtas metit & triturat,vindemiat autumnus & ſeminat, hyems vniuerſa conſumit, niſi breuiati eſſent dies propter electos. In hyeme enim labores aliorum temporum conſumuntur.Et illo ſecundo anno comedetis,quæ ſponte naſcuntur in terra, ſcilicet beneficia quæ ex mera liberalitate donauit Deus. Tertius vero annus eſt iuſtitiæ & ſeueritatis, in quo in vere, ideſt in principio illius anni, ſcilicet in die iudicij ſerentur flores in mundo, ſecundum illud Cant. 2. Flores apparuerunt in terra noſtra, in æſtate colligetur fructus paradiſi, & in autumno guſtabitur de dulcedine paradiſi,ſed hyems ibi non erit, ſed pro illis qui ſunt in inferno vbi erit hyems perpetua. Pſ. 80. Quę pro nihilo habentur eorum anni erunt.De quo tertio anno dicitur Eſaię.63.Annus retributionis meæ venit. Dicuntur ſecundo quòd & ſi multæ tribulationes iuſtorum, tamen ſunt miſericordiæ Dei maiores,quæ abſorbent eas. Pſal. 124. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Tanta enim fuit miſericordia Dei, vt ex illa dulcedine martyres quaſi lac ſugerent tribulationes, iuxta illud Deut.33.Inūdationes maris quaſi lac ſugēt. Si enim tribulationes domini ſunt nobis dulces, quid niſi tribulationes noſtrę collatę per cineres illas erunt dulces? Sicut hippocraticum fit ex vino duro colato per cineres. Ideo primo dicitur annus benignitatis, quia ex benignitate ſua

finem

finem poſuit malitiæ, immo mala noſtra mutauit in bona, adeo vt mala pęnę bona ſunt nobis. Secundo quia amoris tribulis, terra noſtra dedit fructum ſuum. Pſal. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra, ſcilicet Maria, dabit fructum ſuum.

De eodem feſto. Sermo IIII. & in ordine LXIIII. per thema.

A Dies. Sol iuſtitiæ Chriſtus cauſat diuerſos dies, naturæ, gratiæ, et gloriæ.

ORdinatione tua pſeuerat dies. Pſ. 118. Quæritur quis eſt iſte dies, qui ordinatione Dei perſeuerat? Dicitur primo quòd licèt ſol materialis lucens ſuper terram non cauſet niſi vnum diem, tamen ſol iuſtitię Chriſtus ſecundum diuerſos radios, diuerſos cauſat dies, qui ordinatione eius perſeuerant. Primi ſunt radij naturalium bonorũ, & ex his radijs facta eſt vna dies, ſcilicet naturæ. Secundi radij ſunt bonorũ gratuitorum, & ex his radijs oritur ſecunda dies, ſcilicet gratiæ. Tertia autem dies oritur ex radijs bonorum æternorum, ſcilicet dies gloriæ. Eccleſiaſtici. 43. Tripliciter ſol exurens montes, id eſt mentes excellentes, & radios igneos inſufflans Malachiæ. 1. Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. Et bene dicit timentibus oriri ſolem. Sicut enim Lucifer diem, & aurora ſolem præcedit, ſic timor amorem. Et ita dominus addit ſuper vitam naturæ vitam gratiæ, & ſuper vitam gratiæ vitam glorię, & ſic diem ſuper diem. Pſal. 60. Dies ſuper dies regis adijcies. 2. Cor. 4. Is qui intus eſt homo noſter renouatur de die in diem. Numerum autem dierum, qui adduntur diebus naturæ deſiderabat ſcire Pſal. 38. dicens. Et numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi, ſ. qui ſunt dies, qui deſunt dieb. naturæ, dies gratię, & glorię, & deſignanť ꝑ quindecim annos, qui fuerint additi Ezechiæ regi. de quibus Eſa. 38. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce adijciã ſuper dies tuos quindecim annos. Septem enim ad gratiam (quæ durante ſeptenario huius vitæ datur) pertinent, octo vero ad gloriam, quę poſt hanc vitam conceditur. Et inde quæſiuit ſapiens Eccleſiaſt. 11. Da partes ſeptem, nec non & octo. Hoc enim modo ꝓcedit vita iuſti, vt ſemper creſcat quouſque peruenerit ad diem gloriæ. Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, creſcit vſque ad perfectum diem. Sola enim dies gloriæ eſt perfecta poſtquam nihil additur, de qua Pſal. 83. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Dicitur ſecundo quòd ſingulariter in hoc mundo perſeuerat ex ordinatione & approbatione Dei dies iſte circunciſionis in memoria fidelium, non quaſi dies naturæ, ſed magis quaſi dies gratiæ, in quo recolitur beneficium nobis a Deo gratuitè exhibitum in effuſione ſanguinis ſui, q valet ad emũdandas conſcientias noſtras, & ex impoſitione nominis Ieſus, quaſi ex iſto die velit nos dominus perducere ad ęternã ſalutem, quæ eſt dies glorię. Subdit enim Pſalmiſta themati. Quoniam omnia, id eſt omnes boni fideles ſeruiunt tibi, ſcilicet in iſto ſacratiſſimo die circunciſionis, ſed & matri virgini glorioſæ, quę operata eſt ad myſteria huius diei, quam ſalutabimus dicentes, Aue.

Chriſtiana vita quomodo procedat.

B Dies. De triplicibus diebus.

TRiplices ſunt dies. Quidam ſunt dies malorum, & iſti dies approbatione Dei non perſeuerant. Patet primo, quia ea quę perſeuerant approbatione Dei, perſeuerant in perpetuum, ſecundum illud Eccleſiaſt. 3. Didici ꝙ opera Dei perſeuerent in ęternum, ſed dies malorum cito deficiunt. Pſ. 77. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione. Sed quomodo hoc poteſt ſtare? Nam multi peſſimi diutius vixerunt etiam fęlices & glorioſi, vbi cito moriebantur viri Deo gratiſſimi. Patuit de Manaſſe rege, qui fuit peſſimus, & occidit prophetas domini, cuius intantum malitia creuit, vt repleret Hieruſalem ſanctorum ſanguine vſque ad os, qui tamen diutius vixit, quàm cęteri reges ſancti. Item de tyrannis, qui diu viuebant in delicijs mundi, & tamen occidebantur ab eis multi martyres adhuc iuuenili ętate florentes. Et nunc planè (ſi experientię creditur) videre eſt, quòd neceſſarius & vtilis eccleſię viuere non finitur, ꝙ lucerna in eccleſia Dei cito extinguitur, ꝙ eccleſia huius morte decollatur, exoculatur,

Dubium curioſũ.

latur,& enormiter mutilatur. Impius autem & Dei & eccleſiæ inimicus peſtilens, nec gladio, nec peſte, nec aliquo alio modo abſcindi poteſt. Viuit malus epiſcopus in eccleſia,donec totam dioceſim ſuo exẽplo corruperit, & exactionibus & calumnijs,alijſq; malitiæ modis intolerabilibus afflixerit & oppreſſerit,donec vineam Naboth. i. eccleſiam propriam pro veræ vitis palmitibus oleribus complantauerit, donec ſuccifis morte cedris & quadris eiectis lateres ædificauerit,& Sicomoros immutauerit.Eſa.9.Donec nidum vbi reponat pullos ſuos eccleſiam ſuã fecerit. Preterea dicit ſapiens Eccleſiaſt.7.Iuſtus perit in iuſtitia ſua,impius autem multo viuit tempore. Non ergo videtur recte aſſertum, ꝙ dies impiorũ cito deficiũt, &c. Reſpondetur primò ꝙ ſatis viuit & multum,qui bene viuit. Optimus enim mercator reputatur qui plus lucratur in paruo tempore,quàm alius in magno. Et optimus curſor,qui in breui tempore peruenit ad terminum,vbi alius non attingit in lõgo. Et ideo qui pauco tempore optimè viuunt,dicuntur multum viuere. Quales erant ſancti martyres, qui moriebantur pleni dierum, quia multos habebant dies bonos, ideſt magnis meritis refertos. Sed non viuit qui malè viuit,& ideo homo & ſi centenarius ſit,tamen puer eſt ſi male vixerit.Et de tali dicitur Eſa. 65. Puer centum annorum maledictus erit.Et inde dicit.Pſal.54.Viri ſanguinum & doloſi,non dimidiabunt dies ſuos. Immo videtur.ꝙ nulli ſint dies eorum cum ſint mali. Deus autem nullos fecit dies malos.Dicitur ſecundo quòd Deus ex ſua ſumma prouidẽtia permittit malos diu viuere temporaliter in delicijs mundi, & iuſtos parum in multis miſerijs.Primo ad probationem & exercitium bonorum.Nam ſecundum Pſ. dum ſuperbit impius affligendo iuſtũ incenditur pauper,incẽdio charitatis in camino tribulationis eam patienter tolerãdo,quia & ſub eodem igne palea fumat & aurum rutilat,paleæ conſumuntur & aurum purgatur.Nec hoc mirabile debet videri quòd iuſtus paucum viuit temporaliter, & impius multo tempore,ſi conſideretur quòd aurum exuritur & contunditur,& luto parcitur,quòd quamdiu calidũ & candens eſt ferrum,inſtanter malleis cõtunditur,quia duriciei malleorum tũc eſt obedientius & fabricationi eius.& frigido ferro a malleatoribus parcitur.Sic qui charitatis igne ardent,inſtanter perſecutionũ malleis contunduntur,& frigiditate ſpirituali induratos faber,qui fabricatus eſt auroram & ſolem pluribus deſinit tribulationibus malleare. Nec mirum eſt ſi victor vocatur ad coronam, non victus, ſi emeritus aſſumitur ad quietem,nõ immeritus,ſi fructus maturus colligitur in horreum,non acidus, ſi aurum probatum aut vas fabricatum reportatur in theſaurum, non cuprum, aut auricalchum. Secundò hoc facit Deus ad copioſæ miſericordiæ Dei demonſtrationem in vaſam iræ, cum ſic vaſa miſericordiæ punit, nec eis parcit. Parcit autem malis,vt cõcipiant in ſe miſericordiam Dei factam. Verberat enim catulum, qui nihil mali fecit, vt leonem compeſcat.Roma.9. Suſtinuit vaſa iræ in interritũ in copioſam miſericordiam ſuã in multa patientia, vt notas faceret vias ſuas in vaſa miſericordiæ. Sed Pharao fit flagello deterior. Iob melior. Tertio hoc facit dominus propter indignitatem populi,qui nõ eſt dignus bonis prælatis & principibus,aut alijs bonis viris.Heb.11.Quibus dignus non erat mundus.Inde Oſeę. 13. Dabo eis principes in furore meo, & auferam principem, ſcilicet bonum in indignatione mea,& Iob.34.Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Maligno enim populo continuo neceſſarium eſt flagellũ, non flagellum quod abigit muſcas. Quarto ad maiorem cumulũ damnationis malorum ſi non correxerint. Nam quanto amplius ſuſtinet eos Deus in vita, eo magis ſunt ingrati, & plus puniendi,ſi negligant ſe emendare. Hinc Pſ. 72.cum viſus fuiſſet dubitaſſe ſuper prædicta quæſtione dicens. Mei autem penè moti ſunt pedes,quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum vidẽs. Subdidit poſtmodum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuarentur, quoniam facti ſunt in deſolationem, &c. & Iob.

Dubij ſolutio.

C Viuere. Propter multa Deus permittit malos diu viuere ĩ delicijs, & iuſtos parum.

& Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Lineà enim vitæ eorum eſt longitudo ſine latitudine charitatis & profunditate humilitatis, ſed in puncto mortis terminatur. Et bene dicunt grammatici iſtos duos terminos dies & finis eſſe dubij generis, quia dubium eſt de diebus vitæ iſtorum, & conſequenter de fine. Nam dubium eſt quandiu durabunt, & qualiter finientur. Secunda ratio ꝙ non perſeuerēt dies malorum approbatione Dei eſt, quia ſicut natura abhorret vacuū, ita & Deus, ſed vacui ſunt dies illorum. Vacuum enim eſt, in quo nihil eſt, peccatum vero nihil eſt. Quod cognoſcens Pſ. dicebat. Quæ pro nihilo habentur eorum anni erant Et inde præcipitur Exod. 23. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Iſti ſunt dies de quibus Pſal. 138. Dies formabuntur, & nemo in eis. Quia dies præſentes a Deo formantur, & qui ſuſit nemo, ideſt beſtia ſunt in eis. Tertio, quia abutuntur diebus. Iob. 24. Dedi ei locum pęnitentiæ, & ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Dicitur Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, & tamen iſti faciunt dies ſuos malos, & ſic peruertunt opera Dei. Et maximè hanc diem ſacratiſſimam quam Deus ſuo conſecrauit ſanguine, de quo Pſalm. 73. Tuus eſt dies, & tua eſt nox. Conſecrant diabolo, & diabolus cum ſuis membris nituntur infamare per iſtas ſtrenas huius diei auctorem. In die natiuitatis dominus primam uocare ſimilem omnib. emiſit plorans, ſed tunc multi ad ſcacos & gulam vacant. Hodie ſtrenas dedit nobis de carne & ſanguine, & ſubarrauit. Has dimittimus, & ad diaboli figmenta recurrimus. Die vero Epiphaniæ fundauit eccleſiam de gentibus, & ecce venenu ſtultitiæ effudit diabolus in ea. Iſtos dies fecit dominus bonos ex ſuaordinatione, & tamen eos malitia adimplemus.

Peccatū nihil eſt, & dies malorum vacuis.

Secundi ſunt dies bonorum. Iſtos approbat dominus ordinatione ſua, & perſeuerare facit. Prima ratio, quia nouit dominus dies immaculatorum, quorum aliqui perſeuerauerunt pro modico tempore, qui dicunt illud Eſa. 38. Dum adhuc ordirer ſuccidit me. Et illud. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Alij autem perſeuerauerunt diu, & perfecti ſunt, ſicut ille de quo Eccleſiaſtici. 50. Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Quia ita ſit quòd nouerit patet primò ex effectu, quia redeunt anni iuſtorum eo, quòd ſeminant eos, & pro ſingulis momentis annum habent, & eis punctus creſcit in lineam, momentum in æternitatem. Hoc eſt granum ſinapis de quo Matthæi. 13. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod minus eſt omnibus ſeminibus, cum autem creuerit maius eſt omnibus oleribus. Sed mali non ſeminant, ideo Sapien. 3. Si longæ vitæ erunt in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus eorum. Secundo, quia benè expendunt dies ſuos. Ideo audiet iuſtus illud Matthæi. 25. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Sed econtrario mali dant dies ſuos pro nihilo, ſcilicet pro peccato. Prouerbiorum. 23. Cor impiorum pro nihilo, & in otioſis expendunt. Recogitant autem iuſti, quòd duo momenta non poſſunt haberi ſimul de tempore, cum tamen de alijs rebus duo poſſint haberi ſimul, ideo ſunt eis cara. Tertio dies malorum eis cedunt in bonum, quia Pſalm. 9. Dum ſuperbit impius, incenditur, ideſt purgatur pauper, & nihil aliud motus carnales comprimunt. Exodi. 14. Reuerſæ ſunt aquæ, ſcilicet tribulationum, & cooperuerunt Aegyptios, id eſt motus hoſtiles, & illicitos carnis. Nam ſecundum Pſal. 106. Adiuuat dominus pauperem de inopia & tribulatione, & peccator ipſe incidit in foueam quam fecit.

Dies bonorū approbat dominus.

Tertia dies eſt clariſſima, quia in ea beati vident omnia. Pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Hæc eſt lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic eſt dies de quo ipſe ait Ioãnis 11. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Hęc eſt dies de qua veſpere, & mane dies vnus. Hæc dies orta eſt in mũdum

die

die natalis, hodie perſeuerat ordinationē tua domine. Sed ad quid? Vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum. Pſ.66. Primo quidē vt cognoſcamus viam tuam. Quando aliquid amittitur, accēditur lucerna & quęritur. Perdita fuit via ad lucernam, in quā lumen diuinitatis in teſta humanitatis inuentū eſt. Sunt aūt duæ vię domini, ſecundum illud Pſal. 24. Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Hodie apertę ſunt viæ illę, Veritatis in executione gladij, quando Maria circuncidit eum in effuſione ſanguinis miſericordia. Ibi lac in ſanguinē mutatur, ſanguis in lac. Sed ad quid circūciſus? Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris. Primò quia generabatur homo carnaliter per membrum, voluit ꝙ in membro ſpiritualiter renaſceretur. Secundo impugnauerat homo Deum illo membro qn̄ filij Dei commiſcebantur cū filiabus hominum, & Deus eum econuerſo impugnauerat ſuis nubibus in diluuio ad refrigerium libidinis. Sed tandem pacę facta poſuerat ſignum in nubibus quæ homini nocuerant, & voluit ꝙ homo ſignū ſimiliter faceret in mēbro quod impugnauerat ipſum in debilitationem libidinis, & ſic de peccato damnauit peccatum. Sicut ſecundum Guil. Pariſ. de ſcorpione & dracone fit medicina efficax cōtra morſus & venena eorundem. Ad faciendum etiā fœdus cum patribus Abraam & alijs. Ideo voluit ipſemet appendere ſigillum ſuum approbando qn̄ circunciſionem cępit. Secundo & memorari teſtamenti ſui ſancti, vt approbaret ſacramentum illud. Tertio iuſiurandum quod iurauit ad Abraā, &c. poſuerat dominus ſignum ſuper portam, ita vt deberet ceſſare ſigno dato, & patres noſtri ſimiliter poſuerūt ſigna ſua ſigna ſicut in exitu, ideſt in porta ſuper ſummum concupiſcentiæ, vſq; quo tranſiret qui expectabatur, tranſijt & leuauit ſignū in nationes, i. in memoriam nationum tam per ſcripturas, quàm per diſperſos ex Iſrael, vt viderent oēs nationes, quę ſub cęlo ſunt, Secundo & in omnibus gentibus ſalutare tuum. Salutare nomen domini Ieſu. Perſeuerat ergo dies iſte vt cognoſcamus ſalutare domini, & ad quid? vt exhilaret faciē in oleo, quia Cantic.1. Oleum effuſum nomen tuum.

Chriſtus ad quid circunciditur.

D

Ieſus. Verū hoc nomen Ieſus fuerit bene impoſitū in circunſione.

Sed videtur ꝙ hodie nō fuerit hoc nomen Ieſus bene impoſitū. Primo, quia ſcribitur Eſa.62. Vocabitur tibi nomen nouū quod os domini nominauit. Non ergo ab Angelo debuit imponi, vel a Maria virgine. Secundo quia Eſa.8. Vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, non igitur Ieſus. Reſpondetur primo ꝙ nomen domini propter tria impoſitum eſt ab Angelo prius quàm ab homine. Primo quia ſecūdum Origenem primo in ipſo & per ipſum ſaluati ſunt Angeli, & ideo ipſum primo decuit ſaluatorē nominare, qui primo ipſius ſalutis ſenſerat effectum. Secundo quia creatura dignior nominari ſolet a perſona maioris reuerentiæ. Inde eſt ꝙ Adā a Deo nominatus eſt. Et quia dominus paulominus minoratus erat ab Angelis in humanitate noſtra cōſtitutus, ideo conueniens fuit, vt ab Angelo priuſquā ab homine nominaretur. Cōtra illos, qui in baptiſmo pueros adducunt ad imponendū nomina infantibus, qui vix ſciunt quicquam de fide, cum tā Deus ab Angelo cognoſcente magis, quàm ab homine voluit filium ſuum appellari. Tertio quia decet illum nomen rei imponere, q eius proprietatem agnoſcit. Hinc Adam nomina rebus impoſuit. Gen.2. Oē enim quod vocauit Adā animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Et quia homo huius nominis proprietatem non cognouerat, Angelus vero eam expertus fuerat, quæ erat ſaluum facere quod perierat, ideo conuenienter ab Angelo priuſquam ab homine nominatus eſt. Nemo enim pt̄ veraciter rem nominare, niſi proprietatem rei veraciter cognoſcat. Dicitur ſecundo ꝙ Deus pater eū ante oēs nominauit. Pſal.71. Ante ſolē permanet nomen eius. Fecit enim Adam ad imponendum hoc nomen ſicut ſolent facere reges, qui aliquē de militibus mittunt vt leuet puerum de fontibus ex nomine ſuo. Sic & Deus pater Angelū miſit, qui nomen ab ęterno ordinatum ab eo imponeret filio ſuo. Si enim nomina electorum ſcribuntur ab æterno in libro vitæ,

quanto

quanto magis nomen illius qui eſt primogenitus in multis fratribus? Dicitur tertio ꝙ licet Angelus primo reuelauerit hoc nomen & primo impoſuerit, Maria tamen ſecundario in circuncisione impoſuit illud propter duo. Primo, quia Abrae impoſitum eſt nomen in circũciſione, & a Deo mutatum. Qui enim prius ante circũciſionem dicebatur Abrã, in circũciſione vocatus eſt Abraam, & ſic auctum eſt nomẽ eius. Sic in baptiſmo imponimus nomen, qui circunſioni ſuccedit. Secũdo quia tũc in circuncisione vel baptiſmo vita hominis inchoatur. Antea enim ſemiuiuus eſt, ideo tunc nomen ſibi datur cum viuit. Vñ de quidã ſemel fuit contentus habere nomen terræ & perdere terram, & ille nomẽ & terram perdidit. Sic multi ſunt qui vocant nomina ſua in terris, qui poſtea perdunt & nomen & terram viuentium. Dicitur quartò ꝙ dominus vocatus eſt Emanuel, nec multũ diſtat a nomine Ieſu. Antea enim longe erat a peccatoribus ſalus, & per conſequens dominus & ipſe Ieſus. Nunc autem cum facta eſt ſalus Deo noſtro, tunc Emanuel dictus eſt & Ieſus. Inde & Mariæ dictum eſt dominus tecum, & nũc communiter dicitur dñs vobiſcũ. Pſ. Dominus nobiſcum ſuſceptor noſter, ideſt noſter humanitatis Deus Iacob. Sicut autem Papa cum eligitur mutat nomen, ſic Chriſtus terribile nomen quo cõtra nos videbatur eſſe, puta Deus vltionũ mutauit cum factus eſt ſacerdos in æternum impium nomen Ieſu in nomen Emanuel, quod eſt nobiſcum Deus. Secũdo vt confiteamur nomini ſancto tuo.

*Dupli**ci** de cauſa Mariam poſuit nomen filio.*

Emanuel nõ diſcrepat a nomine Ieſu.

Sed hic quæritur vtrũ dignè poſſimus cõfiteri nomini ſancto domini, & laudare ipſum in hac vita? Et videtur ꝙ ſic, quia aliàs fruſtra inuitaremur ad confitendũm illi. Sed in oppoſitum apparet eſſe Pſalmiſta dicẽs. Pſ. 141. Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo domine, quaſi vellet dicere. Nõ poteſt anima mea digne laudare nomen domini, niſi educatur extra corpus ſuum. Ad hoc reſpondetur ꝙ triplex eſt laudatio nominis domini. Vna eſt turpis & indecens quæ fit a vilibus perſonis & peccatoribus infamibus, de qua laude Eccl. 15. Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. de qua Seneca. Tam turpe eſt laudari a turpibus, quàm laudari ob turpia. Sicut patet in ſacerdotibus, q poſtquam oſculati ſũt meretricem, orãr per dominũ Ieſum Chriſtum. hęc laus eſt in ore eorum, ſicut gemma in ore ſuis. Similiter de illis qui incantant & incantationibus vtuntur, non abhorrentes nomen domini cum nominibus dęmonum inuocare. Sed gemma non perdit virtutem & nobilitatem ſuam, quamuis ſit in ore ſuis, ſic nec nomen domini propter eorum malitiam polluitur. Secunda eſt decora & decens, ſed non ſecura, quæ ſit ab ore iuſtorum inuocãtium nomen domini Ieſu, de qua Pſ. 146. Deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio. Et iſta licèt ſit imperfecta, tamen omnibus eſt in pręcepto. Pſ. 148. Iuuenes & virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen domini. Immò pueris hoc iubetur in Pſ. 118. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Videant ergo blaſphemantes nomen dñi quale peccatum agũt, qui non ſolum non laudant, ſed etiam dilacerant. Quantum vellet vindicari homo valoris contra eum qui nomen ſuum diffamaret, quanto magis dominus omnium contra nomen eius blaſphemantes? Tertia eſt perfecta laus, & iſta ſolum habetur in patria. Nã laudamus rem, quia bona eſt, bona autem iũdicatur ex appræhenſione ſenſus, & conſequenter intellectus, & quãto certius cognoſcitur eſſe talis, tanto dignius laudatur & approbatur. Et quia virtus & efficacia huius nominis Ieſus, qui eſt ſalus omniũ nunc quandiu in hoc corpore peregrinamur a domino, ſolo auditu & ſola fide percipitur, tunc autem cũ mortalem exuerimus hominem iſtum, videbimus eum ſicuti eſt, & tunc manifeſta erit & ſecura laudatio. Nã non omnis, qui hic dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cęlorum. Multi etiam venient dicentes. Domine in nomine tuo dęmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, quibus dicetur. Non noui vos. Sed tunc dicet vnuſquiſque planè percipiens effectũ huius ſancti nominis illud Pſ. 53. Confiteor nomini tuo domine quoniam bonum eſt.

E Ieſus. De triplici laudatione nominis domini.

Perfecta laudatio erit in patria.

Sed

Sed quibus. Vtrum periuris qui peierant in hoc nomine? Non. Vtrum blaſphemis qui lacerant? Non. Vtrum Iudæis, qui inficiunt? Non. Sed quibus ait in conſpectu ſanctorum tuorum. Pſal. 139. Iuſti confitebuntur nomini tuo, & hoc quando habitabunt recti cum vultu tuo. Maximè autẽ debemus ipſum hodie laudare, quando fuit impoſitum domino.

In die Epiphaniæ Sermo primus, & in ordine L X V. per thema.

A Epiphania domini. Chriſtus ter apparuit ĩ die Epiphaniæ cõtra tria opera diaboli.

IN hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. 1. Io. 3. Tria peſſima opera fecerat diabolus in hoc mundo. Primo enim procurauerat excecationem, quia ad tantam cęcitatem deuenerat homo vt lignis, & lapidibus diuinum honorem exhiberet. Sed cęcitatem ſecuta eſt inquinatio & immunditia peccati. Qui enim lutum non videt, non cauet. Inde omni genere peccatorum, etiam contra naturam inquinati erant homines. Sed tertio immunditiam peccati iuſtè ſecuta eſt afflictio. Prouerb. 14. Miſeros facit populos peccatum. Et propter hęc tria tripliciter hodie dominus apparuit in diuerſis temporibus, ſecundũ ꝙ hodie tres ſunt ſolemnitates. Primo enim apparuit regibus, quibus & miſit ſtellam fulgentem, quæ lumen fidei in cordibus gentium radiare fecit, ſicut tenebræ in paſſione Chriſti ſignant tenebras Iudæorum. Eſa. 9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Vnde Aug. in ſermone. Iſtam ſtellam nouam declarauit natus, qui antiquum ſolẽ declarauit occiſus. Illa luce inchoata eſt fides gentium, iſtis tenebris accuſata perfidia Iudæorum. Secundo apparuit in baptiſmo, cum Chriſtus balneauit ſe in baptiſmo, non aquam maculans, ſed ei virtutem abluendi donans. Ideo ſecundo contra inquinationem peccati apparuit. Tertio apparuit in nuptijs, vbi diuina virtute aqua verſa eſt in vinum, quo tertium opus deſtruxit diaboli, quãdo aqua tribulationis mutata eſt in vinum conſolationis, qa filius Dei mala pęnæ tolerando ea nobis tolerabilia fecit. Hæc aũt mutatio pfectè fiet in futuro, quando vna guta aquę tribulatis in mille modios vertetur gaudij ęterni. In primo verus Deus apparuit, quĩ ſibi cęlum obſequitur. In ſecundo verus homo, quando ad baptiſmum peccatorũ conuolat. In tertio verus Deus & verus homo, cum virtute diuina inter epulantes comedẽs tale miraculum fecit. Ipſe enim ſeſe occultauerat nube carnis, ſed ipſe ſe reuelat per ſtellam magis. Pater eum celauerat cum miſit in mũdum pauperem & inter peccatores, & eũ obumbrauerat ſpiritus ſanctus, ſed hodie teſtimonio patris & ſpiritus ſancti declaratur. Mater occultauerat eum in præſepio, ſed hodie manifeſtat eum in nuptijs dicens. Vinum non habent. Vt ergo dignetur impetrare filio in huiuſmodi ſolemnitate vinum deuotionis nobis, ad eam recurramus dicentes Aue.

B Epiphania domini. Quia eſt celebranda cũ gaudio ppter tria.

CVm gaudio magno celebranda eſt apparitio ſaluatoris propter tria. Primo quia iſtud feſtum eſt feſtũ noſtrum. Eſt. n. initium naſcentis eccleſiæ, quãdo eccleſia de gentibus Chriſto iuncta eſt. In die. n. natalis apparuit dñs paſtoribus, qui erant de Iudæis, ſed hodie magis qui ſunt primitiæ gentium. Ideo quia nos ex gentibus proceſſimus, maximè a nobis celebrari debet, quaſi eſſet hodie natiuitas noſtra, non ſolum pręnuntiatiuè per gentes, ſed etiam regeneratiuè per baptiſmum. Sed nec ſolum fundata eſt eccleſia gẽtilium ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter, quia cum muneribus venerunt magi, nõ ſicut paſtores, & de hoc habetur. 12. q. 1. c. futuram. Fuerunt autem duodecim dies inter natalem & feſtum iſtud, quia poſt duodecim perſecutiones dotata eſt eccleſia. Duæ quippe fuerunt in Iudæa ſub Stephano & Iacobo, & decem ſub Imperatoribus vſque ad Conſtantinum. Secunda ratio, nihil profuiſſet nobis ſaluatorem naſci, ſi non contingeret eum agnoſci, cum natiuitas eius infidelibus Chriſtum ignorantibus ſit potius noxia, quàm fructuoſa. Parum enim profuiſſet ipſum in mundo naſci corporaliter,

Perſecutiones duodecim eccleſiæ.

liter, ſi non in cordibus hominum ſpiritualiter naſceretur. Similiter non prodeſt ſaluatoris agnitio, niſi ſequatur eius veneratio. Infidelibus autem deteriores & damnabiliores ſunt, qui ſaluatorem per fidem agnoſcunt, & per inobedientiam deſpiciunt. Ergo neceſſaria nobis fuit apparitio, & neceſſario veneranda. Tertia ratio, quia ſecundum Grego. Natalis quodammodo eſt alter hodie ſaluatoris noſtri. Ideo ſi natalem celebramus ī corpore, maximè debemus iſtum celebrare. Poſſumus autem quadruplicem diſtinguere natiuitatem, de qua hodie poſſumus congratulari. Prima eſt ęterna, de qua pater hodie teſtimoniū perhibet. In natali celebrauimus natiuitatē ex matre, hodie vero ex patre quæ nobilior eſt. Ambroſius. Pater qui tunc obumbrauit in virtute, nunc clamat in voce. Qui tunc vmbram præſtitit natiuitati, modo teſtimonium perhibet veritati. Hic eſt (inquit) filius meus dilectus. Secunda eſt ſpiritualis, qua per fidem in cordibus gentium ortus eſt ſol iuſtitiæ. Tertia ſacramētalis, qua in mēbris ſuis in aquis baptiſmi Chriſtus naſcitur. Quarta eſt natiuitas beata, qua inchoatur vita æterna quæ in mutatione aquæ in vinum eſt figurata. Hinc Ambroſius. Credendum eſt ex hoc iam mortalem hoiem in immortalem conuerti poſſe, quando vilis ſubſtantia in precioſam conuerſa eſt ſubſtantiā. Sic ergo propter has tres cauſas oportet hodiernum diem ſolenniter ſicut natalem celebrare. In prima autē ratione cæcitatem iſidelitatem gentium diſſoluere, propter ſecundam rationem cæcitatem & ignorantiam detegere, propter tertiam mortem & afflictionem omnem tolere. Ideo in hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat, &c.

Natiuitas quadruplex.

Circa euangeliū duo dicemus. Primo de fide Magorum. Secundo de homagio eorum. Primum dicemus hoc ſermone. Secundum vero ſermone pomeridiano.

C Epiphania domini.

Igitur fides in Magis tripliciter claret. Primo opere. Secundo conſtantia. Tertio perſeuerantia. Quia in opere apparet, quia cum natus eſſe dn̄s Ieſus &c. Venerunt.n. ab oriēte a remotis partibus ad regem natum, nec fuit eis tantum iter laborioſum. Nam in principio Chriſtus miſerat ſuum nuntium, ſcilicet ſtellam, & tūc eccleſia de primis gētibus nobilem miſit legationem, ſcilicet reges. Sed nunc valde mutatus eſt ſtatus, quia vix modo habet pauperes. Pauperes enim & ſimplices modo ſtudent venire ad Chriſtum, quia non ſunt ita occupati mundana occupatione, nec ita implicati. Sed diuites non ſtudent venire. Vix veniunt modo in diebus ſolennibus in ſua parrochia. Vnde pullus exiſtens in nido non requiritur ab aliqua aue nobili quaſi præda, ſed cum exit nidum & volat in aere. Sic nec iſti reges ante natiuitatem domini, licèe die ac nocte ſuper quendam montem victotialem aſcendentes, ad inſidiandum ſi viderent aut ſentirent veſtigium huius prædę, ideſt Chriſti. Non enim videbant ſignum ſtellę indicantis ubi eſſet hæc præda, quia adhuc erat infra nidum uirginis. Sed poſtquam ſalua virginitate matris egreſſus eſt per ſuam natiuitatem ſtatim volauit de Occidente in Oriēs per lucidā ſtellam ſe magnifeſtans, & tunc eū inuenerunt. Aduertendum eſt tamen ꝙ controuerſia eſt de iſtis regibus. Vult enim Chryſo. quòd iſti erant de finibus orientis, & quòd ſtella apparuit eis per annum ante Chriſti natiuitatem, & quòd hoc habuerunt per reuelationem, & quòd in iſta ſtella apparebat imago virginis portantis puerum habentem crucem in fronte, & quòd poſuerunt per annum cum quatuordecim diebus ad veniendum. Et propterea Horodes iuſſit occidi pueros a bimatu & infra, ſed iſta opinio non cōmuniter tenetur. Alia eſt opinio Remigij, & etiam Auguſtini quòd erant Perſæ & Chaldei de Sabea regione & Arabia, quæ ſunt circa illas partes, & quòd erant ſucceſſores Balaam & de ſtirpe ei9, & quòd receſſerunt die natiuitatis Chriſti, quando eis primo apparuit ſtella, & decimotertio die peruenerunt ſuper dromedarios, vt dicit hiſto. eccleſiaſti. & iſta opinio cōmunius tenetur. Sed an fuerunt tantum tres vel plures non legitur ex ſcri-

De fide Magorū.

Stella Magorū quando, & quo modo apparuit.

Z ptura.

ptura. Dicitur tamen communiter & ſecundum gloſ. ꝙ non fuerunt niſi tres iuxta hiſtoriam ſcholaſticā, licet eſſent multi ſub eis. In dieb. Herodis regis. Hinc euangeliſta ſignat tempus. Primo ad oſtendendum illam prophetiam eſſe impletam. Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Et de.70. hæbdomadibus annorum, quæ ſunt quadringenti nonaginta anni, quia anno.30. Herodes (qui primus alienigena regnauit) natus eſt Chriſtus. Quaſi diceret Euangeliſta. Venit talis legatio ad Chriſtum tali tempore & tali rege regnante. Secundo ad declarandam prouidētiam & bonitatem Dei, ꝙ ſcilicet venit quādo maior erat indigentia. Cum enim erant reges de ſua cognatione mittebat ad eos prophetas, ſed nouiſſimè quando fuit alienigena, ipſe venit in propria.

Secundo apparuit fides Magorum in conſtantia, quia conſtanter inquirunt. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudeorum? Rex quidem Iudæorum, ideſt confitentium. Qui prius erat terribilis, iuxta illud. Terribilis apud reges terræ, nunc eſt rex Iudæorum. Et qui prius fuerat in ſigno leonis, poſt deſcendit pius in ſignū virginis. Sed quomodo hoc auſi ſunt dicere, ſecundum ꝙ recitat Augu. Decreuerant Romani ne quis Deus aut rex ſine eorum cōſilio diceretur. Quomodo ergo iſti Magi alienigenæ intrantes terram Romanorum auſi ſunt confidenter confiteri regem de nouo natum? Non habebant ipſi præ oculis periculum mortis. Sed ipſi non de morte curabant. Si enim de morte curaſſent, nunquā hoc auſi fuiſſent prędicare, ſed iā parati erant mori pro Chriſto. O beati Magi qui ante conſpectum crudeliſſimi regis, qui libros genealogiæ Dauid combuſſerat & filios occiderat zelo regni, antequam Chriſtum cognoſcerent facti ſunt Chriſti confeſſores. Iſti enim Magi eccleſiæ præſentis formam portabant. Et ſicut illi regem quem non viderant credentes quærebant & confitebantur, ſic & nos qui ſumus ex gentibus dominum quem nunquam vidimus credentes quotidie quærimus & confitemur poteſtatem eius. Sed videte quid dicetis o Magi, rationem aut probationem oportet in medium afferre. Aiunt ergo. Vidimus enim ſtellam eius in oriente, differentem ab alijs ſitu, motu, ſubſtantia, interpellatione, & lumine, & quę ſibi famulabatur. Ex hoc aliqui fatui aſtrologi voluerunt elicere quòd vnuſquiſque naſcitur ſub aliqua conſtellatione, & quòd per illā habet eſſe viuere, & eſſe bonum vel malum, fortunatum, vel infortunatum. Et modo oportet ire ad aſtrologos ad ſciendum ſi ſit bonum tempus eundi ad curiam, nubendi, vel incipiendi aliquod opus. Sed hoc impugnat Chryſoſto. tripliciter. Primò ſi ita eſſet quòd ex motu ſtellarum eſſemus boni vel mali, tunc Deus non deberet nobis pręcipere bene vel male agere, cum hoc tantum eſſet in poteſtate ſtellarum. Si enim quis homicidium facit magna eſt iniquitas, ſed adhuc maior ſtellę illius quę hoc fecit. Secunda ratio quęreretur ab eis quæ fuit ſtella quæ diluuium fecit, & omnes in diluuio mori. Si ergo omnes per illam ſtellam mortui ſunt, oportebat quòd omnes naſcerentur ſub illius dominio ſtellę, & quòd aliqua conſtellatio duraſſet plus quam per mille annos & ante Noe poſt, qui non erat ei ſubiectus. Tertia ratio, quę ſtella erat quæ ante Chriſtum faciebat ferè omnes idololatras, & poſt Chriſtum recedere ab idolis? Hoc ergo dicere, ſcilicet homines totaliter ſubdi conſtellationibus, vanum eſt. Pręterea arguit Augu. de geminis qui in vtero Rebeccæ erant ſimul, ſcilicet Eſau & Iacob, & ſic videtur quòd ſub eadem conſtellatione, & tamen vnus fuit peſſimus, & alter optimus. Et venimus cū muneribus adorare dn̄m. Mira fides iſtorum Magorum. Bernar. Si latronis fidem, & Centurionis confeſſionē conſidero, in hoc iſti ſuperexcellere videntur, ꝙ iā tūc miracula multa fecerat, jam tunc a multis prædicatus fuerat & adoratus, iſti vero nec eum viderant nec audierant, & tamē prædicant ipſum corā rege crudeliſſimo, prędicant ipſum natū paruulū, & tamē vadunt vt adorent eū vt magnū. Cōſiderabant. n. ipſum eſſe magnū, cui aſtra famulabatur & cęlū. Mirabatur terra ꝙ nouā ſtellam

D Epiphania domini. Conſtellatio. Reprobatur dicentes hominem ſubdi conſtellationibus.

E
Herodes. Epiphania domini.
Quare Herodes turbatus fuit audita Chriſti natiuitate.

ſtellam videret in cęlo, ſed plus mirabatur cęlum ꝙ nouum ſolem videret in terris. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, ſicut dicit Chryſo. Propter tria. Primo ne a regno expelleretur, cum eſſet genere Idumeus. Secundo, quia grandis poteſtas ſemper grandi ſubiecta eſt timori. Nā ſicut ramū arborum in excelſo poſitarum etiā leuis aura mouet, ſic & ſublimes homines & in dignitate conſtitutos, leuis nuntij fama conturbat. Humiles vero ſicut in tranquillitate vallis cōſiſtunt. Rami enim ſunt principes, radix agricolę qui ſunt totaliter terreni, & mercatores. Credunt homines euellere radicem, ſed non poſſunt. Rami autem facile euelluntur, & ex ipſis virge fiunt vnde vapupulāt pueri Chriſti. Et ſępe ſunt tot rami ſurſum ꝙ deſiccatur arbor, & radix non poteſt eos nutrire. Sic eſt nunc de curialiſtis, qui multiplicati ſunt ſupra numerū, qui ſemper habent fructum & florem, & principale nutrimenti quod eſt in radice, nihilominus ſemper tremunt, vel facile ad modum ramorum vento agitatorū, & plerumque ſecundū Pſ. trepidant timore: vbi non eſt timor, ſicut & hic Herodes. Tertio, quia Herodes erat miniſter & diaboli ſeruus. Ideo non tantum turbatur Herodes, quantum diabolus in Herode. Herodes hominem eſtimabat, diabolus Deum ſuſpicabatur. Audierat enim angelos in aere clamantes, & iſtos teſtes audiebat, ideo tanto magis deſtructione ſuæ poteſtatis turbatur. Timebat enim Herodes ſucceſſorem terrenum, ſed diabolus cęleſtem. Conſideremus ibi quid erit de iſto puero cum a rege timetur. Inde Augu. Quid erit ante tribunal iudicantis, quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis. Pertimeant reges ad patris dexteram iam ſedentem, quem rex impius timuit adhuc matris vbera lactantem. Quarta ratio addi poteſt quòd turbatus eſt, quia oculos habebat infirmos, & ideo ſuſtinere nō potuit lucem quæ venit in modum. Sap. 5. Grauis eſt nobis ad uidendum. Et tanquam auris infirma verbum veritatis audire non poterat, ſicut nec illi qui dicebant Io. 6. Durus eſt hic ſermo. Verbum enim abbreuiatum, & quaſi ſuſurrando audire non potuerunt, quomodo poterunt tonitruum magnitudinis eius ſuſtinere? Timuit autem Herodes temporalia amittere, ſed quia timuit pruinam, irruit ſuper eum nix. Sic de Iudæis, qui timuerunt perdere locum & gentem a Romanis. Et omnis Hieroſolyma cum illo. Vel propter fauorem Herodis. Vel quia timebant ne propter regem natum Herodes iraſceretur populo, & ſic uindicaret in eum. Credebant enim Iudæi vna cum Herode Chriſtum temporaliter regnaturum, & ipſos reſtituere in priſtinam libertatem. unde Chryſo. Sicut errantibus uentis mare concutitur, ſic regibus aduerſantibus ſibi populus regni vexatur. Et congregans omnes principes ſacerdotū & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. Sed quomodo interrogabat Herodes de ſcripturis, quia aut eis credebat, aut non. Si non, cur de eis interrogabat, cum tūc reputaſſet eas vanas; cur etiam miſiſſet alios in Bethleem. Si credebat quia uere naſciturus erat futurus rex, quomodo ſperabat eum poſſe interficere, quem ſcripturę dicebant eſſe futurum? Nunquid poterat homo corrigere ut non fieret quod Deus ordinauit? Ad hoc Chryſ. ꝙ Herodes rex in malo credebat, & non in bono. Credebat enim ꝙ naſciturus erat talis rex, ſed quoniā aduerſus illum nihil agere poterat, non credebat. Sic inter oēs homines in quos diabolus operatur credunt ſcripturis & non credunt. Scimus enim quia morituri ſumus, & tamen non uiuimus quaſi ſic poſt modicum tranſituri.

F
Epiphania domini.
Multipliciter defecerūt Iudæi interrogati ab Herode de natiuitate Chriſti.

At illi dixerunt in Bethleem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt. Et tu Bethleem terra Iuda, &c. Quadrupliciter ibi defecerunt Iudæi. Primò quia regi infideli tyranno & quem ſciebant perſecutorem regis futuri indicauerunt ſecretum regis. Tobiæ. 12. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt, id eſt ſecretum, & tamen iſti proditores cæperunt manifeſtare, quaſi nunc incipiant perſequi regem, ſcilicet quem magi prædicant. Voluerunt enim eum aliquando denegare regem, & de facto

tollere titulum, quem Pilatus neſcio quo ſpiritu ductus noluit delere. Secundo in hoc quòd p ſcripturã ſacram confirmaue runt dictum ſuum, prodentes theſauros domini ſui in fideli principi. O infideles diſpenſatores. An hoc eſſet fideliter diſpenſare, prodere tanta myſteria infideli? Ex quo docemur. Primo occulta ſcripturarum non oſtendere infidelibus, quia in ſuam partem & deteriorem detrahũt. Secundò non eſſe mirandum ſi mundus ſit infidelis & proditor. Nam ſecundum Grego. Si ſeculum nequam ſuo fidem nõ ſeruat auctori, quid nobis deinceps de illius fide ſperandum eſt? Tertiò quia non ſolum prodiderunt myſterium regni iniquo, ſed etiam prodentes præciderunt propheciam, ex quo fuerunt cauſa interfectionis paruulorum. Dimiſerunt enim illud, & dies eius a diebus ſeculi. Si enim hæc dixiſſent, potuiſſet conſiderare Herodes antiquitatem regis huius, & quòd non erat terrenus talis, ſed oportebat eſſe cœleſtem, nec in tantum furorem exarſiſſet aduerſus eum. Nunc autem hac præciſa ſolam protulerunt quæ cum poterat irritate. Illis ergo ita exponentibus putans Herodes ſimilem cæteris regibus naſci regem, paruulos interfecit cum illis æſtimans occidere Chriſtum. Sed ſicut iſti malè faciebant ſuum proceſſum coram rege, qui partem literarum dimittebant, ſic multi qui in iudicio partem ſcripturarum dimittunt ad referendum, & per hoc ſæpe perditur proceſſus. Quartò defecerunt in hoc ꝙ ſciuerunt bene docere tyrannum, ſed ſeipſos neſciuerunt benè docere. Credidit Herodes ipſis dicentibus vera, & ipſi ſibi nõ crediderunt vt ſuſciperent eum. Docuerunt Magos viam, & ipſi non ambulauerunt per eam, ſimiles fabris arcæ Noe, qui fecerunt arcam in qua alij ſaluati ſunt non ipſi. Similes etiam lapidibus miliaribus, qui peregrinis iter oſtendunt, ſed non ambulant per illud, immo remanent ſemper in eodem loco. Item ſimiles lumini candelæ quod alijs lucet, & candelam conſumit, & aquæ baptiſmatis quæ baptizatum purgat, ſed immundior efficitur. Nam ſupercecidit ignis auaritiæ & non viderunt ſolem, quia occupati rebus terrenis, noluerunt ire in Bethleem cum Magis. Hic conſidera primo quòd ſicut ſol in ſuo ortu melius intuetur & clarius in Oriente quàm quãdo eſt ſuper nos vel iuxta in meridie, ſic iſti regem natum optime cognouerunt in Oriente, ſed Iudæi apud quos erat non videbant, ſicut nec multi nunc in meridie propter receſſum primæ eccleſiæ. Secundò quòd magnæ deuotionis loca ſolent a diſtantibus & alienigenis deuotè viſitari, & a propinquis minus, vt patet in luminibus apoſtolorum Romæ, quia vbi pauci Itali vadunt, magna illuc confluit multitudo tranſmontanorum. Sic iſti reges ad Chriſtum venerunt, non Iudæi propinqui. Tunc uocauit occultè Magos & ait. Ite & interrogate diligenter de puero, &c. Propter duo credidit. Primo, quia a ſacerdotibus dictum. Secundo, quia exemplo prophetico probatum. Et ideo non ad deuotionem, ſed ad malitiam interfectionis flectitur, quia malus homo quæ Dei ſunt intelligere poteſt, quæ autem Dei ſunt facere non poteſt. Videbat.n.ꝙ nec prece, nec precio, nec minis poterat eos mutare, ut ſcilicet interficerent natum regẽ, qui non aſpexerant nec Herodem, nec Cæſarem, ſed in medio regnorum eorum annuntiabãt alium regem, ideo fraudè circunueniebat eos. Sed cur occultè vocauit eos? Reſpondet Chryſ. quia ſuſpectos habebat Iudæos ne forte quaſi regem ſuæ generationis amantes, & intelligentes aſtutiam eius proderent cõſilium eius neſciens quia maiores erant inimici Chriſti Iudæi quàm ipſe. Herodes enim velut hominem ſuſpicans perſequebatur. Iudæi autem poſt multa mirabilia & ſigna poſtquam cognouerunt eum eſſe filium Dei, crucifixerunt, & quanto manifeſtior fuit diuinitas illis quam iſti, tanto maior iniquitas Qui cum audiſſent regem abierunt. In hoc deſignantur boni auditores, qui prædicatores deuote audiunt, ſed malos mores non ſequuntur. Tertio apparet

Herodes cur clam uocauit Magos.

paret perſeuerātia Magorum in fide, quia continuauerunt iter ſuum vt irent in Bethleem. Inde dicitur. Et ecce ſtella quam uiderant in oriente. Dereliquit eos ſtella in introitu Hieruſalem, vt interrogarent Iudæos, & hoc ad confuſionem eorum, quoniam gentiles tantummodo uiſione ſtellæ confiſi Chriſtum per alienas prouincias requirebant, & Iudæi qui ab infantia prophetias legebant de Chriſto, etiam in ſuis finibus natum non receperunt. Ipſi enim interrogati ſunt ab eis, ut portarent teſtimonium fidei gentium, vt dicit Augu. Et propter hoc gens illa diſperſa eſt per vniuerſas terras & expulſa a regno ſuo, ut eius fidei cuius inimici ſunt, teſtes ubique cogerentur. Et in paucis ſignum circuncisionis obſeruant ne occidantur, ſicut Cain qui occidit fratrem ſuum Abel. Inde Pſalm. 58. Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos ne occidas eos, nequando obliuiſcantur populi mei. Portant enim nobis codicillos noſtros ſicut ſerui & librarij noſtri, & de ſuis literis eos confutamus ne forte dicerent. Gentiles iſti confecerunt iſtas prophetias ad ſuum propoſitū, educimus de manibus inimicorum noſtrorum. Vnde ꝙ ſtella diſparuit ſignificatur ꝙ ſenſus literarum ab eis receſſit.

G Fides Chriſtiana. Iudæi atteſtantur fidei Chriſtianæ.

Vidētes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno ualde. O quanta dicebant de rege nato. Intelligebant enim per illam ſtellam ꝙ huius regis dignitas omnium mundialium excedebat regum menſurā. Primo quomodo non crederent ei ſubdē dos homines, cui videbant cęli ornamenta ſubdita eſſe? Secundò quomodo poterat ei terra eſſe rebellis, cui famulabatur & cęlum? Exemplo eorum debent gaudere catholici ad lumen cęleſtis doctrinæ, quod non minus amandum eſt quam lumen ſtellæ. Stella illuminabat oculos corporis, hæc oculos cordis. Illa ducebat ad Chriſtum mortalem, hęc ad immortalē. Illa ducebat ad diuerſorium & præſepiū, hæc ad gloriæ ſolium. Hæc poſtquam ad Chriſtū adduxit, reliquit eos ituros ad ſuā regionē, hæc uero cū Chriſto ſine fine māſurū duxit hominē. Acceptior etiā erat eis aſpectus ſtellæ quàm auditus prophetiæ, quia acceptior ſolet eſſe doctrina operis quàm ſermonis. Vnde ter ibi ponitur gaudium. Magnum enim eſt gaudiū cum ab Herode, ideſt diabolo receditur maius cum ſtella gratiæ recuperatur, maximum cum Chriſtus cum matre inuenitur hic per gratiam & in futuro per gloriam.

Sed quæritur quid de iſta ſtella actum eſt? Dicitur ſecundum Bedam ꝙ cecidit in puteo Bethleem, & quia apparuit Paulæ & Euſtochio. Sed fratres reputauerunt hoc friuolum, ideo voluit eos a ſua communione ſeparare. Sed ſecundum Fulgentium redijt in priſtinam materiam.

Sermo II. de eodem, & in ordine LXVI. per thema ſupradictū.

De cæteris regibus loquimur & ſcribimus hiſtorias, eo ꝙ tempore ſuo fecerunt mirabilia. Sed vt ſileant aliorum laudes hodie loquimur de rege quodā qui mirabilia facit in cęlo & in terra. Iuxta illud Act. 2. Dabo prodigia in cęlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum. Hodie apparuit in cęlo mirabile ſignum factum a rege iſto, ſcilicet ſtella, ſed adhuc maius apparuit in terra quando ſol apparuit in terra. Frequenter enim antea ſcripſerat calamus ſcribæ promiſſiones de aduentu ſaluatoris, quaſi diceret, expectare expecta. Multi præcones uenerant, ſed promiſſis tantum quilibet diues erat, ita vt nihil niſi promiſſiones reportarēt. Vt etiam Dauid longa expectatione fatigatus, culpam quaſi in Deum referret dicens. Tu uero repuliſti nos & deſtruxiſti nos, diſtuliſti Chriſtum tuum. Dicebat Eſaias quaſi indignando. Vtinam diſrumperes cęlos & deſcenderes, & iam Dauid imperabat dicens Inclina cęlos tuos, & deſcende. In hunc modum tot ille prophetarum conuentus diutius expectando perturſus, nunc optando, nunc imperando, nunc conquerendo, nunc indignando, ſermones ſuos narrabat. Sed uenit expectatus, clauſit ora propheta-

A Epiphania domini. Quia tali die fecit Deus mirabilia.

rum, datum eſt promiſſum, & impoſitum eſt ſilentium. Sileāt itaque prophetę, quia hodie ſignum magnum apparuit in cęlo, immo in terra, mulier virgo Maria amicta ſole iuſtitię. Dicat hodie vox eccleſiæ, in hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli, & illud apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei. Venit enim non tantum cum vino & oleo, ſed cum purpura & ſacco, apparēs nunc quidem verus homo, nunc verus Deus, quaſi hiſtrionum more ludent, & in varias ſpecies ſeipſum alternatim transformans de quo ludo Sapientia inquit. Delectabar per ſingulos dies ludens corā eo in orbe terrarum. Inde die natiuitatis apparuit homo, habitu quidem inuentus vt homo, in die epiphaniæ vt Deus. Et hoc eſt ꝙ quærebat Dauid dicēs Pſ. 79. Qui ſedes ſuper Cherubin appare coram Effraim, Beniamin, & Manaſſe, coram Manaſſe .i. populo obliuioſo, ſcilicet gentili, de quibus vt oblitis dicitur Pſ. 21. Reminiſcentur & conuertentur ad dñm vniuerſi fines terræ. Et alibi. Pſ. 49. Intelligite aliquando qui obliuiſcimini Deum, corā q̄bus apparuit per ſtellam. Corā Beniamin. ideſt filio dexteræ, prædeſtinato ſ. ad dexteram Dei, ideſt corā Ioanne baptiſta apparuit in Iordane. Hic eſt Beniamin filius ſynagogæ quo nato mortua eſt ſynagoga, quia vſque ad Ioannē lex & prophetę. Coram Effraim, ideſt fructificante apparuit, quando coram diſcipulis electis vt fructum plurimum afferrent apparuit, vt aquam in vinum tranſmutaret. Hodie enim in terra apparuit humanitas verbi incarnati, ſed in cęlo vox patris audita eſt, & ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ viſus eſt. Hæc ſunt tria mirabilia in quibus hodie apparuit rex iſte, ſed præſertim refertur preſēs ſolennitas ad apparitionē quæ fuit facta Magis, quando inuenerūt puerum cum Maria matre eius quæ etiam eſt mater noſtra. Ad eam igitur velut filij ad matrem recurrentes dicamus, Aue.

Poſtquam dictum eſt de fide magorū, nunc conſequenter dicendum eſt de homagio facto ipſi Chriſto.

Itaque magi fecerūt homagium Chriſto in tribus. Primo in adoratione. Secundo in oblatione. Tertio in obedientia. *Magi homagium Chriſto fecerunt tribus modis.*

Pro primo dicitur. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Vulgo dicitur. Qui quærit inuenit. Iſti vero quæſierunt & inuenerunt, quia etiam Chriſtus quærebat eos per ſtellam. Nos etiam ſic facere debemus quęrendo eum. Ipſe enim venit quęrere & ſaluum facere quod perierat, & abbreuiauit ſe, & veſtiuit tunica curta ad quærendum nos, quia nullus eſt præter illum, qui poſſit nos ad ſalutem ducere. Poſſumus enim nobis eſſe cauſa damnationis, ſed ex nobiſipſis non ſalutis. Oſeę. 13. Perditio tua ex te Iſrael, in me tantummodo auxilium tuum. O qualis pudor nobis. Iſti de tam longe venerunt ad quærendum eum, & nos ſumus ita prope eum, & non poſſumus inuenire eum. Sumus enim prope per remedia & ſacramenta. Dubium eſt ne verificetur prouerbium. Qui eſt prope eccleſiam, longe eſt a Deo. Scies autem dum inuenies Chriſtum, ſcilicet quando in corde tuo pacem habebis, quia in pace factus eſt locus eius. Ibi attende quòd nullibi inueniebatur innocentia, & ideo reges venerunt comperto ſigno a loco in quo perdita eſt innocentia, & inuenerunt puerum, ideſt innocentem regem Ieſum cum Maria virgine matre eius. Et diſpenſatione Dei factum eſt vt tunc Ioſeph non eſſet, ne pater eius a nouellis in fide putaretur. Hic non debent deſperare diuites, quia nō ſolum pauperes paſtores, ſed etiā diuites reges Mariam & pauperem eius puerum inuenerunt. Sed pauperes conſolationem iſtam inueniunt per paupertatem, ideo nihil leguntur obtuliſſe, & diuites per liberalitatem, pauperes dum paupertati Chriſti ſe vident conformari. Et diuites liberalitati eius qui omnia dat conformantur. Et procidentes adorauerunt eum, quod non legitur de paſtoribus. Ecce quomodo iſti reges non veriti ſunt intrare ſtabulum ad adorandum dominum, & alij verentur ad eccleſiam accedere. Sed o reges quid quæri-

tis

tis in præſepio? Vbi aula regia, vbi diadema, vbi curiæ frequentia? Certe aula ſtabulum, thalamus præſepium, curiæ frequentia Ioſeph & Maria. Inuenerũt enim puerum vilibus pannis inuolutum, & matrem vix vnam tunicam habentem, nõ ad ornamentum, ſed ad nuditatem tegendam. Non ergo quærebant regem terrenũ, quia tunc confuſi fuiſſent. Non enim credendum eſt quòd puero ſic diſpoſito talem honorem dediſſent, niſi aliquid diuinitatis in eo conſpexiſſent.

B Epiphania domini.

De muneribus Magorum, et quid ſignificent.

Pro ſecundo dicitur. Et apertis theſauris ſuis &c ſecundum Grego. deprædari deſiderat, qui theſaurum publice in via portat. Ezechias amiſit quæ nuntijs regis Babylonis oſtendit. 4. Reg. 20. Ideo maxime fugienda eſt vana gloria, quæ facit vt bona noſtra a latronibus inferni deprędentur. Obtulerunt munera, aurum, thus, & myrrham, ideſt eleemoſynam, orationem, & ieiunium. Pro tribus enim quæ in homagio tenemus, tria offerimus. De bonis temporalibus aurum, de anima orationem humilem, de corpore ieiunium. Aurum offert, qui Deum recognoſcit omnium bonorũ ſuorũ dñm, & omnes debent recognoſcere, ſecundum illud. Pſalm. 71. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudẽ domino annuntiantes. Sed ſunt multi qui diuitias ſuas offerunt diabolo potius quàm Deo, dum in eius ſeruitio eas expendunt, ſeruis diaboli prodigi, ſed pauperibus Chriſti auari, immo diuitias ſuas idolum faciunt, dum eas ſuper omnia diligunt. Sed plerumque laici ditantes eccleſias, miniſtris eccleſiæ aſſignant tamquam aduocatis ſuis vnde ſuſtententur, & confidunt quòd ipſi etiam eccleſiam tueantur, & tamen ipſi neſciunt eam defendere. Sciant nihilominus eccleſię miniſtri ſe eſſe proditores, ſi bona eorum recipiunt, & de cauſa eorum defendenda ſe non intromittunt. Thus enim offerre debent humiles, qui ad modum thuris ad ardorem diuini amoris quaſi ſe anhilant, in odorem Deo ſuauiſſimum. Canti. 1. Nardus mea dedit odorem ſuum. Et ſicut humiles thuriſicant Deo, ſic ſuperbi diabolo. Noua indumenta, & nouę factiones ſunt thuribula diaboli, quæ alijs mulieribus fœtorem ingerunt dum ad ſimilia facienda exemplo fatuarum prouocantur. Similiter adulatores ſuperbis dominis ſunt thuribularij diaboli, dum malè facta laudant, & bona domino ſentire faciunt. Sic & ſuperbi Deo fętorem intolerabilem ingerunt, propter quem fętorem dominus in cęlo tolerare Luciferum noluit, ſed cum de cęlo in infernum præcipitauit. Item clerici debẽt offerre Deo thus, quia igne charitatis & zelo ſalutis animarum inflammati, odorem bonæ famę populo debent miniſtrare, & ad modum thuris quaſi in nihilum per humilitatem reſolui. Vnde in thuribulo ſunt tria vas, thus, & ignis. Vas eſt apertum ſuperius, clauſum inferius. Sic fidelis ad terrena ſit clauſus, ne carbones qui ſuccenſi ſunt a domino cadant in terram, ideſt cogitationes igne ſpiritus ſancti incenſę in terrenis cadentes extinguantur. Thus eſt pſalmus & oratio. Ignis ſpiritus ſanctus. Myrrham offerunt qui carnem ſuam pro Chriſto macerant, quam debent clauſtrales offerre, cum & ipſi mundo ſint mortui, carnem ſuam concedere debent myrrha diſciplinę. Sed ſunt aliqui qui tunc primo myrrham offerunt & apponunt, cum iam corpus computruit & vermibus vitiorum pleni ſunt. Melius tamẽ eſt tarde quàm nunquam Deus enim de modico contentus eſt, nec eſt dangeroſus. Ita bene comedit cibum veterem, ſicut nouum & recentem. Sunt etiam aliqui qui vno grano myrrhę corpora ſua condire volunt, ſicut qui pro omnibus ſanctis ieiunium omniũ ſanctorum celebrant, & pro tota quadrageſima die veneris ſancta. Vel ſecundũ Rabanum, & recitatur diſt. 37. c. legimus. voluerunt reges qui erant ſcientifici & docti, & triplicem philoſophiam quam inuentione & laboribus acquiſierant offerre, ad ſeruiendum ſcripturę ſanctę. Inde eſt ꝙ Porphyrius. vt habetur lib. 6. hiſto. eccleſiaſticę, male reprehendit Origenem, propter hoc ꝙ miſcet cũ ſcripturis Iudęorum philoſophiã

Clerici debent offerre Deo thus.

Quomodo offertur myrrha.

& cæteras artes, vel allegoricè propter tria quæ erãt in Chriſto, aurum per quod deſignatur eſſe verus rex, thus pontifex, & myrrha mortalis. Vnde die natalis Chriſtus verus rex & verus põtifex natus eſt in mundum Die circuncifionis ſe pontificem gerit exercens officium, nunc vero tenet ſtatum regalem, & ibi occurrũt magi cum muneribus vocati per ſtellam. O quàm tunc liberalis eſt dominus, cum tenet ſuum ſtatum regalem. Solent enim in die illo omnes captiui ſolui, ſic & in iſta die. Sed nunc (proh dolor) fiunt peſſimæ fatuitates, vbi deberet homo vacare orationibus & deuotioni. Vel ſecundum ſenſum literalem dicendum ꝙ aurũ obtulerunt ad ſuſtentandum paupertatẽ, thus ad tollendum loci fætorem, & myrrham ad tollendum vermium putredinẽ.

C *Epiphania domini. Quid fecit Maria de muneribus Magorũ.*

Et ſi quæras quid fecerit Maria de muneribus Magorum? Credendum eſt enim ꝙ illi beati reges qui filium eius cæli regem & dominum cognouerunt, non modicũ ſed magnũ quid ei larga manu obtulerũt.

Dici poteſt primo quòd manum ſuam aperuit inopi, ſic quòd omnia in vſus expenderit egenorum, nihil de craſtino cogitans. Quod ex eo conijci poteſt, quòd die. 28. purificationis ſequente vnde vnũ ſolum agniculum emeret in oblatione filij non habebat, cum tamen in terra ſancta multi agni inueniantur, & pro modico prætio habeantur. Quis enim dubitat ſi agnum habere potuiſſet, quin iuxta prę ceptum legis Leuitic. 12. ipſum cum filio deuotiſſimè obtuliſſet? Legitur enim ibi ſic. Cum expleti fuerint dies purgationis eius pro filio & filia deferet agnum anniculum in holocauſtum. Compatiens autem dominus paupertati matris ſuę ſubintulit paulo poſt. Quia ſi non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnũ, ſumet duos turtures aut duos pullos columbæ.

Secundo dici poſſet ꝙ partem in vſus pauperum expendit, & partẽ ex diuino cõſilio reſeruauit ad peregrinandum in Aegypto. Ex eliceretur doctrina, ꝙ licitè poteſt ſeruari aliqua pecunia pro futuris neceſſitatibus ſubleuandis, & hæc eſt pars prouidentiæ, quia dicitur vulgariter. Quĩ non ſeruat de ſuo prandio pro ſua cœna habet ſæpe male ad cenandum. Et voluit in oblatione pauperum legem ſequi, vt magis ſectandam eſſe paupertatem doceret, & ꝙ Deus nõ ſpernit oblationes pauperũ, ſed prææcceptat oblationib' diuitũ. Plus. n. acceptauit Deus oblationem Mariæ. ſ. par turturũ quàm agnos diuitũ.

D *Peccatũ. Quia nõ debemus reuerti ad peccata.*

Tertio homagium fecerunt reges Chriſto in obedientia. Obediunt enim veri milites ſuo princip', vt quocumque voluerit eos mittere, mittat. Sic iſti obedierũt quia reſponſo accepto in ſomnis &c. Timebant enim & ſuſpicabantur ne forte Herodes malum cogitaret in puerum. Ideo ſicut Moyſes tacens clamabat Exodi. 14. Quid clamas ad me de terra? & Suſanna Dan. 13. ſic iſti affectu interrogabant quid vellet diuina voluntas, vnde & meruerunt reſponſionem. In quo datur intelligi, ne poſtquam veterem hominem exuimus, iterum reuertamur ad peccata, ſed per aliam viam, ſcilicet pęnitentiæ reuertamur in regione noſtram. Talis autem eſt inſania eorum qui ad peccata redeunt, qualis eſſet ſi quis voluntariè rediret ad carcerẽ inimici ſui de quo euaſit, vel rediret per uiam in qua ſpoliatus eſt & grauiter vulneratus. Talis eſt brutis inſipientior, quæ ad laqueos quos euaſerunt nunquam redeunt. Aues enim euadentes, i. retia quæ ſemel euaſerunt nũquam reuertuntur. Sed Herodes poſtmodum iratus iuſſit comburi naues Tharſis ſecundum Augu. in pſalterio ſuper illo verbo, Reges Tharſis. Tharſis autem eſt Carthago, & occidit pueros a bimatu & infra. Tunc apparuit quòd Herodes licèt occulte a Magis & publicè a Iudæis veritatem quæſijſſet, eam tamen odiebat & intendebat eam perſequi, ſicut oſtendit per effectum, ſed propterea cito deſerta eſt domus eius. Erat enim de membris illius cuius domus deſerta eſt, ſcilicet diaboli, qui in veritate nõ ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Veritas enim facit permanere domos Pſ. 84. In generatione & generationem veritas tua. Fundaſti terram, id eſt hominem vel progeniẽ, & permanet.

Sermo III. de eodem & in ordine LXVII. per thema.

A Epiphania domini. Rex. Differt rex noſter Chriſtus a cæteris regibus.

Vbi eſt qui natus eſt rex? Matthæ. 2.

Multiplex ex ſcripturis inuenitur differentia inter regẽ iſtũ & cæteros reges. Primo alij reges naſcuntur miſeri Sap. 7. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Et ſi velis magis hoc ſcire, audi ſanctum regem Dauid dicentẽ in Pſ. 37. Miſer (inquit) factus ſum, & curuatus ſũ vſq; in finẽ. Et alibi. pſ. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Sed iſte iuxta quæſtionem natus eſt rex, quia omnia potens & beatus a natiuitate, immo ab inſtanti ſuæ conceptionis. In quo oſtenderunt ꝙ erant optimi logici, quia multum refert dicere. Iſte rex natus eſt, & iſte natus eſt rex, quia ꝙ quis rex naſcatur eſt commune, ſed ꝙ naſcatur rex eſt ſingulare.

Secunda differentia, quia alij reges inſtituuntur ab eo, & non ipſi inſtituunt eum. Prouer. 8. Per me reges regnant. Ipſe vero ſuper omnes reges eſt. Pſal. 88 Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ, quia alibi Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſcilicet Deo patre.

Tertia differentia, quia alij dum diſtribuunt ſua, ſolum regni partem nec totũ poſſunt diſtribuere quin ſe denudent, & adhuc diſtribuendo ſic multa veniunt mala, vt patet de rege Alexandro, qui dum diuiſit imperium ſuum nobilibus nutritis ſecum in quatuor partes, multiplicata ſunt mala in terra. Sed iſte totum regnum ſimul omnibus diſtribuit. Mat. 25. Poſſidete regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Et adhuc cum reges diſtribuunt, ad tempus ſolum poſſidetur. Hic autem (vt habetur Iob. 36.) reges in ſolio collocati in perpetuum, & illic eriguntur.

Quarta differentia, quia alij reges paucum durant, Eccle. 10 Rex eſt hodie, & cras morietur. Hinc dicitur ꝙ talis regnauit viginti, triginta, & quadraginta annis, & mortuus eſt. Sed iſte rex perpetuo regnabit. Exo. 15. Dominus regnabit in ęternum, & vltra. Luc. 2. Et regni eius non erit finis. Et Pſal. 28. Sedebit dominus rex in æternum. In literis quoque regijs ponitur annus ab incarnatione regis noſtri, quo regnare cępit, & deinde quo rex temporalis, vt cognoſcat rex, quia excelſus dominatur in regno hominum. Dan. 4.

Quinta eſt, quia reges temporales indigent conſilio bono ad res ſuas dirigendas, & ſapientibus viris. Inde Ezechiel. i. animalia in conſpectu throni erant plena oculis ante & retro. Non enim oportet eum ſequi voluntate ſuam. Per hoc in ſcriptura maximè culpatur Antichriſtus, quia Dan. 11. Faciet rex iuxta volũtatem ſuam. Et adhuc cum conſilio ſuo rex terrenus non facit omnia quæ vult. De iſto autem ſcribitur in Pſal. 134. Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cęlo & in terra, nec requirit conſilium. Eſa. 40. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Nullus intereſt magno conſilio eius niſi tres perſonæ, quarum ſecunda eſt magni conſilij Angelus, & ex deliberatione illius magni conſilij natus eſt iſte rex, & inuentus eſt hodie a regibus cum Maria matre eius. Ad quam recurremus dicentes, Aue.

B Epiphania domini. Quare magi venerunt ab Oriente. Magi cur ab Oriente venerant.

IVxta euangelium dicetur in hoc ſermone ad interrogationem Magorum ꝙ non eſt, in curia Herodis. Secundo ꝙ inuenietur in curia Ioſeph & Mariæ in ſermone ſequente.

Pro primo dicitur in textu. Cum natus eſſet Ieſus, &c. ecce Magi ab Oriente, &c. Venerunt autem ab Oriente Magi, quia ibi fuerat principium preuaricationis, principiũ etiam idololatriæ, ideo fuit principium viſitationis & eccleſiæ. Hinc eſt ꝙ Chriſtus, in cruce poſitus eſt, ut ait Damaſcenus lib. 4. ad Occidentem, ad deſignandum culpam ibidem, ſcilicet in Oriente contractam, quam poſt dorſum poſuerat, nec vlterius culpa ipſa recordari poſſet. Vnde & propter hoc prima benedictio eccleſiæ venit ab Oriente & ibi incępit eccleſia. Et ideo ad Orientẽ oramus, ſicut Iudęi ad occidẽtẽ, & Saraceni ad meridiem.

ridiem. Et ſi quæras, an inuitati venerint Magi per prędicationem, aut alicuius doctrinam? Reſpondeo ꝙ non, & quia nullũ habuerunt inuitatorium, poſſunt dicere. Nemo nos conduxit. Et ideo hodie nullũ in matutinis dicitur inuitatorium. In his dantur doctrinæ regibus, & principibus ꝙ tales ſint quales iſti, quia dignitas illa re qui it hominem totaliter Deo deditum, & ipſum requirentem. Prima doctrina eſt, ꝙ ſicut ab oriente Magi venerunt ad Chriſtum natum, vbi ſol oritur & dies incipit. Sic reges ab ortu ſuo debent quærere dominũ in toto corde ſuo, vt a ſolis ortu vſq; ad occaſum, id eſt a tẽpore, quo ſol eis oritur vſq; ad tempus, in quo eis occidit, laudabile ſit nomen domini. Secunda doctrina eſt in eo ꝙ tres reges venerũt ad Chriſtum, & a Chriſto illuminati ſunt, denotatur ꝙ cor regis maximè in manu Dei eſt.

C *Epiphania domini. Quo reges venerunt ſine inuitatorio, vel inuitante, et de multiplici venire.*

Tertia doctrina, vt ſicut iſti ſine inuitante & ſine prędicante ad Chriſtum venerunt ſola ſtella contenti, ſic & principes vel inclinationem habeant vt Chriſtum ſequantur, & præcepta cuſtodiant ſine inuitante. Vel ad minus cum inuitatorio bonorum virorum accedant ad Chriſtum, ita vt nõ audiãt mala inuitatoria. Nam & miniſtri diaboli habent ſua inuitatoria, quibus faciliter aſſentiuur. Inuitant enim alij ad luxuriam & turpem vitam, & abominabilem ducendam, Deo & hominibus odioſam, qui dicunt illud inuitatorium Sap. 2. Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tãquam in iuuentute celeriter. Non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, non ſit pratũ quod non pertranſeat luxuria noſtra. Hæc eſt ſors noſtra, hęc eſt pars noſtra, hoc eſt totum bonum quod habemus in hoc mundo, dare ſibi de bono tempore. Ecce peſſimum venite. Credite conſilio ſapientis. Fili ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis, id eſt ſi te lacte delectationis monuerint. Cui conſilio credebat rex Dauid dicens. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Alij inuitant ad ſuperbiam & pompam, auaritiam & ſtultã ſui reputationem opprimendo populum, qui dicunt. Venite Pharaonis. Exod. 1. Venite ſapienter opprimamus populum iſtum ne multiplicetur per inuẽtiones peſſimas ad tenendum magnos ſtatus ad implendum arcas auro & argento. Tollite tales inuitatores & talia inuitatoria ab auribus principum. Hoc non dico, ſed ſapiens Prouerb. 1. Si dixerint veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem, omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs, ſortem mitte nobiſcum, marſupiũ ſit vnum omnium noſtrum. Fili mi ne ambules cum eis, vt dicat princeps cum Dauid. Pſal. 100. Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum. Et ita ſi tales reges venerunt ſiue inuitatorio ad Chriſtum, ꝙ modo veniamus ad Chriſtũ, vel cum inuitatorio. Et ſi eccleſia non faciat his regibus inuitatorium, nihilominus paratus eſt Deus vt ſit inuitatorium ſi opus ſit, & iam in aliquibus eccleſijs illud inuitatorium reſumpſerunt.

Quid ergo quæſierunt Magi? Certè vbi eſt, qui natus eſt rex, adducentes probationem, vt fidem facerent regi dicentes. Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus, &c.

Sed vbi inuenietur, an in curia Herodis? Videtur ꝙ ſic, quia Herodes prius Gẽtilis, poſtea factus eſt circunciſus, & Iudæus, & amplexus eſt legem Dei ipſe & ſui. Reſpondetur primò ꝙ multi volunt fieri ſacerdotes vt habeant multitudinem bonorum eccleſiæ. Sic iſte vt teneret regnum cum pace, & voluntate Iudęorum circuncidit ſe, & non propter amorẽ Dei. Erat enim groſſus Iudęus, ſicut multi ſunt groſſi Chriſtiani. Fecerat enim ad inſtar cati, qui vt liberius caperet ratum finxit ſe velle eſſe eremitam, & ſuſcepit habitum religioſi. Dicitur ſecũdò ꝙ non poterat inueniri rex iſte in curia Herodis. Ratio eſt, quia Herodes non libenter audiebat veritatem, immo audiens hæc Herodes turbatus eſt. Veritas enim non habitat vbi de ea non curatur, & vbi repudiatur, & vbi ei non præſtatur auris. Et ideo quando princeps ſurdus eſt ad veritatem, veritas non habitat cum eo. Ille ſcilicet qui dicit. Ego ſum via, veritas, & vita. Dicebatur

D *Epiphania domini. Chriſtus non eſt inuentus in curia Herodis, quia nõ audiebat veritatem.*

cebat Herodi ꝙ veritas de terra orta ē, ſed diſplicuit ſibi & turbatus eſt. Si autē veritatē libenter audiuiſſet, neq; timuiſſet, neque turbatus fuiſſet. Scriptum eſt.n.pſ.90. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno, ideſt ſi corona hominum, qui diligunt veritatem loqui circundetur rex, non timebis a timore nocturno. Timor nocturnus eſt timor prædonum & latronū. Sed ſi dicta fuiſſet Herodi veritas tota ipſe non timuiſſet timore nocturno, ne ſcilicet quis veniret ad deprædandum regnum ſuum. Et ideo ſi veritas audiatur in auribus principum, proijciet omnem prędonem & latronē & exterminabit, ita ꝙ non timebis, &c. Hic enim timor ſolum eſt de nocte ignorantiæ, non de die veritatis. Nam lux fugat noctuas. Sed multi nunc piſcantur in obſcura, & turbida aqua, q̃ eſt ſine claritate veritatis, pręcipuē iſti curialiſtæ & milites. Videtur ꝙ ſit diluuium, quia ſupra montes aurum piſcantur & gallinas, & ſimiliter commiſſarij habentes ruinoſas commiſſiones. Et ſic omnia furātur, quia non eſt qui audeat contra eos loqui veritatem.

E Epiphania domini. Iudæi nō curabant de veritate, & defecerunt reſpondētes Herodi.

Sed dices, dato ꝙ in Herode non eſſet veritas, nec libenter audiret veritatem fidei, tamen ſui officiarij, & propinqui libēter audiebant. Sed hoc non, quia turbata eſt omnis Hieroſolyma cum illo. Vtrum Symeon, vtrum Anna vidua, vtrum Zacharias ſacerdos de Hieruſalem, vtrū ſancti viri? Non, ſed omnis Hieroſolyma, id eſt officiarij omnes Herodis ne perdant officium ſuum ad mutationem regni. Sicut enim cum oculus videt totum corpus dicitur videre, ſic oculi reipublicæ turbantur, qui ſunt officiarij dicitur tota Hieroſolyma turbari. Nam tales cum audiunt verbum tangens regem dicunt, Hoc regi diſpliceret, nō plus loquamini de hoc, rex iraſceretur. Primo itaque officiarij ſicut & princeps eorum non libenter audiebāt veritatem, quia Prouerb. 29. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habebit impios. Secundo veritatē neſcierunt celare neque diſſimulare. Debent enim officiarij conſiderare diſpoſitionem & conditionem regis, & ſecundum hoc ſicut homo meliorem habet appetitum vno tempore, quàm alio, ſic melius audit veritatem vno tempore quàm alio. Sed iſti neſcierunt celare, quia interrogantì Herodi reſponderunt veritatem, vbi nō oportebat, cum tñ ſecundū ſecundū Poetam. Et quandoque nocet omnia vera loqui. Si enim reſpondiſſent ſicut alias dixerunt, Chriſtus cum venerit nemo ſcit vnde ſit, hunc autem ſcimus vnde ſit, tunc ſapientiſſime & ad pacificandam iram reſpondiſſent. Sed vt placerent & vt viderētur ſcioli reſponderunt. In Bethleem Iudę, & ad hoc auctoritatem allegauerunt. Tertio tacuerunt veritatem illam quæ furorem regis debebat pacificare, & partem ſcripturæ tantum produxerunt, quæ poterat excitare furorem, ſcilicet ꝙ naſceretur in Bethleem ſicut alij, & ꝙ regeret populum domini, ſed non dixerunt quod poterat regis iram mitigare, ſcilicet & initium dierum eius a diebus æternitatis. Nec eſt mirabile, quia homines iſti erant homines prędales iuxta regē, quia qualis princeps tales officiarij: Herodes nihil valebat ideo nec ipſi. Cognoſcebant autem ex ſcripturis ꝙ Chriſtus dominaretur in pace, in virtute, & ꝙ vocaretur fortis, admirabilis, cōſiliarius, princeps pacis, pater futuri ſecūli, & ꝙ regnaret rex & ſapiens eſſet, & faceret iudicium & iuſtitiam in terra. Ideo poterant dicere intra ſe. Nos non ſumus tales quales rex iſte quæret, nō eſt quod nos oportet habere. Aues prædales nunquām habent roſtrum rectum, ſed tortuoſum, ſed bene aues domeſticę, & ſimplices. Sic iuſti plane loquuntur, homines vero mali & ad prędam proni, fictè. Pſ. 14. Qui loquītur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Sic ergo in curia Herodis non inuenitur Chriſtus, quia ab illa curia procul pellitur veritas. Nam Pſ. 88. ait. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, ſcilicet Chriſto. Ideo ſi expellatur ſocietas eius & ipſe. Vnde in paradiſo & in delicijs inuentus eſt ſerpens mendax, in naui & in periculo inuenta eſt columba verax, quæ veritatem pede & roſtro attulit, ita ꝙ per eam Noe de veritate certus fuit. Sic in paradiſo curiæ Herodis & in delicijs

delicijs eius inuentum eſt mendacium, in pauperibus & ſimplicibus inuenitur veritas. Et vocauit eos occultè, & diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et poſtea miſit illos in Bethleē dicens. Ite & interrogate de puero hoc. In hoc culpatur Herodes & principes, qui primo & diligentius inquirent de aſtris & de rebus de quibus nihil poſſunt ſcire, & quæ ad eos non ſpectant. Actuum. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et de ſalute ſua nihil inquirunt, vt Herodes, qui diligentiſſimè de ſtella & de tempore ſtellæ inquirebat, & regibus iubebat, vt inquirerēt de puero Ieſu. Vt & ego veniens adorem eum. Mentiebatur, quia homo vanus vt exaltetur ad mendacia ſe conuertit. Nō enim veritas, nec veritatem dicere exaltaret eum. Nam homines vanos nūquā exaltat veritas, quia ex uero nūquam ſequitur falſum, niſi ſit aliqua pręmiſſa addita falſa inutilis & inanis, vt cum quis alium accuſando dicit verum, & veritatem vbi tamen non oportet, vt ſit bonæ æſtimationis dicendo veritatem, & tunc liberius admiſcet falſa. Malū enim ſi eſſet per ſe ipſum deſtrueret, vt dicitur. 4. Ethicorum, ſic & falſum. Et ideo oportet ꝙ coleretur aliqua ſpecie bonitatis vel veritatis vt homo reputetur. Sic quia Herodes vanus erat, & non niſi dominari appetebat, mentitus eſt, quod dedecebat regem, ſed mendacium ſuum colorauit ſpecie religionis quaſi vellet adorare Chriſtum, vt reputaretur, deuotus.

Ignauia Iudæorū, & Herodis malitia aperitur.

De eodem feſto, Serm o IIII. & in ordine LXVIII. per thema præcedens.

ARiſtoteles quinto Ethicorum dicit ꝙ ſubditi debent honorem principij, ſed propter hoc princeps debet eis ſubuentionem. Vna enim bonitas aliam requirit. Et ſi princeps ita faciat diligitur & amatur a populo. Non mirum ergo ſi hodierno die quæritur rex vbi ſit natus, quia licet quærat honorem ſibi debitum a populo, tamē vnam habet conditionem quam non habent cæteri reges, quia illi habent regnum ſuum ſub pedibus ſuis, vel ſaltem ſubtus humerum ſuum ad calcandum, vel ſaltem ad amplexandum bona eius. Eſaiæ. 1. Principes tui infideles ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequū tur retributiones. Sed iſte habet ſuper humerum ſuum. Eſaiæ. 9. Cuius Imperium ſuper humerum eius. Et hoc ad portandum, non ad tollendum lanam & exponendum oues frigori, ſed ad deportādum eas ad ſtabulum proprijs humeris. Eſa. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, & in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fętas ipſe portabit. Paſcet gregem ſuum ſiſtula conſolationis & virga tribulationis, ſed fętas id eſt debiles ipſe portabit. Magnæ vitæ eſſet rex ille ob cuius vitam ſpōte ſe ſubderent ſibi reges & terram ſuam, ſed adhuc magis admirabilis ſi ante annos diſcretionis. Huic autē etiam ante diſcretionis annos ſecundum naturam obediūt & cęli & terra, nobiles & ignobiles. Et verè ratio erat, qa ſi Angeli qui ſuperiores ſunt iuſſi ſunt obedire & adorare, quos non venerat redimere, quia non ceciderant, & qui ceciderant eis non pepercit, iuxta illud Hebręo. 1. cum introduxit primogenitū in orbem terræ dixit. Et adorent eum omnes Angeli Dei, quanto magis puluis & cinis quæ tantum reputata eſt apud eum, vt eam dignaretur aſſumere, dotare, & pro ea mori, & hodierna die ad agnitionem ſui perducere, cum apparuit in Bethleem cum Maria matre ſua, quam conſtituit reginā miſericordiæ, & aduocatam noſtram. Igitur ad eam confugiamus dicentes, Aūe.

A Rex Chriſtus.

Rex Chriſtus habet vnam cōditionē quam nō habent cæteri reges.

VBi eſt qui natus eſt rex? Certè ſi fieret nobis iſta quæſtio, neſcio quid reſponderemus. Forte natus eſt nobis, & in nobis, & pro nobis in die natiuitatis ſuæ, ſed hodierno die propter fatuitates, quæ fieri ſolent amiſimus etiam cum deberet apparere in nobis. Non enim immediatè poſt natiuitatem in vtero apparet eſſe infantulus in eo, ſed paulo poſt. Certè ſuffocamus eum ante apparitionem eius. Et ideo ad iſtam quæſtionem poterimus reſpondere

illud

illud reſponſum Cain, qui ſuffocauit fratrem ſuum. Neſcio domine, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego, perpetuus? ſcilicet quaſi diceretur. Tedio habeo illum tādiu portare & cuſtodire. Ita quòd ſolebat hæc dies dici dies regum, ſed nunc poteſt dici dies villanorum, quia pluſima mala fiunt & vix corrigi poſſunt, & quando creditur fieri correctio inuenitur obſtaculum. Sed timete eum cum deberet in vobis apparere dulcis & amabilis, ne vobis appareat terribilis, ſecundum illud Pſ. 75. Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ. Hoc bene timebat Berengarius propter hæreſim quam aliquando tenuerat, licet eam poſtmodum abiuraſſet, qui obijt in die Epiphaniæ. Si ergo perdideritis eum in hac tam ſacra ſolemnitate vbi eſt multiplex feſtiuitas quærite illum ſolicitè. Paruulus eſt, cum diligētia cuſtodiri debet habitus, & inquiri amiſſus. Si ita diligenter quærebant eum illi reges, qui ſolam habebant ſtellæ monitionem, nullis exemplis præcedentibus, quanto magis nos qui tot habemus exempla, eum debemus quærere, & ad diſſoluendum quæſtionē illam ſtudere. Vbi eſt qui natus eſt?

Quærendus eſt Chriſtus diligēter non in curia Herodis.

B

Epiphania domini.

Stella. i. gratia perditur in curia Herodis, id eſt diaboli.

Poſtquam dictum eſt, ꝙ non inuenitur Chriſtus in curia Herodis. Nunc reſtat oſtendere quomodo inuenitur in curia Ioſeph & Mariæ.

Itaque vt dicit textus, miſit Herodes Magos in Bethleem, & cū receſſiſſent ecce ſtella quam viderant in Oriente antecedebat eos. Ex quo textu innuitur, ꝙ perdiderant reges ſtellam intrando curiam Herodis, vbi ſumi poſſunt duæ doctrinæ. Prima eſt. Non eſt mirandum ſi in curia Herodis Magi ſtellam amiſerunt, & Petrus in curia principis Chriſtum negauit, nam ſecundum Pſ. 10. diabolus ſemper ſedet cū diuitibus, non cū pauperibus in occultis, vt interficiat innocētem. i. Chriſtū, vel pauperem populū, vt eū exactionibus & taleis vexent. Scđa doctrina, ꝙ ſi quis in curia diaboli perdidit ſtellā. i. gratiam portando ſigna diaboli in pompis & apparatibus ſuperbiæ, econtrario in pęnitentia debet portare ſigna humilitatis, quæ ſunt ſigna pueri Ieſu, & ſic inuenietur ſtella. i. gratia & fama perdita. Nam iſti tres reges propter Herodem (qui interpretatur glorians in pellibus) perdiderunt ſtellā, quia qui gloriantur in pellibus, id eſt in apparatibus mundanis gratiam perdunt. Sed dimiſſo Herode viderunt ſtellam & inuenerunt dn̄m, quo inuento per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Similiter ꝙ vult inuenire dn̄m per gratiam, & ſtellā. i. claritatem ſuæ famæ, debet per aliā viam reuerti, & ſigna laſciuiæ & mundi deponere, ſicut dicit Apoſtolus. Sicut portauimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem cęleſtis. 1. Cor. 15. Et 1. Timo. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Vſque dū veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno. Magnum enim gaudium eſt ſecularibus & ſubditis etiam religioſis videre ſtellam ſtantem, i. bonum prælatum vel priorem. Sic enim Magi, id eſt ſimplices ducuntur In Bethleem, id eſt in eccleſiam vbi inueniunt Ieſum cum Maria matre eius, & ductu illius ſtellę boni fiunt, id eſt illius bonæ antecedentis perſonę exēplariter oſtendentis viam virtutum. Aſpectus enim huiuſmodi ſtellæ, id eſt bonæ perſonæ ſolet intuentes recreare. Quadruplex tamen inuenitur ſtella in ſacro eloquio, ſcilicet ſtella ducens ad Chriſtum, ſtella perferēs Chriſtum, ſtella ornans cęlum, & ſtella cadens in terram. Stella ducens ad Chriſtū eſt bonus prælatus, & maximè gratia Dei. Inde Augu. Sicut nauis fracto gubernaculo non vadit quo gubernator vult, ſed quo tempeſtas eam impulit, ſic homo perdito auxilio gratiæ Dei per peccatum, non facit quod vult, ſed quod diabolus vult. Stella perferens Chriſtum eſt Maria, de qua canitur. Sicut ſydus radium profert virgo filium pari forma. Hinc dicitur ſtella maris, quæ ducit ad portum ſalutis. Sicut enim ſuper portum grandis lucerna erigitur, vt nauigantes in obſcuro noctis viam ad portum teneant, ſic Maria ſtella clariſſima ſuper portum, id eſt altare in eccleſia erigitur vt nauigantes in obſcuro noctis viam ad portum teneāt ſalutis, immo ipſum portū tenens in gremio

C

Stella. De quadruplici ſtella.

depingitur. Hic eſt Chriſtus, qui eſt ſalutis portus, ad quem Petrus, vt citius feſtinaret, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare. Aliæ mulieres faciem & corpus veſtimentis & rebus alijs adornant, vt diligantur, Maria præmium dilectionis nobis expoſuit, ſcilicet filium ſuũ dicens. Si me dilexeritis, filium meum florem pulcherrimum dabo vobis. Tertia ſtella eſt adornans cęlum, ſcilicet beati. Eccl. 43. Gloria cęli ſplendor ſtellarũ. Sicut enim qui ſunt in via adornant eccleſiam militantẽ ſuis exemplis, ſic qui in patria triumphantem. Sed quarta ſtella cadens in terram ſunt reprobi, de qua Apoca. 6. Et ſtellæ ceciderũt de cęlo. Et intrantes domum inuenerunt puerum. Sed hoccine eſt quod quæritis o beati Magi? quæritis puerum & infantem? Non enim magni parua petunt, ſed magna. Magnanimos enim principes magna decent. Quid ergo quæritis paruulũ? Præterea quid eum quęritis regem? Nonne ſcriptum eſt: Væ terræ cuius rex puer eſt. Cur ergo puerum quæritis vt regnet in vobis? Certè regẽ quærimus & paruulum & magnum. Quærimus paruulum in terra, ſed magnum in cęlo, latentem in pānis, ſed regnantem in cęlis. quem præſepe continet, & mundum claudit. Paruulum corpus quęrimus, ſed magnam animam & maiorem diuinitatem deſideramus. Parum de terra quærimus, ideo corpore paruulum appetimus, ſed magnum in cęleſtibus cõcupiſcimus, quia talia deſideramus. Et quo ad hoc ꝙ dicitis ꝙ regem quærimus puerum, verum eſt, ſed illum de quo ſcribit vates. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius Imperium ſuper humerum eius. Verum eſt tamẽ quod allegatis de illo de quo ſubſequit̃. Et principes mane comedunt, ideſt capiunt morſellum, quia quando vnuſquiſq; trahit ad ſe in regno, male omnia regũtur. Omne. n. regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Quærimus puerum, qui etiam vir eſt, quia fęmina circundabit virum. Et ſic quæſierunt ꝙ tandem inuenerũt mediante lumine ſtellæ. Res enim parua quando amiſſa eſt, oportet ꝙ lumen accendatur ad inueniendum eam. Sic Chriſtus paruulus erat,

D Epiphania domini. Qũo reges quærebant regem paruulum et magnũ.

& perditus in gẽtilitate, ideo oportuit ſtellę lumen ad inueniendũ eum. Inuenerunt ergo puerũ. Et quia qui appropinquat ſacco pleno ſpeciebus, non eſt poſſibile quin aliquid vel ſaltem odorem percipiat ſpecierum, ſic appropinquantes puero odore diuinitatis ſuæ ſic tracti ſunt, ꝙ procidẽtes adorauerunt eum. Tunc paries gentiũ ad parietem cucurrit Iudęorum; oues ad ouile conuenerunt ad paſtorem vnũ, vt lapis reprobus fieret in caput anguli, duos in ſe parietes coniungens, vt fieret vnum ouile & vnus paſtor. Tunc ſolitudo gentiũ facta eſt ſicut lilium inter ſpinas, & amica inter filias. Tunc eccleſia gentiũ olim ſterilis cępit parere plurimos, qñ ſui primitias in tribus magis regẽ regum adorare miſit, & quę multos habebat filios ſynagoga cępit infirmari, quę vaticinijs prophetarũ & legis edocta Chriſtum eſſe quem adorant Magi, nõ regiũ ei honorem exhibere, ſed hoſtilem ſeuitiam in eum exercere cogitauit. Inde Oſeæ. 1. Congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter, & ponẽt ſibi vnum caput. Immo magis videtur verificatum illud Pſ. 10. A generatione in generationẽ veritas tua. Veritas. n. fidei a generatione Iudæorũ, tranſijt ad generationem Chriſtianorum per magos Gentiles. Tranſit autem ab ablatiuo in accuſatiuũ, quia ab eis ablata eſt lex & veritatis intelligentia, ſicut hæreditas trãſit a progenie in progeniem. Fides. n. eſt mobile bonum. Nam de ipſa claritate legis Iudæi cęci facti ſunt, & de radio ſolis cęcabantur. Poterat. n. quiſq; eorũ dicere. Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio, Pſ. 101. quæ lumẽ ſolis videre non põt. Vnde ſicut Iſaac caligatis oculis multa de filio ſuo Iacob vera prædixit, quem tamẽ non cognoſcebat ſic & Iudęi multa vera de Chriſto prædixerunt, & dixerunt magis & Herodi, quẽ tamen cognoſcere noluerunt. Et Heli exẽplo lucernam donec extincta eſt inter eos per mortem, videre non potuerunt. Oblatus eſt eis fons de ciſterna Bethleẽ, & bibere noluerunt, ſed in terra ſanguinẽ eius fuderunt & domino libauerunt. Clara fuerunt initia Salomonis, ſed finis eius obſcurus & tenebroſus. Et qui ab initio viam

Eccleſia gentiũ & Chriſtianorum cępit parere plurimos ĩ hoc die.

domini

domini excellentiſſime docuit, in finé per eam non ambulauit. Prope Dauid iacebat Abiſac Sunamitis, & non cognouit eam Dauid, quia ad manus habebat Iudaicus popolus ſcripturas in quibus iacebat diuina ſapientia, & tamen eam non cognouit. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera. Tunc impletum eſt illud. Pſ. 71. Reges tharſis & inſulæ munera offerent. Sic & ſpirituales viri debent pro corporalibus muneribus iſtorum triũ regum munera ſpiritualia offerre. Vnuſquiſque enim vir ſpiritualis eſt in ſe quaſi tres reges, quia tribus præſidet gubernandis. Debet enim regere cor, linguam, & manum, ſecundum illud Pſ. 23. Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Latum eſt regnum manus, latius linguæ, ſed latiſſimum cordis, quia magnum eſt eſſe mundum a peccato operis, maius a peccato linguæ, maximum a peccato cogitationis & volũtatis. De primo dicitur. 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. & Iob. 9. Si lotus fuero quaſi aqs niuis, & refulſerunt velut mũdiſſimę manus meę, tamen ſordibus intinges me. & Eſaię. 64. Immundi ſumus omnes nos, & quaſi pãnus menſtruatę omnes iuſtitiæ noſtræ. De ſecundo dicitur Iaco. 3. Si quis in verbo non offendit hic perfectus eſt vir, & Iaco. 1. Si quis religioſum ſe putat non refrenãs linguam ſuam, huius vana eſt religio. Et ibidem. 3. Omnis natura beſtiarum & volucrum & ſerpentum & cæterorum domantur & domita ſunt a natura humana; linguam autem nullus hominum domare poteſt. De tertio dicitur Prouer. 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? & Apoſtolus. 1. Cor. 4. Nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et hæc tria ſunt, quæ Chriſto offerre debemus cum Magis. Aurum quidẽ quod inter cętera metalla præſtat, ideſt deuotionem & ſynceritatem cordis, quæ potiſſima eſt. Thus, ideſt obſequium linguæ, qa ex ore non debent ſpirare verbera ſętentia & immunda, ſed eloquia caſta & ſuauem paradiſi odorem ſpirantia, ita vt dicatur Chriſtiano. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, &c. myrrham, ideſt mortificationem carnis per opera pęnalia. Vnde ad vnumquodqꝫ regnum huiuſmodi gubernandum ſic, qꝫ fiat per ipſum gratum munus & obſequiũ Chriſto tria requiruntur, ſcilicet conſiliũ, iudicium, & iuſtitia. Nullus enim poteſt commode regere niſi habeat peritos conſiliarios, & iuſtos iudices & diſcretos & iuſtitiæ executores. Conſilium neceſſariũ eſt, quia facta & verba & cogitatus de cõſilio debent procedere. De factis Prouer. 4. Palpebræ præcedant greſſus tuos. Et ibidem. 24. Conſilio initur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia. Eccl. 32. Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pęnitebis. De verbis. Eccle. 22. Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba vero prudentum ſtatera ponderabunt. In ore fatuorũ cor eorum, & in corde ſapientum os eorũ. De cogitatu habetur Prouerb. 8. Ego ſapientia in conſilijs habito, & eruditis interſum cogitationibus. Et ſic noſter interior homo debet omnia agere cum conſilio. Similiter de iudicio omnia dicta, facta, & cogitationes debent examinari & dijudicari. Gene. 49. Dan iudicabit populum ſuum, ideſt illa tria prædicta quę ſunt populus cuiuſlibet hominis. & Eccle. 10. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, principatus ſenſati ſtabilis erit. Similiter iuſtitia, vt ſi factum, verbum, vel cogitatus dãnatione digna fuerint, damnentur ſecundum illud Matth. 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te &c. Expedit enim vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus eat in gehennam ignis. Obtulerũt aurum, thus, & myrrham. Iſta tria debent religioſi offerre Chriſto. Aurum ſapientiæ in capitulo, thus deuotæ orationis in oratorio, myrrham, ideſt carnis mortificationem in refectorio & dormitorio, ne pluſquam expediat comeſſationibus dediti incidant in lapſum carnis. Venter enim & genitalia ſunt vicina, vt vicinitate corporali intelligatur confœderatio vitiorum. Inde Hierony. Venter mero æſtuans, facile deſpumat in li-

E

Rex.

Rex iuſtus eſt in ſe quaſi tres reges habẽs tria regna.

Quæ sũt illa quæ offerre Chriſto debemus.

Reges & principes quid potiſſimum habere debeant.

F

Religioſus.

Religioſus debet offerre Deo aurũ thus, & myrrhã.

in libidinem, ſicut olla quanto plenior eſu carnibus cum bullit, tanto maiorem ſpumā reddit. Olla iſta luxurioſus eſt cui ſupponitur ignis tentationis pulchritudine verborum & nobilitate mulieris, & pretioſis cibarijs tanquam diuerſis lignis accenditur, & aquis delectationis cor carneum decoquitur, bullit per inordinatum ſermonem, & tandem ſpumat per libidinem. Sed duplex eſt aurum, ſcilicet verum & ſophiſticum. Aurum verum ſapiētia de æternis, aurum ſophiſticum ſapientia de mundanis, quam habent qui proximos ſciunt defraudare, diuitias multiplicare, de qua Apoſtolus. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, & Eſa. 29. Perdam ſapientiam ſapientium. Sed fatuiſſimè aurum verum contemnentes aurichalcum ſibi comparant, qui lege domini contempta ad leges ſeculares clerici, ad fraudes laici ſe transferunt, plus deſiderantes eſſe in Aegypto Magi Pharaonis, quàm cum Moyſe & Aaron educere populum Dei ad terram promiſſionis. Plus eligunt innocentes deprimere, & coram Herode iniuſtas cauſas fouere, quàm cum tribus Magis aurum, thus, & myrrham Chriſto præſentare. Plus deſiderant filios Herodis fieri, quàm Chriſti. Herodes poſteris ſuis palatia, poſſeſſiones terrenas reliquit, & tandem pœnas æternas. Chriſtus vero filijs ſuis paupertatem, tribulationes, & in fine regnum cœlorum. Plus enim deſiderant ſuccedere Herodi in diuitijs, quàm Chriſto in paupertate. Verùtamen uirga Moyſi uirgas Magorum deuorauit, quia ſapientia Chriſti ſapientiam mundi demonſtrat eſſe uanam. Nō offeramus ergo puero iſto aurum falſum pro bono, quia cum ſit ſapientiſſimus & decipi non poſſit, diſpliceret ei, & beata virgo benigna eſt, quæ offendi non debet. Sed dices, vbi acquiram puriſſimum aurum ad opus paruuli? Reſpondetur quòd in Euilath, quia aurum terræ illius optimum & puero gratiſſimum. Euilath interpretatur dolens. Si doleas pro peccatis tuis, hoc eſt aurum optimum. Obtulerunt inquam aurum, thus, & myrrham, ſed multi non offerunt, ſed auferunt. Illi quidem aurum non offerunt, ſed auferunt, qui pauperibus non dant eleemoſynas, ſed ſtudent à ſubditis per nefas & ſimoniam pecuniam extorquere, cuiuſmodi ſunt nunc plurimi, quia Hiere. 6. a minori uſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, a propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Secundò non offerunt thus, ſed auferunt, qui deuotionem populi de reddendis decimis, de oblationibus faciendis, de officijs eccleſiæ diligendis propter enormitatem vitæ eorum minuunt & tollunt, ſicut filii Heli. de quibus. 1. Reg. 2. Erat peccatum filiorum Heli grande. Detrahebant enim populum a ſacrificio Dei. Tertiò non offerunt myrrham, ſed auferunt, qui tantum ingluuiei & voluptati carnis deſeruiunt, quòd ſubditos ad carnalitatem non ad carnis mortificationem ſuo exemplo trahunt & facto corrumpunt. Sicut canis qui ducit cæcum deuians in lutum propter os uel aliud emolumentum ſecum trahit cęcum quem ducit, quibus dicitur Malachiæ. 2. Receſſiſtis a uia, & ſcandalizaſtis plurimos in lege.

G Sapiētia. De duplici ſapientia ſub nomine auri.

H Epiphania domini. Quidam ſunt, qui munera Magorum auferet Deo non offerunt.

Sed dubitatur cum obtulerant reges iſti Chriſto aurum in ſignum regni cur non habet ſceptrum aureum ſicut & reliqui omnes reges? Dicitur enim de Chriſto in Pſal. 2. Reges eos, in virga ferrea, non aurea? Reſpondeo quia forte aurum non eſt apud Deum precioſum. Nam Sapien. 7. omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua. Ferrum autem apud ipſum Magis eſt precioſum, quia Dan. 4. ferrum domat omnia, & ideo ferrum Magis congruit rectitudine iuſtitiæ. Inde dicitur Eccleſiaſtici. 9. Noli quęrere velle fieri iudex, niſi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Aurum uero repugnat, & uenenum eſt iuſtitiæ, quia aurum & argentum ſecundum Senecam auaritiam noſtram irritant, & oculos iudicum excecant ne rectè uideant. Ideo de Chriſto ſpecialiter dicitur Apoca. 12. Qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea. Et reſponſo accepto ne redirent ad Herodem, &c. Ecce quomodo in fine ueritas patuit, quam mendacio ſuo celauerat Hero-

I Chriſtus. Quare Chriſtus non dicitur habere ſceptrū aureum, ſed ferreum.

K Veritas. Finaliter veritas vincit,li cèt oppri mi poſſit.

Herodes, dicendo ſe velle adorare Chriſtum,quem tamen intendebat occidere. Veritas enim cõmuniter a magnis & publicis viris non ſolum celatur, ſed etiam opprimitur.Eſa.49.Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longe ſtetit,& veritas corruit i plateis.i.in publicis viris qui videnť plateę publicę.Finaliter tamẽ præualet & ſe omnibus manifeſtat.Similis oleo quod ſub aqua poteſt aliquandiu deprimi, ſed non poteſt ibi diu detineri, quia ſemper ſolet eleuari.Sicut enim lux ſolis licet aliquando ſupprimatur a ſpiſſis nubibus & obſcuris, ita ꝙ apertè radiare non poſſit, finaliter tamen diſpergit nubes,conſumit & euacuat, & ſe claram manifeſtat. Nec in ipſo actu nubeæ obſcuritatis lux vnquam ſolis taliter obtun ditur,quin aliqualiter nubem penetret & exterius demonſtretur. Sic veritas nunquam errorum,fallaciarum,aut violentia rum nube taliter ofuſcatur,quin aliqualiter refulgeat,& quin ſatis appareat quòd in illo negotio de quo agitur aliqua latet veritas quæ celatur. Finaliter uero quicquid tardet nubes errorum, fallaciarum, & violentiarum uirtute veritatis euaneſcit, immo quocumque modo opprimatur,finaliter dat victoriam poſſeſſori ſuo in iudicijs,cauſis & alijs eiuſmodi. 2.Eſdræ.3.Super omnia autem vincit veritas.Et quod plus eſt,quamuis veritas a ſuis hoſtibus perſequatur,tamen ab eiſdẽ ſæpe approbatur.Patuit in Achior qui hoſtis erat Iudæorum,& tamen teſtimoniũ, prohibuit veritati,& in ipſo perſecuta veritas eum ad ſalutem perduxit. Et ideo orabat Pſalm.42.Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerũt in montem ſanctum tuum,& in tabernacula tua.

A Baptizari. Propter tria Chriſtus a Ioãne baptizari voluit.

In eodem feſto,Sermo V.& in ordine LXIX.& ſpecialiter de baptiſmo Chriſti, eo quòd tali die Chriſtus legitur fuiſſe baptizatus,& hoc per thema.

VOx domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. Pſal.28. Quæritur vtrum debuit dominus a Ioanne baptizari? Et videtur quòd non,quia totus erat mundus. Inde Bern.Baptizari vis domine?quid tibi opus fuit baptiſmate? Nunquid ſano opus eſt medicina, aut mundatione mundo? Lux non indiget aqua, tu autem lux mundi. Quid domine inter peccatores baptiſmũ quæris, qui nullum vnquam malum egiſti? Reſpõdetur.quòd Chriſtus voluit baptizari propter multa. Primo vt nos doceret libenter accedere ad eccleſiæ ſacramenta, cum indigeamus eis tanquam ſalutaribus remedijs,cum tamen ipſe non indigeret. Sed ſicut dicit Chryſo. ſuper epiſtolam ad Hebr. ſicut magiſter ſutor ponit genua in modum ſcruuli, & oſtendit quomodo ſuere habeat famulus quãuis hoc nõ propter ſe,ſed propter ſeruum indigeat,ſic Chriſtus.In quo nobis datur documetum libenter veniendi, etiam ad ſacramẽtum confeſſionis.Libenter enim veniendum eſt ad manum illam, ad quam datur ſpiritusſanctus.Actuum 8.Imponebant manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritum ſanctum.Sacerdos etiam quodammodo in manibus ſuis tenet & continet ſpiritum ſanctum, pro quo interrogatur Prouer.30.Quis cõtinuit ſpiritum in manibus ſuis? Cum autem aues naturaliter, ſylueſtres libenter veniant ad manum eius a qua conſueuerunt alimoniam accipere,& ſic fiãt domeſticæ, mirum eſt quo modo homines non domeſticatur ad manum ſacerdotis,a qua tantum donum accipiunt. Vnde habent ſacerdotes manus vnctas, quia dant quodammodo ſacram, ſpiritusſancti vnctionem.Item mirum eſt quomodo non veniunt ad manum cuius impoſitione abſoluuntur, a fune quo, ſuſpendendi erant in inferno. Secundo ſecundum Auguſt.lib.4. de mirabilibus, Chriſtus baptizatus eſt, ut ſe diabolo donec tentatio perficeretur occultaret; qui velut lauacro indigens inter pollutos ablui aquis aſpicitur. Si autem dominus ſub carne quæ ſimilitudinem habebat peccatoris ſe occultauerit, quanto magis nos & noſtra bona debemus occultare qui verè peccatores ſumus. Tertiò vt impleret omnẽ humilitatis formam,Sine

Humilitatis exemplum fuit Chriſtus.

inquit,decet nos implere omnem iuſtitiã, id eſt omnem humilitatis modum. Iam enim ſuperiori ſe ſubdiderat,ſcilicet Deo patri formam ſerui accipiens,& ſuis parẽtibus qui quodammodo ſuperioris formã ſecundum humanitatem gerebant, reſtabat vt inferiori ſe ſubderet,ſed etiam inferioribus elementis vt ſic exemplũ totius humilitatis daret nobis,& eandem nobis hoc modo oſtẽderet humilitatem iã adultus,quam prius ſimili die docuerat paruus & humilis per ætatem in præſepio vili cum matre ſua poſitus,quam ſalutabimus dicentes Aue.

In baptiſmo Chriſti tria apparuerunt.

In baptiſmo Chriſti ſecundũ thema tria apparuerunt. Primo filij humanitas in carne.Secundo pater in voce.Tertio ſpiritus ſanctus in columbæ ſpecie, & de his tribus dicemus hoc ſermone.

Pro primo dicitur in textu Mat.3.Venit dñs Ieſus in Iordanem ad Ioannem vt baptizetur ab eo. In quo oſtenditur humilitas dñi, quando dominus ad ſeruũ,rex ad militem, creator ad creaturam acceſſit, vt peccator inter peccatores qui deſcendebant ad Ioannem vt baptizarẽtur ab eo.Et cum Ioannes recuſaret ait. Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, ſecundum Ambro.ſuper Lucã.Hæc omnis iuſtitia vt quod alteri iuſſeris prius tuipſe perficias, & tuo alios horteris exemplo.Quod ergo Chriſtus alijs præcepit,ſcilicet baptiſmi ſuſceptionem,ipſe prius accepit. Ac ſi dixiſſet Chriſtus.Nos miniſtri Dei ſumus,nos decet primò ante alios omnẽ iuſtitiã implere in exemplum aliorum. Contra naturã eſt ꝙ lingua ſit maior quàm manus. Res monſtruoſa eſt lingua magniloqua & manus opere parua.Chryſo.etiam ſic exponit. Sic decet nos prædicatores implere omnem iuſtitiã quã prædicamus, ſic ego prædicaturus baptiſmum prius baptizor. In hoc dedit Chriſtus doctrinã ꝙ quandoque maiores debent approbare minorũ opera,vt eos animent ad virtutẽ.Sic enim & ipſe approbauit baptiſmum Ioannis.

B Ioannes Baptiſta. An cognoſcebat dominum.

Quæritur hic primo,vtrum Ioãnes cognoſcebat dominum Ieſum? Reſpõdetur Primo ꝙ in utero matris agnouit eum & ſalutauit. Lux enim cęleſtis nullo detinetur vmbraculo. Secundo dicitur ꝙ licet in infantia videre eum potuerit,poſtquam tamen adoleuit tunc non cognoſcebat cum corporaliter. Vnde Ariſt.lib.1. de phyſio.dicit ꝙ in ſeptem annis variatur phyſionomia.Ideo nil mirum ſi tunc cũ prędicaret eũ neſciebat,niſi forte in generali.Sentiebat.n.Ioannes in prædicatione ad eius præſentiam magna chariſmata donorũ,& dicebat Iudæis.Medius veſtrũ ſtetit quem vos neſcitis,ſicut cũ quis ſentit in apotheca magnos odores, ſed neſcit cuius ſunt.Et hoc modo poteſt intelligi ꝙ neſciebat eum dũ prædicaret,licet ſciret eũ dum baptizaret. Tertio poteſt dici ſecũdum theologos ꝙ duplex eſt ſciẽtia.

Scientia duplex.

Vna quæ per demonſtrationem ſeu rationẽ acquiritur. Alia quæ per experientiã. Sicut medici cognoſcunt alicuius herbę gradus caliditatis vel frigiditatis,& ex illis arguunt naturã herbæ, ꝙ eſt ſanatiua talis infirmitatis,ſed dum vident ꝙ multos ſanauerit,tunc habent ſcientiam experimentalem.Sic dũ venit Chriſtus ad baptiſmum,ſpirituſſanti inſtinctu cognouit eum eſſe filium Dei.Sicut Symeon eodem ſpiritu inter mille cognouit puerũ Ieſum. Inde ait. Qui miſit me baptizare, ille,ſcilicet ſpirituſſanctus,licet aliqui dicant ꝙ fuerint Angeli.Diligebat.n.Ioannes ſolitudinẽ,quã tãdiu habitauerat. In quo notãtur monachi per palatia diſcurrentes.Sed dilectã ſolitudinẽ propter ſalutẽ populi reliquit ad oſtẽdendũ ꝙ etiã cõtẽplatio & deuotio poſtponẽda eſt ſaluti aiarũ.Sic ergo Ioannes ante baptiſmũ in ſtinctu ſpiritus qui rationi æquipollet cognouit dñm,poſt vero baptiſmũ in ſpecie colũbę cognouit eũ ſcientia experimentali,quia vidit ſibi non ad mẽſurã neque ad tẽpus datum ſpiritũ, ſed deſcendentẽ & manentẽ. Ideo experimẽtaliter cognouit ſicut dicit ſcriptura,qa hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto,de cuius plenitudine accepimus omnes.

Contemplatiua & actiuæ uitæ interdum cedere debet.

Secundo quæritur cur beatus Ioannes q erat in vtero ſanctificatus nõ audebat tãgere carnẽ Chriſti,cũ tñ mali auſi ſint tãgere,cũ etiã ſacerdotes quotidię ad eius tactum

C *Ioannes Baptiſta. Quare tremebat baptizando Chriſtum.*

tactũ currant. Canit. n. eccleſia. Baptiſta cõtremiſcit, & nõ audet tãgere ſanctum Dei verticẽ, ſed clamat cũ tremore, ſanctifica me ſaluator. R̃ndetur primo ꝙ nõ eſt mirabile ſi nõ audebat eũ tãgere q tangit montes & fumigãt. Dicĩ ſecundo ꝙ hoc fecit vt timeat peccator ad ſacramẽtum corporis eius accedere, qñ homo in vtero matris ſanctificatus, in deſerto cõuerſat⁹, alien⁹ a cõuerſatione, & ꝑ cõſequẽs a peccatis hoĩum nõ audet ad eũ accedere. Dĩ tertiò ꝙ obediuit tremẽdo, q a vera erat humilitas quã non deſerit comes obediẽtia. Licet. n. ex humilitate recuſauerit ꝙ petebat ſaluator, nõ tñ in hoc fuit obſtinat⁹. Sic & Petr⁹ dño volẽti lauare pedes dixit. Nõ lauabis mihi pedes in æternũ, & tñ cũ dñs inſtaret, cõſenſit, nõ tm̃ (inquiẽs) pedes, ſed & man⁹ & caput. Similiter Hieremias recuſauit officium prædicationis, ꝙ poſtea exercuit. Hiere. 1. Ex hoc inter miniſtros eccleſiæ ſolebat eſſe certamẽ humilitatis & charitatis. Humilitas refugiebat altas dignitates, charitas imperabat accipere. Sed facta eſt mutatio non dextre excelſi, mutatum eſt certamen humilitatis in certamen ſuperbiæ & cupiditatis.

Baptizatus autẽ Ieſus cõfeſtim aſcẽdit de aqua, q a nõ eſt quis aptus contẽplationi, niſi tranſierit per ſacramentũ baptiſmi, vt dicat illud Pſ. 36. Trãſiuimus per ignẽ & aquã, & eduxiſti nos in refrigeriũ contẽplationis, in quo homo quietus eſt a paſſionibus. Sic Iacob ante quàm videret dominũ, & cũ Angelo luctaretur, trãſiuit vadũ Iaboth. Vnde ibi Ambro. lib. de ſacramẽtis. Chriſtus deſcendit in aquã, ſecutus eſt poſtea ſpiritus ſanctus, vt nõ quaſi egere dñs ſanctificationis myſterio videretur, ſed ſanctificaret ipſe & ſpiritus. In nobis aũt aliter vſus habet. Nã ante fons cõſecratur, & tunc deſcẽdit qui baptizãd⁹ eſt.

Secundo ibi apparuit Deus pater omnipotens in voce, quando dominus maieſtatis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus, ad oſtẽdendum quòd per baptiſmum quis acquirit vtiliſſimam & digniſſimam filiationem, & hoc triplicẽ. Nã primo efficitur filius Dei patris per adoptionem. Hinc Apoca. 4. baptiſmus appellatur mare vitreum, quia ſicut in ſpeculo vitreo apparet imago, ſic in baptiſmo conformitatem & filiationem Dei ſuſcipim⁹. Gala. 3. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, ideſt Chriſti filiationem. Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. In baptiſmo autem dicitur homo renaſci. Nam prius naſcitur naturaliter mundo, poſtea ad eſſe ſpirituale per baptiſmum, vt dicat Deus. Hic eſt filius meus dilectus, ex quo purgatus eſt a peccato ꝑ quod erat fili⁹ diaboli, & ſic de filio iræ efficitur filius Dei. Et inde eſt quòd boni dicuntur ligna tranſplantata, ſcilicet de maledicta filiatione diaboli in filiationem Dei. Hier. 17. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit tanquã lignum quod tranſplantatur ſecus decurſus aquarum. Iſtud lignũ tranſplantatum eſt ſecus decurſus aquarum, ideſt populorum, quia aquæ multæ populi multi. Apoc. 17. Sed Chriſtus plãtatus eſt ſolum ſecus decurſum. Eſt enim decurſus culpę in quo non fuit Chriſtus. Rom. 8. Dedit filiũ ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati, ſed peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed in decurſu pęnæ fuit, de quo Thren. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Eſt & alius decurſus propter vertibilitatem naturæ in quo etiam non fuit, quia non eſt factus Deus vertibilitate naturæ in naturam, ſed vnione perſonę. Poteſt ergo dicere baptizatus. Dominus dixit ad me, fili⁹ meus es tu, pſ. 2. Sicut enim pater dicendo producit filium ſuum vnigenitum naturalem, ita dicendo gignit ſibi filios adoptiuos in regenerationis ſacramento. Accedit enim verbum ad elementum, & fit ſacramentum quo renaſcuntur filij Dei, & conſtituuntur domini dominio regali, & ideo tenentur corpus & animam ratione regere. Accipiunt autẽ Chriſtiani tanquã filij optimum patrimoniũ in baptiſmo, ſ. innocentiã & gratiã, quæ præualet oĩ auro & argento. Prouer. 22. Super aurum & argen-

D *Baptiſm⁹. Per baptiſmum acquiritur triplex digniſſima filiatio.*

argentum gratia bona, immo prępollet omni regno mundi. Quam ſi ſeruarent, facilius bonis ſpiritualibus ditari poſſent. Hinc pſ.36. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Meliorem enim partem facit pugil cum aduerſario, cum ſtat adhuc armatus ſuper pedes, quàm ſi ceciderit & arma perdiderit. Et ideo hortatur ſapiẽs. Eccle.2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia & timore, & prepara animã tuam ad tentationem, & Apoſtolus. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. 1.Cor.10. Secũdo efficitur filius eccleſię, vbi pri⁹ erat extra eccleſiam, & Chriſtianus dicitur a Chriſto, & propterea chriſmate vngitur in capite. Chriſtus enim vnctus dicitur ſecũdũ illud Pſ.44. Vnxit te De⁹ tuus oleo lętitiæ. Et ideo Chriſtianus debet habere in vertice mentis Chriſtũ & eũ imitari. Hinc Aug. Chriſtian⁹ nomẽ eſt pietatis, iuſtitiæ, charitatis, caſtitatis, humilitatis, patientiæ. Qũo ergo arrogas tibi hoc nomen, cũ nihil de tantis bonis obtineas? Si re priueris, nec nomen habere mereris, dicit regula. Et ex quo efficitur filius eccleſię debet inſtar boni filij doctrinã eius audire, & mandatis illius obtemperare, ſicut monet ſapiens Prouer.1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, ideſt menti, & torques, ſcilicet coronæ gloriæ collo tuo. Sed dolet eccleſia de multis qui ſe auertunt ab vberibus doctrinæ ſuæ, & mandatorum, quia cognoſcit ex hoc impendere eis interitum. Prouer.1. Auerſio paruulorum interficiet eos. Suſtinet tamẽ vbera ſua morderi, ideſt doctrinæ ſuę detrahi, ſuſtinet gremium fędari ab illis ſcilicet pro quibus dicitur Prouerb 9. Qui arguit impium, ipſe maculam ſibi generat, & tamen non proijcit eos, immo dicit illud Prouer.9. Qui paruulus eſt decli net ad me. Tertio efficitur filius ſpiritualis baptizantis, & tenentis eum in baptiſmo. Oportet enim ꝙ patrinus teneat vel tangat puerũ cũ baptizatur, vel aliquis gerens vicẽ ſui, aliasnon eſſet filiatio talis. Tenentes enim pro baptizato ſi ſit puer reſpõdent Credo, ideſt dabo operã vt credat ſi ſit adultus. Similiter cũ dicit Abrenuntio.i. dabo operã vt abrenuntiet, &c. Et debet tantum eſſe vnus. de conſe. diſt. 4. Si autem de more patrię duo vel tres aſſumuntur, non debent ſine magna cauſa multiplicari. Primò propter compaternitatem ſpiritualem tenentis & eius qui tenetur, & fraternitatem ſpiritualem inter filios naturales tenentis, & eũ qui tenetur & cõpaternitatẽ ſpiritualem inter parentes carnales eius qui tenetur, & eũ, vel eã quæ tenet & coniugẽ eius, ſi in coniugio eſt, quia inter tales cõtrahi non poteſt matrimonium. Secundo quia obligantur ad inſtruendum baptizatum, quod tamen rariſſimè contingit eos facere. Accenditur etiam lumẽ ſignificans lumen fidei, quod debet in manibus.i. operibus oſtendere.

Ch. iſtiani nomen quid ſignat.

Patrini officium ergo baptizatos.

Sed hic quæritur an Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis in baptiſmo? Reſpondet Richar. in tertio ꝙ nõ. Primo quia baptizans miniſterialiter dat gratiam baptizato, non ſic erat in baptiſmo Ioannis, & principaliter quo ad Chriſtum, quia erat ab inſtanti ſuæ cõceptionis plenus gratia. Secundo quia talis baptiſmus erat im perfectus, & tali baptiſmo baptizatus adhuc indigebat baptizari. Et ſi dicas ad quid ergo valebat ille baptiſmus? Reſpondet gloſ. Io.3. Quantum catecuminis nõdum baptizatis prodeſt doctrina fidei, tã tũ profuit baptiſmus Ioannis ante baptiſmum Chriſti, quia ſic ille prædicabat pęnitentiã & baptiſmum Chriſti prenuntiabat, & in cognitionem veri Dei qui mundo apparuit attrahebat, ſicut miniſtri eccleſiæ primò erudiunt venientes ad fidẽ, & poſt peccata eorũ redarguunt, deinde ĩ baptiſmo remiſſionẽ ꝓmittũt, & tũc ĩ cognitionẽ & dilectionẽ veritatis attrahũt.

E Baptiſm⁹. Chriſti. An Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis.

Tertio apparuit ſpiritus ſanctus, quia dominus ſuper aquas multas.ſ. maris, fontium, fluuiorum, puteorum, & breuiter ſuper omnes aquas naturales, & non artificiales ad eas ſanctificandum. Gen.1. Spiritus dñi, ideſt quia a Deo procedit ferebatur ſuper aquas.ſ. baptiſmi ad dãdum uim regeneratiuam, & per gratiam minorẽ mundum.i. hoĩem formãdũ in hominẽ nouũ. Cõtulit enim dñs aquis uim mundatiuã.

F Aqua. De uirtutibus datis aquæ.

Nam

Nam per aquas Deus primò mundũ purgauit in diluuio, ſed hoc per effectum valde naturæ coniunctum, quando per naturalem aquæ vim ſuffocatiuam ſubmerſus eſt mundus, poſtea maiorem virtutem acceperunt aquæ ſub lege, quando quaſdã indignitates legales abſtulit aqua, quod remotum erat a natura eius. Poſtmodum vero aquæ data eſt amplior virtus curandi, ſcilicet corporales infirmitates, ſed hoc mediante virtute angelica mouẽte aquã, vltimo verò coniuncta ei virtute diuinã ſpirituales ęgritudines in baptiſmate expellit. Ideo debet catholicus ad originem ſuam ſemper aſpicere. Locus enim generationis Chriſtianorum a quo, non eſt terra, ſed aqua, iuxta illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c. Et hoc dicit Apoſtolus. 2. Corinth. 4. Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari. Ideo vita cõgruentiſſima Chriſtiano eſt vita amara, non in delicijs. Cuius ſignum eſt quòd ſicut medici corporales infirmos extra locum ſuę natiuitatis ad locum natiuum remittunt, quia ibi facilius curantur & citius, ſi aerem natiuum hauriant, ſic & medici ſpirituales ſpiritualiter infirmantes ad locum natiuum, remittũt, vt hauriant ſpiritum natiuum. de quo dicitur. Spiritus dñi ferebatur ſuper aquas, quoties terrena deſerere & in amaritudinibus pęnitentiæ quaſi in aquis maris, venire conſulant. Ideo cęleſtis medicus Chriſtus vidẽs, q̃ terra peſtilẽs eſt, rogauit Petrum, vt habetur Luc. 5. vt reduceret a terra puſillum. Cõprimitur enim quis in terra a turba, in mari non, quia nõ eſt ibi turba, ſed puſillus grex.

Chriſtianorum uita debet eſſe amara.

G

Columba. Propter multa apparuit ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ.

Sed quæritur quare ſpiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ? Reſpõdetur primo ad excludendum fictionem. Colũba enim eſt animal ſimplex felle carens. Mat. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Hie. Habeãt oẽs ſimplicitatem columbę, vt nemini machinentur dolos. Debet. n. homo accedere ad hoc ſacramẽtum ſine fictione, ita quòd non maneat fixus in aliquo mortali ſi eſt adultus, vel quòd nõ credat ſe nihil accipere, vel quòd non accipiat aliqua mundana intentione, puta ad euadendum pęnam temporalẽ. Nam ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Et quia paruulus fictionẽ vti non poteſt, ideo ſemper in baptiſmo recipit ſpiritum ſanctum. Secundo ad oſtendendum baptizati cum Deo reconciliationem. Columba enim portauit ramum oliuę ad Noe in arcam in ſignum ceſſationis aquę diluuij, & q̃ Deus iratus mundo propter peccata eius reconciliatus erat & placatus. Geneſ. 8. In figura cuius Helias tranſito Iordane raptus eſt in cęlũ in curru igneo, 4. Regum. 2. Tertio vt oſtendat ſanctam conuerſationem. Columba enim ſeptem habet proprietates naturales, quę ſignificant ſeptem dona ſpiritusſancti quę recipiuntur in baptiſmo, & ſecũdũ quę baptizatus debet regere vitã ſuã. Nam habet primo gemitũ pro cantu. Augu. Columba a moleſtijs auolare cupit, & ſemper gemit. 7. q. 1. §. cũ autem a vitijs. Sic baptizatus per donum timoris luget peccata ſua timens perdere gratiam Dei & ſuam amicitiam & demum hereditatem. Secundò eſt animal manſuetum, & pium, & offerebatur Deo in ſacrificium. Leuit. 5. Et ſignificat donum pietatis, per quod quis eſt deuotus ad diuina, vt officia eccleſiaſtica, orationes, & huiuſmodi. Pietas enim eſt Dei cultus. Debet etiam eſſe pius quo ad proximum ad ſubueniẽdum neceſſitatibus eius, ad compatiendum ei, & ſupportandum defectus illius. Inungitur etiam oleo ſancto baptizandus in pectore, & in ſcapulis, ad illud idem inſinuandum. Tertio inter grana ſibi propoſita eligit meliora, & corrupta dimittit & cadauera, vt patet de columba Noe quę nõ requieuit ſuper cadauera vt coruus, ſed ad arcam reuerſa eſt, quia non inuenit vbi requieſceret pes eius. Debet ſimiliter baptizatus per donum ſciẽtię diſcernere quę ſibi proponuntur & occurrunt verba, & exempla aliorum, & cogitationes in mente, & bona admittere, & mala dimittere, & nõ omnibus credere, nec oẽs imitari, ſed bonos. Quarto colũba habitat in foraminibꝰ petrę. i. ędificiorũ. Can. 2. & Eſa. 60. quaſi colũbę ad feneſtras ſuas. Et per hoc notatur

H

Colũba. De ſeptẽ proprietatibus columbæ relatis ad ſeptem dona ſpiritus ſancti.

Nihil magis fortificat mentem homini: quam paſſio Chriſti.

donum fortitudinis, in quo quis firmatur meditando vulnera paſſionis Chriſti. Quid enim magis habet fortificare mentem hominis in tribulationibus, laboribus, & anguſtijs poſitam quam meditatio paſſionis Chriſti? Inde dicit Chriſtus ſponſę ſuæ Can.2. Veni columba mea in foraminibus petræ, ideſt ad meditandum vulnera paſſionis. Petra enim erat Chriſtus. 1. Cor. 10. Foramina eius ſunt eius vulnera. Quinto colūba fouet pullos alienos. Sic per donum conſilij bonus debet eos fouere qui erant aliena a Deo & filij diaboli per peccatum per bona conſilia, & p exhortationes nutrire, & ipſe de agēdis ubi occurrit cōſiliū quęrere dēt. Tob. 4. Conſilium ſemper a ſapiente inquire, ſed ſume conſiliarium bonum. Sexto columba non lacerat roſtro quæ comedit, ſed integra grana ſumit. Sic baptizatus non debet ſententias bonas veritatis integræ ſcripturarum dilacerare falsè exponendo, quod pertinet ad hæreticos, ſed ſecundum integram veritatem intelligere & proferre. Pſ. 67. Si dormiatis, ideſt quieſcatis inter medios cleros, ideſt in medio duorum teſtamentorum ſcripturæ ac quieſcendo veritati, eritis. ſ. pennę columbæ deargentatæ, ideſt veri fideles vniti ecclēſiæ quæ eſt columba deargentata, ideſt crudita ſacris eloquijs. Septimo columba reſidet iuxta aquas, vt contēpletur vmbrā accipitris eam inſequentis. Quod fit per donum ſapiētię guſtando & contēplando diuinas perfectiones, & cum diabolus inſequitur cā in ipſam diuinam bonitatē ſe immergit, ad eam recurrendo oratione, & euadit. Can. 1. Oculi tui columbarū, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Sermo VI. eiuſdem diei, & in ordi. LXX. continuando materiā baptiſmi per thema precedens.

A Lauacrū De multiplici lauacro.

N[illegible]o dubium quin vox domini ſuper aquas vt ſanctificarentur ad lauandum & mundandum fideles. Contingit autē [illegible]ciplex lauacrum. Primū eſt turpitudinis, de quo. 1. Pet. 2. Sub luto in volutabro luti, id eſt luxurię, in quo lotus eſt Ruben quando effuſus eſt ſicut aqua. Gen. 49. In quo lauacro delentur virtutes, & bona opera de papyro aiæ. Secundum eſt flaminis, & iſtud eſt pænitētiæ, de quo Pſ. 72. Lauabo inter innocētes manus meas. Et Eſaiæ. 4. Si ablueri domi nus ſordes filiarum Sion, & ſanguinē Hieruſalem laueri, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Hoc lauatur mortale & veniale. Pſalm. 6. Lauabo per ſingulas noctes, ideſt per ſingula peccata lectum meum. Tertium eſt martyrij. Apoc. 7. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Iſtud eſt ſanguinis, in quo Chriſtus torcular calcauit ſolus, ita ut poſtea mirarentur Angeli dicentes. Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de Boſra? In quo falce martyrum reſecantur omnia peccata & pœnæ peccatorum. Quartum eſt eleemoſynæ, quod eſt fragminis lauacrū. Luc. 11. Date eleemoſynam & omnia mūda ſunt vobis. Hoc Maria lauat pedes Ieſu, hoc lauantur pęnæ peccatis debitæ quando eleemoſynis redimuntur ſecundum cōſilium Daniel. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Quintum eſt baptiſmi lauacrum. De quo Ezechiel. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Iſtud eſt fluminis in quo filia Pharaonis vt lauaretur infantulum in fiſcella ſuſcepit. In primo lauatur anima ab omni bono, in ſecundo ab omni malo culpæ, ſed non ſemper pęnæ. In tertio ab omni malo culpæ & pęnæ, ſed duriter. In quarto a malo pęnæ, ſed non culpæ. In quinto ab omni malo culpæ & pęnæ & leniter. In eo enim ſapientia attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, hoc eſt a termino a quo, ſcilicet peccati ipſum delendo vſque ad finē, ſcilicet pęnæ ipſam delendo. Iſtud eſt lauacrum in quo hodie Chriſtus lauari voluit, vt tactu ſuæ mundiſſimę carnis vim purgatiuam & ſanatiuam conferret quis, in quo etiam lota eſt virgo Maria, ad quam recurremus dicentes Aue.

In hoc ſermone, dicemus quomodo baptiſ-

baptiſmus conuenienter inſtitutus eſt fieri in aqua propter magnam conuenientiam proprietatum aquę cum effectibus baptiſmi.

B

Aqua. Baptiſm⁹. De nouē proprietatibus aq̄ baptiſmo competentibus.

Prima igitur proprietas aquæ eſt quòd eſt mundatiua ſordium corporis. Sic & gratia baptiſmalis mētium ſordes abluit, ſecundum illud Ezechiel.36. prææallegatum. Effundam ſuper vos aquam mundam &c. In fonte enim qui exiuit de latere Chriſti quodammodo baptizata eſt & lauata tota eccleſia quæ fuit ab initio mundi vſque tunc, quia dilexit nos tunc & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vt exhiberet ſibi ſponſam glorioſam non habentem maculam neque rugam. Inde ait Eſa.52. Iſte aſperget gentes multas. De qua aſperſione vnus e filijs eccleſiæ aiebat. Pſal.50. Aſperge me dñe hyſopo & mūdabor, lauabis me &c. Ibi latro quodammodo poſt confeſſionē fidei baptizatus eſt. Ideo quia tunc videtur aliquo modo baptizata tota eccleſia quæ credebat & ſuper terrā & ſubtus terram, reſtat illam eccleſiæ particulam abluendam quæ tunc non erat. Propterea vt ſuper nos effectum habeat, ſignaculo paſſionis eius quod eſt baptiſmus neceſſe eſt nos ablui. Eſaiæ.60. Filij tui de longe venient, ſcilicet ab origine mundi, vt in ſanguine tuo baptizentur, ſed filię tuæ deuotiſſimæ animæ quæ nondum erant, de latere ſaluatoris ſurgent, ideſt naſcentur. Eſt enim baptiſmus Nilus fluuius paradiſi, ad quem venit filia Pharaonis eccleſia, vt lauaretur, & ibi Moyſen inuenit, quia gentilis eccleſia in hoc lauacro Chriſtum ſuſcepit & inuenit. Leuit.15. Immundus erit vſque ad veſperā, quia omnis immunditia & pollutio in veſpere mundi tollitur per Chriſtum in aquis baptiſmi. Ephe.5. mundans eam, ſcilicet eccleſiam lauacro aquæ. Et non ſolum ſanat infirmitates animę, ſed etiam corporis. Hiſtoria de hoc habetur lib. 11. hiſto. tripar. cap.4. vbi dicitur, quòd tempore Attici quidam Iudęus cum paralyticus eſſet plurimus annis nulla medicina aut Iudæorum oratione ad ſanitatem valente, confugit ad baptiſmum. Qui catecuminus factus ab Attico in lecto, deportatur ad baptiſmum, qui vera fide ſuſcipiens baptiſmum, repente ægritudine priuatus eſt. Propter quod plurimi gentilium baptizati ſunt, & hoc tamen Iudæos ſigna quærentes non prouocauit ad fidem. Sed dubium eſt ne ſimus de illis de quibus dominus per Amos conqueritur dicens. Nūquid non vt filij Ethiopum vos eſtis mihi Iſrael ait dominus, quia poſt dealbationem quę fit in Selmō, de qua Pſ.67. Niue dealbabuntur in Selmon, ideſt in baptiſmo, ad nigredinē peccati redimus. Quia autem aqua baptiſmi peccatum abluat elici poteſt per exemplū Gregorij Turonenſis in libro martyrū, vbi recitat ꝙ in memoriam baptiſmi Chriſti ſolebant in Hiericho & in vicinijs in die Epiphaniorum in Iordanis fluuio ablui. Erat autē quædā mulier adultera in Hiericho, cuius hæc erat conſuetudo, ut quoties de adulterio concepiſſet, cum peperiſſet ſuffocatum terræ vt occultum eſſet recondereet. Deſcendit itaque cum ceteris in Iordane in die Epiphaniorum. Cunque leuatis vſque ad geniculū veſtimētis ingrederetur amnē, fugit aqua ante pedes eius ſpectātibus & mirātibus populis. Cognoſcenteſque mulierem eſſe facinoroſam, interrogant quid mali fecerit, vt hęc ei in tali feſto & in tanta frequentia populi accidiſſent. At illa crimē fatet. Septē (inquit) a me paruulos editos ſcorto īterfeci, & octaua adhuc die pteri ta id feci. Orate pro me vt remittatur iniquitas mea. Hęc ea loquente populus proſternitur, ſed mulier expanſis brachijs ſtatim ſpiritum exhalauit, vt adulterium & homicidium vlciſceretur Deus. Scriptū eſt enim, ſpiritus dñi effugiet fictum, propter quod aqua illā aufugit. Ex iſto enim perpendi poteſt quantum aqua baptiſmi mundat peccatum eius quem tāgit & expellit, qñ aqua q̄ non erat niſi in ſignū & memoriā ei⁹, fugiēs abhorrebat peccatū.

Baptiſm⁹ figuratur in fluuiū Nilum.

C

Baptiſm⁹. Baptiſm⁹ ſanas infirmitates mentis et quādoque corporis.

Exemplū admirandū & memorādu.

Secunda proprietas aquæ ꝙ eſt extinctiua ignis. Sic gr̄a baptiſmalis refrigerat concupiſcentiarū incentiua. Eccl.3. Ignē ardentē extinguit aqua. Licet enim nō totaliter tollatur ardor, multū tamen dimi-

nuitur, nec tolli debuit ex toto, vt homo in eo exerceretur & humiliaretur, Pſ.88. motum fluctuum eius tu mitigas. Reſtringit concupiſcentiam oculorum quando ſe humiliat ſicut iuſtum eſt ſub aquis elementaribus, qui ſe extulit contra creatorem ſuum. Pſ.103. Qui tegis aquis ſuperiora eius. Superiora ſunt ſuperbia, & ſuperbiæ filię, quæ natione cęleſtes ſunt.

Tertio aqua eſt animalium ſuffocatiua, ſicut in mari rubro ſuffocatus eſt Pharao cum exercitu. Sic virtus dęmonū in his vehementibus aquis confringitur. Ibi enim brutalitas cum qua naſcimur, eneruatur. Proprietatibus enim brutorū vtūtur peccatores & brutalitatibus eorum. Vtuntur enim latratu canino dum litigant, rugitu leonino dum comminantur aut cōuitiātur, gānitu vulpino dum ſimulatorie vel deceptoriè applaudunt, ſibilo ſerpentino dum mala ſuggerunt. Sed iſta monſtruoſitatis capita in aquis tribulantur, ſicut ſuperfuſione aquę picturæ delentur. Inde aquæ baptiſmi dicuntur aquæ niuis propter infrigidationem. Iob.9. Si lotus fuero quaſi aquis niuis. Secundò eſt ſuffocatiua omnium peccatorum. Vnde Damaſce. Quoniam in incorruptione fecit nos Deus. Tranſgredientes enim ſalutare eius mandatum corruptione mortis condemnauit, vt non immortale eſſet malum, condeſcendens ſeruis vt miſericors, & ſecundum nos factus a corruptione propria paſſione redemit, & irrigauit nobis ex ſancta & immaculata coſta eius fontem remiſſionis. Ex quo apparet quòd per fontem illum omne peccatum extinguitur.

Peccator perſeuerans in peccato, brutorū proprietates exercet.

Quarto aqua eſt productiua & generatiua viuentium. Fit enim ex aquis generatio. Nam pluuias & inundationes aquarū ſata deſiderant & expectant, vt fructificent, naſcantur, & creſcant. Eccl.39. Initium vitæ hominis panis, ſcilicet euchariſtiæ & aqua baptiſmi. Hæc eſt aqua viua in qua mittebatur cinis vitulę rufæ, & purificabat legis contagia, quia ex virtute paſſionis immolati Chriſti procedit efficacia huius ſacramenti. Ipſe enim eſt puteus aquarum uiuentium quæ fluunt impetu de libano, ideſt corpore Chriſti candidiſſimo. Eſt enim vna natiuitas tēporalis, alia ſpiritualis. In prima naſcitur homo mundo, in ſecunda Deo, prima ex coitu, ſecunda ex ſpiritu. In prima caro propagatur de carne, in ſecunda ſpiritus de ſpiritu. Io 3. Quod natum eſt ex carne caro eſt. Primā nemo admiratur cū ſit cōmunis. Secundā admiratur Nicodemus dicens. Quomodo poteſt homo naſci cū ſit ſenex? Nūquid poteſt in ventrē matris iterato introire & naſci? Sunt enim aquę baptiſmi aquæ refectionis & effectionis, de quibus Pſ.22. Super aquam refectionis educauit me. Reficere enim æquiuocum eſt ad alimentari & reparare. Nam aquæ baptiſmi ſunt aquæ effectionis, quia ibi naſcitur homo, aquæ educationis & alimenti, quia retinens innocentiam baptiſmalem alia bona addendo cōtinuè nutritur in fide & creſcit. His aquis ſunt oppoſitæ aquę deſtructionis, quæ ſunt affluentia deliciarum & voluptatum carnalium, quibus ſuffocatur nouus homo. Vnde dicit Iſidorus lib.12. Etymolo. ꝙ omnium volucrum genera, bis naſcuntur, ſcilicet de ouo, & de ventre matris. Sic volucres cęli, ideſt catholici naſcuntur ſemel carnaliter filij iræ, ſed iſta natiuitate quaſi euacuata naſcuntur iterum ſpiritualiter filij Dei. Pſal.17. Aſſumpſit me de aquis multis, ideſt de aquis baptiſmi ad multa valentibus. Quia enim ſumus piſces renati in baptiſmo, oportet in diluuio miſericordię Dei & aquarum eius inhabitare. Nam piſces (vt vult Ambro. in Hexameron) extra aquam viuere non poſſunt, & ſine diluuio baptiſmi, aut aquarum contritionis viuere non poſſumus. Sic infideles quia in diluuio iſto non inhabitant, mortui ſunt. Pſalm.31. Verūtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Nauis quæ non eſt in aquarum abundantia, eſt in periculo confractionis. Eſt autem mirabile, ꝙ qui naſcitur ex terra terrenus, poſtea naſcatur ex aqua celeſtis, immo fiat aquæ cęleſtis, ita vt ad eū reſpiciat illud Pſ. 148. & aquę ſuper cęlos ſunt laudent nomē dñi.

Natiuitas duplex.

D Baptiſm⁹. Aquæ baptiſmi ſūt aquæ effectiuæ & nutritiuæ ſpiritualiter, & ibi de duplici natiuitate.

Quinto aqua eſt renouatiua germinātium.

tium. Salices virides iuxta aquas plantatę renouantur. Sic homines ex vetuſtate primi hominis in nouitate gratiæ reparantur. Iob. 14. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus eius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primum plantatū eſt. Ideo hoc ſacramentum dicitur lauacrum regenerationis, & renouationis. Tit. 3. Sunt enim aquæ calidæ, quas inuenit Ana in deſerto, & calore ſpiritusſancti renouant, & germinare faciunt corda fidelium. In deſerto enim inuentus eſt baptiſmus. Aquæ autem pluuiales maxime germinare faciunt plantas & arbuſta. Sic aquæ iſtæ quæ de cęlis procedunt quo ad virtutem. Illę ſunt aquæ quæ benedixerunt domino, id eſt benedictionē illā acceperunt a dño, quæ tamen ſuper cęlos ſunt. Figurat etiam baptiſmus illam futuram regenerationem & renouationem, quando renouabimur in corpore incorruptibili. Propter quod ſecundum Ioannem Beleth in ſabbatis Paſcæ & Penthecoſtes ſolū celebrabatur baptiſmus, niſi in neceſſitatis caſu, vtpote cū obſideretur ciuitas, vel immineret infirmitas probabilis, vel perſecutio gentiliū. Gręci tamen circa Epiphaniam ſolebant baptiſmum celebrare, qa tūc Chriſtus baptizatꝰ eſt, hęc Beleth.

Sexto aqua eſt conglutinatiua & vnitiua partium decidentium. Puluis enim niſi conſperſus fuerit aqua non coheret, nec Chriſto capiti vnitur quis, niſi aqua baptiſmatis perfundatur, nec ad fructificandum aptatur, ſed admodum pulueris ſterilis & ſine fructu efficitur. Pſalm. 1. Impij ſicut puluis quem proijcit ventus a facie terræ. Gen. 1. Congregentur aquæ quæ ſub cęlo ſunt in locū vnum, & appareat arida. Cum enim omnes conueniunt in vnitatem ſacramentorum, tunc ſe oſtendit terra corporum noſtrorum ad fructificandum idoneam. Pſ. 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. De ſolario domus ſuæ. i. de excelſo cęlo ſuo vidit Dauid Berſabeæ vxorē Vriæ. i. eccleſiam de gentibus, tūc diabolo qui ſecū literas ſuæ mortis portat coniunctam, & vidit eam ſe lauantē aquis baptiſmatis. Ideo ad ſe uocatam eam ſibi legitimo charitatis matrimonio copulauit, ſubmerſo diabolo in aquis illis. Erat enim terra gentium arida, quouſque fuerit aquis baptiſmi irrigata, in quibus magni & parui piſces piſcati ſunt apoſtoli & diſcipuli Chriſti, docti & indocti, perfecti & imperfecti Pſ. 106. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum.

Septimo eſt mollitiua ad recipiendum imagines rerum formabilium. Cæra enim ſiccitate indurata ad ſuperfuſione aquæ mollitur, & ad impreſſiones & formas vaſorum & ſcripturas apta efficitur. Sic cor humanum ſub originali ariditate induratum ſuperfuſione aquæ mollitur, & in eo veritatis forma recipitur, & diuinus character inſcribitur. Ezechiel. 16. Ingreſſus ſum in pactum tecum ait dominus, & facta es mihi & laui te aqua, & mūdaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo & veſtiui te diſcoloribus. Nō enim ſunt aquę baptiſmi aquę contradictionis, in quibus murmurauerunt rebelles & duri filij Iſrael, ſed ſunt magis emollitiuæ cordium ad deuotionem & contemplationem.

Octauo aqua eſt corpus diaphanū, ideo luminis ſuſceptiuum. Sic baptiſmus præſtat lumen fidei, & lumen gratiæ ad animam tranſit. Inde dicitur ſacramentum fidei, & baptizandus cum baptizatur fidē petit. Ideo Apocal. 4. Baptiſmus appellatur mare vitreum propter puritatem innocentiæ, claritatē vitæ, & ſynceritatem fidei quæ in baptiſmo ſuſcipiuntur, ſed dicitur ſimile cryſtallo, quia poſt aquā baptiſmi, gelu, & pruina aduerſitatis ducuntur ad firmitatem & indurātur contra aduerſa, ſicut ex aqua dureſcit cryſtallus. Sic martyres poſt aquam baptiſmi multa patiebantur, ſicut præmonet ſapiens Eccl. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, prępara animam tuam ad tentationem. Et in hoc aqua conuenit cum corpore cęleſti quod diaphanum eſt, quia hęc aqua vim viuificatiuā habet p verbū, ſicut cęlū p motū.

Nono aqua eſt cōmuniſſima quę ubiq; reperitur. ꝓpterea notitia huius ſacra-

delicijs eius inuentum eſt mendacium, in pauperibus & ſimplicibus inuenitur veritas. Et vocauit eos occulte, & diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et poſtea miſit illos in Bethleē dicens. Ite & interrogate de puero hoc. In hoc culpatur Herodes & principes, qui primo & diligentius inquirent de aſtris & de rebus de quibus nihil poſſunt ſcire, & quæ ad eos non ſpectant. Actuum. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et de ſalute ſua nihil inquirunt, vt Herodes, qui diligentiſſimè de ſtella & de tempore ſtellæ inquirebat, & regibus iubebat, vt inquirerēt de puero Ieſu. Vt & ego veniens adorem eum. Mentiebatur, quia homo vanus vt exaltetur ad mendacia ſe conuertit. Nō enim veritas, nec veritatem dicere exaltaret eum. Nam homines vanos nūquā exaltat veritas, quia ex uero nūquam ſequitur falſum, niſi ſit aliqua præmiſſa addita falſa inutilis & inanis, vt cum quis alium accuſando dicit verum, & veritatem vbi tamen non oportet, vt ſit bonæ æſtimationis dicendo veritatem, & tunc liberius admiſcet falſa. Malū enim ſi eſſet per ſe ipſum deſtrueret, vt dicitur. 4. Ethicorum, ſic & falſum. Et ideo oportet ꝙ coloretur aliqua ſpecie bonitatis vel veritatis vt homo reputetur. Sic quia Herodes vanus erat, & non niſi dominari appetebat, mentitus eſt, quod dedecebat regem, ſed mendacium ſuum colorauit ſpecie religionis quaſi vellet adorare Chriſtum, vt reputaretur, deuotus.

Ignauia Iudæorū, & Herodis malitia aperitur.

De eodem feſto, Serm o IIII. & in ordine LXVIII. per thema præcedens.

ARiſtoteles quinto Ethicorum dicit ꝙ ſubditi debent honorem principij, ſed propter hoc princeps debet eis ſubuentionem. Vna enim bonitas aliam requirit. Et ſi princeps ita faciat diligitur & amatur a populo. Non mirum ergo ſi hodierno die quæritur rex vbi ſit natus, quia licet quærat honorem ſibi debitūm a populo, tamē vnam habet conditionem quam non habent cæteri reges, quia illi habent regnum ſuum ſub pedibus ſuis, vel ſaltem ſubtus humerum ſuum ad calcandum, vel ſaltem ad amplexandum bona eius. Eſaiæ. 1. Principes tui infideles ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequūtur retributiones. Sed iſte habet ſuper humerum ſuum. Eſaiæ. 9. Cuius Imperium ſuper humerum eius. Et hoc ad portandum, non ad tollendum lanam & exponendum oues frigori, ſed ad deportādum eas ad ſtabulum proprijs humeris. Eſa. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, & in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fętas ipſe portabit. Paſcet gregem ſuum ſtilula conſolationis & virga tribulationis, ſed fętas id eſt debiles ipſe portabit. Magnæ vitæ eſſet rex ille ob cuius vitam ſpōte ſe ſubderent ſibi reges & terram ſuam, ſed adhuc magis admirabilis ſi ante annos diſcretionis. Huic autē etiam ante diſcretionis annos, ſecundum naturam obediūt & cęli & terra, nobiles & ignobiles. Et verè ratio erat, qa ſi Angeli qui ſuperiores ſunt iuſſi ſunt obedire & adorare, quos non venerat redimere, quia non ceciderant, & qui ceciderant eis non pepercit, iuxta illud Hebręo. 1. cum introduxit primogenitū in orbem terræ dixit. Et adorent eum omnes Angeli Dei, quanto magis puluis & cinis quæ tantum reputata eſt apud eum, vt eam dignaretur aſſumere, dotare, & pro ea mori, & hodierna die ad agnitionem ſui perducere, cum apparuit in Bethleem cum Maria matre ſua, quam conſtituit reginā miſericordiæ, & aduocatam noſtram. Igitur ad eam confugiamus dicentes, Aue.

A Rex Chriſtus. Rex Chriſtus habet vnam cōditionē

quam nō habent cæteri reges.

VBi eſt qui natus eſt rex? Certè ſi fieret nobis iſta quæſtio, neſcio quid reſponderemus. Forte natus eſt nobis, & in nobis, & pro nobis in die natiuitatis ſuæ, ſed hodierno die propter fatuitates, quæ fieri ſolent amiſimus etiam cum deberet apparere in nobis. Non enim immediatè poſt natiuitatem in vtero apparet eſſe infantulus in eo, ſed paulo poſt. Certè ſuffocamus eum ante apparitionem eius. Et ideo ad iſtam quæſtionem poterimus reſpondere

illud

illud reſponſum Cain, qui ſuffocauit fratrem ſuum. Neſcio domine, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego, perpetuus? ſcilicet quaſi diceretur. Tedio habeo illum tãdiu portare & cuſtodire. Ita quòd ſolebat hæc dies dici dies regum, ſed nunc poteſt dici dies villanorum, quia plurima mala fiunt & vix corrigi poſſunt, & quando creditur fieri correctio inuenitur obſtaculum. Sed timere eum cum deberet in vobis apparere dulcis & amabilis, ne vobis appareat terribilis, ſecundum illud Pſ. 75. Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ. Hoc bene timebat Berengarius propter hæreſim quam aliquando tenuerat, licet eam poſtmodum abiuraſſet, qui obijt in die Epiphaniæ. Si ergo perdideritis eum in hac tam ſacra ſolemnitate vbi eſt multiplex feſtiuitas quærite illum ſolicitè. Paruulus eſt, cum diligẽtia cuſtodiri debet habitus, & inquiri amiſſus. Si ita diligenter quærebant eum illi reges, qui ſolam habebant ſtellæ monitionem, nullis exemplis præcedentibus, quanto magis nos qui tot habemus exempla, eum debemus quærere, & ad diſſoluendum quæſtioné illam ſtudere. Vbi eſt qui natus eſt?

Quærendus eſt Chriſtus diligẽter non in curia Herodis.

B Epiphania domini. Stella. i. gratia perditur in curia Herodis, id eſt diaboli.

Poſtquam dictum eſt, ꝙ non inuenitur Chriſtus in curia Herodis. Nunc reſtat oſtendere quomodo inuenitur in curia Ioſeph & Mariæ.

Itaque vt dicit textus, miſit Herodes Magos in Bethleem, & cũ receſſiſſent ecce ſtella quam viderant in Oriente antecedebat eos. Ex quo textu innuitur, ꝙ perdiderant reges ſtellam intrando curiam Herodis, vbi ſumi poſſunt duæ doctrinæ. Prima eſt. Non eſt mirandum ſi in curia Herodis Magi ſtellam amiſerunt, & Petrus in curia principis Chriſtum negauit, nam ſecundum Pſ. 10. diabolus ſemper ſedet cũ diuitibus, non cũ pauperibus in occultis, vt interficiat innocẽtem. i. Chriſtũ, vel pauperem populũ, vt eũ exactionibus & taleis vexent. Scd̃a doctrina, ꝙ ſi quis in curia diaboli perdidit ſtellã. i. gratiam portando ſigna diaboli in pompis & apparatibus ſuperbiæ, econtrario in pœnitentia debet portare ſigna humilitatis, quæ ſunt ſigna pueri Ieſu, & ſic inuenietur ſtella. i. gratia & fama perdita. Nam iſti tres reges propter Herodem (qui interpretatur glorians in pellibus) perdiderunt ſtellã, quia qui gloriantur in pellibus, id eſt in apparatibus mundanis gratiam perdunt. Sed dimiſſo Herode viderunt ſtellam & inuenerunt dñm, quo inuento per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Similiter qui vult inuenire dñm per gratiam, & ſtellã. i. claritatem ſuæ famæ, debet per aliã viam reuerti, & ſigna laſciuiæ & mundi deponere, ſicut dicit Apoſtolus. Sicut portauimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem cœleſtis. 1. Cor. 15. Et 1. Timo. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Vſque dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno. Magnum enim gaudium eſt ſecularibus & ſubditis etiam religioſis videre ſtellam ſtantem, i. bonum prælatum vel priorem. Sic enim Magi, id eſt ſimplices ducuntur in Bethleem, id eſt in eccleſiam vbi inueniunt Ieſum cum Maria matre eius, & ductu illius ſtellę boni fiunt, id eſt illius bonæ antecedentis perſonę exẽplariter oſtendentis viam virtutum. Aſpectus enim huiuſmodi ſtellæ, id eſt bonæ perſonæ ſolet intuentes recreare. Quadruplex tamen inuenitur ſtella in ſacro eloquio, ſcilicet ſtella ducens ad Chriſtum, ſtella perferẽs Chriſtum, ſtella ornans cęlum, & ſtella cadens in terram. Stella ducens ad Chriſtũ eſt bonus prælatus, & maximè gratia Dei. Inde Augu. Sicut nauis fracto gubernaculo non vadit quo gubernator vult, ſed quo tempeſtas eam impulit, ſic homo perdito auxilio gratiæ Dei per peccatum, non facit quod vult, ſed quod diabolus vult. Stella perferens Chriſtum eſt Maria, de qua canitur. Sicut ſydus radium profert virgo filium pari forma. Hinc dicitur ſtella maris, quæ ducit ad portum ſalutis. Sicut enim ſuper portum grandis lucerna erigitur, vt nauigantes in obſcuro noctis viam ad portum teneant, ſic Maria ſtella clariſſima ſuper portum, id eſt altare in eccleſia erigitur vt nauigantes in obſcuro noctis viam ad portum teneãt ſalutis, immo ipſum portũ tenens in gremio depin-

C Stella. De quadruplici ſtella.

depingitur. Hic eſt Chriſtus, qui eſt ſalutis portus, ad quem Petrus, vt citius feſtinaret, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare. Aliæ mulieres faciem & corpus veſtimentis & rebus alijs adornant, vt diligantur, Maria præmium dilectionis nobis expoſuit, ſcilicet filium ſuū dicens. Si me dilexeritis, filium meum florem pulcherrimum dabo vobis. Tertia ſtella eſt adornans cęlum, ſcilicet beati. Eccl. 43. Gloria cęli ſplendor ſtellarū. Sicut enim qui ſunt in via adornant eccleſiam militantē ſuis exemplis, ſic qui in patria triumphantem. Sed quarta ſtella cadens in terram ſunt reprobi, de qua Apoca. 6. Et ſtellæ ceciderūt de cęlo. Et intrantes domum inuenerunt puerum. Sed hoccine eſt quod quæritis o beati Magi? quæritis puerum & infantem? Non enim magni parua petunt, ſed magna. Magnanimos enim principes magna decent. Quid ergo quæritis paruulū? Præterea quid eum quęritis regem? Nonne ſcriptum eſt. Væ terræ cuius rex puer eſt. Cur ergo puerum quæritis vt regnet in vobis? Certè regē quærimus & paruulum & magnum. Quærimus paruulum in terra, ſed magnum in cęlo, latentem in pānis, ſed regnantem in cęlis. quem præſepe continet, & mundum claudit. Paruulum corpus quęrimus, ſed magnam animam & maiorem diuinitatem deſideramus. Parum de terra quærimus, ideo corpore paruulum appetimus, ſed magnum in cęleſtibus cōcupiſcimus, quia talia deſideramus. Et quo ad hoc ꝙ dicitis ꝙ regem quærimus puerum, verum eſt, ſed illum de quo ſcribit vates. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius Imperium ſuper humerum eius. Verum eſt tamē quod allegatis de illo de quo ſubſequit̃. Et principes mane comedunt, id eſt capiunt morſellum, quia quando vnuſquiſq; trahit ad ſe in regno, male omnia regūtur. Omne.n. regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Quærimus puerum, qui etiam vir eſt, quia fœmina circundabit virum. Et ſic quæſierunt ꝙ tandem inuenerūt mediante lumine ſtellæ. Res enim parua quando amiſſa eſt, oportet ꝙ lumen accendatur ad inueniendum eam. Sic Chriſtus paruulus erat, & perditus in gētilitate, ideo oportuit ſtellę lumen ad inueniendū eum. Inuenerunt ergo puerū. Et quia qui appropinquat ſacco pleno ſpeciebus, non eſt poſſibile quin aliquid vel ſaltem odorem percipiat ſpecierum, ſic appropinquantes puero odore diuinitatis ſuæ ſic tracti ſunt, ꝙ procidētes adorauerunt eum. Tunc paries gentiū ad parietem cucurrit Iudęorum, oues ad ouile conuenerunt ad paſtorem vnū, vt lapis reprobus fieret in caput anguli, duos in ſe parietes coniungens, vt fieret vnum ouile & vnus paſtor. Tunc ſolitudo gentiū facta eſt ſicut lilium inter ſpinas, & amica inter filias. Tunc eccleſia gentiū olim ſterilis cępit parere plurimos, qñ ſui primitias in tribus magis regē regum adorare miſit, & quę multos habebat filios ſynagoga cępit infirmari, quę vaticinijs propheta rū & legis edocta Chriſtum eſſe quem adorant Magi, nō regiū ei honorem exhibere, ſed hoſtilem ſæuitiam in eum exercere cogitauit. Inde Oſeæ. 1. Congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter, & ponēt ſibi vnum caput. Immo magis videtur verificatum illud Pſ. 10. A generatione in generationē veritas tua. Veritas.n. fidei a generatione Iudæorū, tranſijt ad generationem Chriſtianorum per magos Gentiles. Tranſit autem ab ablatiuo in accuſatiuū, quia ab eis ablata eſt lex & veritatis intelligentia, ſicut hæreditas trāſit a progenie in progeniem. Fides.n. eſt mobile bonum. Nam de ipſa claritate legis Iudæi cęci facti ſunt, & de radio ſolis cęcabantur. Poterat.n. quiſq; eorū dicere. Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio, Pſ. 101. quæ lumē ſolis videre non pōt. Vnde ſicut Iſaac caligatis oculis multa de filio ſuo Iacob vera prædixit, quem tamē non cognoſcebat ſic & Iudęi multa vera de Chriſto prædixerunt, & dixerunt magis & Herodi, quē tamen cognoſcere noluerunt. Et Heli exēplo lucernam donec extincta eſt inter eos per mortem, videre non potuerunt. Oblatus eſt eis fons de ciſterna Bethleē, & bibere noluerunt, ſed in terra ſanguinē eius fuderunt & domino libauerunt. Clara fuerunt initia Salomonis, ſed finis eius obſcurus & tenebroſus. Et qui ab initio viam domini

D Epiphania domini. Quō reges quærebant regem paruulum et magnū.

Eccleſia gentiū & Chriſtianorum cępit parere plurimos ī hoc die.

domini excellentiſſime docuit, in finẽ per eam non ambulauit. Prope Dauid iacebat Abiſac Sunamitis, & non cognouit eam Dauid, quia ad manus habebat Iudaicus populus ſcripturas in quibus iacebat diuina ſapientia, & tamen eam non cognouit. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera. Tunc impletum eſt illud Pſ. 71. Reges tharſis & inſulæ munera offerent. Sic & ſpirituales viri debent pro corporalibus muneribus iſtorum triũ regum munera ſpiritualia offerre. Vnuſquiſque enim vir ſpiritualis eſt in ſe quaſi tres reges, quia tribus præſidet gubernandis. Debet enim regere cor, linguam, & manum, ſecundum illud Pſ. 23. Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Latum eſt regnum manus, latius linguæ, ſed latiſſimum cordis, quia magnum eſt eſſe mundum a peccato operis, maius a peccato linguæ, maximum a peccato cogitationis & volũtatis. De primo dicitur. 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. & Iob. 9. Si lotus fuero quaſi aq̃s niuis, & refulſerunt velut mũdiſſimę manus meę, tamen ſordibus intinges me. & Eſaię. 64. Immundi ſumus omnes nos, & quaſi pãnus menſtruatę omnes iuſtitiæ noſtræ. De ſecundo dicitur Iaco. 3. Si quis in verbo non offendit hic perfectus eſt vir, & Iaco. 1. Si quis religioſum ſe putat non refrenãs linguam ſuam, huius vana eſt religio. Et ibidem. 3. Omnis natura beſtiarum & volucrum & ſerpentum & cæterorum domantur & domita ſunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt. De tertio dicitur Prouer. 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? & Apoſtolus. 1. Cor. 4. Nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et hæc tria ſunt, quæ Chriſto offerre debemus cum Magis. Aurum quidẽ quod inter cętera metalla præſtat, ideſt deuotionem & ſynceritatem cordis, quæ potiſſima eſt. Thus, ideſt obſequium linguæ, quia ex ore non debent ſpirare verbera fętentia & immunda, ſed eloquia caſta & ſuauem paradiſi odorem ſpirantia, ita vt dicatur Chriſtiano. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, &c. myrrham, ideſt mortificationem carnis per opera pęnalia. Vnde ad vnumquodq; regnum huiuſmodi gubernandum ſic, quod fiat per ipſum gratum munus & obſequiũ Chriſto tria requiruntur, ſcilicet conſiliũ, iudicium, & iuſtitia. Nullus enim poteſt commode regere niſi habeat peritos conſiliarios, & iuſtos iudices & diſcretos & iuſtitiæ executores. Conſilium neceſſariũ eſt, quia facta & verba & cogitatus de cõſilio debent procedere. De factis Prouer. 4. Palpebræ præcedant greſſus tuos. Et ibidem. 24. Conſilio initur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia. Eccl. 32. Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. De verbis. Eccle. 21. Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba vero prudentum ſtatera ponderabunt. In ore fatuorũ cor eorum, & in corde ſapientum os eorũ. De cogitatu habetur Prouerb. 8. Ego ſapientia in conſilijs habito, & eruditis interſum cogitationibus. Et ſic noſter interior homo debet omnia agere cum conſilio. Similiter de iudicio omnia dicta, facta, & cogitationes debent examinari & diiudicari. Gene. 49. Dan iudicabit populum ſuum, ideſt illa tria prædicta quę ſunt populus cuiuſlibet hominis. & Eccle. 10. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, principatus ſenſati ſtabilis erit. Similiter iuſtitia, vt ſi factum, verbum, vel cogitatus dãnatione digna fuerint, damnentur ſecundum illud Matth. 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te &c. Expedit enim vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus eat in gehennam ignis. Obtulerũt aurum, thus, & myrrham. Iſta tria debent religioſi offerre Chriſto. Aurum ſapientiæ in capitulo, thus deuotæ orationis in oratorio, myrrham, ideſt carnis mortificationem in refectorio & dormitorio, ne pluſquam expediat comeſſationibus dediti incidant in lapſum carnis. Venter enim & genitalia ſunt vicina, vt vicinitate corporali intelligatur confœderatio vitiorum. Inde Hieronym. Venter mero æſtuans, facilè deſpumat in li-

E Rex. Rex iuſtus eſt in ſe quaſi tres reges habẽs tria regna.

Quæ sũt illa quæ offerre Chriſto debemus.

Reges & principes quid potiſſimum habere debeant.

F Religioſus. Religioſus debet offerre Deo aurũ thus, & myrrhã.

in libidinem, ſicut olla quanto plenior eſu carnibus cum bullit, tanto maiorem ſpumā reddit. Olla iſta luxurioſus eſt cui ſupponitur ignis tentationis pulchritudine verborum & nobilitate mulieris, & pretioſis cibarijs tanquam diuerſis lignis accenditur, & aquis delectationis cor carneum decoquitur, bullit per inordinatum ſermonem, & tandem ſpumat per libidinem. Sed duplex eſt aurum, ſcilicet verum & ſophiſticum. Aurum verum ſapiētia de æternis, aurum ſophiſticum ſapientia de mundanis, quam habent qui proximos ſciunt defraudare, diuitias multiplicare, de qua Apoſtolus. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, & Eſa. 29. Perdam ſapientiam ſapientium. Sed fatuiſſimè aurum verum contemnentes aurichalcum ſibi comparant, qui lege domini contempta ad leges ſeculares clerici, ad fraudes laici ſe transferunt, plus delectantes eſſe in Aegypto Magi Pharaonis, quàm cum Moyſe & Aaron educere populum Dei ad terram promiſſionis. Plus eligunt innocentes deprimere, & coram Herode iniuſtas cauſas fouere, quàm cum tribus Magis aurum, thus, & myrrham Chriſto præſentare. Plus deſiderant filios Herodis fieri, quàm Chriſti. Herodes poſteris ſuis palatia, poſſeſſiones terrenas reliquit, & tandem pœnas æternas. Chriſtus vero filijs ſuis paupertatem, tribulationes, & in fine regnum cœlorum. Plus enim deſiderant ſuccedere Herodi in diuitijs, quàm Chriſto in paupertate. Verūtamen uirga Moyſi uirgas Magorum deuorauit, quia ſapientia Chriſti ſapientiam mundi demonſtrat eſſe uanam. Nō offeramus ergo puero iſto aurum falſum pro bono, quia cum ſit ſapientiſſimus & decipi non poſſit, diſpliceret ei, & beata virgo benigna eſt, quæ offendi non debet. Sed dices, vbi acquiram puriſſimum aurum ad opus paruuli? Reſpondetur quòd in Euilath, quia aurum terræ illius optimum & puero gratiſſimum. Euilath interpretatur dolens. Si doleas pro peccatis tuis, hoc eſt aurum optimum. Obtulerunt inquam aurum, thus, & myrrham, ſed multi non offerunt, ſed auferunt. Illi quidem aurum non offerunt, ſed auferunt, qui pauperibus non dant eleemoſynas, ſed ſtudent à ſubditis per nefas & ſimoniam pecuniam extorquere, cuiuſmodi ſunt nunc plurimi, quia Hiere. 6. a minori uſque ad maiorem omnes auaritię ſtudent, a propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Secundò non offerunt thus, ſed auferunt, qui deuotionem populi de reddendis decimis, de oblationibus faciendis, de officijs eccleſiæ diligendis propter enormitatem vitæ eorum minuunt & tollunt, ſicut filii Heli, de quibus. 1. Reg. 2. Erat peccatum filiorum Heli grande. Detrahebant enim populum a ſacrificio Dei. Tertiò non offerunt myrrham, ſed auferunt, qui tantum ingluuiei & voluptati carnis deſeruiunt, quòd ſubditos ad carnalitatem non ad carnis mortificationem ſuo exemplo trahunt & facto corrumpunt. Sicut canis qui ducit cæcum deuians in lutum propter os uel aliud emolumentum ſecum trahit cęcum quem ducit, quibus dicitur Malachiæ. 2. Receſſiſtis a uia, & ſcandalizaſtis plurimos in lege.

G Sapiētia. De duplici ſapientia ſub nomine auri.

H Epiphania domini. Quidam ſunt, qui munera Maiorum auferet Deo non offerunt.

Sed dubitatur cum obtulerant reges iſti Chriſto aurum, in ſignum regni cur non habet ſceptrum aureum ſicut & reliqui omnes reges? Dicitur enim de Chriſto in Pſal. 2. Reges eos, in virga ferrea, non aurea? Reſpondeo quia forte aurum non eſt apud Deum precioſum. Nam Sapien. 7. omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua. Ferrum autem apud ipſum Magis eſt precioſum, quia Dan. 4. ferrum domat omnia, & ideo ferrum Magis congruit rectitudine iuſtitiæ. Inde dicitur Eccleſiaſtici. 9. Noli quęrere velle fieri iudex, niſi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Aurum uero repugnat, & uenenum eſt iuſtitiæ, quia aurum & argentum ſecundum Senecam auaritiam noſtram irritant, & oculos iudicum excecant ne rectè uideant. Ideo de Chriſto ſpecialiter dicitur Apoc. 12. Qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea. Et reſponſo accepto ne redirent ad Herodem, &c. Ecce quomodo in fine ueritas patuit, quam mendacio ſuo celauerat Hero-

I Chriſtus. Quare Chriſtus non dicitur habere ſceptrū aureum, ſed ferreum.

K Veritas. Finaliter veritas vincit, licet opprimi poſſit.

Herodes, dicendò ſe velle adorare Chriſtum, quem tamen intendebat occidere. Veritas enim cómuniter a magnis & publicis viris non ſolum celatur, ſed etiam opprimitur. Eſa.49. Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longe ſtetit, & veritas corruit i plateis. i. in publicis viris qui videnť plateę publicę. Finaliter tamē præualet & ſe omnibus manifeſtat. Similis oleo quod ſub aqua poteſt aliquandiu deprimi, ſed non poteſt ibi diu detineri, quia ſemper ſolet eleuari. Sicut enim lux ſolis licet aliquando ſupprimatur a ſpiſſis nubibus & obſcuris, ita ꝙ apertè radiare non poſſit, finaliter tamen diſpergit nubes, conſumit & euacuat, & ſe claram manifeſtat. Nec in ipſo actu nubeæ obſcuritatis lux vnquam ſolis taliter obtunditur, quin aliqualiter nubem penetret & exterius demonſtretur. Sic veritas nunquam errorum, fallaciarum, aut violentiarum nube taliter ofuſcatur, quin aliqualiter refulgeat, & quin ſatis appareat quòd in illo negotiò de quo agitur aliqua latet veritas quæ celatur. Finaliter uero quicquid tardet nubes errorum, fallaciarum, & violentiarum uirtute veritatis euaneſcit, immo quocumque modo opprimatur, finaliter dat victoriam poſſeſſori ſuo in iudicijs, cauſis & alijs eiuſmodi. 2. Eſdræ. 3. Super omnia autem vincit veritas. Et quod plus eſt, quamuis veritas a ſuis hoſtibus perſequatur, tamen ab eiſdé ſæpe approbatur. Patuit in Achior qui hoſtis erat Iudæorum, & tamen teſtimoniū prohibuit veritati, & in ipſo perſecuta veritas eum ad ſalutem perduxit. Et ideo orabat Pſalm.42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerūt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

In eodem feſto, Sermo V.& in ordine LXIX.& ſpecialiter de baptiſmo Chriſti, eo quòd tali die Chriſtus legitur fuiſſe baptizatus, & hoc per thema.

A Baptizari. Propter tria Chriſtus a Ioāne baptizari voluit.

VOx domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. Pſal.28. Quæritur vtrum debuit dominus a Ioanne bàptizari? Et videtur quòd non, quia totus erat mundus. Inde Bern. Baptizari vis domine? quid tibi opus fuit baptiſmate? Nunquid ſano opus eſt medicina, aut mundatione mundo? Lux non indiget aqua, tu autem lux mundi. Quid domine inter peccatores baptiſmū quæris, qui nullum vnquàm malum egiſti? Reſpōdetur quòd Chriſtus voluit baptizari propter multa. Primo vt nos doceret libenter accedere ad eccleſiæ ſacramenta, cum indigeamus eis tanquam ſalutaribus remedijs, cum tamen ipſe non indigeret. Sed ſicut dicit Chryſo. ſuper epiſtolam ad Hebr. ſicut magiſter ſutor ponit genua in modum ſeruuli, & oſtendit quomodo ſuere habeat famulus quāuis hoc nō propter ſe, ſed propter ſeruum indigeat, ſic Chriſtus. In quo nobis datur documetum libenter veniendi, etiam ad ſacramētum confeſſionis. Libenter enim veniendum eſt ad manunullum, ad quam datur ſpiritusſanctus. Actuum 8. Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Sacerdos etiam quodammodo in manibus ſuis tenet & continet ſpiritum ſanctum, pro quo interrogatur Prouer.30. Quis cōtinuit ſpiritum in manibus ſuis? Cum autem aues naturaliter ſylueſtres libenter veniant ad manum eius a qua conſueuerunt alimoniam accipere, & ſic fiāt domeſticæ, mirum eſt quomodo homines non domeſticatur ad manum ſacerdotis, a qua tantum donum accipiunt. Vnde habent ſacerdotes manus vnctas, quia dant quodammodo ſacram ſpiritusſancti vnctionem. Item mirum eſt quomodo non veniunt ad manum cuius impoſitione abſoluuntur, a fune quo ſuſpendendi erant in inferno. Secundo ſecundum Auguſt. lib. 4. de mirabilibus, Chriſtus baptizatus eſt, ut ſe diabolo donec tentatio perficeretur occultaret, qui velut lauacro indigens inter pollutos ablui aquis aſpicitur. Si autem dominus ſub carne quæ ſimilitudinem habebat peccatoris ſe occultauerit, quanto magis nos & noſtra bona debemus occultare qui verè peccatores ſumus. Tertiò vt impleret omnē humilitatis formam, Sine

Humilitatis exemplum fuit Chriſtus.

inquit, decet nos implere omnem iuſtitiã, idest omnem humilitatis modum. Iam enim ſuperiori ſe ſubdiderat, ſcilicet Deo patri formam ſerui accipiens, & ſuis parẽtibus qui quodammodo ſuperioris formã ſecundum humanitatem gerebant, reſtabat vt inferiori ſe ſubderet, ſed etiam inferioribus elementis vt ſic exemplũ totius humilitatis daret nobis, & eandem nobis hoc modo oſtẽderet humilitatem iã adultus, quam prius ſimili die docuerat paruus & humilis per ætatem in præſepio vili cum matre ſua poſitus, quam ſalutabimus dicentes Aue.

In baptiſmo Chriſti tria apparuerunt.

In baptiſmo Chriſti ſecundũ thema tria apparuerunt. Primo filij humanitas in carne. Secundo pater in voce. Tertio ſpiritus ſanctus in columbæ ſpecie, & de his tribus dicemus hoc ſermone.

Pro primo dicitur in textu Mat.3. Venit dñs Ieſus in Iordanem ad Ioannem vt baptizetur ab eo. In quo oſtenditur humilitas dñi, quando dominus ad ſeruũ, rex ad militem, creator ad creaturam acceſſit, vt peccator inter peccatores qui deſcendebant ad Ioannem vt baptizarẽtur ab eo. Et cum Ioannes recuſaret ait. Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, ſecundum Ambro. ſuper Lucã. Hæc omnis iuſtitia vt quod alteri iuſſeris prius tuipſe perficias, & tuo alios horteris exemplo. Quod ergo Chriſtus alijs præcepit, ſcilicet baptiſmi ſuſceptionem, ipſe prius accepit. Ac ſi dixiſſet Chriſtus. Nos miniſtri Dei ſumus, nos decet primò ante alios omnẽ iuſtitiã implere in exemplum aliorum. Contra naturã eſt ꝙ lingua ſit maior quàm manus. Res monſtruoſa eſt lingua magniloqua & manus opere parua. Chryſo. etiam ſic exponit. Sic decet nos prædicatores implere omnem iuſtitiã quã prædicamus, ſic ego prædicaturus baptiſmum prius baptizor. In hoc dedit Chriſtus doctrinã ꝙ quandoque maiores debent approbare minorũ opera, vt eos animent ad virtutẽ. Sic enim & ipſe approbauit baptiſmum Ioannis.

B Ioannes Baptiſta. An cognoſcebat dominum.

Quæritur hic primo, vtrum Ioãnes cognoſcebat dominum Ieſum? Reſpõdetur Primo ꝙ in vtero matris agnouit eum & ſalutauit. Lux enim cęleſtis nullo detinetur vmbraculo. Secundo dicitur ꝙ licet in infantia videre eum potuerit, poſtquam tamen adoleuit tunc non cognoſcebat cum corporaliter. Vnde Ariſt. lib.1. de phyſio. dicit ꝙ in ſeptem annis variatur phyſionomia. Ideo nil mirum ſi tunc cũ prędicaret eũ neſciebat, niſi forte in generali. Sentiebat.n. Ioannes in prædicatione ad eius præſentiam magna chariſmata donorũ, & dicebat Iudæis. Medius veſtrũ ſtetit quem vos neſcitis, ſicut cũ quis ſentit in apotheca magnos odores, ſed neſcit cuius ſint. Et hoc modo poteſt intelligi ꝙ neſciebat eum dũ prædicaret, licet ſciret eũ dum baptizaret. Tertio poteſt dici ſecũdum theologos ꝙ duplex eſt ſciẽtia. Vna quæ per demonſtrationem ſeu rationẽ acquiritur. Alia quæ per experientiã. Sicut medici cognoſcunt alicuius herbę gradus caliditatis vel frigiditatis, & ex illis arguunt naturã herbæ, ꝙ eſt ſanatiua talis infirmitatis, ſed dum vident ꝙ multos ſanauerit, tunc habent ſcientiam experimentalem. Sic dũ venit Chriſtus ad baptiſmum, ſpirituſſancti inſtinctu cognouit eum eſſe filium Dei. Sicut Symeon eodem ſpiritu inter mille cognouit puerũ Ieſum. Inde ait. Qui miſit me baptizare, ille, ſcilicet ſpirituſſanctus, licet aliqui dicant ꝙ fuerint Angeli. Diligebat.n. Ioannes ſolitudinẽ, quã tãdiu habitauerat. In quo notãtur monachi per palatia diſcurrentes. Sed dilectã ſolitudinẽ propter ſalutẽ populi reliquit ad oſtẽdendũ ꝙ etiã cõtẽplatio & deuotio poſtponẽda eſt ſaluti aiarũ. Sic ergo Ioannes ante baptiſmũ inſtinctu ſpiritus qui rationi æquipollet cognouit dñm, poſt vero baptiſmũ in ſpecie columbę cognouit eũ ſcientia experimentali, quia vidit ſibi non ad mẽſurã neque ad tẽpus datum ſpiritũ, ſed deſcendentẽ & manentẽ. Ideo experimẽtaliter cognouit ſicut dicit ſcriptura, qa hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto, de cuius plenitudine accepimus omnes.

Scientia duplex.

Contemplatiua actiuæ interdum cedere debet.

Secundo quæritur cur beatus Ioannes q erat in vtero ſanctificatus nõ audebat tãgere carnẽ Chriſti, cũ tñ mali auſi ſint tãgere, cũ etiã ſacerdotes quotidie ad eius

tactum

C

Ioannes Baptiſta. Quare tremebat baptizando Chriſtum.

tactũ currant.Canit.n.eccleſia. Baptiſta cõtremiſcit,& nõ audet tãgere ſanctum Dei verticẽ,ſed clamat cũ tremore,ſanctifica me ſaluator.Rñdetur primo ꝙ nõ eſt mirabile ſi nõ audebat eũ tãgere q tangit montes & fumigãt. Dicit̃ ſecundo ꝙ hoc fecit vt timeat peccator ad ſacramẽtum corporis eius accedere,qñ homo in vtero matris ſanctificatus,in deſerto cõuerſat⁹, alien⁹ a cõuerſatione,& ꝑ cõſequẽs a peccatis hoĩum nõ audet ad eũ accedere.Dr̃ tertiò ꝙ obediuit tremẽdo, q̃a vera erat humilitas quã non deſerit comes obediẽtia. Licet. n.ex humilitate recuſauerit ꝙ petebat ſaluator, nõ tñ in hoc fuit obſtinat⁹.Sic & Petr⁹ dño volẽti lauare pedes dixit.Nõ lauabis mihi pedes in æternũ , & tñ cũ dñs inſtaret,cõſenſit, nõ tñ (inquiẽs)pedes,ſed & man⁹ & caput.Similiter Hieremias recuſauit officium prædicationis,ꝙ poſtea exercuit. Hiere.1. Ex hoc inter miniſtros eccleſiæ ſolebat eſſe certamẽ humilitatis & charitatis. Humilitas refugiebat altas dignitates,charitas imperabat accipere.Sed facta eſt mutatio non dextre excelſi,mutatum eſt certamen humilitatis in certamen ſuperbiæ & cupiditatis.

Baptizatus autẽ Ieſus cõfeſtim aſcẽdit de aqua,q̃a nõ eſt quis aptus contẽplationi,niſi tranſierit per ſacramentũ baptiſmi, vt dicat illud Pſ.36.Trãſiuimus per ignẽ & aquã,& eduxiſti nos in refrigeriũ contẽplationis,in quo homo quietus eſt a paſſionibus.Sic Iacob ante quàm videret dominũ,& cũ Angelo luctaretur,trãſiuit vadũ Iaboth.Vnde ibi Ambro.lib.de ſacramẽtis.Chriſtus deſcendit in aquã,ſecutus eſt poſtea ſpiritus ſanctus , vt nõ quaſi egere dñs ſanctiſicationis myſterio videretur, ſed ſanctificaret ipſe & ſpiritus.In nobis aũt aliter vſus habet. Nã ante fons cõſecratur,& tunc deſcẽdit qui baptizãd⁹ eſt.

Secundo ibi apparuit Deus pater omnipotens in voce,quando dominus maieſtatis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus, ad oſtẽdendum quòd per baptiſmum quis acquirit vtiliſſimam & digniſſimam filiationem,& hoc triplicẽ.Nã primo efficitur filius Dei patris per adoptionem.Hinc Apoca.4. baptiſmus appellatur mare vitreum, quia ſicut in ſpeculo vitreo apparet imago, ſic in baptiſmo conformitatem & filiationem Dei ſuſcipim⁹. Gala.3. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis,ideſt Chriſti filiationem.Ioan.1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis , ſed ex Deo nati ſunt. In baptiſmo autem dicitur homo renaſci . Nam prius naſcitur naturaliter mundo,poſtea ad eſſe ſpirituale per baptiſmum,vt dicat Deus. Hic eſt filius meus dilectus,ex quo purgatus eſt a peccato ꝑ quod erat fili⁹ diaboli,& ſic de filio iræ efficitur filius Dei.Et inde eſt quòd boni dicuntur ligna tranſplantata,ſcilicet de maledicta filiatione diaboli in filiationem Dei.Hier.17.Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit tanquã lignum quod tranſplantatur ſecus decurſus aquarum. Iſtud lignũ tranſplantatum eſt ſecus decurſus aquarum , ideſt populorum, quia aquæ multæ populi multi.Apoc.17.Sed Chriſtus plãtatus eſt ſolum ſecus decurſum.Eſt enim decurſus culpę in quo non fuit Chriſtus. Rom.8. Dedit filiũ ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati,ſed peccatum nõ fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius.Sed in decurſu pęnæ fuit,de quo Thren.1. O vos omnes qui tranſitis per viam,attendite ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Eſt & alius decurſus propter vertibilitatem naturæ in quo etiam non fuit, quia non eſt factus Deus vertibilitate naturæ in naturam,ſed vnione perſonę.Poteſt ergo dicere baptizatus.Dominus dixit ad me,fili⁹ meus es tu,pſ.2.Sicut enim pater dicendo producit filium ſuum vnigenitum naturalem,ita dicendo gignit ſibi filios adoptiuos in regenerationis ſacramento. Accedit enim verbum ad elementum,& fit ſacramentum quo renaſcuntur filij Dei,& conſtituuntur domini dominio regali, & ideo tenentur corpus & animam ratione regere.Accipiunt autẽ Chriſtiani tanquã filij optimum patrimoniũ in baptiſmo,ſ. innocentiã & gratiã,quæ præualet oĩ auro & argento.Prouer.22.Super aurum &

D

Baptiſm⁹. Per baptiſmum acquiritur triplex digniſſima filiatio.

argentum gratia bona, immo prępollet omni regno mundi. Quam ſi ſeruarent, facilius bonis ſpiritualibus ditari poſſent. Hinc pſ.36.Cuſtodi innocentiam,& vide æquitatem,quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Meliorem enim partem facit pugil cum aduerſario,cum ſtat adhuc armatus ſuper pedes,quàm ſi ceciderit & arma perdiderit.Et ideo hortatur ſapiēs.Eccle.2.Fili accedēs ad ſeruitutē Dei, ſta in iuſtitia & timore,& prepara animā tuam ad tentationem,& Apoſtolus.Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. 1.Cor.10.Secūdo efficitur filius eccleſię, vbi pri⁹ erat extra eccleſiam, & Chriſtianus dicitur a Chriſto,& propterea chriſmate vngitur in capite.Chriſtus enim vnctus dicitur ſecūdū illud Pſ.44.Vnxit te De⁹ tuus oleo lętitiæ.Et ideo Chriſtianus debet habere in vertice mentis Chriſtū & eū imitari. Hinc Aug.Chriſtian⁹ nomē eſt pietatis, iuſtitiæ,charitatis,caſtitatis, humilitatis, patientiæ. Qūo ergo arrogas tibi hoc nomen,cū nihil de tantis bonis obtineas? Si re priueris,nec nomen habere mereris,dicit regula.Et ex quo efficitur filius eccleſię debet inſtar boni filij doctrinā eius audire,& mandatis illius obtemperare,ſicut monet ſapiens Prouer.1.Audi fili mi diſciplinam patris tui,& ne dimittas legē matris tuæ,vt addatur gratia capiti tuo,ideſt menti,& torques, ſcilicet coronæ gloriæ collo tuo.Sed dolet eccleſia de multis qui ſe auertunt ab vberibus doctrinæ ſuæ, & mandatorum,quia cognoſcit ex hoc impendere eis interitum. Prouer.1. Auerſio paruulorum interficiet eos.Suſtinet tamē vbera ſua morderi,ideſt doctrinæ ſuę detrahi,ſuſtinet gremium fędari ab illis ſcilicet pro quibus dicitur Prouerb 9. Qui arguit impium, ipſe maculam ſibi generat,& tamen non proijcit eos, immo dicit illud Prouer.9. Qui paruulus eſt declinet ad me.Tertio efficitur filius ſpiritualis baptizantis,& tenentis eum in baptiſmo. Oportet enim ꝙ patrinus teneat vel tangat puerū cū baptizatur,vel aliquis gerens vicē ſui, aliasnon eſſet filiatio talis. Tenentes enim pro baptizato ſi ſit puer reſpōdent Credo,ideſt dabo operā vt credat ſi ſit adultus.Similiter cū dicit̃ Abrenuntio.i.dabo operā vt abrenuntiet, &c. Et debet tantum eſſe vnus.de conſe. diſt. 4.Si autem de more patrię duo vel tres aſſumuntur,non debent ſine magna cauſa multiplicari.Primò propter compaternitatem ſpiritualem tenentis,& eius qui tenetur,& fraternitatem ſpiritualem inter filios naturales tenentis,& eū qui tenetur & cōpaternitatē ſpiritualem inter parentes carnales eius qui tenetur, & eū,vel eā quæ tenet & coniugē eius,ſi in coniugio eſt,quia inter tales cōtrahi non poteſt matrimonium.Secundo quia obligantur ad inſtruendum baptizatum, quod tamen rariſſimè contingit eos facere. Accenditur etiam lumē ſignificans lumen fidei, quod debet in manibus.i. operibus oſtendere.

Chriſtiani nomen quid ſignat.

Patrini officium ergo baptizatos.

Sed hic quæritur an Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis in baptiſmo? Reſpondet Richar.in tertio ꝙ nō.Primo qa baptizans miniſterialiter dat gratiam baptizato,non ſic erat in baptiſmo Ioannis, & principaliter quo ad Chriſtum,quia erat ab inſtanti ſuæ cōceptionis plenus gratia.Secundo quia talis baptiſmus erat imperfectus,& tali baptiſmo baptizatus adhuc indigebat baptizari. Et ſi dicas ad quid ergo valebat ille baptiſmus? Reſpondet gloſ.Io.3.Quantum catecuminis nōdum baptizatis prodeſt doctrina fidei, tātū profuit baptiſmus Ioannis ante baptiſmum Chriſti,quia ſic ille prædicabat penitentiā & baptiſmum Chriſti prenuntiabat,& in cognitionem veri Dei qui mundo apparuit attrahebat, ſicut miniſtri eccleſiæ primò erudiunt venientes ad fidē, & poſt peccata eorū redarguunt,deinde i baptiſmo remiſſionē ꝓmittūt,& tūc i cognitionē & dilectionē veritatis attrahūt.

E Baptiſm⁹. Chriſti. An Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis.

Tertio apparuit ſpiritus ſanctus, quia dominus ſuper aquas multas.ſ.maris, fontium,fluuiorum,puteorum,& breuiter ſuper omnes aquas naturales,& non artificiales ad eas ſanctificandum.Gen.1.Spiritus dñi,ideſt quia a Deo procedit ferebat̃ ſuper aquas.ſ.baptiſmi ad dādum uim regeneratiuam,& per gratiam minorē mundum. i. hoīem formādū in hominē nouū. Cōtulit enim dñs aquis uim mundatiuā.

F Aqua. De uirtutibus datis aquæ.

Nam

Nam per aquas Deus primò mundũ purgauit in diluuio, ſed hoc per effectum valde naturæ coniunctum, quando per naturalem aquæ vim ſuffocatiuam ſubmerſus eſt mundus, poſtea maiorem virtutem acceperunt aquæ ſub lege, quando quaſdã indignitates legales abſtulit aqua, quod remotum erat a natura eius. Poſtmodum vero aquæ data eſt amplior virtus curandi, ſcilicet corporales infirmitates, ſed hoc mediante virtute angelica mouẽte aquã, vltimo verò coniuncta ei virtute diuina ſpirituales ægritudines in baptiſmate expellit. Ideo debet catholicus ad originem ſuam ſemper aſpicere. Locus enim generationis Chriſtianorum a quo, non eſt terra, ſed aqua, iuxta illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c. Et hoc dicit Apoſtolus. 2. Corinth. 4. Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari. Ideo vita cõgruentiſſima Chriſtiano eſt vita amara, non in delicijs. Cuius ſignum eſt quòd ſicut medici corporales infirmos extra locum ſuæ natiuitatis ad locum natiuum remittunt, quia ibi facilius curantur & citius, ſi aerem natiuum hauriant, ſic & medici ſpirituales ſpiritualiter infirmantes ad locum natiuum remittũt, vt hauriant ſpiritum natiuum. de quo dicitur. Spiritus dñi ferebatur ſuper aquas, quoties terrena deſerere & in amaritudinibus pœnitentiæ quaſi in aquis maris, venire conſulant. Ideo cœliſtis medicus Chriſtus vidẽs, q terra peſtilẽs eſt, rogauit Petrum, vt habetur Luc. 5. vt reduceret a terra puſillum. Cõprimitur enim quis in terra a turba, in mari non, quia nõ eſt ibi turba, ſed puſillus grex.

Chriſtianorum vita debet eſſe amara.

G Columba. Propter multa apparuit ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ.

Sed quæritur quare ſpiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ? Reſpõdetur primo ad excludendum fictionem. Colũba enim eſt animal ſimplex felle carens. Mat. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Hie. Habeãt oẽs ſimplicitatem columbæ, vt nemini machinentur dolos. Debet. n. homo accedere ad hoc ſacramẽtum ſine fictione, ita quòd non maneat fixus in aliquo mortali ſi eſt adultus, vel quòd nõ credat ſe nihil accipere, vel quòd non acipiat aliqua mundana intentione, puta ad euadendum pœnam temporalẽ. Nam ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Et quia paruulus fictionẽ vti non poteſt, ideo ſemper in baptiſmo recipit ſpiritum ſanctum. Secundo ad oſtendendum baptizati cum Deo reconciliationem. Columbã enim portauit ramum oliuæ ad Noe in arcam in ſignum ceſſationis aquæ diluuij, & q Deus iratus mundo propter peccata eius reconciliatus erat & placatus. Gen. 8. In figura cuius Helias tranſito Iordane raptus eſt in cœlũ in curru igneo, 4. Regum. 2. Tertio vt oſtendat ſanctam conuerſationem. Columba enim ſeptem habet proprietates naturales, quæ ſignificant ſeptem dona ſpiritusſancti quæ recipiuntur in baptiſmo, & ſecũdũ quæ baptizatus debet regere vitã ſuã. Nam habet primo gemitũ pro cantu. Augu. Columba a moleſtijs auolare cupit, & ſemper gemit. 7. q. 1. §. cũ autem a vitijs. Sic baptizatus per donum timoris luget peccata ſua timens perdere gratiam Dei & ſuam amicitiam & demum hæreditatem. Secundò eſt animal manſuetum, & pium, & offerebatur Deo in ſacrificium. Leuit. 5. Et ſignificat donum pietatis, per quod quis eſt deuotus ad diuina, vt officia eccleſiaſtica, orationes, & huiuſmodi. Pietas enim eſt Dei cultus. Debet etiam eſſe pius quo ad proximum ad ſubueniẽdum neceſſitatibus eius, ad compatiendum ei, & ſupportandum defectus illius. Inungitur etiam oleo ſancto baptizandus in pectore, & in ſcapulis, ad illud idem inſinuandum. Tertio inter grana ſibi propoſita eligit meliora, & corrupta dimittit & cadauera, vt patet de columba Noe quæ nõ requieuit ſuper cadauera vt coruus, ſed ad arcam reuerſa eſt, quia nõn inuenit vbi requieſceret pes eius. Debet ſimiliter baptizatus per donum ſcientiæ diſcernere quæ ſibi proponuntur & occurrunt verba, & exempla aliorum, & cogitationes in mente, & bona admittere, & mala dimittere, & nõ omnibus credere, nec oẽs imitari, ſed bonos. Quarto colũba habitat in foraminib⁹ petræ. i. ædificiorũ. Can. 2. & Eſa. 60. quaſi columbæ ad feneſtras ſuas. Et per hoc notatur

H Colũba. De ſeptẽ proprietatibus columbæ relatis ad ſeptem dona ſpiritus ſancti.

donum fortitudinis, in quo quis firmatur meditando vulnera paſſionis Chriſti. Quid enim magis habet fortificare mentem hominis in tribulationibus, laboribus, & anguſtijs poſitam quam meditatio paſſionis Chriſti? Inde dicit Chriſtus ſponſę ſuæ Can.2. Veni columba mea in foraminibus petræ, id eſt ad meditandum vulnera paſſionis. Petra enim erat Chriſtus. 1. Cor. 10. Foramina eius ſunt eius vulnera. Quinto colūba fouet pullos alienos. Sic per donum conſilij bonus debet eos fouere qui erant aliena a Deo & filij diaboli per peccatum per bona conſilia, & p exhortationes nutrire, & ipſe de agēdis ubi occurrit cōſiliū quęrere dēt. Tob. 4. Conſilium ſemper a ſapiente inquire, ſed ſume conſiliarium bonum. Sexto columba non lacerat roſtro quæ comedit, ſed integra grana ſumit. Sic baptizatus non debet ſententias bonas veritatis integræ ſcripturarum dilacerare falsē exponendo, quod pertinet ad hæreticos, ſed ſecundum integram veritatem intelligere & proferre. Pſ. 67. Si dormiatis, id eſt quieſcatis inter medios cleros, id eſt in medio duorum teſtamentorum ſcripturæ acquieſcendo veritati, eritis. ſ. pennæ columbæ deargentatæ, id eſt veri fideles vniti eccleſiæ quæ eſt columba deargentata, id eſt erudita ſacris eloquijs. Septimo columba reſidet iuxta aquas, vt contēpletur vmbrā accipitris eam inſequentis. Quod fit per donum ſapiētię guſtando & contēplando diuinas perfectiones, & cum diabolus inſequitur eā in ipſam diuinam bonitatē ſe immergit, ad eam recurrendo oratione, & euadit. Can. 1. Oculi tui columbarū, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Nihil magis fortificat mentem homini quam paſſio Chriſti.

Sermo VI. eiuſdem diei, & in ordi. LXX. continuando materiā baptiſmi per thema precedens.

A Lauacrū De multiplici lauacro.

N[illegible] dubium quin vox domini ſuper aquas vt ſanctificarentur, ad lauandum & mundandum fideles. Contingit autē [illegible] multiplex lauacrum. Primū eſt turpitudinis, de quo. 1. Pet. 2. Sub lauto in volutabro luti, id eſt luxuriæ, in quo lotus eſt Ruben quando effuſus eſt ſicut aqua. Gen. 49. In quo lauacro delentur virtutes, & bona opera de papyro aīæ. Secundum eſt flaminis, & iſtud eſt pœnitētiæ, de quo Pſ. 72. Lauabo inter innocētes manus meas. Et Eſaiæ. 4. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinē Hieruſalem laueri, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Hoc lauatur mortale & veniale. Pſalm. 6. Lauabo per ſingulas noctes, id eſt per ſingula peccata lectum meum. Tertium eſt martyrij. Apoc. 7. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Iſtud eſt ſanguinis, in quo Chriſtus torcular calcauit ſolus, ita ut poſtea mirarentur Angeli dicentes. Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de Boſra? In quo falce martyrum reſecantur omnia peccata & pœnæ peccatorum. Quartum eſt eleemoſynæ, quod eſt fragminis lauacrū. Luc. 11. Date eleemoſynam & omnia mūda ſunt vobis. Hoc Maria lauat pedes Ieſu, hoc lauantur pęnæ peccatis debitæ quando eleemoſynis redimuntur ſecundum cōſilium Daniel. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Quintum eſt baptiſmi lauacrum. De quo Ezechiel. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Iſtud eſt fluminis in quo filia Pharaonis vt lauaretur infantulum in fiſcella ſuſcepit. In primo lauatur anima ab omni bono, in ſecundo ab omni malo culpæ, ſed non ſemper pęnæ. In tertio ab omni malo culpæ & pęnæ, ſed duriter. In quarto a malo pęnæ, ſed non culpæ. In quinto ab omni malo culpæ & pęnæ & leniter. In eo enim ſapientia attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, hoc eſt a termino a quo, ſcilicet peccati ipſum delendo vſque ad finē, ſcilicet pęnæ ipſam delendo. Iſtud eſt lauacrum, in quo hodie Chriſtus lauari voluit, vt tactu ſuæ mundiſſimę carnis vim purgatiuam & ſanatiuam conferret quis, in quo etiam lota eſt virgo Maria, ad quam recurremus dicentes Aue.

In hoc ſermone, dicemus quomodo

baptiſmus conuenienter inſtitutus eſt fieri in aqua propter magnam conuenientiam proprietatum aquę cum effectibus baptiſmi.

B

Aqua. Baptiſm⁹. De nouē proprietatibus aq̄ baptiſmo competentibus.

Prima igitur proprietas aquæ eſt quòd eſt mundatiua ſordium corporis. Sic & gratia baptiſmalis mētium ſordes abluit, ſecundum illud Ezechiel. 36. præallegatum. Effundam ſuper vos aquam mundam & c. In fonte enim qui exiuit de latere Chriſti quodammodo baptizata eſt & lauata tota eccleſia quæ fuit ab initio mundi vſque tunc, quia dilexit nos tunc & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vt exhiberet ſibi ſponſam glorioſam non habentem maculam neque rugam. Inde ait Eſa. 52. Iſte aſperget gentes multas. De qua aſperſione vnus e filijs eccleſiæ aiebat. Pſal. 50. Aſperge me dn̄e hyſopo & mūdabor, lauabis me &c. Ibi latro quodammodo poſt confeſſionē fidei baptizatus eſt. Ideo quia tunc videtur aliquo modo baptizata tota eccleſia quæ credebat & ſuper terrā & ſubtus terram, reſtat illam eccleſiæ particulam abluendam quæ tunc non erat. Propterea vt ſuper nos effectum habeat, ſignaculo paſſionis eius quod eſt baptiſmus neceſſe eſt nos ablui. Eſaiæ 60. Filij tui de longe venient, ſcilicet ab origine mundi, vt in ſanguine tuo baptizentur, ſed filię tuæ deuotiſſimæ animæ quæ nondum erant, de latere ſaluatoris ſurgent, ideſt naſcentur. Eſt enim baptiſmus Nilus fluuius paradiſi, ad quem venit filia Pharaonis eccleſia, vt lauaretur, & ibi Moyſen inuenit, quia gentilis eccleſia in hoc lauacro Chriſtum ſuſcepit & inuenit. Leuit. 15. Immundus erit vſque ad veſperā, quia omnis immunditia & pollutio in veſpere mundi tollitur per Chriſtum in aquis baptiſmi. Ephe. 5. mundans eam, ſcilicet eccleſiam lauacro aquæ. Et non ſolum ſanat infirmitates animę, ſed etiam corporis. Hiſtoria de hoc habetur lib. 11. hiſto. tripar. cap. 4. vbi dicitur, quòd tempore Attici quidam Iudęus cum paralyticus eſſet plurimus annis nulla medicina aut Iudæorum oratione ad ſanitatem valente, confugit ad baptiſmum. Qui catecuminus factus ab Attico in lecto, deportatur ad baptiſmum, qui vera fide ſuſcipiens baptiſmum, repente ægritudine priuatus eſt. Propter quod plurimi gentilium baptizati ſunt, & hoc tamen Iudæos ſigna quærentes non prouocauit ad fidem. Sed dubium eſt ne ſimus de illis de quibus dominus per Amos conqueritur dicens. Nunquid non vt filij Ethiopum vos eſtis mihi Iſrael ait dominus, quia poſt dealbationem quę fit in Selmō, de qua Pſ. 67. Niue dealbabuntur in Selmon, ideſt in baptiſmo, ad nigredinē peccati redimus. Quia autem aqua baptiſmi peccatum abluat elici poteſt per exemplū Gregorij Turonenſis in libro martyrū, vbi recitat ꝙ in memoriam baptiſmi Chriſti ſolebant in Hiericho & in vicinijs in die Epiphaniorum in Iordanis fluuio ablui. Erat autē quædā mulier adultera in Hiericho, cuius hæc erat conſuetudo, ut quoties de adulterio concepiſſet, cum peperiſſet ſuffocatum terræ vt occultum eſſet reconderet. Deſcendit itaque cum cęteris in Iordane in die Epiphaniorum. Cunque leuatis vſque ad geniculū veſtimētis ingrederetur amnē, fugit aqua ante pedes eius ſpectātibus & mirātibus populis. Cognoſcenteſque mulierem eſſe facinoroſam, interrogant quid mali fecerit, vt hęc ei in tali feſto & in tanta frequentia populi accidiſſent. At illa crimē fatef. Septē (inquit) a me paruulos editos ſcorto interfeci, & octaua adhuc die p̄terita id feci. Orate pro me vt remittatur iniquitas mea. Hęc ea loquente populus proſternitur, ſed mulier expanſis brachijs ſtatim ſpiritum exhalauit, vt adulterium & homicidium vlciſceretur Deus. Scriptū eſt enim, ſpiritus dn̄i effugiet fictum, propter quod aqua illā aufugit. Ex iſto enim perpendi poteſt quantum aqua baptiſmi mundat peccatum eius quem tāgit & expellit, qn̄ aqua q̄ non erat niſi in lignū & memoriā ei⁹, fugiēs abhorrebat peccatū.

Baptiſm⁹ figuratur in fluuiū Nilum.

C

Baptiſm⁹. Baptiſm⁹ ſanas infirmitates mentis et quādoque corporis.

Exemplū admirandū & memorādu.

Secunda proprietas aquæ ꝙ eſt extinctiua ignis. Sic gr̄a baptiſmalis refrigerat concupiſcentiarū incentiua. Eccl. 3. Ignē ardentē extinguit aqua. Licet enim nō totaliter tollatur ardor, multū tamen diminuitur,

nuitur,nec tolli debuit ex toto, vt homo in eo exerceretur & humiliaretur,Pſ.88. motum fluctuum eius tu mitigas.Reſtringit concupiſcentiam oculorum quando ſe humiliat ſicut iuſtum eſt ſub aquis elementaribus,qui ſe extulit contra creatorem ſuum.Pſ.103. Qui tegis aquis ſuperiora eius.Superiora ſunt ſuperbia , & ſuperbiæ filię,quæ natione cęleſtes ſunt.

Tertio aqua eſt animalium ſuffocatiua,ſicut in mari rubro ſuffocatus eſt Pharao cum exercitu . Sic virtus dęmonũ in his vehementibus aquis confringitur.Ibi enim brutalitas cum qua naſcimur, eneruatur.Proprietatibus enim brutorũ vtũtur peccatores & brutalitatibus eorum. Vtuntur enim latratu canino dum litigant,rugitu leonino dum comminantur aut cõuitiãtur, gãnitu vulpino dum,ſimulatorie vel deceptoriè applaudunt , ſibilo ſerpentino dum mala ſuggerunt.Sed iſta monſtruoſitatis capita in aquis tribulantur,ſicut ſuperfuſione aquę picturæ delentur. Inde aquæ baptiſmi dicuntur aquæ niuis, propter infrigidationem. Iob.9. Si lotus fuero quaſi aquis niuis. Secundò eſt ſuffocatiua omnium peccatorum . Vnde Damaſce. Quoniam in incorruptione fecit nos Deus.Tranſgredientes enim ſalutare eius mandatum corruptione mortis condemnauit,vt non immortale eſſet malum, condeſcendens ſeruis vt miſericors, & ſecundum nos factus a corruptione propria paſſione redemit,& irrigauit nobis ex ſancta & immaculata coſta eius fontem remiſſionis.Ex quo apparet quòd per fontem illum omne peccatum extinguitur.

Peccator perſeuerans in peccato, brutorũ proprietates exercet.

Quarto aqua eſt productiua & generatiua viuentium. Fit enim ex aquis generatio,Nam pluuias & inundationes aquarũ ſata deſiderant & expectant, vt fructificent , naſcantur,& creſcant. Eccl.39.Initium vitæ hominis panis,ſcilicet euchariſtiæ & aqua baptiſmi, Hæc eſt aqua viua in qua mittebatur cinis vitulę rufæ,& purificabat legis contagia , quia ex virtute paſſionis immolati Chriſti procedit efficacia huius ſacramenti. Ipſe enim eſt puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de libano,ideſt corpore Chriſti candidiſſimo.Eſt enim vna natiuitas tẽporalis,alia ſpiritualis.In prima naſcitur homo mundo,in ſecunda Deo, prima ex coitu,ſecunda ex ſpiritu.In prima caro propagatur de carne , in ſecunda ſpiritus de ſpiritu.Io 3.Quod natum eſt ex carne caro eſt.Primã nemo admiratur cũ ſit cõmunis. Secundã admiratur Nicodemus dicens. Quomodo poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? Nũquid poteſt in ventrẽ matris iterato introire & naſci? Sunt enim aquę baptiſmi aquæ refectionis & effectionis, de quibus Pſ.22.Super aquam refectionis educauit me.Reficere enim æquiuocum eſt ad alimentari & reparare.Nam aquæ baptiſmi ſunt aquæ effectionis , quia ibi naſcitur homo, aquæ educationis & alimenti,quia retinens innocentiam baptiſmalem alia bona addendo cõtinuè nutritur in fide & creſcit.His aquis ſunt oppoſitæ aquę deſtructionis,quæ ſunt affluentia deliciarum & voluptatum carnalium, quibus ſuffocatur nouus homo. Vnde dicit Iſidorus lib.12.Etymolo. ꝙ omnium volucrum genera,bis naſcuntur , ſcilicet de ouo, & de ventre matris.Sic volucres cęli,ideſt catholici naſcuntur ſemel carnaliter filij iræ, ſed iſta natiuitate quaſi euacuata naſcuntur iterum ſpiritualiter filij Dei.Pſal.17. Aſſumpſit me de aquis multis , ideſt de aquis baptiſmi ad multa valentibus . Quia enim ſumus piſces renati in baptiſmo,oportet in diluuio miſericordię Dei & aquarum eius inhabitare. Nam piſces (vt vult Ambro.in Hexameron) extra aquam viuere non poſſunt, & ſine diluuio baptiſmi,aut aquarum contritionis viuere non poſſumus.Sic infideles quia in diluuio iſto non inhabitant, mortui ſunt.Pſalm.31.Verũtamen in diluuio aquarum multarum , ad eum non approximabunt. Nauis quæ non eſt in aquarum abundantia, eſt in periculo confractionis. Eſt autem mirabile,ꝙ qui naſcitur ex terra terrenus , poſtea naſcatur ex aqua cęleſtis,immo fiat aquæ cęleſtis, ita vt ad eũ reſpiciat illud Pſ. 148. & aq quę ſuper cęlos ſunt laudent nomẽ dñi.

Natiuitas duplex.

D Baptiſm°. Aqua baptiſmi ſũt aquæ effectiuæ & nutritiuæ ſpiritualiter, & ibi de duplici natiuitate.

Quinto aqua eſt renouatiua germinãtium.

uium. Salices virides iuxta aquas plantatę renouantur. Sic homines ex vetuſtate primi hominis in nouitate gratiæ reparantur. Iob. 14. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus eius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primum plantatū eſt. Ideo hoc ſacramentum dicitur lauacrum regenerationis, & renouationis. Tit. 3. Sunt enim aquæ calidæ, quas inuenit Anam in deſerto, & calore ſpiritusſancti renouant, & germinare faciunt corda fidelium. In deſerto enim inuentus eſt baptiſmus. Aquæ autem pluuiales maxime germinare faciunt plantas & arbuſta. Sic aquæ iſtæ quæ de cęlis procedunt quo ad virtutem. Iſtę ſunt aquæ quæ benedixerunt domino, id eſt benedictionē illā æterni patris & dñi, quæ tamen ſuper cęlos ſunt. Figurat etiam baptiſmus illam futuram regenerationem & renouationem, quando renouabimur in corpore incorruptibili. Propter quod ſecundum Ioannem Beleth in ſabbatis Paſcæ & Penthecoſtes ſolū celebrabatur baptiſmus, niſi in neceſſitatis caſu, vtpotè cū obſideretur ciuitas, vel immineret infirmitas probabilis, vel perſecutio gentiliū. Gręci tamen circa Epiphaniam ſolebant baptiſmum celebrare, qa tūc Chriſtus baptizat⁹ eſt, hęc Beleth.

Sexto aqua eſt conglutinatiua & vnitiua partium decidentium. Puluis enim niſi conſperſus fuerit aqua non coheret, nec Chriſto capiti vnitur quis, niſi aqua baptiſmatis perfundatur, nec ad fructificandum aptatur, ſed admodum pulueris ſterilis & ſine fructu efficitur. Pſalm. 1. Impij ſicut puluis quem proijcit ventus a facie terræ. Gen. 1. Congregentur aquæ quæ ſub cęlo ſunt in locū vnum, & appareat arida. Cum enim omnes conueniunt in vnitatem ſacramentorum, tunc ſe oſtendit terra corporum noſtrorum ad fructificandum idoneam. Pſ. 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. De ſolario domus ſuæ. i. de excelſo cęlo ſuo vidit Dauid Berſabeæ vxorē Vriæ. i. eccleſiam de gentibus, tūc diabolo qui ſecū literas ſuæ mortis portat coiunctam, & vidit eam ſe lauantē aquis baptiſmatis. Ideo ad ſe uocatam eam ſibi legitimo charitatis matrimonio copulauit, ſubmerſo diabolo in aquis illis. Erat enim terra gentium arida, quouſque fuerit aquis baptiſmi irrigata, in quibus magni & parui piſces piſcati ſunt apoſtoli & diſcipuli Chriſti, docti & indocti, perfecti & imperfecti. Pſ. 106. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum.

Septimo eſt mollitiua ad recipiendum imagines rerum formabilium. Cæra enim ſiccitate indurata ad ſuperfuſione aquæ mollitur, & ad impreſſiones & formas vaſorum & ſcripturas apta efficitur. Sic cor humanum ſub originali ariditate duratum ſuperfuſione aquæ mollitur, & in eo veritatis forma recipitur, & diuinus character inſcribitur. Ezechiel. 16. Ingreſſus ſum in pactum tecum ait dominus, & facta es mihi & laui te aqua, & mūdaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo & veſtiui te diſcoloribus. Nō enim ſunt aquę baptiſmi aquę contradictionis, in quibus murmurauerunt rebelles & duri filij Iſrael, ſed ſunt magis emollitiuæ cordium ad deuotionem & contemplationem.

Octauo aqua eſt corpus diaphanū, ideo luminis ſuſceptiuum. Sic baptiſmus præſtat lumen fidei, & lumen gratiæ ad animam tranſit. Inde dicitur ſacramentum fidei, & baptizandus cum baptizatur fidē petit. Ideo Apocal. 4. Baptiſmus appellatur mare vitreum propter puritatem innocentiæ, claritatē vitæ, & ſynceritatem fidei quæ in baptiſmo ſuſcipiuntur, ſed dicitur ſimile cryſtallo, quia poſt aquā baptiſmi, gelu, & pruina aduerſitatis ducuntur ad firmitatem & indurātur contra aduerſa, ſicut ex aqua dureſcit cryſtallus. Sic martyres poſt aquam baptiſmi multa patiebantur, ſicut præmonet ſapiens Eccl. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, pręparā animam tuam ad tentationem. Et in hoc aqua conuenit cum corpore cęleſti quod diaphanum eſt, quia hęc aqua vim viuificatiuā habet p verbū, ſicut cęlū p motū.

Nono aqua eſt cōmuniſſima quę ubiq; reperitur. Propterea notitia huius ſacra-

mēti dēt eſſe cōmuniſſima, & inde iſtud ſacramentū eſt ſummæ neceſſitatis, ita q ſine aquis huius ſacramenti non eſt in arbore humana neque fructus, neque vita. deo Pſ. Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarū, aquarū gratiæ quæ fluunt de latere ſaluatoris per amorē, aquarū baptiſmaliū per fidē, aquarum cōtritionis, per penitentiā. Homo n. (inquit Ariſto.) eſt arbor euerſa, cuius rami inferius & radix ſuperius. Sic eſt plantatus iuſt⁹ ſuperius in terra viuentium, rami inferius. ſ. ſenſitiua pars duplex, iraſcibilis, & cōcupiſcibilis. Gen. 3. Subter te erit appetit⁹ tu⁹, & tu dñaberis illi⁹. Ecōtrario iniuſt⁹. Cōtra naturā eſt hr̄e pedes ſurſum & caput deorſum. Amat ſe plāta in vna terra, non in alia, fructificat in vna nō in alia. Ideo amor ex riuulo trahit̄ de latere procedenti ſaluatoris. Oportet q locus non ſit vmbroſus, ſed patēs ſoli. Sic ex riuulo fidei procedente ex fonte baptiſmati fides attrahit̄, ſed ſub vmbroſa quercu erat idololatria. Tertiò oportet q terra ſit a vepribus, ſentibus, & vrticis oīno aliena, alioquin ſuffocarēt naſcētē plātulā & hoc habetur ex riuulo contritionis. In primo riuulo piſcatur deuotio. In ſecūdo rerūarduarū cognitio. In tertio diuina cōſolatio. Secund⁹ riuulus dulcis. Prim⁹ dulcior. Terti⁹ amar⁹, ſed multū medicinalis.

Homo eſt arbor reuerſa.

Sermo VII. eiuſdem diei, & in ordine LXXI. per thema præcedens.

A Baptiſm⁹. Quare datus eſt baptiſmus Chriſtianis, & circunciſio Iudæis.

Q Veritur quare circunciſio Iudæis, baptiſmus dat⁹ eſt Chriſtianis? Ratio eſt, quia popul⁹ ille duræ ceruicis erat, ideo neceſſaria erat ei duricies ferri vel lapidis ad radendum rubiginem originalis peccati, populus vero Chriſtianus corde tenellus eſt, ideo facile ab eo aqua lauatur macula illa. Ideo dominus exercituū in primo populo ferro pugnabat contra originalo in ſecundo populo, quia leo mutatus eſt in agnum, auſteritatem mutauit in manſuetudinem, & quod prius cautetio purgabat, balneo lauare cępit baptiſmi. Vnde, Bern. Populo duræ ceruicis cultellus erat neceſſarius, & lapideis cordibus merito cultus debebantur lapidei, qualiter a Ieſu Naue facta circunciſio commemoratur. Noſter autem Ieſus tanquam agnus manſuetus, hanc abſtulit auſteritatem. Idem duritiam duris ſeruis bene congruam, filijs commutauit in manſuetidinem, vt rubiginem originalis peccati quam vix cultellus eradere poterat, cum vnctione gratię lauet facile aqua. Hęc Ber. In ſignum cuius de circunciſis proceſſit baptiſmus. Inſtrumentum enim circunciſionis fuit petra, inſtrumentum baptiſmi aqua. Et ideo quando Moyſes percuſſit petram & fluxerunt aquę, euidenter oſtendit de circunciſione procedere baptiſmum, & a circunciſis, vt a Ioāne Chriſto, & apoſtolis incipere prędicationem baptiſmi. Iob. 28. In petris riuos excidit. Gentes vero eo dicebantur gentiles, quia manebant geniti tales, ſcilicet nec circunciſi nec baptizati, ideo lepra originalis peccati ab vtero infecti manebant. Hęc ſeparatio ab exordio mundi facta eſt, quando diuiſit Deus lucem a tenebris, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem, & hoc quando ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quia fideles fidei luce clareſcunt, & infideles infidelitatis tenebris obſcurantur. Et inde eſt, quòd de fidelibus fideles naſcuntur, quia dies diei eructat verbum, idest baptizatus baptizato oſtendit fidem de verbo incarnato, & de infidelibus infideles, quia nox nocti indicat ſcientiam mundanam. Sed non poteſt gloriari baptizatus de fide verbi alijs docentibus in ſe ſuſcepta, niſi bene operetur, quia fides ſine operibus mortua eſt. Et ideo debet conari vt fidei iungat charitatem & dilectionem Dei operantē, & ad hoc ſępius implorare auxilium Dei & genitricis eius Marię, & ad quam nunc recurramus dicentes, Aue.

Gentiles quare dicebantur.

IN pręſenti ſermone dicemus primo de miniſtro baptiſmi. Secundo de his quæ fieri debent in baptiſmo. Tertio quomodo eſt ſacramentum non reiterabile.

B Baptiſm⁹. Sacerdos eſt prius miniſter baptiſmi.

Quo

Quo ad primum dico, ꝙ iſtud ſacramentum miniſtrari debet per ſacerdotẽ, niſi in caſu extremæ neceſſitatis. Populus enim Iſrael tranſiuit vada Iordanis, ſed leuitico miniſterio. Ioſue. 3. Poſt cuius tranſitum Ieſus nouus dux ſuſcipit baptizatũ, vt in terram ſupernæ promiſſionis inducat. Eſt. n. baptiſmus vulua, in qua generat dñs filios ſuos fideles. Eccl. 1. Initium ſapientiæ timor dñi, & cum fidelibus a vulua concreatus eſt. Vuluã vocat baptiſmũ, in quo eccleſia ſpirituales filios generat, & illi fideles, qui a tẽpore baptiſmi ſeruiunt dño in timore, Chriſtus eſt qui baptizat, vt pater Ioanni teſtatur dicens. Super quẽ videris ſpiritũ deſcendentẽ, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Propter qđ nõ eſt melior baptiſmus per manus iuſti quàm peccatoris donat', qm̃ qualiſcũq; ſit miniſter, Chriſt' eſt q baptizat. Eſt ẽt ibi dilectis quemadmodũ filius vnicorniũ, vt ſi quæraẽ qũo dilectus, certè quemadmodũ filius vnicorniũ. Chriſtus vnicornis cuius oẽs Chriſtiani filij ſunt vnicornes vnũ cornu tantũ hñtes. i. vnam fidem per baptiſmum, quæ eſt cornu & arma noſtra cõtra hoſtes viſibiles & inuiſibiles. ſecũdũ Pliniũ vnicornis pugnaturus contra elephãtẽ primo linit & acuit cornu ſuũ contra ſaxum. Sic nos pugnaturi cũ diabolo cornu fideĩ noſtræ debemus acuere ad ſaxum Chriſtum, cõſiderantes quãta pro nobis ſuſtinuit. Acuties ſine qua redditur cornu inutile ad pugnandum charitas eſt, de quo. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt. Hoc cornu acũtum habebat, q dicebat. Eſa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Idcirco poſui faciem meã, vt petram duriſſimã.

Vnicorni ꝓprietas.

Pro ſecundo dicit, ꝙ primò ſacerdos debet præmittere exorciſmos, quos cum grauitate debet dicere. Maturè & prudẽter ꝓcedere debet qui iungit in prælio. Ille autem contra ꝑtãtes aerias bellum indicit, vt a baptizando eijciat fortem armatum, & leui flatu eum expellit, ſed verbis minacibus & terrendis. Propter quod ſuauiter anhelat ſacerdos & ſuper aquas baptiſmi eas ſanctificando, & in ore pueri vt exufflet diabolum. Tempore autẽ Apoſtolorum ſolum dicebatur, Ego baptizo te, ſed beatus Clemens ex doctrina beati Petri, vnctionem Chriſmatis & olei addidit, poſtea Leo Papa & Damaſus & Ambroſius aliqua addiderunt hæc Beleth. Dicit etiam ꝙ nullus ſuſcipi debet in patrinum, niſi ſciat dominicã orationẽ & credo in Deum, quia patrini ſunt baptizatorum fideiuſſores de fide eorum rñſuri in die iudicij. Sacerdos autem oĩum quos baptizat patrinus eſt, ſed nõ ad hoc tenetur ꝓ ꝑ multitudinẽ niſi in generali, & ideo curæ patrinorum illos cõmendat. Secundo vngendus eſt baptizãdus oleo. Primò vt timeat Chriſtian' ignem æternum, eo magis ꝙ ſe ſentit oleo impinguatum, cõſiderãs ꝙ oleum flãmã vehementiorẽ accendit ſi ignibus applicet. Propter quod impoſterum ardebunt Chriſtiani in illo igne magis quàm infideles. Pſ. 22. Impinguaſti in oleo caput meũ. Ezec. 16. Laui te aqua, vnxi te oleo. Et paulo poſt, Et accidit poſt oẽm malitiã tuã, væ væ tibi, ait dñs Deus. Scđo vt cognoſcat ꝙ per baptiſmum vngitur in ꝓphetã, & in regẽ. Dauid enim primò vnctus eſt in prophetam a Samuele, & in ſignum regis futuri & Athletæ. Solebant enim oleo inungi Athletæ ſcđm Hier. ſuper Oſeæ. Inde & pugnauit contra Goliã & vicit, poſtea unctus eſt in regẽ ſuper Iuda, & ſuꝑ Iſrael, quia quilibet Chriſtianus in baptiſmate vngiẽ in propheta. i. videntẽ per fidem. Fides. n. eſt de his quę prophetice reuelantur, & in futurum regem & Athletam contra diabolum. Tunc. n. imponitur ei certamen contra hoſtẽ. Chryſo. homil. 5. ſuper Matth. in imperfecto. Athleta ad certamen vngitur vt luctetur. Sic ſpiritualiter oleo chriſmatis vngitur Chriſtianus, ut contra diabolum quaſi ſpiritualis Athleta luctetur. Secunda verò vnctio quæ duplicaẽ, ad regnum duplex diſponit, ſcilicet ad regnum ſup corpus in præſenti, & ad regnum gloriæ in futuro. Quòd ãt dñs conſecret & vngat

Baptizandi modus tempore Apoſtolorum.

C

Oleũ. Baptizand' vngitur oleo ꝓter duo, et ibi ꝙ per baptiſmum conſecrari ꝓphetam et regem.

gat

gat Chriſtianum in regem in baptiſmo, hoc ideo eſt, quia dominus erga ſuas creaturas non mutatur. Non enim eſt dominus variabilis & mutabilis. Malachiæ. 4. Ego dñs & non mutor. Sed ſic eſt ꝙ dominus a principio fecit homini tantum honorem, ꝙ conſtituit eum in regem. Cum enim fecit mundum voluit ſuper eum ponere regem dicens. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & pręſit piſcibus maris. Ex quo patet ꝙ fuit ibi conſona electio, quia non ſolum habuit ibi vocem pater, ſed etiã filius & ſpirituſſanctus, ideo dicit faciamus. Si enim imago quę eſt in ſigillo regis videret, diceret ꝙ eſſet rex. Etiam eum inunxit quando dominus ei benedixit. n benedictione enim attenditur conſecratio, & tunc dedit eis iterum dominatione dicens. Dominamini piſcibus maris, &c. Ideo hoc idem facit Deus cuilibet in baptiſmo, quia in recreatione animæ reparatur in ſimilitudinem Dei, inungitur & cõſecratur, & habet dominium ſuper volucres cęli, id eſt ſpiritualia peccata, & piſces maris, id eſt peccata carnis, & beſtias terrę quantum ad dęmones. Ideo ruſticus eſt Deo, qui peccat & imaginem Dei conculcat. Vnde ſicut dignitas militaris confertur accinctione gladij, ciuilitas Romana traditione penulæ, vel veſtis, hęreditas traditione anuli, regnũ impoſitione coronæ, ſic per ſacramentũ baptiſmi fiunt hoies milites Chriſti accincti gladio flammeo charitatis, ciues paradiſi traditione veſtis innocentiæ, cohæredes Chriſti tradi tione anuli fidei, & reges æterni per inunctionem ſacram. Epheſ. 2. Iã nõ eſtis hoſpites & aduenę, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei. Inde beatus Ludouicus requiſitus quo nobili cognomine appellaretur, quæſiuit vbi habuerat maiorẽ nobilitatẽ, & cũ multi dicerent ꝙ a prædeceſſoribus ſuis, & ꝙ ex nobilitate eorũ, vel loci vnde ortũ habuerat debebat nominari. Ad quod ille. Nõ memini me habuiſſe maiorẽ honorem quàm qñ ego fui Chriſtian⁹, & hoc fuit apud Piſſiacũ. Ideo ego volo vocari Lodouicus de Piſſiaco, & ita appellatus eſt. Hinc Eſa. 51. Attendite ad petrã vnde excisi eſtis, & ad cauernã laci. Petra Chriſtus, cauerna laci latus Chriſti vnde per regenerationem proceſſiſtis. Attendite ergo claritatem generis veſtri ne peccetis, quia Rom. 6. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Tertio datur ſal in baptiſmo. Primò vt profiteatur baptizatus fidelitatẽ ſuam Deo. 1. Eſdræ. 4. Memores ſumus ſalis quod comedimus in palatio regis. vbi gl. quædam. Mos erat vt dum quis iuraret fidelitatem regi, ꝙ dabatur ei ſal ad comedendum, vt ſic iuraret tan diu ſeruire regi & eius ſeruare fidelitatem, quandiu ſal comederet. Et ideo filij Iſrael cum arguerentur a Samaritis de rebellione contra Perſarum regem dicebãt. Memores ſumus ſalis &c. Ideo & baptizandis ſal datur ad comedendum quaſi profiteantur, quandiu ſal comedam, tandiu fidem Deo meo ſeruabo. Secundo in hoc oſtenditur ſuſcipere donum ſapientiæ, quia ſicut ſal quaſi lapis fit ex ſubſtantia aquæ calore ſolis deſiccata, ſic ex aqua baptiſmi & calore ſpirituſſancti fit homo fidelis & ſapiens & nõ alias, quia Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c. Hic calor ex illo ſole procedit de quo dicunt infideles Errauimus a via veritatis, & ſol iuſtitiæ non illuxit nobis. Sic baptizat⁹ Paulus ab Anania & igne ſpirituſſancti, factus eſt vas electionis, & vas ſapiẽtiæ ſalutaris. Itẽ ſecũdum Hall. in 4. datur ſal vt ſale ſapientiæ cõditus careat fętore iniquitatis, ne a vermibus peccatorũ vltra putreſcat. Quartò interrogatur baptizandus de fide, quia ſi eſſet adultus & crederet baptiſmum non eſſe efficax remedium ad abluenda peccata, nihil ſibi prodeſſet, ſi ſit paruulus, vice eius reſpõdetur per patrinos.

Sed quęritur quare paruuli interrogãtur de fide, cũ non ſint fidei capaces, & rñdetur per patrinos? Rñdeo ꝙ ſicut paruulo nõ credenti & neſciẽti pſtant multa beneficia miniſterio parentũ, vt cibus, potus, & veſtitus, nec impediũt illa beneficia

Mutabilitas nõ eſt in Deo.

Milites Chriſti ſecit homines p baptiſmum.

Nobilitas vera vnde ortum habeat.

Sal cur detur in baptiſmo.

D

Baptiſm⁹. Quare interrogantur pueri de fide in baptiſmo, cum non ſint rationis capaces, & quo per alios procurātur eorum ſalus.

neficia paruuli ignorantia. Nō enim quia ignorat minus, pannis inuoluitur aut lauatur. Sic etiam eidem ignoranti, licet ea ſibi neſciat adhiberi, medicamenta adhibentur & ſanitas acquiritur. Secundo ſi meritis parentum carnalium Dei bonitas ſanitatem & bona temporalia (quibus poſtea Deum impugnant) filijs carnalibus concedit, multo fortius filijs ſpiritualibus dat Deus precibus & meritis parētum ſpiritualium bona quibus Deum honorant & laudant. Et cum quæritur cur interrogatur de fide paruuli, cum ſciatur omnino reſpondere non poſſe? Idem eſt ac ſi quæreretur de pupillo cur conuenitur in iudicio cum non intelligat quid ab eo petatur, nec ſciat petitioni reſpondere, in quo manifeſtum eſt, ꝙ tutor debet pro eo reſpondere, & cauſam illius nomine agere. Prodeſt autem pupillo quod pro eo tutor vtiliter agit, & cōditionem ſuam in cauſa ſua meliorem facit. Sic fit per tutorem ſpiritualem patrinum. Pręterea credit regulus, & ſaluatur filius eius, credit Martha, & ſuſcitatur Lazarus, credit pater archiſynagogus, & ſuſcitatur filia eius, credit Chananea, & a dęmonio purgatur filia. credit Centurio, & puer eius curatur. credunt delatores paralytici eū poſſe a Chriſto curari, & curatur eius anima & corpus. Videns enim fidem illorum ait. Remittuntur tibi peccata tua. Si iſti aliena fide ſanati ſunt, cur non aliena fide parentum vel eccleſię paruuli ab originali mundari poſſunt, cum remedio per Chriſtum ordinato? Quartò ſi ſecundum Apoſtolum ſaluatur vir infidelis per mulierem fidelem, & mulier infidelis per virum fidelem, cur viri pariter & mulieris fide vtriuſque filius non ſaluabitur? Quintò vicem baptiſmi olim circuncisio obtinuit, ſed ſola circūciſione abſq; fide paruuli propria ſaluabatur puer, ergo multo magis abſque fide propria per baptiſmum, qui eſt excellentius remedium. Sextò plus abundat gratia Dei ad ſaluandum, quàm peccatum Adę abundauerit ad damnandum, quia vbi abundauit delictum ſuperabundauit, & gratia. Cum igitur paruuli per alios peccauerint, quare per alios non procurabitur eorum ſalus? Septimò dicit ſaluator. Sinite paruulos venire ad me, talium enim eſt regnum celorum. Cum ergo tunc non ſint actualis fidei capaces, quomodo eſt eorū regnum cęlorum, niſi per alios eis ſubueniatur vt ſaluentur? Debent tamen adulti antequam baptizentur in fide inſtrui. In veteri lege iubebatur capillos radi muliere, quam quis ad pugnam exiens inter hoſtes captam ſibi concupierat, quia ſi aliquem infidelem corpori noſtro, id eſt Chriſto volumus copulare tanquam ſponſam prius debemus nouacula verbi Dei omne infidelitatis contagium ab eo abradere, vt ſic Chriſto per baptiſmum valeat copulari.

Vides alterius in alio operatur.

Baptiſmus fieri debet in nomine Trinitatis.

Quinto baptiſmus fieri debet in nomine trinitatis qualibet perſona ſigillatim expreſſa. In cuius ſignum in baptiſmo Chriſti tres perſonę apparuerunt. Et ideo baptiſmus Arrianorum, qui derogabant trinitati erat inutilis, immo nociuus. Patuit per exemplum Gregorij Turonenſis. Eſt enim (inquit) in Burdegalenſi territorio quoddam oppidum, quod dicitur Reonciouilla, in qua Arriani Gothi eccleſiam catholicorum ad ſuam hęreſim tranſtulerant, catholicis inde eiectis, nec licentia habita illuc amplius intrādi, more Arriano illic intendentes ſuos paruulos baptizare. Et tunc ſacerdos prudēs catholicorum filios in domo paterna baptizabat. Dum autem Arrianorum filij ad eccleſiam deportarentur, vt ſacrilego baptiſmate macularentur, pręueniebat eos diuina vltio. Nam quoſcunq; illic baptizabant non reuertebantur in domum paternam. Sed priuſquam eam contingerent, numero fere viginti mortui ſunt, propter cuius terrorem eccleſiam illam dimiſerunt. Sed nec vnus de baptizatis a catholico mortuus eſt. Suſcipi ergo debet baptiſmus in magna reuerentia propter honorem ſanctiſſimę trinitatis, quę illic inuocatur & ſpecialiter adſiſtit. Et ideo puniti ſunt quidam pagani irridentes baptiſmum Chriſtianorum. Nam cum poſt paſſionem beati Cyriaci (vt in miraculis eius legitur) Carpaſius pręfectus domum martyris

tyris a Maximiano obtinuiſſet, & in ea epulas cum nouemdecim amicis ſuis cele braret. Et in loco vbi baptizabantur Chriſtiani in deriſionem Chriſtianorum ſe bal nearent, omnes prædicti ſubita morte ibidem perierunt. De præſentibus etiã qualẽ timorem & reuerentiam debeant habere oſtendit eccleſia cũ ait de baptiſmo Chriſti. Aqua Iordanis ſtupuit, emphaticè loquitur, ideſt ſi haberet intelligentiam ad præſentiã glorioſiſſimæ trinitatis ſtupuiſſet, quanto magis præſentes, fide intelligẽtes præſentiam trinitatis adeſſe, timore reuerentiali concuti debent? Vnde triplex ibi fit immerſio in honorem trinitatis, vel in memoriam triduanę ſepulturę Chriſti.

E Baptiſm°. Baptiſm° eſt ſacramentũ nõ reiterabile, & prima tabula poſt naufragium.

Pro tertio habendum eſt pro certo, ꝙ baptiſmus ſit ſacramentum non reiterabile. Semel enim in anno ingrediebatur ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum cũ ſanguine, ſed pluries ſine ſanguine. Sic ſemel per baptiſmum ad nos ingreditur Chriſtus cum ſanguine, ſed toties poſtea ingreditur quoties gratia ſuæ viſitationis illuſtrat, quod non ſemel fit, ſed ſeptuagieſſepties, ideſt quoties remittuntur peccata. Libro. 11. hiſto. tripar. tempore Attici epiſcopi Conſtantinopolitani Iudæus quidã ſepius baptizabatur ficta Chriſtianitate, & hac arte pecunias multas ſibi congregabat. Qui cum deluſiſſet Macedonianos & Arrianos, ad fontem orthodoxorum venit, qui cum paratus eſſet intrare aqua diſparuit. Cumque cogitarent aquam defluxiſſe, rurſus impleuerunt fontem, & denuo deducto Iudæo aqua diſparuit. Qui tunc cognitus eſt pluries fuiſſe baptizatus. Prima enim tabula eſt poſt naufragium illud primum generis humani, quam neceſſe eſt homini arripere, vt ſaluetur, quia niſi quis renatus fuerit, ex aqua &c. Sed ſecũda tabula poſt naufragium eſt pęnitentia, quia ſi poſtquam quis appræhendit tabulam baptiſmi eam amittit, violando ſcilicet ſponſionem quam fecit in baptiſmo, ꝙ ſcilicet renũciaret diabolo & pompis eius, & ſic labendo ſecunda tabula per quam ſaluetur eſt pęnitentia. Neque enim iterũ baptizandus eſt homo, ſed ad pœnitentiã recurrendum eſt. Ex tabulis enim non ex tabula tantum facta eſt arca Noe, per quã in periculis ſaluatum eſt genus humanũ. Illa eſt enim eccleſia. Pſ. 23. Quia ipſe ſuper Maria fundauit eum, ſcilicet cetum catholicorum, ideſt ſuper Maria baptiſmi in quibus ſubuerſa eſt tota potentia Aegyptiorum. Omnia enim alta eccleſiæ ſacramenta ſuper iſtud fundantur. Sed ſuper flumina pęnitẽtiæ præparauit eum, Pſ. 23. .ſ. ſuper flumina lachrymarum, & imbriũ cęlitus venientium, vel riuorum de fontibus oculorum procedentium. Eſt enim tẽpus naſcendi & tempus moriẽdi. Tempus naſcendi in baptiſmo quando factus eſt fons patens domui Dauid in ablutionem, quando grauidata eccleſia ex complexu ſponſi cęleſtis & calore charitatis, maturatis nouæ gratiæ partubus, & aperto vtero gratię in fonte baptiſmatis, per euidentem Chriſtianæ religionis confeſſionem tempus fuit naſcendi, & in nouam lucem exeundi. Sed tempus moriendi, cum naſcẽtibus Iebuſeis primis motibus per pœnitentiæ diſciplinam in cruce affigendi ſunt. Semper enim debent eſſe latrones veteris hominis in ſupplicio, ne pro eis incidamus in pęnam & iuſtitiam quam de eis facere neglegimus.

Miraculũ de Iudæo pluries baptizato.

Baptiſm° eſt prima tabula, pœnitentia ſecunda.

Tempus duplex eſt nobis.

Eiuſdem diei, Sermo VIII. & in ordine. LXXII. per thema præcedens.

A Baptiſm°. Quare baptiſmus non excludit mortẽ cum ſit effectus culpæ originalis.

Quæritur cũ baptiſmus deleat peccatum originale, quare nõ impedit mortem cum ipſa ex originali vitio duxerit originem? Si enim delet cauſam, cur non etiam delet effectum? Reſpondetur ꝙ hoc fit ex ſumma Dei miſericordia. Quid eſſet iam vitiato homini hæc præſens vita æterna, niſi æterna miſeria? Quod Plotinus Gentilium philoſophorum quidam, teſte Aug. recte intellexiſſe laudatur. Nam cum de humanis animis ageret. Pater (inquit) miſericors mortalia illis vincula faciebat, quod & vult Auguſt. Quia mortales (inquiens) ſunt homines corpore ad miſericordiam Dei patris pertinere videtur, ne

huius

huius vitæ miſeria ſemper teneretur. Tūc enim a dęmonibus quid in miſeria differrent? Nunc autem longe differunt. Cum enim Dei ſit beata æternitas, dęmonum miſera æternitas, homo cuius eſt miſeria mortalis, vel mortalitas miſera a Dei beatitudine cecidit, ſed vſque ad dęmonum miſeriam non cecidit, domino prouidente ac dicente. Videte ne ſumat de ligno vitę, & viuat in æternum. Pſ. Melior eſt miſericordia tua, iſta ſcilicet ſuper vitas multas & infinitas. Prouidit enim nobis miſericors dominus de vita longè meliori & perpetua, quæ eſſet ſine quacunque miſeria, aut anxietate, ad quam per amaritudines huius ſeculi tranſiremus. Ad quam nobis ſuſpirandum docuit, dum huius vitæ blandimenta contemnens natus in vili loco, reclinatus in pſepio, poſt mūltas a peccatoribus ſuſceptas cōtradictiones, ipſam denique mortem perpeſſus eſt, vt nobis ingreſſum ad eam faceret. Sed & dedit nobis remedium efficax baptiſmum ipſum in interitum omnium hoſtiū noſtrorum, & præcipuè capitaliū, id eſt vitiorum, quæ impediant nos tranſire in illam beatam terram promiſſionis, vnde ſecundum Grego. in regiſtro. maris rubri tranſitus figura baptiſmatis fuit, in quo hoſtes a tergo etiā mortui, ſed alij contra faciem in eremo ſunt inuenti. Sic eorum qui in baptiſmate tinguntur peccata omnia præterita relaxantur, & velut Aegyptij hoſtes immerguntur, quia dū in hac vita viuimus priuſquam ad promiſſionis patriam pertingamus, multæ nos tentationes fatigant, & ad terram viuentium redeuntibus iter intercludere feſtinant. Hæc ille. Nunquam tamen deſerit dominus illos, qui eum fideliter inuocauerint, ſed nec beata virgo, vtpote ad auxiliandum tribulatis inſtituta. Ad quam recurramus dicentes, Aue.

B Baptiſm'. De ſeptē effectibus baptiſmi.

IN pręſenti ſermone dicemus primo de effectibus baptiſmi, ſiue de his, quę operatur Deus in baptiſmo. Secundo quàm culpandi ſunt, qui in baptiſmo promiſſa non ſeruant.

Quo ad primum ſciendum eſt, ꝙ in baptiſmo noſtro ſeptem operatur Deus, quæ inuēta ſunt in Chriſti baptiſmo. Primum eſt culpæ originalis, & cuiuſcunque etiam mortalis ſi inueniatur remiſſio. Quod deſignatur in præſentia Ieſu, id eſt ſalutis, quæ ſecum non compatitur peccatum. Eſt enim baptiſmus diluuium, in quo ſub merguntur omnes peccatores. Rubrum mare, in quo mergitur Pharao, id eſt diabolus cum omni exercitu ſuo. Ideo mare illud amarum eſt diabolo, ſed dulce Chriſtiano. Miſſo ſiquidem ligno crucis dulcoratæ ſunt aquæ Marath. Proiecit noſter Dauid arma Saul legalia ſacramenta, & cerimonias, quæ nimis oneroſa erant, quæ nec nos, nec patres noſtri portare potuimus, nec in illis pugnare potuit, ſed in vno lapide, id eſt in vna fide, in uno baptiſmate ipſum proſtrauit. Iſte eſt riuus baptiſmi, qui deſtruit ſeptem riuos Aegypti, id eſt ſeptem mortalia. Eſa. 40. Ioannes Damaſcenus. Quoniam duplex eſt homo ex anima & corpore, duplicem dedit purgationem per aquam & ſpiritum, ſpiritu quaſi ſecundum imaginem & ſimilitudinem renouante, aqua quaſi per ſpiritus gratiam corpus a peccato purgante. Purgatio autē talis onus eſt leue & dulce amanti. Non enim de nouo baptizatis imponitur aliqua ſatisfactio. Olim parauit balneum, ſed durum, diluuium, in quo penè merſum & ſuffocatum eſt genus humanum, nunc parauit balneum dulce, id eſt diluuium gratiarum Pſ. 28. Dominus diluuium inhabitare facit per fidem. Et alibi. Etenim non credentes, inhabitare dominum Deum. Pſ. 67. Per iſtud enim diluuium inhabitat Deus corda Chriſtianorum. In hoc mergitur diabolus & lauatur Chriſtianus. Ezechiel. 47. Sanabuntur aquæ, ſcilicet ad pręſentiam ſaluatoris, & tactū mūdiſſimæ carnis eius, & viuet omnis anima, ad quam peruenerit torrens, & hoc per ablationem mortis peccati. unde Aug. ſuper Io. ſer. 13. Quomodo non caruit populus Iſrael populo Aegyptiorum, niſi cum veniret ad mare rubrum, ſic præſura peccatorum nemo caret, niſi cum venerit ad fontem baptiſmi. Ezech. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris, actuali, & originali. Lotus enim baptiſmate dicere

re

re poteſt quod Pilatus. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius de quo Apocalyp. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Auguſt. A paruulo recenter nato vſque ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibetur a baptiſmo, ita nullus eſt qui non moriatur peccato in baptiſmo.

Secundum eſt gratiæ infuſio, quod repræſentatur in Ioanne qui baptizat, quia gratia lauat & purgat & ſanctificat, & fit nouus homo depoſito veteri. Pſ. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Aquila enim deſcendens ad fontem plumas veteres mutat, & ſic iuuentus ipſius renouatur, quia in fonte baptiſmi plumæ ueteris hominis & peccatorum dimittuntur, & nouus homo ſpiritualiter renaſcitur. Aqua enim baptiſmatis ſicut more ſuo abluit exteriores ſordes, ſic ſpirituali more intus purgat ſpirituales ſordes Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Hæc eſt veſtis innocentiæ, quæ datur in baptiſmo, quę ſummè cuſtodienda eſt. Hoc eſt diluuium, in quo pereūt omnia animalia, præter animas, quæ ſaluantur in arca cordis & rationis, idest præter rationales motus. 1. Petri. 3. Animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quos & nunc ſimilis formę ſal-uos facit baptiſma. In mari rubro ſubmerſi ſunt Aegyptij & ſaluati Hebręi, & in baptiſmo extinctis vitijs virtutes perdurant ſine læſione. Vnde propter trium Theologalium virtutum infuſionem in tribus locis inungitur puer, in vertice rationis, vt fidem ſciat & obſeruet, in ſcapulis, vt onus Chriſti ſciat portare in ſpe præmij æterni, in pectore vbi eſt cordis habitaculum, vt charitate ferueat. Propter quod & Dauid ter inunctus eſt. Primo in prophetam a Samuel in Bethleem, per quod intelligetur prima vnctio, in qua quilibet baptizatus inungitur in prophetam, ideſt videntem per fidem quæ eſt de obſcuris, quæ prophetice reuelata ſunt. Secundo in Ebron militaturus contra Isboſeth, qui interpretatur vir confuſionis, id eſt contra diabolum ſpe mercedis & coronæ. Hinc & Athletæ inungi ſolebant. Tertio ſuper totum Iſrael, & hęc vnctio charitatis. Axa, ideſt humana natura a Deo quærebat, terram arentē dediſti mihi, quia Pſ. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, & ecce pater cæleſtis per filium dedit irriguum ſuperius & inferius. Inferius quidem aquam elementarem, in quo baptizantur homines, & ſuperius cæleſtes aquas gratiæ, quæ deſuper effunduntur in anima baptizati.

C Baptiſm⁹. Quare baptizādus vngitur ī tribus locis.

Tertium eſt fomitis refrigeratio, quod in aqua reſperſa exprimitur. Pſ. 73. Contribulaſti capita draconum in aquis, ideſt peccata originalia & mortalia, quę plura ſunt capita. Cerberus enim infernalis ianitor tricaput, vel triceps eſt, propter originale, mortale, & veniale, licet veniale nō ſubderet ei ſine alijs duobus. Sed tamen caudam non omnino extinguit aut interimit, ſemper mouetur, quia cauda concupiſcentiæ ſemper titillat in nobis ſecundum Plinium. Licet plumbum poſſit dealbari & lauari, nunquam tamen poteſt ſua immūditia totaliter ablui propter ſuæ materię groſſiciem, & impuritatem, quæ eſt argentum viuum immundum & ſulphur immundum & fętidum. Sic cum ſimus creati ex impura materia carnis, & ſanguinis, licet per baptiſmū ſpiritus poſſit ablui, impuritas tamen carnis noſtræ, ſcilicet concupiſcentia non poteſt a nobis penitus amouere, quamuis temperari. Vnde dicunt baptizati. Tranſiuimus per ignē & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Pſ. 65. In aqua extinguitur aut ſaltem diminuitur peruerſi ardoris incendium, in igne ſoluitur mortiferæ frigiditatis gellicidium. Ardentes naſcuntur filij Adam igne amoris peruerſi quandoque aperto, quandoque clauſo. Nam flammis nequiſſimorum deſideriorum erumpere non valentibus tempore infantiæ, in ætate pubertatis velut ex ingenti fornace, & camino conflagrantur. Sed igne ſpirituſſancti gelicidium circa ſuperiora diſſoluitur, & aqua baptiſmatis circa inferiora ardor diminuitur concupiſcentiæ. Et ſicut per contactū carnis propagatę per libidinoſam concupiſcentiam omnis anima contrahit culpę originalis immunditiam, ſic conueniens fuit, vt ex tactu mundiſſimę carnis Chri-

Diabolus dicitu. triceps.

ſti contraheret aqua vim ſanctificatiuam & fomitis repræſſiuam, maximè cum beata illa caro munda eſſet ab omni cõtagio. Augu. Per baptiſmum agitur vt vetus homo crucifigatur & corpus peccati deſtruatur. Ecce poſt tranſitum maris rubri nubes refrigerans æſtum concupiſcentiæ, de qua Apoſtolus. Omnes baptizati ſunt in nube & mari.

D Baptiſm⁹. Tota pœna æterna tollitur in baptiſmo nõ autem tēporales pœnæ.

Quartum eſt pęnæ debitæ pro peccatis abolitio, quod ſignificatur in columba, in qua apparuit ſpirituſſanct⁹, quę felle omnino caret. Triplices ſunt pęnæ debitæ peccato. Quędam ſunt naturales & naturaliter inflictæ, & quæ ſequuntur naturam corruptam, & iſte non ſunt abolitæ. Nam ſecundum Alex. de Hal. 2. parte, baptiſm⁹ delet oẽm pęnam ſuffocantem & extermi nantem, ſed pęnæ promouentes dimittuntur ad exercitium, vt fames, ſitis, mors, concupiſcentia non dominans, quia pęnæ iſtæ primo reducunt ad memoriam quis ſit adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis. ſecundo faciunt cogitare de miſeria huius incolatus, vt ſic homo defleat peccata ſua, tertio humiliãt ipſam iraſcibilẽ ne extollat per ſuperbiã. Quarto cohibent concupiſcibilẽ, ne defluat homo ꝑ concupiſcentiam. Inde. Anſel. lib. de libe. arbi. Si (inquit) baptiſmum incorruptio ſe queretur, mutaretur fides & periret meritum fidei. Aliæ ſunt pęnæ contractæ ex iure poſitiuo vel humano, vt ſi bigamus baptizaretur, & ſic adhuc remaneret irregularitas contracta. Alia eſt pęna æterna, quę nec a natura, nec ab homine infligi poteſt, ſed a ſolo Deo, & iſta tota remittitur in baptiſmo, niſi ponatur obex. Hinc Iſidorus lib. de ſummo bono. c. 24. Baptiſmus à pęna æterna non a præſenti liberat, quia ſi a pęna præſenti homines liberarentur, ipſum putarent præmium baptiſmi non aliquod æternum. Et Augu. Ideo noluit dominus per baptiſmum amoueri pœnam ſicut & culpam, ne delicatè crederetur in Deum, potius ſcilicet intuitu amotionis pœnę quàm amore fidei & iuſtitiæ. Hæc Auguſti. Ad radicem enim morbi velut peritus medicus voluit inſiſtere. Radix & cauſa pœnalitatis morbi fuit culpa. Sapien. 1. Deus enim mortem non fecit, &c. Iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. Et mirum eſt, ꝙ hac pęnali febre febricitauit Chriſtus, & tamen non habuit in ſe cauſam febris. Eſa. 53. Non eſt inuentus dolus in ore eius, & dominus voluit conterere eum in infirmitate. Sed ideo diſtulit auferre pęnam, quia mirabili & inexcogitato artificio de ipſo morbo fecit medicinam. Conſiderans enim quòd culpa intulerat pęnam, excogitauit per pęnam tollere culpam. Quod ſignificatum eſt. 1. Macha. 3. quòd Iudas tulit gladium Apollonij, & occidit eum, & erat in gladio illo pugnãs cunctis diebus. Gladius peccati mors eſt, & pœnalitates. Roma. 6. Stimulus autem peccati mors. Poſtquam ergo culpam per paſſionẽ occidit Chriſtus in nobis ꝑ gladium pęnalitatum pugnat aduerſus peccata, ita vt de peccato, id eſt pęna peccati dãnet peccatum, & in fine pęna tollet pęnã. Mors enim ſeipſam deſtruit. Præterea ꝙ tota pęna æterna in baptiſmo remittatur, patet per illud. Rom. 11. Sine pęnitentia ſunt dona Dei & vocatio. Vocatio. n. in baptiſmo & dona Dei ibi data ſunt ex mera Dei gratia ſine labore & pęna. Ioan. 4. Aqua quã ego dabo fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ambro. Baptiſmus non requirit gemitum neque plãctum, ſed omnia gratis condonat. Et Auguſt. Quicquid mali ab homine dictum, factum, aut cogitatum eſt, veluti non fuerit. factum per baptiſmum delætur. Hoc ſomniabant olim gentiles, qui (vt dicit Ioannes Beleth) templa ſua circa fontes facere ſolebant, vel vbi ſemper habebant aquam, & per aſperſionem eius ſe purificari ab omni contagio, & pœna credebant. Et illos fontes vocabant delubra, quaſi purificantia. Vnde Euſebius quadam in homilia. Mare vidit & fugit, id eſt in baptiſmo omnis amaritudo culpæ, & pœnæ ſenſit adeſſe diuinam maieſtatem, & fugit. Idem operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remanſit, vnus ex illis, id eſt vnicum ac primum illud originale debitũ, ſacri fontis vnda vacuauit. Idem etiam. Si ſtupemus ad magnitudinem nouitatis miraculi,

Baptiſm⁹ remittit totam pœnam æternam.

Pœnæ tēporales cur in baptiſmo nõ amouentur.

raculi, cum legimus dominum Ieſum ex ſola fęmina ceſſante viri corſortio progenitum, cur non mirabimur repugnantibus naturæ legibus, per omnem terram multitudines fidelium de ſolo ſinu fontis tanquam partu virginis procreari, ſcilicet ſine corruptione culpæ, aut pęnæ?

Quintum eſt filialis adoptio in voce patris. Hic eſt filius meus dilectus. Filio autem debetur paterna hæreditas. Propter hoc omni baptizato tãquam filio Dei immediatè ſi moriatur, æterna hæreditas cõceditur. Sic enim ab exordio mundi ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, vt eis conferret vim generatiuam. Sic nunc ſpiritusſanctus ſuper aquas baptiſmi, vt vim regeneratiuam filiorum Dei conferat aquis, Quos enim aqua mũdat, ſpiritus viuificat. Pſal. 15. Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Et ratio eſt, quia Adam per peccatũ ſe & poſteros exhæredauit. Ideo non poſſumus repetere reſtitutionem illius hæreditatis tanquam filij Adæ, ſed ſolum tanquam filij Chriſti, qui in Adã non peccauit, & ideo ſolus ius repetẽdi habuit. Prima natiuitas fuit de limo terræ, de qua Sap. 5. Nos nati continuo deſinimus eſſe & natum & ex huiuſmodi ſemine productum aruit, quia non habuit humorẽ. Lucę. 8. Ideo voluit dominus hominem ex aquis fieri. Abac. 1. Facies homines ſicut piſces maris. Inde Ariſto. lib. de problema. Animalia marina maiora ſunt his quæ sũt in terra, & magis nutribilia. Gen. 1. Creauit Deus cęte grandia & omnem animam viuentẽ quam produxerant aquæ, igitur vt magis creſceremus ſumus non ſolũ nati de terra, ſed renati ex aqua, & hęc eſt ſpiritualis, quia ex aqua & ſpiritusſancto. Ideo hæc magnitudo ad quam ordinatur hęc ſecunda natiuitas, ſpiritualis eſt. Et populus Chriſtianus eſt illa generatio ventura, & populus ille, q naſcetur ex aqua, quẽ fecit dominus ex terra. Hæc aqua proceſſit a latere Chriſti, quia baptiſmus habet efficaciam a paſſione Chriſti, & hæc filiatio ortum habet a latere Chriſti. Eſa. 60. Filiæ tuæ de latere ſurgent. Hæc autẽ efficacia terminata eſt in ſepultura, in quam corpus Chriſti deſcendit, & inde reſurrexit. Et ad hoc ſignificandum cum quis baptizatur ſiue per immerſionem, ſiue per effuſionem ponitur ſub aqua quaſi ſub terra ſepultus, & inde educitur quaſi reſurgens cum Chriſto in nouitate vitæ ſpiritualis. Et hoc ait Apoſtolus Roma. 6. Cõſepulti enim ſumus per baptiſmum cum Chriſto, vt quomodo Chriſtus reſurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nullus autem ad eccleſiam accedere poteſt, niſi per baptiſma. In geſtis Romanorum legitur ꝙ tempore Tyberij Cęſaris venerunt Romã duo viri ſapientiſſimi philoſophi Praxideles & Pſidia, quos propter ſapientiam ſuam ſibi charos habuit Imperator in palatio ſuo, & quicquid in aure ſecretarijs ſuis diceret Imperator ſiue de die, ſiue de nocte, vſque ad vnum verbum repetebant. Ille autem promiſit eis daturũ ſe quicquid peterẽt. At illi minima renuerunt, ſed vnum memoriale in vrbe fieri petierunt in ſui memoriam & euentuum futurorum, vt ſcilicet fierent in euidenti loco duo homines nudi habẽtes brachia eleuata & digitos incuruatos ad modũ minãtium, & habẽtes ante ſe duos caballos nudos ab omni ornatu marmoreos, & ante equos mulierem ſerpẽtibus circundatam, & ante eam concham. Per quod ſignabat, vt ipſi prædixerunt ꝙ veniret rex potẽtiſſimus habens equos fortiſſimos contemnentes ornamenta mundi, & conculcantes omnem terrenam poteſtatem, per quos deſignati ſunt Apoſtoli, homines nudi duo, duo teſtamenta, in quibus omnis ſciẽtia ſalutaris nuda & aperta fuit, minantes futura tempora & euentus. Mulier circundata ſerpentibus eccleſia circundata tribulationibus & perſecutionibus, ad quã nullus accedere poteſt, niſi ablũtus concha baptiſmatis. Eſt enim baptiſmus flumẽ in ingreſſu eccleſiæ, ſicut Euphrates in ingreſſu terræ ſanctæ, diuidens terrã Iudæorũ a terra Aſſyriorum, ideſt Chriſtianorum ſectam a ſecta aliarum gentium.

E Baptiſm°. De natiuitate ſpirituali per baptiſmũ facta.

Exemplũ memorandum.

Sextum eſt ianuæ paradiſi apertio, quia cęli aperti ſunt ſuper eum. Homo. n. poſtquã baptizatus eſt ſi moriatur immediatè euolat ad cęlum. In cuius figura filij Iſrael viam facientes per Iordanis fluuium, eo

transa-

tranſacto immediatè intrauerunt terram promiſſionis. Et propter hoc oſtẽdendum baptizato Chriſto aperti ſunt cęli. Vnde pars aquarũ Iordanis fluxit ad mare, pars ſtetit & inaltabat ſe. Sic baptizatorum electi dulcedinem gratiæ cuſtodiunt, reprobi in amaritudinem peccati tranſeunt, ita ꝙ illi tanquam ſuperiores ſtant in gratia, mali ſicut inferiores deſcendunt ad maris naufragia, idest mundi delectabilia, & finaliter inferni amaritudinem. Hinc hymnus Ambroſianus, qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim leuas in aera. Ex aquis facti ſunt piſces, ꝙ in aquis remanſerunt, & volucres, qui in aera volant, quia reprobi in aquis voluptatis remanent, & quorum conuerſatio in cęlis eſt ad cęlum volant. De quibus Zach. 14. Exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem, medium earum ad mare orientale, & mediũ ad mare nouiſſimum, quia vna pars baptizatorum eligit amaritudinem in præſenti propter Chriſtum verum orientem, & altera pars fluit in amaritudinem ęternã. Sic aquæ inferiores tempore Ioſue in mare mortuum deſcenderũt. Sicut enim auis nõ recipit ad nidum niſi quos nouit ſe genuiſſe, ſic nec Deus recipit in paradiſo, niſi quos iuſtos per fidem regenerauit, Eſa ia. 26. Aperite portas iuſtitiæ, & ingrediatur gens iuſtorum. Moyſes autem legiſlator populum in terram promiſſionis non introduxit, quia nihil ad perfectum adduxit lex, ſed ſolum vſque ad Iordanem, & tunc Ieſus ſolus legiſlator Chriſtus introduxit tranſacto Iordane, idest baptiſmo, quia per baptiſmum & nõ aliter intratur in terram promiſſionis, ſic ꝙ oportet omnem Chriſtianum tranſire per baptiſmũ. Sic enim Iacob cum Eſau dum iret in terram promiſſionis, vxores ſuas & omnem familiam ſuam fecit tranſire vadum Raboth, idest Chriſtus omnem ſuæ eccleſiæ familiam fecit tranſire vada baptiſmi.

Deus non recipit in paradiſũ niſi per fidem regeneratos.

Septimum eſt poteſtatis diabolicæ repræſſio, quod deſignatur in verbis baptiſmi. Hęc enim ſunt verba ſpiritusſanti, quę profert ſacerdos baptizando. Propter qđ in illa hora deſcendit ſpiritusſanctus ſuper baptizatũ, & fugit & reprimitur diabolus. Eſa. 40. Cecidit flos, quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Qui prius erat flos in paradiſo, antequã ad fructum gloriæ procederet, cecidit, & in baptizato ab intento cecidit, q̃a ſpiritus domini ſufflauit in eo. Quod enim ad flatum ſuſtollitur, & ſi nõ anulletur, non tamen poteſt flatui reſiſtere. Ex quo apparet quàm depræſſa eſt diaboli poteſtas, qui ſolo flatu ſacerdotis eua neſcit. Propter quod in baptiſmo ſpiratur anhelitus ſacerdotis in baptizato ad expellendum virtute inimici, ſed oportet cũ aqua vocem eius addi ad hoc, ꝙ ſit ſacramentum. Pſ. 28. Vox domini, idest miniſtri domini ſuper aquas. Et ſi dicatur ꝙ non per baptiſmũ, ſed per exorciſmos præcedentes expellitur diabolus, alioquin fruſtra fierent. Reſpõdetur primo ꝙ per exorciſmos in aliquo cohibetur poteſtas diaboli, ne noceat quantum nocere vellet impediendo ſpirituale bonum. Hinc Cyprianus per exorciſtas voce humana & virtute diuina flagellatur, vritur, & torquetur diabolus. Pharao enim non habebat tantã poteſtatem ſuper Iſrael quando appropinquauit mari, quanta erat quando ſeruiebant in luto & latere, & tamen non plene euaſerat ante ſubmerſionem in mari, ſed multum vrebanẽ & torquebantur, ꝙ videbant eos a ſe elongatos. Si enim incantatores ſerpentes a ſuis cauernis extrahunt, & eorum malitiam cohibent, plus exiſtimandum eſt per verba diuina ſerpentes ſpirituales a ſuis cauernis extrahi, & eorũ malitiam cohiberi. Dicitur ſecundo ꝙ per baptiſmũ totaliter expellitur ab homine ſicut canis excalidatus a coquina, & ideo miro modo timet baptiſmum. Vnde diabolus timet duplicem ignem, ſcilicet ignẽ charitatis & ignem gehennæ. Ignem charitatis, quia vrget eum exire, & inde multum timet baptiſmũ, quia ſub ſpecie aquę datur ibi ignis, imò ignis charitatis quaſi ignis Græcus ardet & inceditur in illis, & per illas aquas Gehennam vero timet, quia ei parata eſt.

F Exorciſmus. Per exorciſmos quodammodo poteſtas diaboli cohibetur.

Diabolus duplicem timet ignem.

Pro ſecunda parte multum culpandi ſunt & culpãtur a Deo, qui poſt baptiſmũ recedunt a Deo & fidem ſibi promiſſam violant. Quatuor autẽ ſunt verba magnę con-

G Baptiſm°. Multum culpãtur violantes promiſſa ĩ baptiſmo.

contumeliæ, quæ cõmuniter dicuntur his qui odioſi ſunt. Primo q̃ ſint filij meretricis. Secundo q̃ ſint mẽdaces. Tertio q̃ ſint vetuli. Quarto claudi. Sic filij Dei in baptiſmo facti: poſtquam a domino per peccatum, & concupiſcentiam retrocedunt quatuor eis a domino Ieſu, qui eos per baptiſmum genuit improperantur, quæ continentur in illo verſu. Pſal. 17. Filij alieni mentiti ſunt mihi &c. Primo ſunt filij alieni. Inde Saul Ionatæ filij, mulieris vltrò capientis virum. 1. Regum. 20. Mulier vltrò capiens virum eſt concupiſcentia Prouer. 7. Appræhenſum deoſculatur iuuenẽ. Huius filij ſunt omnes homines a principio ex concupiſcentia geniti, ideo filij alieni a Deo, ſed poſtea adoptiui. Secundo mẽdaces. Hinc ſubditur, mentiti ſunt mihi. Pſal. 61. Filij hominum mendaces in ſtateris. Polliciti enim ſunt in baptiſmo (qui eſt quaſi ſtatera, in qua ex vna parte appenditur precium ſanguinis, & meritum Chriſti, ex alia parte peccata, & vnum pro alio conceditur) renunciare ſathanæ, & tamen ipſum ſequuntur. Hæc abrenunciatio & promiſſio ſcripta eſt in nobis tanquam in charta. 2. Cor. 3. Epiſtola eſtis Chriſti, & propter hoc promiſit nobis Deus hæreditatem cęleſtem nos generando filios adoptionis, & ſpiritus ſanctus apponitur ad teſtificandum duo prædicta tanquam ſigillũ Dei, vel ſignum cęleſtis notarij, ſcilicet Chriſti. Ideo Eph. 4. Nolite contriſtari ſpiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis. Et tamen mentiuntur non obſtantibus iſtis pactis fide media. Si eſſet puella quædam pulchra, ſed nuda miſera & pauper, cui obuiaret diues princeps & diceret ſibi. Si volueris eſſe ſponſa mea & fidelis, fide media deſponſabo te & dotabo. Illa ſpondet, & quod pollicetur non implet, ſed poſt ſpõſionem & omnium iſtorum collationem ab illo maximo principe, in cõſpectu eius abominabili potcario ſe exhibet ſtuprandam vel leproſo ſe proſtituit, quid de illa fieri debet? Non he viua comburi? Sic de anima miſera. Tertio inueterantur, qui per baptiſmum in nouitate vitæ geniti erant. 1. Pet. 2. Quaſi modo geniti infantes. Vnde in benedictione fontiũ dicit Grego. Quos ſexus diſcernit in corpore, aut ætas in tempore, in vnam parit gratia mater infantiã. Quod ſignificatum eſt in Naaman. 4. Re. 5. cuius reſtituta eſt caro quaſi caro pueri paruuli. Culpa autem noui hominis inueteratio dicitur. Hinc Pſ. 6. conqueritur. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Et verè res ſtupore digna in momento fieri veterem. De qua veteratione. Thre. 3. Vetuſtam fecit pellem meam & cõtriuit omnia oſſa mea. Et ratio eſt, quia veteraſcit homo cum deficit in calore, & diminuitur in virtute. Subito aũt eum q̃ peccat, perdit calorem ſpiritus ſancti, & diminuitur in virtute bene agendi. Quartò claudicãt a ſemitis quas polliciti ſunt ambulare. Multa enim dicunt mali Chriſtiani pulchra & optima, ſed non ambulant ſecundum ea. Claudus enim ſedens in cathedra pulcherrimus eſt, ſed turpis dũ ambulat. Hinc Ariſt. lib. 9. de animalibus. Oculi in principio generationis viridem habent colorem deinde mutantur in nigredinẽ, vel glaucitatem. Sic de nouo baptizati primo colore innocentiæ & viriditatis virtutum colorantur & induuntur, ſed ſtatim per vitia in nigredinem vitæ prolabũtur. Quod tamen auertat a nobis dominus, vt dicat veraciter vnuſquiſque noſtrum cum Iob, Donec deficiam non recedam ab innocentia mea, & ſic tandem videatur Deus Deorum in Syon. Amen.

Mala q̃ incurrũt a Deo recedẽtes poſt baptiſmũ.

Abrenunciatio, & promiſſio facta a nobis in baptiſmo ſcripta eſt in nobis.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE